Caponi. Di
Contabonee 2.

PHILOSOPHI, THEOLOGI
NECNON
IURISCONSULTI NEAPOLITANI
ac Comitis Palatini;
DISCEPTATIONUM
FORENSIUM,
ECCLESIASTICARUM, CIVILIUM, ET MORALIUM
Pluribus in Casibus Declarum,
NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT
TOMUS SECUNDUS.

LUGDUNI,
Sumpt. JOANNIS ANTONII HUGUETAN.
M. DC. LXXII.
CUM PRIVILEGIO SUPERIORUM.

JULII

CAPONI,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,

NECNON

JURISCONSULTI NEAPOLITANI,

ac Comitis Palatini;

DISCEPTATIONUM

FORENSIUM,

ECCLESIASTICARUM, CIVILIUM, ET MORALIUM,

Pluribus in Casibus Decisarum,

NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT

TOMUS SECUNDUS.



BIBLIOTECA PROVINCIAL
SORIA

LUGDUNI,

Sumpt. JOANNIS ANTONII HUGUETAN.

M. DC. LXXVII.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.

CAPONI

PHILOSOPHI, THEOLOGI,

ET

IURISCONSULTI NEAPOLITANI,

ac Comitis Palatini,

DISCEPTATIONUM FORENSIUM,

ECCLESIASTICARUM, CIVILIUM, ET MORALIUM

Duabus in Tabulis Declarata.

NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT.

TOMUS SECUNDUS.

LUGDUNI,

Sumpt. IOANNIS ANTONII HUGUETAN.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.

INDEX DISCEPTATIONUM,

Quæ in hoc Volumine continentur.

DISCEPTATIO LXVI.

IUS Patronatus præsumitur hæreditarium, non constito de fundatione, dotatione, vel constructione, & transit sui naturâ ad hæredes extraneos, licèt sit fundatum pro familia, dummodo non sit fundatum cum taxativa tantùm, & quando possit alteri donari, & quando fœmina, quæ renunciavit, admittatur ad præsentationem Juris patronatus hæreditarij. Pater quando filium possit præsentare & an donatarius unam, vel plures habeat voces si erat compatronus; quasi possessio præsentandi quomodo acquiratur, & qualiter probetur descendentia. pag. 1

DISCEPTATIO LXVII.

In Jurepatronatus præsentati si plures sint, ille debet admitti, qui habet majora suffragia. pag. 4

DISCEPTATIO LXVIII.

Textus *in l. Civitas* 27. *ff. si certum petatur*, exornatur, qui etsi de Civitate loquatur, mutuum recipiente, tamen in omni Collegio & Ecclesia locum habet, ut mutuans agere possit probata tamen versione, quod etiam in depositio & emptione vel venditione pro debitis locum habet non in aliis emptionibus officialium contractus differunt scilicet an perpetuis vel temporalibus fiant. Et qualiter possint obligare Cives, & an exteros ibi habitantes? Monasterium debita non solvit sui professi, neque pro subdito fidejussore tenetur; & quid si cum Monacho sit secularis in solidum obligatus. Versionis probatio qualiter facienda & quid per conjecturas & quid si mutuum fiat Regulari, & Prælato, & quid si Monachus sit in scholis, & an Monasterium teneatur alere Monachum fugitivum, Apostatam, &c. & an teneatur de depositio facto Monacho, & quid de culpa in depositio & quid in furto. Monasterium qualiter teneatur ad debita contracta ante ingressum, & quid de debito contracto à Sacrista & quid posito mandato contractus inter Religiosum & Superiorem an obliget in conscientia, & an teneatur Prælatus Successor illi stare. pag. 7

DISCEPTATIO LXIX.

Vicarius Episcopi cessat per renunciationem Episcopatus liberam; sed si conditionalis sit, minimè: & quid resignatario proviso, & consecrato? *Textus in extravaganti injuncta de electione* explicatur, & Regula secunda Cancellariæ ac Rotæ Decisio in Burgens. Canonicatus declaratur. Decretum de Vacatione Vicariatus Officij per absolutionem vinculi Episcopi in Consistorio factam qualiter intelligatur. Et an si notitiam habuerit Vicarius de morte Episcopi absentis quæ communiter ignorabatur valeant

leant geſta per eum, *Tex. in l. Barbarius, ff. de Officio Prætoris* ſollemniter declaratur ut procedat exiſtente impedimento juris poſitivi, non juris naturalis vel Divini: neque procedit in dubio juris, ſed facti. pag. 12

DISCEPTATIO LXX.

Aſſenſus Apoſtolicus qualiter & quando præſumatur in alienatione facta bonorum Eccleſiæ ex ſolo curſu temporis: & talis præſumptio qualis ſit? Res ſolita concedi in emphyteuſim quando, & qualiter dicatur. Alienatio in caſu licito & in evidentem Eccleſiæ utilitatem requiritur qui poteſt præcedere, & ſubſequi; dummodo res non tradatur niſi aſſenſu adveniente. Poterit cogi quis ſtare contractui, & à quo judice ſit cogendus laicus ſtare huic contractui. Locatio ultra triennium non valet rerum Eccleſiæ: Quod ſi fructus naſcatur omni triennio valebit per novennium. Succeſſor particularis quando locationi ſtare teneatur. Res pretioſæ non alienantur ſine aſſenſu. Neque pecunia deſtinata pro ſtabilibus vel mobilibus pretioſis; neque vaſa argentea alienantur. pag. 18

DISCEPTATIO LXXI.

Diſpenſatio impetrata cum aſſertione de Diœceſi an valeat ſi ſit impetrans de Ciuitate. *Textus in cap. Rodulphus 33. de reſcriptis*, explicatur. Diœceſis, & Diœceſanus quid ſignificet, & an corruat reſcriptum poſito errore Diœceſis? & quid ſi ſit error Vicinioris? & an corruat ſi aſſerant contrahentes copulam ſecutam cum non ſit? & an habilitas, attendatur tempore datæ, an tempore exequutionis, & ementito nomine impetrantis valeat, & an duplicitas vinculi ſit exprimenda? pag. 23

DISCEPTATIO LXXII.

Delegati pro exequutione litterarum Apoſtolicarum, & earumdem exequutores quid agere, & juſtificare debeant, ut illas exequantur. Gratia Apoſtolica executionem habet paratam. Ius patronatus cur permittatur, & qualiter requiratur, & qualiter ſuccedatur in eo; & deſcendentia quomodo probetur. Major pars patronorum qualiter minorem attrahat, & abſorbeat. Jus patronatus in Donatarium quando, & qualiter tranſeat; & an requiratur conſenſus Epiſcopi, atque Vicarij conſenſus an ſufficiat. pag. 27

DISCEPTATIO LXXIII.

Regulares in infamiam facti incurrunt, chorum deſerentes, & peccant mortaliter, & hanc eandem infamiam incurrunt ludum exercentes, qui poſſunt privari officiis Eccleſiaſticis, & electio Superioris luſoris eſt nulla ipſo jure. Egreſſus nocturnus, & ingreſſus in Conventum eſt cauſans infamiam. Comœdias audire Regulares eſt pecc. mor. Fœminarum conſortium qualiter evitandum à Regularibus. Proprietarij ſi Regulares ſint, qualiter puniantur. Regularium Superior qualiter puniantur, ſi ad malum uſum convertat, *&c.* pag. 32

DISCEPTATIO LXXIV.

Jus patronatus Eccleſiaſticum eſt laicale, & mixtum, & explicatur quodcumque à Clerico fundatum, ſi de cujus bonis ſit ignoretur, quale ſit præſumendum. Fundatum ab Eccleſia ſi transferatur in laicum authoritate Apoſtolica, an ſit laicale. Præſentatione quale jus acquiratur in rem, vel ad rem. Patroni laici poſſunt variare, & non Eccleſiaſtici. Quæ variatio quomodo intelligatur. Præſentandi tempus qualiter currat; & eo tempore tranſacto quid faciet Epiſcopus. Jus patronatus Eccleſiaſticum non ſemper continetur ſub Regula 8. Cancellariæ. Jus Patronatus laicale tranſlatum ad Eccleſiam, quando fiat Eccleſiaſticum, & quid ſi tranſeat cum natura laicali, & quid in dubio. Bullæ Pij IV. & Pij V. quæ prohibent beneficia vacantia per privationem, vel reſignationem conferri poſſe Epiſcoporum conſanguineis, familiaribus, vel affinibus, qualiter procedant. Jus præſentandi poteſt ſeparari à jure patronatus. Epiſcopus conferens jure devoluto, vel jure repræſentationis quot actus facere debeat. pag. 37

DISCE

DISCEPTATIO LXXV.

Textus *in Auth. ſed hodie, Codice de donatione inter virum*, explicatur, & qualiter corrigat iura digeſtorum. Teſtamentum factum per condemnatum ad mortem iure Authenticorum an valuerit, & quid attenta conſuetudine recepta in toto orbe, vbi plura exempla relata per Regentem de Marinis reprobantur, pluráque præambula facta ad beneficium hæredum inſtitutorum per tales condemnatos ad mortem afferuntur. Ad pias cauſas iuxta communem ſententiam poſſunt tales damnati ad mortem teſtari. pag.44

DISCEPTATIO LXXVI.

Remedium *l.2. C. de reſcind. vendit.* habere locum contra hæredem, & ab hærede proponi poſſe eius, qui læſus eſt clariſſimè oſtenditur contra ea, quæ incidenter diſputat Dom. Conſiliarius Hodierna *contr.3. à num. 83. & ſeqq.* & tale remedium eſſe in bonis læſi, poſſeque à ſuis Creditoribus proponi, dum aliter ſatisfieri non poſſunt, eſtque remedium ceſſibile, licèt non requiratur ceſſio, vt à Creditoribus proponatur. Facultatiua remedia an, & quando tranſeant in hæredem, & quid de facultate revocandi, emphyteuſim, & donationem. Facultas nominandi in emptione facta pro perſona nominanda quid operetur, & quando transferat Ius, & an retrotrahatur ad tempus emptionis. pag.49

DISCEPTATIO LXXVII.

Oblationum origo, vſus, & adminiſtratio ad quem pertineat oſtenditur. Parœcum ius habere in oblationibus prædictis privativè, quo ad Epiſcopum, probatur non ſolum in illis quæ fiunt Parœciæ; ſed etiam Altari, vel Imagini depictæ intra fines Parœciæ. Per Clericos nullas laïcis oblationes deberi aſſeritur, niſi conſuetudo eſſet in contrarium, vt in illa candelarum Purificationis Batæ Virginis. Factæ oblationes ad certum vſum, non ſunt ad alium expendendæ. Parœcus verò de iſtis, & aliis oblationibus, quid facere teneatur. pag.55

DISCEPTATIO LXXVIII.

Bulla Sixti V. quæ incipit *cum ſacroſancta*, requirit declaratoriam, & partis citationem ad hoc, vt Clericus Beneficiatus, vel Penſionarius privetur Beneficio, vel penſione: & interim datur manutentio in exigenda penſione, quo vero ad fori privilegium, non obſervatur: qui gaudent Beneficiati, & Penſionarij etiam ſine habitu, & tonſura. Tex. *in cap. licet, & cap. commiſſa* explicantur, vt ſcilicet Clericus ſi recipiat Beneficium cum animo non recipiendi Ordines Sacros, neque peccet, neque teneatur ad fructus quod ſecus, ſi quis Clericus accipiat Parœciam ſine intentione infra annum recipiendi Sacerdotium: quia tunc tenetur ad fructus, & peccat mortaliter; ſed non ſi recipiat curatum cum intentione conditionali. pag.57

DISCEPTATIO LXXIX.

Caſſinenſis Sacri Ordinis origo oſtenditur, eius Abbatum prærogativæ recenſentur, in quot Congregationes ſit diuiſus? ſub eiuſdem Regulis, quæ aliæ vivant Religiones: apud eoſdem livellorum vſus ſemper adfuit: tandem decretum Sanctæ Congregationis affertur. pag.59

DISCEPTATIO LXXX.

Leges ad futura trahi, non ad præterita, cum certum ſit, id etiam in declaratoria legum ampliatur; nunquam tamen leges trahuntur ad præterita, deciſa. pag.61

DISCEPTATIO LXXXI.

Livelli non ſunt mobiles, neque ſtabiles, ſed nomina debitorum, tertiam ſpeciem conſtituentes inter mobilia, & ſtabilia licèt veniant ſub appellatione bonorum. Redditus annui dicuntur ſtabiles, & differunt, ſi in contractibus, vel in vltimis voluntatibus debeantur, & an Eccleſia illos non exigens per centum annos, ſibi præiudicet, & an habeat Eccleſia reſtitutionem in integrum, contra centenariam præſcriptionem. Pecunia inter mobilia connumeratur, & quando inter ſtabilia. Deſtinatum habetur pro completo. Decreti ratio qualis fuerit in præſenti, & quando ceſſet lex, ceſſante ratione. pag.63

Index Disceptationum

DISCEPTATIO LXXXII.

Regulares post Trid. *sess.25. de Regularibus, cap.1.* possunt peculium retinere cum licentia Superioris, neque in hoc Sacræ Congregationis declarationes aliquid prohibent. Vsus superfluorum non repugnat substantiæ voti paupertatis; sed accidentibus; vnde Superior poterit permittere illa Regularibus. Pecuniam detinere Regularem apud se non est contra votum paupertatis; sed illam expendere sine licentia Superioris, & quid posito præcepto prohibitorio ? Voti paupertatis essentia in quo consistat asseritur. pag 66

DISCEPTATIO LXXXIII.

Decretum de quo in præsenti duo damna Ordini Cassinensi operaretur. Monachi Benedictini possunt habere legatum cum conditione, vt nihil acquiratur Monasterio, & hoc tum à M. C. V. tum à Sacro Concilio, tum à S. Rota Romana pluries fuit practicatum, & hoc non solum in legato, sed etiam in hæreditate. Regula à Constitutionibus Ordinis in quo differat ? Prælati Regulares non possunt aliquid præcipere Monachis quod est vltra Regulas, & hoc casu possent Monachi dicere de nullitate professionis. Reformationis decreta debent à singulis vti singuli peti. pag. 69

DISCEPTATIO LXXXIV.

Monachi possunt recipere hæreditates in confidentiam administrandas cum Superiorum licentia: quæ licentia sufficit etiam tacita, & an possit cogi Regularis, vt declaret opus ad quod est ordinata hæreditas distribuenda. Apostata cui acquirat, & quid si post Apostasiam ad Monasterium reuertatur. pag. 73

DISCEPTATIO LXXXV.

Novitates ex omni iure prohibentur etiam in melius, & qualiter; tum à Philosophis, tum à Sacris Canonibus, tum à Sanctis Patribus, tum à Pontificibus, tum à Politicis, & quare ? Benedictini qualiter decreto, de quo *suprà*, obedire debeant; & majora damna oriri possent in sacro Ordine Cassianensi ob Decreti, de quo *suprà*, observantiam quàm è contra. Nec esse novum in similibus casibus rescribi Pontifici: immò teneri subditos; maxime quando Decretum continet repugnantiam insolitam, & multo magis quando præsumitur contra voluntatem, petentium obtentum, vel si esset Palea. pag. 75

DISCEPTATIO LXXXVI.

Census ratificatione an conualidetur, & quando, à duobus impositus, vno supponente corpus, an, & quando valeat, & ratificatione quando, & qualiter contractus confirmetur ex tunc etiam possit ratificatio probari per Testes, & an requiratur scientia, ut inducatur. Ratificatio à mandato qualiter differat. pag. 78

DISCEPTATIO LXXXVII.

Furtum in Monasterio commissum, qualiter probari debeat ? quid ex confessione spontanea, & indicia qualiter esse debeant probata; & quid non existente corpore delicti, & quomodo plura indicia insufficientia conjungantur ad probandum, & tortura qualiter, & quando sit inferenda in hoc casu, & pœna furti inter Ecclesiasticos, & Regulares qualis sit. pag. 80

DISCEPTATIO LXXXVIII.

Correctio personarum Ecclesiasticarum, quibus personarum generibus permittebatur antiquitus quibus hodie. Percussio subditorum Prælatis, quando sit licita sine metu excommunicationis, & quando incidant in Canonem, *Si quis suadente Diabolo 17. quæst.8.* Et quid si Regularis pecutiat alium alterius Religionis ? Et quid in Monialibus seipsas percutientibus ? Et quando percutientes absolvantur per Episcopum ? Et explicatur quandonam percussio dicatur ad correctionem, & quibus competat. pag. 84

DISCEPTATIO LXXXIX.

Textus *in cap. cum in cunctis §. si verò, de electione, & in extravaganti ad Regimen de præb.* ac Regula Cancellariæ 15. *Concil. Trid. sess. 7. cap. 9. & sess. 23. de reform. cap. 2.*

cap. 2. declarantur. Beneficia, & penſiones promoti ad Epiſcopatum vacare per promotionem aſſeritur, ac poſſent conferri, niſi obſtaret retentio, & poſſeſſio colorata, imò titulata in ipſo promoto, non habita retentione, vacarent verbaliter per Decretum de vacando; ſed realiter capta poſſeſſione per Epiſcopum: unde non vacarent ſi eſſet promotus in partibus infidelium. Epiſcopus an ſit capax Beneficij obtinendi, & quando? Reſervata an dicantur Beneficia promoti, ut vacent ex tunc quo promovetur? an vacent per obitum? Beneficia quibus modis dicantur vacare, & ſi vacent de jure, & non de facto an poſſint conferri, aliáque utilia & neceſſaria traduntur. pag. 90

DISCEPTATIO XC.

Immunitatis conceſſio an ſit odioſa, & an poſſit ab univerſitate concedi Civi ex cauſa, etiam in præjudicium fiſci? Immunitas facta ab Univerſitate, an requirat aſſenſum Regium? Immunitas conceſſa Titio, & ſucceſſoribus, an comprehendat particulares. Bona tenentia à quibus ſolvatur, & cataſtum quomodo fiat in Regno. Mulier Neapolitana an det viro immunitatem, & qualis ſit Neapolitanorum immunitas. Dohana Apuliæ an cognoſcat contra Neapolitanos. pag. 97

DISCEPTATIO XCI.

Enucleatur *Titulus, ff. & Cod. de Nundinis.* pag. 104

EADEM.

Nundinæ, & mercatum quid ſint? & an ſynonyma? & cur ita dicantur? utilia eſſe Reipublicæ de Regalibus eſſe, præſcriptione immemorabili poſſe acquiri jus Nundinarum; Prorogatis eis, an cenſeatur prorogata juriſdictio Magiſtri Nundinarum? Oſtenditur illos qui ad Nundinas accedunt, ſecuros eſſe, immunes, &c. Privilegium per non uſum qualiter amittatur, qualiter etiam poſſit à Principe revocari. Locum Nundinarum mutari poſſe por Principem. Nundinantes immunes eſſe pluribus oſtenditur. Poſſe aliquid accipi ex ſingulis quibuſque animalibus, vel aliis rebus, conſuetudine oſtenditur. In diebus feſtivis poſſe prohiberi per Epiſcopos, niſi conſuetudo ſit in contrarium. In Eccleſiis fieri nequeunt, illarum tempore per Officiales acta facta in die feſtivo valent. pag. 105

ARTICVLVS II.

An ſemper in Nundinis perſona ſit ſecura, & guidata ob debita. pag. 107

ARTICVLVS III.

An privilegium faciendi nundinas, conceſſum alicui Baroni, vel Univerſitati, amittatur certo tempore, & an poſſit revocari per Principem concedentem. pag. 110

ARTICVLVS IV.

An Baro, vel Univerſitas privilegium habens, faciendi mercatum, poſſit aliquid accipere ex ſingulis quibuſque animalibus, vel aliis rebus, quæ veniunt ad vendendum. p. 113

ARTICVLVS VLTIMUS.

An Nundinæ, & mercatus in diebus feſtivis fieri poſſint? pag. 116

DISCEPTATIO XCII.

Tridentini Decretum *ſeſſione* 24. *cap.* 16. expenditur. Capitulum mortuo Vicario, Epiſcopo tamen abſente, facit Vicarium. Vicarius à Capitulo electus debet eſſe Doctor, & quando, & an Theologus poſſit eligi, & an de gremio Capituli, & an poſſit eligi Parœcus, & an ſit neceſſe ut ſit in ſacris? Abſentia in remotis æquiparatur morti, & quando dica

dicatur in remotis? Officialis electus in caſu abſentiæ quando dicatur electus in caſu mortis? Juriſdictio Epiſcopi qualiter eo mortuo tranſeat ad Capitulum? Vicariatus causâ pecuniam dare ſimonia eſſet. pag. 117

DISCEPTATIO XCIII.

Apoſtaſia quænam propriè dicitur, & ſententia ſuper ea qualiter formanda ſit, & an in contumaciam, an cum livore, & injuriam inferendo: & deciſio Rotæ prima, ſub titulo de Apoſtaſia, adducitur apud Achillem de Graſſis. Regularium privilegia circa Apoſtatas an ſint in uſu. Fugiens ad Superiorem non eſt Apoſtata, nec fugitivus. pag. 122

DISCEPTATIO XCIV.

Abbatiſſa non poſſe locare ad longum tempus bona Monaſterij ſine conſenſu expreſſo Monialium, ad breve verò tempus cum conſenſu tacito eorumdem oſtenditur etiam poſt extravagantem *ambitioſæ*, *de rebus Eccleſiæ non alienandis*. Conductor non tenetur denuntiare ante tempus, nec ei fieri debet à novo inquilino, vel à Domino denuntiatio in prædiis ruſticis Neapoli præfertur primus conductor ſecundo. Conſuetudines Civitatis Neap. in Curia Eccleſiaſtica non teneantur exceptis in illis in quibus agitur de Saſinis: illa verò de jure congrui nec recipitur ibi. In colonis verò rerum Eccleſiæ ſecundus præfertur primo colono. Abbatiſſa qualiter diſponat cum conſenſu Monialium. Monialium bona quo jure alienari prohibeantur, & an poſſint cenſum ſibi aſſignatum & extinctum expendere pro neceſſitatibus ſuis; & an poſſint alienare bona quæſita vigore Salviani. Totam Eccleſiam poſſe alienari ſine aſſenſu defenditur. Vaſa argentea; & reliquias Sanctorum minimè. Vitalitium in præteritum cedi, non in futurum ſine aſſenſu affirmamus. pag, 127

DISCEPTATIO XCV.

Abjurationis etymologia, definitio, & diviſio affertur: caſus in quibus abjuratur proponuntur, & antiquiſſimum in Eccleſia abjurandi modum fuiſſe: Abjurare recuſans qualiter puniatur, & quæ conſiderare debeant Inquiſitores? relapſus quis, & qualiter puniatur Regularis abjurans de levi, & pœnitentiatus in ſancto Officio eſt ineligibilis, ſimpliciter tamen abjurans licèt ſecundùm aliquos pœnam incurrat, ut non poſſit eligi. Author defendit oppoſitum, quia abjuratio de levi non eſt pœna, & à fortiori poſſunt eligi ſpontaneè comparentes. pag. 134

DISCEPTATIO XCVI.

Sortilegia, ſuperſtitiones, & alia facientes, ut furta inveniant, graviter puniri oſtenditur. Judex ſortilegij competens demonſtratur; plura ſortilegij genera traduntur; Clericos, & Eccleſiaſticos puniri ſuſpenſione ſi furta ſortilegiis quærant. Inquiſiti in Tribunali S. Officij, an vocem habeant activam, & paſſivam, plura alia ad materiam enucleant, &c. pag. 139

DISCEPTATIO XCVII.

Hæreditas Regulari relicta poteſt adiri à Monaſterio, invito Monacho, idem in legato, quod poteſt agnoſci invito Monacho. Religioſus quandoque ſervo, quandoque filio famil. æquiparatur. Legatum ſub conditione factum Monacho, ut nihil habeat Monaſterium quid operatur. Legatum relictum pro neceſſitatibus Regularis poteſt Superior Religionis ad libitum in uſus communes diſponere. Legatum non petitum à Regulari per plures annos an peti poſſit. Legatum modale relictum Eccleſiæ, modo non adimpleto, non revocatur. Legatum annuum tot requirit præſcriptiones quot ſunt anni. Reſtitutio in integrum competit poſt præſcriptionem ex capite ignorantiæ. Conditionis repetitio non datur niſi per verba expreſſa, *&c.* pag. 143

DISCEPTATIO XCVIII.

Matrimonium metu factum quando nullum ſit? & quomodo metus probari debeat, diciturque purgatus, & ratificatum matrimonium ex ſubſecuta voluntate conjugum coram Parœco & teſtibus explorata, copula, & habitatione. pag. 153

Tomi Secundi.

DISCEPTATIO XCIX.

Procurator habens facultatem concedendi bona Eccleſiaſtica in emphyteuſim, & cum aſſenſu Apoſtolico, & clauſulis ſi in evidentem, &c. non poteſt fines mandati excedere, & nulliter bona alia concedere, quæ revocantur per conſtituentem, & poſſidens an habeat retentionem pro melioramentis liquidis expenditur? pag. 158

DISCEPTATIO C.

Confeſſio debiti facta per decoctum non nocet: Etenim non habet velle, vel nolle; ſed privatur decoctus adminiſtratione bonorum: ſcripturæ recognitio facta per decoctum non præiudicat creditoribus. Partis appellatione quando veniat dimidia. Quietantia facta, quando præſumatur fraudulenter. Relatum qualiter, & quomodo ſit in referente. Confeſſio dotis receptæ quando noceat creditoribus, & quid ſi præceſſerint capitula. Sententia qualiter, & quando probet ſine proceſſu. pag. 165

DISCEPTATIO CI.

Cappellania in qua vocantur Proximiores conſanguinei mariti, & vxoris, qui præferatur in illa obtinenda: Primo nominatus quando cenſeatur magis dilectus, legatum pro dote factum conſanguinei, ſi vna ſit innupta, ſed Proximior, & conſanguinea nupta remotior, cui dari debeat? Proximiores vocati ad Cappellanias fideicommiſſa, &c. de quibus intelligatur Proximioribus teſtatoris, an vltimi Cappellani, & alia ad materiam dilucidantur. pag. 168

DISCEPTATIO CII.

Demanium non vſu tantum, & conſuetudine competere, ſed etiam de iure Regni, contra viros maximos putantes oppoſitum probatur; nec non congruum eſſe iuri communi: Vaſſallos Baronis eſſe peioris conditionis in Regno à Vaſſallis Demanialibus. Demanium infra quod tempus petatur, & an Clerici contribuere teneantur ad Demanium, & an ſint Cives Vniverſitatis, & an veniant in Parlamento, & quando teneantur ad leges politicas laicorum, aliaſque contributiones, qualiter & à quibus cogantur. pag. 173.

DISCEPTATIO CIII.

Commutationem vltimarum voluntatum fieri per Summum Pontificem poſſe ob difficultates in adimplendis illis, & vltimas voluntates profanas. Princeps Sæcularis commutare poteſt, neque in hoc præiudicantur agnati, vel conſanguinei, & quando. pag. 180.

DISCEPTATIO CIV.

Epiſcopum non poſſe fructus Collegij diſmembrare oſtenditur. Litteras Apoſtolicas eſſe omni reverentia ſervandas, Capitulum eſſe manutenendum in cura Animarum quando illam habet, Nec poſſe Epiſcopum Collegium facere, aut deſtruere: Animarum cura, quæ eſt penes totum Capitulum non poteſt ab Epiſcopo dari ſolum Archipresbytero, aliis nolentibus nec poteſt Epiſcopus novum imponere onus Collegio, Beneficio, &c. pag. 184

DISCEPTATIO CV.

Tranſlatio Prælati ſeu Epiſcopi qualiter fiat ab Eccleſia ad Eccleſiam, & cuius authoritate, & an tale vinculum cum Eccleſia ſit de iure divino, an humano, & declaratur celebris text. *in cap. inter corporalia, de tranſlatione Epiſcopi*, qualem pœnam incurrrant qui authoritate propria tranſlationem faciunt, & an electus, vel confirmatus poſſit rejici an Metropolitano iure communi obtempto tranſlatum quid, & quotuplex ſit, quibus ex cauſis fiat. Fructus quando, & qualiter debeantur tranſlato, & an poſſit ſecum

transferre aliqua mobilia pretioſa. Reſignatio à quo tempore fructus debeantur, & à quo tempore reſignati, & quid de fructibus civilibus, quid de naturalibus, & induſtrialibus, quid in Rota ſervetur, quid fuerit ab Auditore Cameræ olim practicatum; quid ſervetur in Regno cum Camera Apoſtolica, & ſucceſſore in Epiſcopatibus Regiis. pag. 186

DISCEPTATIO CVI.

Legitima, dos congrua, paragium, & virilis quid ſint? Pater dotando an poſſit dare minus legitima. Paragium, & legitima in quo differant. Legitima debetur à die mortis Patris vnà cum fructibus, vel intereſſe, etiam ſine petitione, ſecùs intereſſe Paragij. Paragium quando liquidetur pro integra virili, legitima eſt quota bonorum, non hæreditatis, & præſtari debet ſuper ſingulis corporibus, poteritque liquidari in pecunia. Paragium ſuper Burgenſaticis, & feudalibus qualiter ſolvatur. Paragium ingreſſarum quodnam ſit, & an poſſit eſſe minus legitima, & quando, & quantum eſſe debeat pro puella in ſtatu cælibatus. Dotata à Patre quando poſſit conqueri; Actio petendi legitimam non differt ab actione agendi ad ſupplementum. pag. 191

DISCEPTATIO CVII.

Caſalia appellatione civitatis venire in pœnis, Privilegiis, ſtatutis, &c. Privilegia etiam civitatis extenduntur ad villas de novo additas, & an & quando caſalia contribuant oneribus civitatis, nec caſalium iuriſdictio poteſt ſeparari à civitate ſine facto Regis. Clerici qualiter ſunt cives civitatis, & ad quæ onera teneantur: Gabellarum cauſas non eſſe, ſed odioſas. Clericorum franchitias, concedendas eſſe, & quid in Clericis caſalium, an regulentur à civitate cui ſubjiciuntur in ſpiritualibus, an ab ea cui ſubjiciuntur in temporalibus. pag. 197.

DISCEPTATIO CVIII.

Nullum poſſe Clericum ordinari, niſi ab Epiſcopo ſuo, ratione ſcilicet originis Nativitatis Domicilij, ac familiaritatis *ad textum in cap. cum nullus de temp. ordin. in 6.* vbi latè quid veniat nomine originis, an ſcilicet Averna, an Matris; Quid nomine Beneficij, an præſtimonium, & Beneficium exiguum, plura habens Beneficia poterit ab vnoquoque ordinari, & quid facta electione, an competat variatio? Plura Beneficia an, & quando poſſit quis habere, quid ſi conformia, & quæ dicantur conformia, quæ difformia, & quæ ſub eodem tecto. Domicilium tribuit facultatem ordinandi, & an poſſit variari invito Epiſcopo? Familiaris, eiuſque famulus poteſt ordinari, dummodo ei conferatur Beneficium, & an cum hoc familiari poſſit Epiſcopus diſpenſare ſuper interſtitiis? Epiſcopus ſi ordinet non ſubditum, quam pœnam incurrat? Vltramontani qualiter ordinentur ab Epiſcopis Italis. Neque Laïcus, aut Clericus coniugatus eſt capax Beneficij, nec Epiſcopus in hoc poterit diſpenſare, ex primæva tamen erectione poſſe Epiſcopum ordinare Clericum, & facere ſibi ſubditum; vt probabile defenditur, Vicarius Capitularis quando conferat litteras dimiſſoriales ad ordines, & quando diſpenſet cum arctatis, & qui dicantur arctati? Beneficia Regularia an poſſint dari Novitiis, & qui ſint eorum capaces, & an Laïcus de proximo Clericandus poſſit ad ordines promoveri? Ætas in Beneficiis quæ ſit, & quando minor ætas ſufficiat. pag. 206

DISCEPTATIO CIX.

Advocatis & Procuratoribus ſalarium debetur, & de quantitate etiam ſuper fructus menſæ Epiſcopalis vacantis quando advocatus cauſas Epiſcopi Moray, & menſæ defendit, vbi examinatur ſi ſucceſſor in beneficio debita anteceſſoris ſolvere debet, & beneficiarius penſionem reſervatam. pag. 214

DISCEPTATIO CX.

Feudo devoluto ad Romanam curiam hypothecariæ actiones activæ, & passivæ extingui debent. Praxis admittit, & æquitas non extingui, si cum assensu fuerint contractus quando feudatarius successorem habebat; & quo tempore illum habere debeat, scilicet an tempore contractus, vel mortis? Fiscus contra tales creditores an possit exponere, vt agant contra Burgensatica, at an agere possit contra creditores, vt cedant actiones contra Burgensatica. Alberti Bruni *cons.* 104. adducitur notabile. Onera feudi triplicis generis sunt. Fiscus in dubio nullum habet privilegium, & solvens non succedit in locum creditoris sine cessione, & quando agat contra debitorem debitoris & qua actione, nec fiscus agit, facta cessione cum intervallo, &c. pag. 223

DISCEPTATIO CXI.

Ecclesiastica bona alienari possunt sine assensu Apostolico quando Testator dedit licentiam alienandi. Sic Pupilli bona sine Decreto Iudicis alienantur quando Testator id concessit in specie, secus in genere. Assensus cuius expensis sit expediendus in alienatione bonorum Ecclesiæ. pag. 228

DISCEPTATIO CXII.

Divisionis finis qualis sit, & an sit species permutationis, in qua debeatur evictio à Testatore percepta, legitimis causis potest non observari: Plures sunt dividendi modi magis vsitatus qui fit per sortes, quæ tamen taliter facta per læsionem enormem rescinditur secundum aliquos, vel est nulla ipso iure secundum alios. Divisionem interdum præsumi posita æqualitate probamus, inter plures facta per Iudicem vel per arbitros, qualiter, si contineat læsionem, rescindatur. Ecclesiæ bona qualiter dividantur; qualiter servitutes, & qualiter bona emphyteutica. Rei indivisibilis qualiter practicetur licitatio; tandem Fœminam habere electionem in divisione probatur. pag. 232.

DISCEPTATIO CXIII.

Statutum *Lucense* 39. *lib.* 2. *de alienationibus* à mulieribus non faciendis, nisi certis adhibitis solemnitatibus, etiam causam dotis comprehendere defenditur contra Saliceti doctrinam, D. Altrogradi senioris, & iunioris, Censalij, Andrioli, & aliorum I. C. ex florentissima Republica Lucensi cum nostris scilicet Præside de Franchis, Præside Merlino, aliisque junioribus, promissionem se obligandi, donandi, dotandi, &c. non semper efficacem obligationem censeri cum Doctissimo Fontanella, Petra, Afflicto, & aliis latè probatur, & in hoc etiam D. Andreolus nobiscum consentire videtur: minoris obligatio per sex dies post majorem ætatem consideratur vti minoris, & habet Beneficia ejusdem. Albaranum subscribens quando videtur vt testis, quando vt Principalis obligatus, vbi D. Suelves Cuonca, Ninno, Caldas Pereyra, & alij adducuntur. pag. 241

DISCEPTATIO CXIV.

Societas qualiter, & quando transeat in hæredes, quid si patris præceptum fuerit, vt transeat; quid si hæredes, sint minores, vtrum requiratur Iudicis decretum? Minoribus contra tale præceptum paternum an competat restitutio in integrum? Decreti interpositio qualiter fieri valeat? Societatis creditores quando teneantur probare pecuniam conversam in vtilitatem societatis? Filio minori quando detur restitutio adversus hæreditatem paternam aditam? Quadriennium ad restitutionem in integrum à quo tempore currat, si per statutum fuerit major erat limitata. pag. 252

DISCEPTATIO CXV.

Legatum relictum pro maritagiis puellarum Neapolitanarum potest etiam dari puellis Casalium Civitatis Neapolitanæ, etiamsi Casalia fuerint divisa à Civitate Neapolitana quoad jurisdictionem, vt est Neapoli Casale Marani, Panis Coculi, Mileti, &c. cum verissima sit regula, quod qui de vico est, de Civitate esse dicatur. pag. 257

Index Diſceptationum

DISCEPTATIO CXVI.

Gratia conceſſa abſque limitatione, morte concedentis non expirat, etiam re integra. Textus *in cap. is cui de præbendis in 6.* enucleatur. Reſcriptum Gratiæ mortuo concedente quando expiret. Gratia quando dicatur facta, & quando facienda, & Gratia facienda ſub nomine dignitatis quando expiret. Juriſdictio voluntaria, & contentioſa quando expiret morte concedentis. Confeſſarij electio quando, & quibus Prælatis competat. Litteræ dimiſſoriales quando expirent morte concedentis. Licentias, Gratias, Diſpenſationes, & ſimiles morte concedentis non expirare, & quando? Paupertatis votum quando, & qualiter violetur, ac per quos actus. pag. 261

DISCEPTATIO CXVII.

Cenſus naturam dividuam eſſe, jure probatur, unde præciſo pacto: pro rata unuſquiſque cenſus poſſeſſor tenetur: interdum verò ex veriſimili mente diſponentis erit indiuiduus; poſita tamen diviſione facta per creditorem licitum erit debitori retroemere pro parte ceſſa non obſtante pacto diſponente aliter à principio. pag. 266

DISCEPTATIO CXVIII.

Abbatem ſancti Bartholomæi in Gallo exemptum eſſe à juriſdictione ordinarij, ſeu Epiſcopi illius Diœceſis, clariſſimè probatur. pag. 272

DISCEPTATIO CXIX.

Tutorem teſtamentarium omnibus præferri oſtenditur, ejus datio dependet à patria poteſtate: verum frater, Auus, Patruus, & extraneus poſſunt pupillis dare tutorem, eos faciendo hæredes, & tutores dati ab extraneis indigent judicij confirmatione, & tutor datus ab extraneo, & confirmatus à judice præfertur omnibus legitimis, etiam matri. Datus ab extraneo an confirmetur cum inquiſitione, eſtque tutor in omnibus, ſed non adminiſtrat omnia. Tutor datus à matre, vel avia, an requirat inſtitutionem: in ſola legitima, an in tota hæreditate. Tutor à judice quis dari debeat, tutelam affectanti ei dari non debet, nec creditori, vel debitori, vel habenti rem communem cum pupillo, in civitate Neapolitana tutela, an reguletur ſervata diſtinctione bonorum. Pupillorum educatio qualiter arbitraria, & an apud ſubſtitutum, & quid ſi ſubſtitutus offerat educare propriis expenſis, vtiliuſque eſſe pupillo oſtenditur, bona ſua per vnum quam per plures adminiſtrari. pag. 275

DISCEPTATIO CXX.

Conſultatio Doctiſſimorum Patrum Societatis Jeſu, & ſignanter Patris Oddi de Comitibus in Romana Curia Epiſcoporum examinatoris digniſſimi, & in vrbe, adducitur ad defenſionem factam irregularitatis, de qua in præſenti, ſed qua decet reverentia, & petita venia à Doctiſſimis Patribus ſocietatis Jeſu, irregularitatem incurriſſe defenditur ab Epiſcopo tamen non diſpenſabilem, ſed à S. Sede Apoſtolica, vbi latè de irregularitate ex homicidio, vulnere, & ſimilibus, ac de poteſtate Epiſcopi in diſpenſatione irregularitatem ad ornatum textus *Concilij Tridentini ſeſſ. 14. de reformat. cap. 7. & ſeſſ. 24. de reformatione, cap. 6.* pag. 281

DISCEPTATIO CXXI.

Ubi latè de militibus Sancti Joannis, Sancti Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, Sancti Stephani, Sancti Lazari, & Mauritij, an & qualiter ſint Religioſi, & dato quod non ſint tales, an ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, & an gaudeant Privilegio fori, & Canonis & quid ubi eorum Privilegia non habuerunt exequatur. Principis ſecularis, & quid ſi conſuetudine, & obſervantia contraria, ſit oppoſitum practicatum, & an eorum Privilegia, & exemptiones ſint localia? pag. 292

DISCEPTATIO CXXII.

Exornatur famosus ille text. *in l. unde quæritur, ff. commodati* cum pluribus concordantibus duobus reis debendi, & fidejussoribus dari Beneficium excussionis fundatur etiam si illi renunciaverint, dummodo propriis expensis velint excutere eum, ad quem pecunia pervenit, quod Beneficium expensarum appellatur, & practicatum dicitur in S. C. contra Antonium Fabrum, Scaynum, & alios. pag. 299

DISCEPTATIO CXXIII.

Distributiones quotidianæ quales sint, earumque divisio proponitur, & cur ita dicantur, an sint Beneficia, & an veniant appellatione reddituum, fructuum, & ad quem effectum uti fructus considerantur, & quando Episcopus eas debeat facere, si non existant; Canonicum esse verum earum Dominum ostenditur. Dari differentiam inter interessentem, præsentem, & absentem ostenditur, & qualiter residentia Paræci differat à residentia Canonici; absentium distributiones solis interessentibus verè accrescunt, & qualis consuetudo in hac materia approbetur; Canonicum Auditorem Rotæ, Cappellanum Papæ, Ministrum Sancti Officij Collectorem, vel subcollectorem, Pœnitentiarium, Theologum, præbendatum legentem, &c. distributiones suas facere ostenditur, & quando, Canonicum studentem fructus facere suos, & non distributiones probatur, & in quo studio, cujus licentia, & an possit ea denegari, & pro quo tempore concedenda. Canonicum absentem pro utilitate Ecclesiæ lucrari distributiones, & quando, quid de misso ad limina, & quid de eunte cum Episcopo, Canonicus Vicarius quando lucretur distributiones, & quid de eodem confitente alteri peccata sua, vel celebrante, & quid de occupato ad computa, & quid de examinatore Synodali, & quid si serviat Regi, vel Supremo Principi, & quid si à Civitate dejectus sit à Principe seculari, infirmum Canonicum lucrari, ostenditur distributiones, & quando, & quid de carcerato, excommunicato, suspenso, degradato, vel quid de cœco, muto, vel surdo, & quando eidem sunt alimenta danda; distributiones ob culpam Canonico denegatæ, cui applicantur, & in absentia per tres menses lucratur distributiones, & quando ei talis absentia prosit, & quando non permittatur, & quid si pro Capitulo intervenit mediante mercede, & quid de Sacristiæ Præfecto, vel organista, & qualiter in choro stare debet, & quando punctetur per Punctatores. pag. 306

DISCEPTATIO CXXIV.

Distributiones quotidianæ Canonico debitæ sunt, ut stipendium, & merces ob interessentiam. Possunt ad libitum ab eo alienari. Quando in eis obtineat jus accrescendi, vel non descrescendi, &c. pag. 322

DISCEPTATIO CXXV.

Distributiones quotidianæ, dum competunt pro labore, & opere personali, non veniunt nomine fructuum Beneficij, nec indultum transferendi pensiones super fructibus, redditibus, & proventibus, eas comprehendit; & plura ad materiam. pag. 324

DISCEPTATIO CXXVI.

Præsentatio ad Beneficium juris patronatus, potest fieri per patronum absentem, & patroni consensus, quando habeatur pro præsentatione; Si fiat præsentatio coram Sanctissimo qualiter facienda, *Text. in c. si eo tempore de rescript. in 6. & c. cui de Præbend. in 6.* qualiter concordentur? pag. 326

DISCEPTATIO CXXVII.

An, & quando possit fundari Confraternitas Sanctissimi Rosarij, & quæ requirantur conditiones? Referuntur Bullæ, & Privilegia RR. PP. Dominicanorum circa Sanctissimum Rosarium, & Indulgentiæ. pag. 329

Index Diſceptationum

DISCEPTATIO CXXVIII.

Qui exigit quod ultra debebatur ad reſtitutionem obligatur? Exploratio voluntatis qualiter fiat in novitiis monialibus vigore præcedente. pag. 334

DISCEPTATIO CXXIX.

Religioſum habentem licentiam à Superiore retinendi peculium, poſſe illud commodare, dare in cuſtodiam, aut mutuari, & in emptionem convertere ſive alia Superioris licentia. pag. 336

DISCEPTATIO CXXX.

Clauſuram, & clauſtrum à ſeptis non differre oſtenditur unde incipiat, & ad quem terminum terminetur Eccleſia, quando ſit ſub clauſura Monaſterij, & quid de ſacriſtia, & ſimilibus quo jure fuerunt introducta oſtenditur. Prælatus, vel Papa arctiorem clauſuram imponere an poſſit Regularibus. Licentia manendi extra clauſtra an poſſit dari à Prælato Regulari, & an poſſit Regularis eſſe Vicarius Epiſcopi ſine licentia Prælati clauſuram exire quibus liceat, & an pro ſubveniendis parentibus clauſura remanet, licet Monachi, & Fratres deſerant Monaſterium cum animo tamen redeundi. Pœnæ violantium clauſuram quæ ſint, & an requiratur dolus, & ignorantia, & craſſa an excuſet, & ad eas pœnas incurrendas requiritur declaratio. Quas pœnas non incurrit aſſocians fœminam jam introductam, dummodo non ducat non propriam cellam, nec puellæ carentes uſu rationis. Fatuas introducens incurrit. Fundatrices Monaſteriorum pœnas clauſuræ incurrunt exceptis Monaſterij Sancti Franciſci de Paula. Mulier medica an ingredi poſſit clauſuram, & an fœminæ Baiulæ. Monaſteria dum fiunt clauſuram non habent. Mulieres clauſuram ingrediuntur in proceſſionibus, in divinis Officiis, &c. In proceſſionibus etiam & aſſociantibus Sanctiſſimæ Euchariſtiæ pro infirmis. Mulieres habentes licentiam ingrediendi clauſuram pro tribus vicibus ad tria Monaſteria concedi ſolet, & quid ſi dicat ad quatuor, vel ad duo pro tribus vicibus, & ſi dicatur cum tribus an adimpleatur cum duobus, & ad quem pertineat ſepelire exiſtentes in clauſura ſi eligant ſepulturam. pag. 339

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

IL Dottor Giulio Capone, ſupplicando fà intendere à V.E. come deſidera dare alle ſtampe alcune ſue opere legali qui in Napoli, ouero extra Regno, doue ritroverà maggior ſuo vtile, è commodità ſotto il titulo, *de Diſceptationi Forenſi*. Supplica però V.E. commettere la reviſione d'eſſe à chi meglio li parerà, vt dent, &c.

V. J. D. Bartholomeus de Luca videat, & in ſcriptis referat. Galeota Regens, Garrillus Regens, Capiblancus Regens, & Ortiz Cortez Regens. Valero Regens.

Proviſum per S. E. Neapoli, die 12. Ianuarij 1671.

SEBASTIANVS.

DUo Diſceptationum Forenſium volumina ab V.J.D. JVLIO CAPONE Juriſconſulto celeberrimo, ſummo ingenio, & eruditione prædito elaborata, Excellentia veſtra jubente, perlegi, & nihil in eis inveni quod Regali Juriſdictioni adverſetur, imò vtiliſſima omnibus in foro verſantibus cenſeo, ob quod typis eſſe tradenda judico, ſi Excellentiæ veſtræ videbitur. Neapoli die 3. menſis Martij 1671.

Excellentiæ Veſtræ,

Humillimus & deditiſſimus ſervus,
BARTH. LVCA.

VIſa retroſcripta relatione imprimatur, & in publicatione ſervetur Regia pragmatica.

GALEOTA Regens. GARRILLO Regens. CAPIBLANCVS Regens. ORTIZ CORTEZ Regens. VALERVS Regens.

Proviſum per S. E. Neapoli die 10. Martij 1671.

SEBASTIANVS.

CONSEN

CONSENTEMENT DU PROCUREUR du Roy.

JE consens pour le Roy, qu'il soit permis à Sieurs JEAN-ANTOINE HUGUETAN & GUILLAUME BARBIER, cy-devant associez d'imprimer le livre intitulé *Caponi Disceptationes Forenses*, & que les defences leur soient accordées pour trois années. A Lyon, le 13. Juillet 1676.

DE VAGINAY.

PERMISSION.

SOit fait suivant les conclusions du Procureur du Roy, les jour & an que dessus.

DESEVE.

IVLII CAPONI PHILOSOPHI, THEOLOGI, AC IVRECONSVLTI Neapolitani, Comitísque Palatini

DISCEPTATIONES FORENSES,

Eccleſiaſticæ, Ciuiles & Morales, pluribus in caſibus deciſæ.

DISCEPTATIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies narratur.*
2 *Præſentatus à maiori parte inſtituendus eſt in iure patronatus.*
3 *Ius patronatus in dubio, ſi non conſtet de fundatione, dotatione, vel conſtructione præſumitur hæreditarium.*
4 *Ius patronatus ſui natura, tranſit ad hæredes extraneos, licet ſit fundatum pro familia, dummodo non ſit fundatum taxatiuè pro familia.*
5 *Ius patronatus fundatum pro ſe, & familia, donari poteſt alteri, & acquiritur per donationē.*
6 *Fœmina, quæ renunciauit hæreditati non admittitur ad præſentationem iuris patronatus hæreditarij.*
7 *Pater poteſt filiū præſentare in iure patronatus.*
8 *Donatarius iuris patronatus habet vocem in præſentatione diſtinctam ab illa, quæ ſibi competit, ex quaſi poſſeſſione præſentandi.*
9 *Heres filius, poſt repudiatam hæreditatem poteſt iterum adire, & quando?*
10 *Deſcēdētia in iure patronatus, qualiter probāda.*
11 *Quaſi poſſeſſio præſentandi per vnum actum acquiritur.*
12 *Vltimus ſtatus attenditur in præſentationibus.*

ARGVMENTVM.

Ius Patronatus præſumitur hæreditarium, non conſtito de fundatione, dotatione, vel conſtructione, & tranſit ſui naturâ ad hæredes extraneos, licèt ſit fundatum pro familia, dummodo non ſit fundatum cum taxatiua tantùm, & quando poſſit alteri donari, & quando fœmina, quæ renunciauit, admittatur ad præſentationem Iuriſpatronatus hæreditarij. Pater quando filium poſſit præſentare & an donatarius vnam, vel plures habeat voces ſi erat compatronus; quaſi poſſeſſio præſentandi quomodo acquiratur, & qualiter probetur deſcendentia.

P R O

Clerico Franciſco Troilo de Lando,

C O N T R A

Ioſephum clericum de Lando.

F A C T V M.

SVPPONITVR in facto, quod ex annorum 300. ſpatio, in Diœceſi Caſertana putà ab anno 1345. ſit fundatum iuſpatronatus à quodam Iacobo Antonio de Lando ſub duobus titulis, ſcilicet S. Antonij Terræ Caſollæ, & S. Mariæ de 1

de Cappella, Villæ Staturani, Caſertanæ Diœceſis, ex Ioanne verò Iacobo orti fuerunt tres, ſcilicet Benedictus de Lando, Carolus de Lando, & Barnaba de Lando, vt in arbore, cui relatio habeatur, Barnaba donat filiis Benedicti ſcilicet Io. Franciſco, & Donato ſuis nepotibus ſuam vocem, & ius præſentandi, vt in proceſſu *fol. 63. col. 2.* tam pro ſe, quàm pro hæredibus ſuis, & ſucceſſoribus, deſcendentes ex Benedicto præſentant clericum Franciſcum, tam vt hæredes Benedicti, per plures intermedias perſonas, quam vt donatarij Barnabæ, qui vnam habebat à principio vocem, deſcendentes ex Carolo præſentant clericum Ioſephum: verùm ex deſcendentibus ex Benedicto vna adeſt putà ſoror Beatrix de Lando, profeſſa iam in monaſterio N. quæ præſentat clericum præſentatum à deſcendentibus Caroli, ſiue à voce illius. Vnde clericus, qui ex aduerſo venit habet deſcendentes ex Carolo cum Beatrice deſcendente ex Benedicto, ſed clericus Franciſcus Troilus, quem defendo, habet præſentationes ſibi factas à patre, tam vt hærede Benedicti per intermedias perſonas, quam vt donatario Barnabæ, quæritur quis inſtituendus, vtrum præſentatus à deſcendentibus Caroli, & Beatrice de Lando deſcendente ex Benedicto, vel potius clericus Franciſcus Troilus præſentatus à patre ex duabus vocibus. Quo facto ſuppoſito,

2 Reſpondeo eſſe inſtituendum clericum Franciſcum Troilum præſentatum à patre ex duabus vocibus: quia à maiori parte præſentatus dicitur *cap. 3.* vbi *D D. de iur. patr.* Rot. apud Seraphinum *deciſ.* 875. Barb. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *num.* 97. Lambert. *lib. 2. part. 3. quæſt. 4. art.* 1. 4. *&* 6. & pater ipſe eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi. Ergo eius filius eſt inſtituendus ab eodem præſentatus ad not. per *text. in cap. conſultationibus* 19. vbi *D D. de iurepatron.* & vltimus ſtatus in præſentationibus, & inſtitutionibus beneficialibus attenditur Rota apud Gregorium 15. *deciſ.* 349. apud Coccin. *deciſ.* 245. *&* 464. Cardin. Mant. *deciſ.* 86. *& ſeq. &* Rot. *in nouiſſ. deciſ.* 7. *de iurepatron. & in recen. part.* 5. *deciſ.* 362. *&* 308. *& part.* 2. *dec.* 443. *&* 469.

3 Probatur 2. quia hoc ius patronatus in dubio cum non conſtet de fundatione, dotatione, vel conſtructione præſumitur, quod ſit hæreditarium, vt dicit Gratian. *cap.* 521. *num.* 19. & Viuian. *lib. 4. cap. 2. num.* 13. & patet ratione, quia cum quis ſtipulatur pro ſe, intelligitur etiam pro eius hæredibus, quamuis de illis nulla fuerit facta mentio, *leg. ſecundum reſponſa, Cod. de contra. ſtipul. leg. ſi hæres, ff. de prob.* Rot. Gen. *deciſ. 3.* & pater ſtipulando pro ſe & filiis, cenſetur ſtipulaſſe pro filiis vti hæredibus, *gloſ. & D D. in leg. ſi tibi, de com. ff. de pact.* Bart. *& alij in l. quod dicitur ff. de verb. oblig.* Franc. *deciſ.* 105. Verall. *deciſ. 302. part.* 1. Viuian. *lib. 4. cap. 2. à num.* 4. Ergo cum per intermediam perſonam ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi, noſter præſentans, cum qualitate hæreditaria, vt ex Præambulis, conſequenter eſt præferendus clericus ab eo præſentatus tanquam à maiori parte vocum, quod probatur vlterius, quia iuſpatronatus diuiditur in duas voces, & vnaquæque ipſarum repræſentatur à ſuis hæredibus, & vt habetur in iuribus citatis, fundant ſupracitati *D D.* ergo cum nos habeamus duas voces, vnam titulo ſucceſſionis, alteram titulo donationis, conſequenter ab ipſis duabus vocibus præſentatus præferri debet.

Probatur tertiò, quia ius patronatus præſumitur ſui natura tranſitorium ad hæredes extraneos, *cap. conſiderandum* 16. *quæſt.* 7. *c. ſi plures cap. cum ſeculum, de iure patronatus*, vbi generaliter probatur ius patronatus tranſire ad hæredes quoſcunque vniuerſales, tàm ſuos, & ſanguinis, quàm extraneos, & tàm ex teſtamento quàm ab inteſtato, in quos quidem tranſit, quia hæredes, Couarr. *lib. 2. var. cap.* 18. *num.* 6. Spino. *in ſpeculo teſtamentorum gloſ.* 4. *num.* 25. Riccius *collect.* 1205. Vgolinus *de poteſtate Epiſcopi, par. 2. cap.* 51. Card. Tuſchus *lit. I, concl.* 610. Lambertinus *de iure patronatus, par. 2. lib. 1. quæſt. prima, art.* 15. Abbas *in cap. cum ſeculum, vbi gloſ. de iurepatronatus*, Barboſa *de poteſtate Epiſcopi alleg.* 71. *& in collect. ad textum in d. cap. cum ſeculum*, Viuian. *lib.* 4. *de iure patronatus, cap.* 2. quod dicit Rota Romana *in Cremonenſi iuris patronatus* 6. *Iunij, &* 21. *Nouembris* 1578. *coram* Cardinale Seraphino, *& in Aretina Capellaniæ* 6. *Nouembris* 1593. *coram Penia, & in Baren. beneficij primo Decembris* 1589. *coram* Penia, *apud* Viuianum *vbi ſupra num.* 2.

Quod ita verum eſt, vt licet fundetur ius patronatus pro ſe, & filiis ſuis, aliiſque de familia, 5
tamen non per hoc ſequitur, quod titulo donationis, vel alio ſucceſſionis vniuerſali, aut particulari, non poterit ad extraneos donari, vel relinqui, quia prouiſio hominis non facit ceſſare prouiſionem legis, & iuris communis in eodem caſu *l. ſi cum dotem. in principio, ff. ſol. mat. l. ſi extraneus, ff. de condictione ob cauſam*, Barboſa *axiomate* 195. Carrocius *ſingulari* 691. Ioſeph Vela *diſſertatione* 11. *num.* 111. latè Neguſantius *de pignoribus, par. 2. membro* 4. *num.* 87. vbi plura ponit exempla, Gabriel *comm. concluſionum in tit. de regulis iuris concluſ.* 8. Menochius *lib. 4. præſumpt.* 190. *à num.* 40. Card. Tuſch. *lit. P, concluſ.* 951.

Ex quo dicere ſolebat Fontanella *tom. 20. clauſula* 53. *gloſ.* 10. *par. prima numer.* 50. *cum ſequentibus*, quod licèt hominis diſpoſitio faciat ceſſare diſpoſitionem legis, ex vulgata *leg. finali, Cod. de pactis conuentis*, ad notata per Seraphinum *in deciſ.* 829. & 837. tamen regula procedit, quando prouiſio hominis eſt derogatoria, & non cumulatiua ad prouiſionem legis, præſertim quando incompatibiles ſunt prouiſiones, vt benè Francus *deciſ.* 135. *num.* 9. ſic etiam ad propoſitum dixit Fontanella 2. *tomo, clauſula* 7. *gloſſa* 2. *par. prima, num.* 18. quod ſi in inſtrumento dotali mulier caueat ſibi de expreſſa hypotheca in bonis mariti pro dote, non per hoc cenſetur renunciaſſe hypothecæ dotis tacitæ, à lege inductæ: quia tacita hypotheca poteſt concurrere, cum expreſſa hominis hypotheca, ex Antonio Fabro *lib. 5. C. tit. 8. de rei vxo. actione, defin. 3.* ne alias ſpecialis conditio pignoris, faciat deteriorem dotis conditionem, quam debuit facere meliorem, vt benè idem Faber *vbi ſupra defin.* 23. latè Alexander Raudenſis *de Analogis lib. primo, cap. 33. à num. primo*, ergo licet dixerit fundator ſe fundaſſe ius patronatus pro ſuis filiis maſculis, & etiamſi dixiſſet pro maſculis ſuis, & pro familia, non per hoc tollitur quin non tranſeat ad hæredes extraneos, vt benè in puncto conſuluit Ancharanus *conſ.* 81. & dicunt omnes ſupradicti D D. dummodo non dixiſſet (tantùm ad ſuos de familia) quo caſu tranſiret ad illos tantùm, quia taxatiuè loquitur teſtator Rota *coram* Robuſterio *deciſ.* 385. *par. prima diuerſorum*, Genuenſis *in praxi cap.* 101. *in impreſſis Romæ de anno* 1609.

& impreſſis

& impressis de anno 1613. cap.83. Lotterius *de beneficijs. lib.2. quæst. 11.num.11.* Ciarlinus *cap. primo,num.24.*ergo potuit hoc ius patronatus non fundatum taxatiuè pro illis de familia , cum sit ex probatis transitorium ad heredes extraneos donantis *cap. illud, cap. cum seculum, de iure patronatus, D D.supra cit.*

6 Neque iuuat partem aduersam, se habere descendentes à Carolo cum sorore Beatrice, quia nihil sibi soror Beatrix prodesse probatur:quia licet iuspatronatus hæreditarium in fœminas hæredes transeat ex Decio *cons.127.nu.3. in fine,* Rolan. à Vall. *cons.47. vol.1.* tam si essent hæredes ex testamento, quam si ab intestato, *glos.in clem. vltim.* vbi Cardin. *quæst.10. de iurepatron.* tamen in iure patronatus hæreditario,si fœmina hæreditati renunciasset, siue esset excluſa ab hæreditate paterna, tunc non succedit in iurepatronatus cum fratribus, quia non est fœmina hæres patris : ita Petr.de Anca. *in d.clem.plures col.2.de iurepatron.* Card.*in rubr. quæst.* 8. *de iurepatron.* quod etiam procedit in monialibus dotatis excluſis ab hæreditate paterna , Felin. *in cap. Eccl.S. M. de Constit. num.*78. Viuian. *de iure patr. lib. 4. cap. 2. num.* 48. *& seq.* Ergo cum soror Beatrix sit professa in Monasterio , ac dotata , consequenter excluditur ab aliis hæredibus primorum anteceſſorum,vt per se patet ex traditis à *D D.* citatis.

7 Potuit ergo pater præsentare filium clericum in iurepatronatus:quia licet clericus patronus Ecclesiæ vacantis non possit se ipsum præsentare, ad dictam Ecclesiam, *cap. per nostras,* vbi *glos. in verb. præsentare, de iurepatron.* Lambert. *de iurepatron. part.1.lib.2.quæst.8.art.2.& 6.*& habetur in *cap. vltimo , de instit.* Gonzal.*in regul.*8. Cancel. *glos. 2.num.*457. Rot. *decis.* 185. *part. 2. diuer.* quia debet esse actualis distinctio inter præsentantem, & præsentatum *d.cap. vlt.* & differentia inter eligentem , & electum *cap. qualiter de elect.* tamen pater potest præsentare filium, auus nepotem, seu alios consanguineos *glos. in cap. quia clerici, verb. filij , & in cap. consueuit , verb. propria auctoritate , de iure patron.* Barbosa *alleg. 72. num. 93.* Procurator tamen constitutus à principali patrono cum facultate præsentandi potest ipsum patronum constituentem præsentare,Abb. *in d. cap.per nostras,* quia ille dicitur facere, cuius nomine fit *l.1. ff. de vi,& vi arm. cap.cum quis,de sent. excommun. in 6.* & qui per alium facit per seipsum facere videtur, *cap. qui per alium, de reg. iur.in 6.*& decisum fuit in Rota apud Verall.397. *part.2.* Viuian. *lib.6. de iurepatr. cap.9. num.19.* Barbos. *alleg.72.num.87 & seq.* Ricc.*in prax.rer. fori Eccl. dec.* 197. qui dicit, quod procurator possit præsentare patronum, & est de stylo Curiæ Episcopalis Casertanæ , vbi procuratores præsentant principales sine vlla difficultate.

8 Habet ergo duas voces pro se clericus Franciscus Troilus de Lando præsentatus , vnam sui patris,tanquam hæredis vltimo loco præsentantis,& alteram vti donatarius Barnabæ : & quidem duas inueni donationes in processu factas in perpetuum: Primam quidem in *fol.60.cum seq.* quæ fuit sine assensu Episcopi, nec opus erat;cum esset donatio facta compatrono pro se,suisque hæredibus, & succeſſoribus, quæ non indiget assensu, vt dicit Rot.Rom. *apud* Achillen de Grass. *decis.19. de iure patr.num.2.* Veral. *decis* 284.*part.1.* Rota *decis.* 707. *part.1.in recen.*Barbosa *in collect. ad textum in cap. ex insinuatione num. 2. & iurepatron.* Aliam deinde inuenio donationem factam cum assensu Episcopi , de qua in *fol.95. cum seq.* quæ quidem sufficit ad constituendum donatarium patrem præsentati , cæteroſque sibi æquales in titulo habili ad præsentandum , cùm donatione transeat sufficienter iuspatronatus , *glos. in cap.piæ mentis 6.quæst.7.cap. cum seculum,de iure patr. cap.ex insinuatione , vbi glos.in ver liberaliter , cap. nullus de iurepatron. cap. præterea , il 2. de iurepatron.* qui consensus satis est, quod postea interueniat etiam post mortem donantis , quod non est in casu nostro, Rot. *decis. 337 part. 2. in recent. apud* Farinac. & est adeò validus , quod præsentatus à donatario præferatur præsentato ab hærede donantis,Barbosa qui concordantes add.*in alleg. 71. num.32.* qui quidem consensus debet esse Episcopi, vel Vicarij cum speciali mandato, Rota *apud* Viuianum *lib.4.cap.4.num.4 & seq.*

9 Quod si dicant aduersarij,Antonium de Lando præsentantem filium clericum non esse hæredem, eo quod hæreditatem repudiauit , vt ex primo actu facto à se ipso , ergo non est bona præsentatio sui ipsius. Consequentia probatur , quia si filius nolit hæreditatem patris, & ab ea se abstineat, vel hæres extraneus illam repudiet, tunc non succedit in iure patronatus:quia non est hæres, Cardinal. *in rubr.de iure patron.q.octaua.*Viuian.*lib.4. cap.2.num.51.de iure pat.*

Respondeo enim, quod ex *l fin.C.de repud. hæred.* quando filius repudiat hæreditatem patris,potest infra quadriennium eum pœnitere,si minor fuerit , & hæreditatem repudiatam iterum acceptare, quod quadriennium sibi competit à die facti maioris , si verò sit maior, qui repudiauit, vt in casu nostro,tunc poterit eum pœnitere infra trienniũ, & iterum adire:quod priuilegium fundatur in patria potestate, supponendo, vt dicit tex.quod dum vult iterum adire bona hæreditaria, non sint alienata; quia tunc non datur regressus: & sic in casu nostro tempore debito fuit post repudiationem illam factam iterum adita hæreditas cum ben. l. & inu.consequenter potest præsentare in iure patronatus prædicto, & sic cum sit in quasi possessione præsentandi hic hæres,& duas repræsentet voces, vnam ex parte donationis sibi factæ, vltima ex capite hæreditariæ succeſſionis , consequenter est admittendus ad institutionem cum excluſione alterius. Etenim cumulatio titulorum , siue actionum compatibilium admittitur,vt in *l.fin.C.de codicill.*notant *D D.* Camil. de Medic. *cons.40. vbi* Reg. Galeot. *in add.* & plures cumulantur in materia per Boërium *decis.33.par.1.* Mising.*cent.3. obser.25.* Ricc.*coll.925.*Castil.*decis.59.* sicuti dicit Medic.vbi sup.potest quis ex iure directò agere ex testamento, & ab intestato, & etiam iure directo ex testamento, & iure obliquo ex codicillis ab intestato : si non ex eadem,sed ex diuersa scriptura agat : quia ergo in casu nostro cum quis præsentat , vt hæres, & vt donatarius , tunc non sunt duo tituli contrarij, consequenter sunt compatibiles & admittendi,*l.vbi repugnantia,vbi DD. ff.de regu.iur.DD. in l.vni.C.de inoff. test.* Barbo. *axiom.*58. Dexarte *in decis. 3.* qui ad propositum loquitur. Ergo præsentatus à duabus vocibus, sorore Beatrice nihil impediente , est instituendus, posita sui ipsius habilitate, vt supponitur.

10 Opponit pars aduersa se probare descendentiam à Iacobo Antonio de Lando , qui descendit à Casertano de Lando , qui fuit ille, qui Capellam benedici fecit,vt in instrumento fol...sed clericus Troilus , de quo in præsenti non probat ab eodem Iacobo Antonio descendentiam. ergo.

Sed patet de facili responsio , quia nec aduersa pars sufficienter probat descendentiam , quia de-

scendentia probari debet per testes, qui personas expressis nominibus, vel demonstratione, vel circumlocutione sufficienti designent, & ab vtroque latere singulos gradus, clara computatione distinguant, vt clarè Innocentius III. loquitur in *cap. licet ex quadam* 47. *de testibus, vbi glossa in verbo gradus*, & Abbas *num.* 12. Carolus Ruinus *cons.* 52. *num.* 4. *lib.* 5. Rota *apud* Cardin. Seraphinum *decis.* 489. *& apud* Duranum *dec.* 8. *num.* 4. *par. prima*, Episcopus Maranta *par.* 4. *respons* 19. *num.* 15. & 16. testes verò in præsenti non deponunt quomodo Iacobus Antonius à Casertano descendat, ergo apparet, quod Casertani Iacobus Antonius, & alij descendentes fuerunt admissi tanquam existentes in iure præsentandi, vt fecerunt mentionem semper Domini Episcopi Casertani, collationis tempore, dicentes spectare ad patronos de Lando tanquam existentes in quasi possessione præsentandi: ergo in hoc iure patronatus, vbi non habemus fundationem, constructionem, vel dotationem, sed tantum præsentationes pro vtraque parte factas, non possumus iudicare cur magis ad vnum, quam ad alium spectet, sed id, quod iudicari debet est videre, qui sint in quasi possessione præsentandi, & ex illis præsentatis ab ipsis patronis, quis habuerit maiores voces, & ille institui debet, quod notum est in clerico Francisco, Troilo de Lando; nam illi à quibus ipse præsentatur, sunt in quasi possessione præsentandi per plures vices, donationis titulo aliam vocem possident, quam potuisse donari, probaui tam si esset hæreditarium ius patronatus, provt de facto est, quam si non esset hæreditarium, sed gentilitium, quod potuit donari, quia non fuit dictum pro familia tantum, ergo omni iure est instituendus clericus Franciscus Troilus, vtpotè habens duas voces ab illis præsentatus, qui sunt in quasi possessore præsentandi.

11 Nam quasi possessio præsentandi per vnicum actum acquiritur, Rota *dec.* 318. *num.* 2. *part.* 2. *diuersorum, & apud* Mohedanum *decis.* 7. *num. primo, de iure patronatus, & apud* Crescentium *decis.* 2. *in fin. de iure patronatus, & par.* 2. *in recentioribus decis.* 235. *in vna Neapolitana Rectoriæ* 19. *Decembris* 1608. *& apud* Coccinum *decis.* 245. *& apud* Cardinalem Caualerium *decis.* 57. *num.* 4. Piasecius *in prax. Episcopali par.* 2. *cap.* 5. *art.* 1. *num.* 23. *fol.* 360.

12 Nec obstat quod faciant arborem descendentiæ, quia ad validatem præsentationis, attenditur quasi possessio iuris præsentandi, atque vltimus status eorum, qui præsentauerunt, licet in petitorio sit aliud videndum, quomodo huc intrasti, vt in dicto *cap. consultationibus* 19. *vbi D D. de iurepatronatus*, Rota *decis.* 443. *apud* Damascenum, *par.* 2. *num.* 3. 4. *& 5. inter recentiores, pleniusque decis.* 337. *apud* Coccinum *par.* 2. Et ratio est, quia præsentatio fructus est, sed fructus ad possessorem spectat, Rota *decis.* 14. *de iurepatronatus*, Censales *ad regul.* 4. *Cancellariæ, glos.* 45. §. 2. *à num.* 4. *vsque ad* 14. Marescottus *lib. primo var. cap.* 55. Rota *apud* Gregorium XV. *decis.* 48. *num.* 6. *& decis.* 77. *num.* 9. *ibique* Beltraminus *in addit. num.* 12. Card. Caualerius *decis.* 350. *& 373. num.* 4. *& 5. & 389. num.* 6.

Hæc causa per plura Tribunalia Ecclesiastica fuit agitata; tandem Capuæ ad fauorem mei Clientis decisa.

DISCEPTATIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Iuris patronatus institutio dari debet habenti maiora suffragia.*
2 *Ius patronatus in dubio præsumitur hereditarium.*
3 *Stipulatio facta per Patrem pro se & filijs, censetur stipulasse pro filijs vti hæredibus.*
4 *Præsentatus in iure Patronatus licet sit de familia testatoris, non poterit præferri nisi posita paritate suffragiorum cum altero præsentato.*
5 *Iuris patronatus præsentatio illa admittitur cum quo concurrunt maiores voces compatronorum.*
6 *In iure patronatus vocatus à primis fundatoribus in prima erectione dicitur nominatus per eosdem, & non indiget præsentatione.*

ARGVMENTVM.

In iure patronatus præsentati, si plures sint, ille debet admitti, qui habet maiora suffragia.

PRO

Clerico Dominico Campanili Terræ Caiuani,

CONTRA

Vincentium Antonium Galasso.

FACTVM.

PRo facti dilucidatione supponitur, quod in anno 1616. Notarius Vincentius Galassus de Neap. & Fuluius Galassus, ac Iacobus Antonius Galassius fratres Germani de Terra Caiuani Auersanæ Diœcesis, filij quondam Scipionis Galassi vnà simul cum Francisco Antonio Galasso eorum fratre Patruele, alias Consobrino, determinarunt fundare Capellaniam intra Parœcialem Ecclesiam sancti Petri eiusdem Terræ Caiuani: ob quod conuenerũt cum Parœcis qui tunc temporis erant in dicta Parœcia de habenda quadam Capella diruta, sub titulo sanctæ Mariæ de Constantinopoli intra dictam Ecclesiam cum licentia Vicarij, accepta quadam quantitate ducatorum vinginti quinque, pro vna vice tantùm expendenda pro necessitate eiusdem Ecclesiæ Parœcialis: scilicet pro quadã scala, qua ascendere possent clerici ad Campanile pro pulsandis Campanis. Conuenerunt etiam cum Parœcis quod Capella construeretur à prædictis nominatis cum speciali reseruatione Iuris patronatus, & quod post mortem Briandæ sororis, Vincentij, Fuluij, &c. assignaretur dos eidem Cappellæ modiorum quatuor Terræ Arbustatæ. Hoc totum processit cum assensu Odinarij Auersæ, post mortem Briandæ dicti de Galasso tradunt quatuor modios terræ, quæ terra erat iam data in dotem eidem Briandæ ab Isabella Galasso consanguinea eorundem de Galasso; sed conuenerunt

quod

quod Capellanus præsentandus esse debeat de familia, & domo de Galasso ad præsentationem eorumdem, & suorum hæredum, & successorum: fuit interpositum decretum pro erectione, & præsentatus Franciscus Andreas Galasius, ac institutus cum onere vnius Missæ in Hebdomada, per mortem sequutam nunc eiusdem Francisci Andreæ Galassi, procuratorio mediante mandato ad presentandum directo Notario Francisco Parente: ab Antonio Vrsino Galasso filio Fuluij primi fundatoris præsentatur clericus Dominicus Campanilis filius Iosephi Campanilis, & Beatricis Galasso. Qui etiam Antonius Vrsinus Galassus tanquam donatarius Iacobi Antonij sui Patrui, & primi fundatoris præsentat etiam eundem Clericum Campanilem. Adducitur præambulum per quod probatur Antonium Vrsinum Galassum fuisse hæredem quondam Iulij; & etiam fuit præsentatum instrumentum donationis.

Ex aduerso tamen Notarius Vincentius Galassus procreauit Scipionem, & Ioannem Baptistam, qui duo non adducto præambulo an essent hæredes Notarij Vincentij procuratorio mediante instrumento? in personam Clerici Ioannis Baptistæ de Rogerio Terræ Caiuani præsentarunt Clericum Vincentium Antonium Galassum.

Adducitur præambulum etiam per Curiam Casollæ Valenzanæ expeditum, per quod habetur Iacobum Antonium esse hæredem Lucæ Galassi fratris per intermediam personam Iosephi Caroli, Antoniæ, & Vrsinæ Galasso; & instrumentum quo Franciscus Antonius donat Lucæ Galasso, & Iacobus Antonius Galassus presentauit clericum Campanilem, non obstante donatione facta, vigore cuius donationis Antonius Vrsinus præsentauerat, quatenus prima non esset valida.

Et licèt pars aduersa pro se adducat Antoniam Galassum cuius personam repræsentat etiam Iacobus Antonius, vigore præambuli facti in Curia Casollæ, de quo supra, mortuam fuisse in Hospitali incurabilium Neapoli, ex fide quam adducit in processu: ob quod prætendit fallum esse præambulum Casollæ Valenzanæ, tamen non adducitur fuisse illam Antoniam, de qua supra, nec Hospitale incurabilium acceptasse hæreditatem.

His pro veritate facti propositis, supereſt, vt ex hoc facto ius colligamus, scilicet quis debeat institui in Cappellania prædicta, an clericus Galassus, an Campanilis?

Probo Campanilem esse omninò instituendum, excluso Galasso: Primò quia in iure Patronatus, vel Capellania iuris Patronatus ille est instituendus, qui maiora habet suffragia, vt ait Leo Papa 1 *in can. si fortè 36.* alias *fin. 63. dist.* & patet ex Concilio Lateranensi *in c. quoniam de iurepatronatus* vbi Augustinus Barb. *in Collect.* Episcopus Maranta *part. 4. respons. resp. 66. num. 15.* sed in casu nostro maiora suffragia, & vota habet clericus Campanilis, vt probabo: ergo Campanilis est admittendus. Maior, & consequentia patet. Minor probatur; Campanilem sc. habere maiora suffragia: quia hoc ius præsentandi in quatuor voces à fundatoribus fuit diuisum, scilicet à Notario Vincentio Antonio Galasso, à Fuluio Galasso, à Francisco Antonio Galasso, & à Iacobo Antonio Galasso, & sic in quatuor voces siue suffragia diuiditur ius præsentandi à principio, in eorum tamen descendentes in stirpes, non autem in capita transiuit iuxtà Clementinam 1. *de iure patronatus*: vbi Glossa in verbo *plures*. Sed quando esset vnus Patronus à principio qui reliquit duos filios, isti duo succedunt in capita duas habentes voces; sed postea filij eorum succedunt in stirpes, vt notauit Archidiaconus *in dicta Clementina, plures*, quem refert & sequitur Lambertinus *lib. 1. de iure Patronatus fol. 291. col. 1. in fine lib. 1. resp. 1. quæst. principalis articulo 25.* A Vincentio orti fuerunt Scipio Galassus pater clerici Galassi præsentati cum quo litem habemus, & Ioannes Baptista Galassus Patruus prædicti Clerici, dicunt se esse hæredes prædicti Notarij Vincentij, sed non præsentarunt præambulum hæreditatis. Quapropter duo ex vno in stirpes vnam vocem conflantes præsentant clericum Galassum, pater eiusdem, & Patruus à Vincentio descendentes vt in facto, sed pro parte clerici Campanilis præsentatur ab Antonio Galasso patruo, filio, & hærede quondam Fuluij primi fundatoris Cappellæ à Iacobo Antonio Galasso Compatrono, & primo fundatore, tam proprio nomine, quam vt hærede, quàm Lucæ Galassi sui fratris per intermediam personam, quam Iosephi Caroli, Antoniæ, & Vrsinæ Galasso filiorum quam Lucæ, vt ex fide præambuli, & tandem ab eodem Iacobo Antonio, tanquam nepote, & hærede quam Subdiaconi Ioannis Caroli Galassi Patrui, & fratris Scipionis filij prædicti Vincentij fundatoris, vt in processu. Ergo apparet ex facto oculari probatione clericum Galassum non habere, nisi vocem vnam per filios Vincentij repræsentatam in stirpes, sed clericum Campanilem habere integram vocem Antonij Galassi repræsentantis Fuluium fundatorem, integram vocem Iacobi Antonij Compatroni & primi fundatoris, & habet vocem eiusdem Iacobi Antonij, vt hæredis illorum de Galasso, de quibus supra: ergo cadere debet institutio in personam clerici Campanilis vtpotè præsentati à maiori parte suffragiorum.

Probatur 2. Quia ius patronatus vel Capellania in dubio semper præsumitur hæreditario iure transferri in hæredes fundatoris, quod stipulando aliquis pro se, intelligitur semper stipulasse pro eius hæredibus, quamuis de eis nulla mentio facta fuerit *l. secundum resp. C. de contrah. stip. l. si hæres ff. de probat.* Rota Genuæ *d. 3.* sic etiam videmus quod Pater stipulando pro se, & filijs, censetur stipulasse pro filijs vti hæredibus, glossa, & D D. *in l. si tibi decem §. si pactus ff. de pact.* Bart. & alij *in l. quod dicitur ff. de verb. oblig.* Affl. *d. 314.* Francus *dec. 105.* Verall. *dec. 302. parte prima*, & videtur Testatorem semper voluisse se conformare cum dispositione iuris communis, Cardin. Seraph. *decis. 378.* & sic quod in ius patronatus noluerit admitti, nisi hæredes; præterquam quod in hac Capellania dicitur expresè pro eis fundari & suis hæredibus, per illa verba *ad præsentationem suorum hæredum, & successorum*, sed præsentantes Clericum Galassum non adducunt præambulum hæreditatis: ergo vtpotè non hæredes non sunt admittendi ad præsentationes, nec si præsentarunt est habenda ratio ipsorum, vt qui hæredes non existant, neque in maiori parte suffragiorum, vt bene Vivian. *lib. 4. de iure patronatus cap. 7.* 2 3

Probatur 3. Quia licèt clericus Galassus sit de familia testatoris, tamen non est per hoc præferendus, nisi posita paritate suffragiorum cum parte contraria, vt fuisse decisum pluries in Rota testatur Vivianus *lib. 12. de iure patron. cap. 9.* sed quando sunt maiora suffragia, & voces pro vno, quàm pro alio, maiores voces sunt attendendæ *d. cap. 3.* vbi D D. *de iure patron.* Paulus de Citadinis *de iure patronatus p. 6. q. 27.* Card. Mantic. *dec. 86. n. 4.* Card. Seraph. *decis. 875.* 4 5

Rota *dec.* 117. *part.* 2. *diuerſor.* & *deciſ.* 202. *part.* 2. *in recentioribus* Ricc. *in praxi reſolut.* 173. Lambertinus *de iure patronatus lib.* 2. *part.* 3. *q.* 4. *art.* 1. Barb. *de pot. Epiſ. alleg.* 72. *num.* 197. Macera *lib.* 1. *reſol.* 104. ſed in caſu noſtro ſunt plures voces pro Campanili quam pro Galaſſo, quippè, qui non niſi vnam habet ex filiis notarij Vincentij, vt in facto: ergo Campanilis eſt inſtituendus non Galaſſus; nam in iure patronatus non attenditur an præſentationes ſint factæ à ſaniori parte, ſed an à maiori ſimpliciter *d. cap.* 3. *de iure patron. ibi plurimorum eligitur, & approbatur aſſenſu* Rocc. de Curte *q.* 59. Lambertinus *vbi ſupra art.* 6. Viuian. *de lib.* 12. *cap.* 8. *numer.* 14.

6 Probatur 4. Quia vocatus à primis fundatoribus ex primæua erectione dicitur nominatus per eoſdem & non indiget præſentatione; nam habet ius in re, non ſolum ad rem ex Card. Puteo *dec.* 99. & 252. *lib.* 3. Gomeſius *in Regulis Cancellariæ de iure quæſito non tollendo q.* 1. *col.* 4. qui ita dicit deciſum in vna Ote menſi Capellanię Iunij 1539. coram Rainaldo Petruccio, & ſequitur Mandoſius *conſ.* 51. *num.* 9. Caſſador *dec.* 18. *de probat.* Rota *part.* 2. *in recentiorib. dec.* 253. & coram Buratto *dec.* 755. *p.* 3. Maranta *p.* 3. *reſp.* 28. *num.* 7. & *reſp.* 19. *n.* 6. 7. & 8. *part.* 4. ſed vltrà primum nominatũ requiritur in aliis præſentationibus forma iuris, ſed in caſu noſtro ſumus vltra primæuam erectionem: ergo requiritur præſentatio, quæ fieri debet ſecundùm formam iuris ſcilicet à maiori parte: igitur cum pro parte Campanilis ſint maiora ſuffragia, liquidò conſtat apud eundem cadere debere inſtitutionem: ſic cenſeo.

DISCEPTATIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur de qua hic.*
2 *Pecuniam verſam in vtilitatem contrahentis Eccleſiæ tribus in caſibus requiritur ſcilicet in mutuo depoſito & contractus pro debitis.*
3 *Conuerſio in vtilitatem qualiter probari debeat in contractu cenſus.*
4 *Verſionis cauſa perpetuò debet eſſe duratura.*
5 *Vtilitas verſionis debet eſſe à principio non ex poſt facto.*
6 *Ciuitatis officiales illam non obligant niſi probata verſione.*
7 Tex. in l. Ciuitas 27. ff. ſi certum petatur *extenditur.*
8 *Emptionis contractus non requirit verſionis probationem.*
9 *Emens ab Eccleſia non tenetur probare verſionem.*
10 *Emens ab Eccleſia non tenetur eſſe ſollicitus de pretij conuerſione.*
11 *Eccleſia non tenetur ex mutuo niſi probata verſione.*
12 *Verſionis probatio qualiter facienda ab Eccleſia.*
13 *Prælatus vt teneatur, non requiritur probatio verſionis.*
14 *Contractus cum Eccleſia, & cum Republica pariter procedunt.*
15 *Contractus præiudiciales ab officialibus Ciuitatis qualiter fiant.*
16 *Magiſtratus quando poſſint præiudicare Ciuitatibus in contrahendo.*
17 *Differentia inter Magiſtratus temporales & perpetuos qualis ſit.*
18 *Magiſtratus perpetui cur habeant ampliorem facultatem in contractibus quam temporales.*
19 *Adminiſtratores perpetui Ciuitatis poſſunt obligare bona ſingulorum.*
20 *Contraria opinio eius, de qua ſuprà reprobatur.*
21 *Adminiſtratores obligare poſſunt Ciues in ſolidum.*
22 *Ciuitas conſeruat indemnes obligatos ſui fauore.*
23 *Collectas ſoluũt incolæ pro debitis Vniverſitatis.*
24 *Monaſterium non tenetur ad debita contracta per Monachum ſine licentia Superioris.*
25 *Solutio facta Monacho quando liberat ſoluentem.*
26 *Monaſterium non tenetur pro fideiuſſione Monachi: & an Superior poſſit fideiubere; & quid de Monacho & ſæculari ſimul ſe obligantibus pro alio.*
27 *Monaſterium non obligatur ex mutuo facto per particularem, niſi probata verſione.*
28 *Verſionis probatio an veris probationibus, an per coniecturas probari poſſit: & quæ ſint coniecturæ?*
29 *Aſſertio alicuius quando nocet alteri.*
30 *Mutuum Prælato & Monaſterio factum non requirit verſionis probationem. Sed poterit de læſione dici.*
31 *Monaſterium obligatur ex contractu Monachi exiſtentis in ſcholis.*
32 *Monaſterium non tenetur alere coniugem remanentem in ſæculo.*
33 *Monaſterium ſubminiſtrat neceſſaria Monacho litiganti cum Abbate; & quando.*
34 *Monaſterium non alit Monachum fugitiuum, neque apoſtatam.*
35 *Monaſterium non tenetur de depoſito apud Monachum, ſi ſit furatum, neque agit pro furto.*
36 *Monachus fraudulenter delinquens in depoſito punitur à ſuperiore Monaſterij.*
37 *Monaſterium non tenetur ad debita contracta per Sacriſtam pro neceſſitatibus Eccleſiæ.*
38 *Religioſus agens cum mandato quid recuperet, & qualiter.*
39 *Monaſterium, an, & qualiter teneatur ad debita contracta.*
40 *Monaſterium non obligatur ex contractu ſui profeſſi, niſi tacitam, vel expreſſam habeat ordinationem.*
41 *Contractus inter prælatum, & ſubditum non poteſt reuocari à ſucceſſore Prælato ſine peccato mortali.*
42 *Religioſus emens domum, vel cenſum ſuis pecuniis an poſſit pretium recipere.*
43 *Contractus Religioſi ſine licentia ſuperioris an ſint nulli, an inualidi iure naturali, & in foro conſcientiæ.*
44 *Monaſterium an edit libros coram iudice ſeculari, & quid agatur tali caſu.*

ARGVMENTVM.

Textus in l. Ciuitas 27. ff. ſi certum petatur, *exornatur, qui etſi de Ciuitate loquatur, mutuum recipiente, tamen in omni Collegio & Eccleſia locum*

cum habet, vt mutuans agere poſſit probata tamen verſione, quod etiam in depoſito & emptione vel venditione pro debitis locum habet non in aliis emptionibus officialium contractus differunt ſcilicet an perpetuis vel temporalibus fiant. Et qualiter poſſint obligare Ciues, & an exteros ibi habitantes? Monaſterium debita non ſoluit ſui profeſſi, neque pro ſubdito fideiuſſore tenetur; & quid ſi cum Monacho ſit ſecularis in ſolidum obligatus. Verſionis probatio qualiter facienda & quid per coniecturas & quid ſi mutuum fiat Regulari, & Prælato, & quid ſi Monachus ſit in ſcholis, & an Monaſterium teneatur alere Monachum fugitiuum, Apoſtatam &c. & an teneatur de depoſito facto Monacho, & quid de culpa in depoſito & quid in furto. Monaſterium qualiter teneatur ad debita contracta ante ingreſſum, & quid de debito contracto à Sacriſta & quid poſito mandato contractus inter Religioſum & Superiorem an obliget in conſcientia, & an teneatur Prælatus Succeſſor illi ſtare.

P R O

Monaſterio S. Mariæ de Scala Ciuitatis Iſchiæ Ordinis Sancti Auguſtini.

SVPPONITVR in facto quod die 20. Aprilis 1660. Frater Hyacintus Pizzillus Auguſtinianus Ciuitatis Iſchiæ & Prior Monaſterij ſanctæ Mariæ de Scala, Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, apocham Bancalem fecerit ducatorum centum viginti, directam Banco Sacri Montis Pietatis de Neap. ſoluendorum Antonio Gayo Paſſiccorio, cuius apochæ tenor talis erat.

Banco del ſacro Monte della Pietà pagate per me Fra Giacinto Pizzillo d'Iſca Priore di S. Maria della Scala à M. Antonio Gayo. ſcut. 120. per altri tanti riceuuti per ſeruitio, e neceſſità del Conuento d'Iſca renunciando all' eccettione non numeratæ pecuniæ. E li pagareti cioè ſc. 60. ad Auguſto primo venturo del detto Anno 1660. e gli altri ſc. 60. al Meſe di Nou. primo venturo del detto anno 1660. die 20. Aprile 1660. Fra Giaccinto Pizzillo d' Iſca, Priore d' Iſca Dom. Saliero Teſt. Dom. Ilicola Pollecino Teſtimonio Carlo Pollecino Teſtimonio.

Comparuit ergo creditor de anno 1660. pro primo termino maturato & notificato Priori Pezzillo, apocham acceptauit & petijt dilationem ad ſoluendum, qua acceptatione facta, fuerunt expeditæ litteræ exequentes pro ſcut. 60. pro nunc & fuerunt executa nonnulla bona eiuſdem Pizzilli, quæ intus cameram habebat, & nihil aliud actum fuit. Quando deinde in anno 1665. coram Illuſtriſſimo Nuntio, & DD. Auditoribus & omnibus nouis, iterum comparuit actor contra Monaſterium prædictum, & fuit die 30. Iulij 1665. expedita citatio ad dicendum cauſam quare prædictæ litteræ exequentes non debeant expediri.

Ego pro Monaſtario dicebam eſſe hanc cauſam termino expediendam: quia probari debet verſio in vtilitatem Monaſterij qua non probata ad nihil tenetur Monaſterium ſed ea probata tenebitur vnde via exequutiua non poſſe procedi dicebam.

Probatur primò quia in tribus contractibus requiritur probatio verſionis ſcilicet in mutuo, depoſito, & venditione pro debito Eccleſiæ, ſed in aliis contractibus non debet eſſe ſollicitus quis de conuerſione in vtilitatem illius; vt bene Romanus *conſ.* 440. *quicquid dicat gl. in l. 1. C. de vend. reb. Ciuit. lib.* 11. quia contraria eſt verior opinio, & magis communis Decius *conſ.* 36. & *conſ.* 329. ſed in caſu noſtro ſumus in contractu mutui, vt patet ibi (*per altri tanti*) ergo debet probare alter verſionem, alias non tenebitur Monaſterium. Qui vero extinguit cum Eccleſia cenſum non tenetur procurare verſionem, niſi in conſtitutione cenſus fuiſſet pactum appoſitum quod in eius extinctione emerentur ſtabilia: quia tunc debet, qui cenſum extinguit probare verſionem in emptionem ſtabilium; ſecus ſi conuerſio in aliud ſtabile non fuiſſet narratum per modum cauſæ 3
emptionis, putà ſi fuiſſet dictum, quod pecunia redacta ex cenſu, inſeruiebat pro ſoluendo pretio alterius domus, ſeu cenſus, quia tunc non noceret emptori, ſeu ſoluenti, & ſolutio eſſet ritè facta, quamuis pretium non fuiſſet conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ ſed in proprios vſus Abbatis, ſeu Rectoris: quia ſufficit Rectorē confeſſum fuiſſe ſe recepiſſe in illam cauſam, quamuis mentiatur. Rota pluries apud Gratianum *cap.* 45. *num.* 5. & quando probatur verſio debet probari, quod fuerit facta in cauſam perpetuò duraturam; nam non dicitur verſum, niſi duret tale, & ſufficit 4
quod de ſui natura à principio cauſa ſit durabilis, licet ex euentu poſtea non extiterit talis, vt patet in refectione domus quæ dicitur cauſa perpetuò duratura, & in alimentis Monachorum, veſtibus, ſolutione debitorum & ſimilibus, vt poſt Menochium, & Maſcardum dicit Gratianus *cap.* 45. *num.* 7. ſufficit autem à principio negotium eſſe vtiliter geſtum, licet aliter poſteà contigerit, 5
l. ſed an vltro §. 1. *ff. de negot. geſtis l.* 2. C. eod. Surdus *de alimentis tit.* 9. *quæſt.* 41. *num.* 39. nam ſufficit quod tempore contractus res dicatur vtilis, quamuis poſtea efficiatur deterior, provt è contra, vt res Eccleſiæ dicatur ſterilis, ſeu infructuoſa inſpicitur tempus quo fit alienatio nulla habita conſideratione quod poſtea pretioſior fiat, *l. ſi volontate C. de reſcind. vend.* Gratianus *cap.* 45. *num.* 10. latiſſimè Sperellus *de verſione probanda tom.* 2. *dec.* 154. & *ſequenti.*

Probatur ſecundò: Quia Magiſtratus Ciuitatum accipientes pecuniam nomine Ciuitatis, illam non obligant niſi communicato conſilio cum omnibus Ciuibus vel cum repræſentantibus totum publicum, vel niſi probetur mutuum verſum fuiſſe in vtilitatem Ciuitatis, *l. Ambitioſa* 4. *ff. de Decretis ab ordine faciendis* gloſſa *in l.* 1. *in verbo fiſci C. de vend. reb. Ciuitatis lib.* 11. *l. vnica in verbo doceatur C. de ſolutio. de lib. debitorum lib.* 6

7 11. DD. *communiter in l. Ciuitas 27. ff. ſi certum petatur*, vbi diſpoſitio dicti textus extenditur ad omnia Collegia, quia cum hoc negotium ſit commune, & tangat, non debet tractari ab vno, vel ab altero *l. fin. ff. com. prædio. c. quod omnes, de reg. iur. in 6.* cum præſertim in dubio potius præſumi debeat quòd mutuum ſit conuerſum in vtilitatem propriam adminiſtratorum, non Communitatis *gl. in l. qui fundum 7. §. ſi tutor in verbo ampliat ff. pro emptore, & in l. Præſes in verbo non ſinet C. de tranſact.* Bart. *in l. 3. ff. quod vi aut clam*: neque dari debet occaſio abutendi pecuniis quas ſub nomine reipublicæ poſſent adminiſtratores, accipere: ergo non probata occaſione non eſt æquum Ciuitatem teneri, cum ſufficiat creditori habere regreſſum ad prælatos & adminiſtratores *l. vnica C. de ſol. & lib. debitorum Ciuitatis lib.* 11. D D. *in d. l. Ciuitas ff. ſi certum*, provt dicimus de contractu mutui celebrato cum Eccleſia vel nomine Eccleſiæ qui tenet quoad contrahentem cum Eccleſia ſi fuit ſeruata forma, non tamen vt præiudicetur Eccleſiæ ſi non docetur verſum in eius vtilitatem; ſed vt Prælatus contrahens per ſe & ſuos hæredes teneatur Gratianus *cap. 196. num. 16.* qui dicit hoc ignorari communiter, & *nu. 9.* ait tres eſſe contractus in quibus contrahens cum Eccleſia debet eſſe ſollicitus de conuerſione in eius
8 vtilitatem ſcilicet mutuo, depoſito, de venditione facta pro debito Eccleſiæ, cum in aliis liberetur debitor ſi ſoluat, etiam quod non fuerit verſum in vtilitatem Eccleſiæ dando exemplum de drappario, qui vendens pannum Abbati, pro Monachis veſtiendis poteſt agere contra Monaſterium quamuis Abbas non conuerterit in illius vtilitatem, vt dicunt communiter DD. apud Decium
9 *conſ. 36. col. 6.* Surdus *d. 156.* vbi D. meus Conſiliarius Hodierna & Gratianus *d. cap. 45.*

Dicit ergo Surdus *d. dec. 156.* quod ſi quis emit ab Eccleſia non debet procurare pecuniam conuerti debere in vtilitatem Eccleſiæ ex Guttie. *alleg. 1.* Statilius Pacificus *d. 16. poſt tract. de Saluiano Interd.* Giurba *d. 88. num. 15. & d. 79. num. 28.* Caſtillus *dec. 205. num. 6. p. 3.* Gratianus *dict. cap. 45. num. 25.* Molina *de primogenitura lib. 4. cap. 4. num. 20.* Mantica *de tacitis lib. 8. tit. 4. num. 10.* quia emptor non debet eſſe ſollicitus, vt pretium in tuto collocetur, quod dixit Rota apud Cencium *d. 8. num. 10. & dec. 35. num. 3. & dec. 29. num. 1. & 287. num. 3.* poſt tract. de cenſibus, quia ſufficit emptoribus quod executor habuerit mandatum vendendi in cauſam expreſſam, & recipiat pretium in illam cauſam, & licet exequutor pecuniam illam dilapidauerit, non tamen nocet emptoribus cum ipſi, vigore dicti mandati, dicantur emiſſe ab ipſo mandante: alias emptor remaneret deceptus ex poteſtate data exequutori, & fidem quam de ea habuit: ad notata per Paulum *in l. ſi pretium, Cod. de procur.* Sed contra Surdi *deciſionem 156.* fuiſſe alias deciſum refert Manentus D. Mantuæ *31. num 24. & conſ. 17. lib. 1.* & ſic dicit Roderic. *lib. 1. de annuis redditibus quæſt. 14. num. 41.* Peregrinus *conſ. 82. vol. 4.* Farinacius *d. 681. p. 2.* Ludouiſius *dec. 511.* Seraphin. *dec. 366.* & ſic Ludoviſius vbi ſupra *num. 11.* ait quod
10 emptor rei Eccleſiæ, regulariter non debet eſſe ſollicitus de conuerſione pretij ſecundum magis receptam opinionem: de qua Decius *conſ. 37.* Surd. *vbi ſupra dec. 166.* & ait Rota coram Seraphino *d. dec. 366.* quod in tribus tantum caſibus tenetur creditor probare verſionem in vtilitatem Eccleſiæ, primò *in mutuo, ſecundò in depoſito tertiò* quando venditur res Eccleſiæ pro ſoluendis debitis Bald. *in auth. hoc ius 6. de Sacroſ. Eccleſ. num. 7.* & Ludou. *num. 11. & 12.*

Ex quibus infertur quod Eccleſia non tenetur 11
ex mutuo, niſi probetur ex parte mutuantis verſi, fuiſſe in eius vtilitatem; vt colligitur ex auth. *hoc ius* ibi (probet in vtilitatem Diuinæ domus) Bart. *in dict. auth. num. 23.* Baldus *num. 3.* Pinellus *in l. 2. de reſcind. vend. p. 2. cap. vltimo num. 68.* Couarr. *lib. 2. variarum cap. 17.* Rodonanus *in rubrica quando ex mutuo obligetur Eccleſia quæſt. 4.* Menochius *caſu 432. & conſ. 73. num. 21. & conſ. 936. num. 7.* Mozzius *in tit. de perſonis quæ poſſunt mutuare, num. 17.* Maſcard. *concl. 1160. alias 1665.* Trentacinq. *variar. lib. 1. in tit. de act. reſol. 1.* & poſt alios Barboſa *in dict. auth. hoc ius num: 14.* & hoc procedit etiamſi ſpeciale habens mandatum, vel ſi Prælatus & Capitulum confiteantur in inſtrumento debiti pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem Eccleſiæ Maſcardus, Mantica, Felicianus, Colerus, & alij apud Barboſ. *num. 15. in dict. auth. hoc ius*, & hoc quod dicimus in mutuo, in depoſito etiam locum habet, & in venditione rerum Eccleſiæ facta ex cauſa neceſſaria pro ſoluendo ære alieno; quia tunc ſicuti in mutuo creditores debent eſſe ſolliciti, & curare quod pecunia conuertatur in ſolutione debiti pro quo venditio facta fuerit Couar. *lib. 3 var. cap. 7.* Card. Tuſchus *litt. P, concl. 506. num. 8.* Car. Mantica *lib. 8. de tacitis tit. 14. num. 14.* Marta *de iuriſd. caſu 161. num. 5.* Gratianus *d. cap. 196. num. 81.* Carroccius *de depoſito p. 2. quæſt. 1.* Barboſa *vbi ſuprà num. 16.* in aliis vero contractibus non eſt probanda verſio DD. *vbi ſuprà* cum ſufficiat quod recipiens confiteatur pretium recepiſſe in cauſam in decreto contentam Gratianus *cap. 555. num. 7.* Trentacinq. *vbi ſuprà* & nota ex gloſſ. *in dict. authen.* hoc ius *ibi* (probat ergo forte per præſumptionē) quod probatio verſionis in Eccle- 12
ſiæ vtilitatem non ſolum poteſt fieri per veras probationes velut per viſum aut ſimilē; ſed etiam coniecturis & præſumptionibus, vt latè DD. citati à Barb. *vbi ſuprà n. 21.* & non ſufficit probare inſtātem neceſſitatem, niſi probetur vtilitas: Facchineus *lib. 7. cap. 77.* Maſcard. *loc. cit.* & Menochius *caſu 432. num. 41* intelligit id procedere quando fuit impenſum in cauſam quæ ſui natura erat perpetua; quia licet ex euentu non perdurauerit, tenebit, Maſcard *d. concl. 1666.* cum vero mutuum non probatur verſum in vtilitatem Eccleſiæ, non valet in præiudicium Eccleſiæ, ſed valebit vt Prælatus contrahens per ſe, & ſuos hæredes ad eius 13
ſolutionem teneatur, etiamſi dicat Rector nolle teneri ex mutuo Eccleſiæ facto, Barb. *vbi ſuprà num. 22. & 23. qui num. 24.* ait probationem verſionis in Eccleſiæ vtilitatem non requiri vt Epiſcopus ſeu Adminiſtrator, & eorum hæredes teneantur, & ſic contractus mutui celebratus Eccleſiæ nomine tenet, quoad contrahentem cum Eccleſia, non autem vt præiudicetur Eccleſiæ, ſi non doceatur verſum in vtilitatem Eccleſiæ; ſed vt Prælatus contrahens per ſe, & ſuos hæredes teneatur: quod ſi conſtiterit tempore mutui facti, Eccleſiam valdè indigere pecunia mutuata, & conſtat adminiſtratorem accepiſſe mutuo, eam ob cauſam, tunc dico valere: eſt enim coniectura pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem Menochius *lib. 4. præſumpt. 55.* de qua verſione probanda & quando latè Sperellus *d. 154. & ſequenti tomo 2.* omnino videndus.

Hæc autem concluſio declaratur: vt procedat tam in contractibus cum Eccleſia celebratis, quàm cum

cum Republica, & communitate quia ista æquiparantur inter se *l.Respubl. C.ex quibus causis &c.* non secus, ac si essent pupilli, & minores Bart. *in l.1.§. vltimo ff.* quod cumque vniuersitatis nomine Menoch.*cons.*80. *num.* 24.

15 Ampliatur in aliis actibus præiudicialibus qui non possunt geri à Prioribus, seu Magistratibus temporalibus prout in vēditione bonorū Ciuitatis quæ debet fieri à maiori parte consilij, etiam cum decreto Iudicis & præcedente causæ cognitione præuio iuramento à consiliariis præstando, cum expressione nominum singulorum de vniuersitate, & cū aliis requisitis,*de quibus in l.finali C.de vend. reb. Ciuitatum lib.* 11. vbi Ioannes de Platea *num.* 1.Bart. *in l. fin. C. de prædijs Decurionum lib.* 10. Ruinus *cons.* 41.*lib.* 1. Rolandus *cons.*90. *lib.*1. Capicius *d.*93. Idem in Castro dicit Menochius *cons.*80.*num.* 22. *lib.*1. Crauetta *cons.*142.*num.* 25. Baldus *cons.* 400. *lib.* 2. Decius *in cap. cum omnes in prima lectura num.* 71. de Corulit. Alexander *cons.* 1. *col.* 2. *lib.*4.

16 Dices tales Magistratus, & Priores Ciuitatum possunt præiudicare vniuersitati cum habeant administrationem generalem cum libera;Paul.de Castro *in leg. rescriptum* 11. §. *plerumque in fine vbi* Alexander *ff. de pactis* vigor cuius clausulæ cum libera sunt à lege, siue ab homine eis concessa omnia, quæ ipsemet principalis posset agere; quasi omnis potestas fuerit translata in administratorem Bart.*in l. Creditor* §. *huius ff. mandati, & in l. Procurator cum libera ff. de procurator.* Guttierrez *de iuramento confirmatorio parte prima cap.* 50.*num.* 13.quod aliud est quando dicta clausula ponitur in procuratore dato ad lites: quia tunc restringitur solum ad administrationē litis &instantię non causę:vnde tunc non possent transigere,liberare,obligationem remittere,aut quid simile in prejudicium mandantis Bart.*in l.qui Romæ* §.Callimachus *num.* 2.*ff. de verb.* Escobar *de ratiociniis, cap.*19.*n.*28. dummodo ex verbis mandati,contrarium non appareat,quod scilicet dicta Clausula sit apposita etiā causæ non soli instantiæ, vt latè declarat Rodericus Suarez *in l. post rem iudicatā ff.de re iudicata.*

17 R°. quod Magistratus temporalis non habeat liberam administrationem glossa *in l. item Magistri ff. de pactis.* quam sequitur Paulus de Castro *in l. præses* 12. *num.* 3. vbi Iason *num.* 8. *Cod. de transact.* Alexander *cons.* 135. *lib.* 7. *& cons.*17. *lib.* 6. Vantius *de nullitatibus ex defectu mandati num.* 127. Gratianus *d.* 93. *num.* 14. cum etiam vniversitates recognoscentes superiores nihil faciant nisi Rectores illarum præbeant authoritatem negotijs,& deliberationibus per eos faciēdis, Paulus *in l.*3.*num.*6. *col.*1. *ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine*; non enim tales Ciuitatum Gubernatores & Rectores sunt sicuti erant olim Decuriones.Romanus *cons.* 501.*in fine*; Magistratus autem nostri temporis non habent aliam potestatem, quam eam, quæ illis datur per statuta locorum Decius *cons.* 50.

Limitatur quando sumus in Magistratibus non temporalibus sed perpetuis;quia tunc non erit probanda versio, seu mutuum versum esse in vtilitatem Ciuitatis, quasi quod sufficiat cum illis contraxisse, isti enim repræsentant totam vniuersitatem & habent liberam administrat. Bart. *in d. l. Præses* 12. *C. de transact.* nam cum iure administrent bona Reipublicæ possunt etiam illam ex mutuo obligare *l.si is qui bona* 11.*ff. de pigno. l.*3.*verſ. ordo dedit ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine,* quia factum Rectorum prępositorum habetur pro facto singulorum Ciuium glossa *in Rubrica Cod.quæ sit longa consuetudo* Bart. *in d.l. sicut 7.ff.eod.tit.*Baldus *in l.etiam num.*15. *C. de executione rei iudicatæ* Alexand. *in l.*4.*num.* 24. *C.de re iudic.*Vnde poterit creditor agere tam contra bona communia quam contra ipsam Ciuitatem Decius *in d.l. Ciuitas num.* 4.*ff. si certum petatur* vbi Iason *num.* 3. subdens in hoc casu neque probandum esse per mutuantem versionem in vtilitatem Ecclesiæ & *ibi* Bologninus *tomo* 1.quicquid dicat glossa *in l.is qui bona* 11.*in verbo* delegare *Cod. de pignoribus,& in l.* 3.*in verbo* accipiat *Cod. si aliena res pignori data sit:* quia opinio contraria est magis vera, & Communis vt ait Colerus *de processu executiuo p.* 2. *cap.* 3. *num.*366. per tex. *in d.l.*1.*Cod.de solut.& lib.lib.*11.& ratio est quia 18
isti tanquam ab vniuersitate propositi totam Ciuitatem repræsentant. Et habentur loco Dominorum, non secus ac Tutores, & Curatores *l. tutor* 33.*ff. de furtis*, & ibi glossa *in verbo* non datur *l. interdum* 56. *verſ. qui tutelam*, & ibi glossa in verbo *transigere ff. eod.tit. l. qui fundum* §. *si tutor ff.pro emptore:* quia Populus illos eligendo censetur approbare eorum gesta,Abbas *in cap.significauit num.* 1. post glossam de appellat. Innocentius *in cap.*1. *de fide instr.* per quam electionem quicquid per eos postulabitur eligentium periculo cedit *l.*2.*in principio ff. de Iudiciis l.*1.§.*proinde ff.si mensor falsum modum dixerit*, provt dicimus de exercitore proposito fieri, qui ex mutuo tenetur, quamuis pecuniam in vsum suum non conuertat, quasi quod imputandum sit Domino quod illum proposuerit *l.*1.§. *non autem ff. de exercitat.com.*

Ampliatur quod isti tales perpetuo administra- 19
tores, & repræsentantes populum non solum poterant obligare bona Ciuitatis sed etiam bona particularium & singulorum sine vlla conuocatione, & consensu illorum & cum clausula exequutiua, quia contractus celebrati per tales administrantes quibus cura perpetua, & generalis Reipublicæ commissa est, transeunt in vim legis non secus ac si ab Imperatore gesta essent,Bart. *in l.* 4.§. *actor. num.*4.*ff.de re iudicata,&in d.l.sicut ff. quodcumque vniuersitatis nomine & in l penult. Cod.de donat.inter virum & in l. Cæsar ff.de publicanis* Iason *in d. l.Ciuitas num.*4.ibi Bolognetus *num.*27.*&* 29.*ff. si certum petatur.*

Et licet gloss. *in l.*2. *in verbo* aut legem*C. quæ* 20
sit longa consuetudo,& Alexander *cons.*44.*num.*50. *lib.*1. & Bald.*in leg.*1.*num.*2.*Cod.ne filius pro patre contrarium dicat*, tamen contraria opinio est verior Baldus *in l.penult.num.*2.*Cod. de donatione inter vir.*Artmannus Pistorius *p.*1.*quæſt.*37.*num.* 17. & Communiorem appellat Colerus *p.* 2. *de Iud.cap.*3.*num.*376. vbi etiam *num.*380.ampliat dictam obligationem afficere singulos pro tota summa quando fuit facta cum clausula *insolidum* 21
quam poterunt apponere dicti magistratus perpetuo,ita vt eo casu, vnus soluendo partē suam non liberetur cum totum teneatur soluere tanquam insolidum obligatus,Bart. *in d.l.*4.§. *actor. num.*10. *ff.de re iud.* sed sine tali clausula censerentur obligari particulares pro rata facta comparatione per æs & libram, non autem secundum numerum personarum in Ciuitate existentium, Bald.*in l. sicut* §. *quod si nemo ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine* Ripa *in d. leg.* 4. *num.* 43. *ff. de re Iud.* sicut, & Sindicus à publico deputatus posset singulorum bona obligare, quando negotium est principaliter vniuersorum & secundario singulorum Bald.*in l.*2.*num.* 6. *C. quæ sit longa consuetudo* Alexand. *cons.* 44. *libr.*1.

Verum Ciuitas tenetur conseruare indemnes 22

iſtos particulares qui ſoluerunt pro ea, vel ex communi ærario ſi adſit, vel ex collecta quæ imponitur per æs & libram ſecundum quantitatem Patrimonij ità vt deficientium vices ſuppleantur per alios de Vniuerſitate *l.1.Cod. de omni agro deſerto lib.* 11. Bart. *in l.1.§. diſcretionem C. de operib. public. lib.* 10. Salycetus *in l. omnes Prouinciarum* 22. *notab.* 1. *Cod. de operibus publicis* Alexander *in d.l.4. num.* 15. *&* 16. *ff. de re iudicata:* ita vt ad tales collectas teneantur etiam venientes de
23 nouo ad habitandum cum debitum anteceſſorum grauet etiã ſucceſſores Guido Papa *d.*279. *per tex. in l. properabatur* 76. *ff. de iudicijs* contra Afflictum *in Rubrica de Contumace* & contra Rebuffum *de literis obligatoriis num.* 2. *gl.*1 *num.*101. quod ampliatur ad Forenſes poſſidentes bona in loco in quo imponitur collecta; quia etiam iſti tenentur Bart. *in l. libertus* 17. *§. ſola ff. ad municipalem* Curtius Iunior *conſ.*61. Guidon Papa *d.*279. & quomodo imponatur collecta per Vniuerſitatem debitricem quando nihil poſſidet declarat Gratianus, *d.* 227.

24 Ex quibus infertur primò, quod debitum contractum cum Monacho ſine licentia ſuperioris, eidem rectè ſolui poteſt: vt non poſſit amplius debitor moleſtari, ſi enim non interuenerit ſuperioris conſenſus dum Monachus mecum contraxit non poſſum ſoluere Monacho tantum; ſed ſi non interueniat Superioris licentia rectè ſoluitur id
25 quod debetur ratione contractus Rodriguez *tom.* 3. *quæſt.* 26. *art.* 3. & *in Compendio reſol.* 35. & deciſio Capellæ Tholoſanæ *part.*12. *& patet ex l. quod ſeruus ff. de ſol.* & ita docet Bart. *in l. cumque §. quæ ſibi ff. de verb. oblig.* & *in l. ſi vnus* 1. *reſponſ. ff. de pact.* cum ergo Monachus mutuat pecuniam mihi, vel deponit apud me ſi ei deinde reſtituam ſine licentia Superioris, liberor iam: idem ſi dicto Monacho reſtituam Peyrinus, & alij apud Donatum *tomo* 1. *part.* 2. *tract.* 12. *quæſt.*10.

26 Infertur ſecundò Monaſterium non teneri de fideiuſſione Monachi niſi fideiuſſor ſubditus fideiubeat de licentia Prælati, & maioris partis Capituli, vt habetur *in cap. quod quibuſdam ff. de fideiuſſoribus* Rodriquez *in ſuo Compendio reſol.*35. *in addit num.*7. Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato quæſt.*3. *cap.*5. *num.*10. neque Abbas Superior Monaſterij poterit fideiubere abſque conſenſu Capituli, Siluеſter *in verbo* fideiuſſor *quæſt.*4. intelligendo tamen in re graui, quia ſecus in re modica de qua diſponit Superior Conuentus, abſque conſenſu Capituli, quod idem dico in Religioſo qui de licentia Superioris vacat ſtudijs in aliqua Vniuerſitate, in qua licet poſſit contractus facere non tamen poterit fideiubere gloſſ. *in cap. ex parte in verbo* licet *de accuſatio.* & alij apud Sanchez *lib.*6. *in ſumma cap.*14. *num.*42. Vnde ſeculares qui ſapiunt fugiunt contrahere cum Monachis particularibus abſque Superioris & Capituli licentia; quia ſciunt ſine licentia Superioris, & Capituli non poſſe aliter contrahere, nec habere peculium: quod ſi laïcus fideiubeat, & inſolidum obligetur cum Monacho ſine licentia Prælati, licet obligatio quo ad Monachum non valeat, tamen valebit quo ad ſecularem: latè Emanuël Rodriquez *tom.*3. *quæſt. Regul. quæſt.*26. *art.*8. vbi refert ita deciſum in Rota Placentina Mandoſius *de ætate minori quæſt.*33. Alexãder *conſ.*39. Iaſon *conſ.*58. *l.*3. & Hyeronymus Rodriquez *reſol.*107. *num.*2. quando ſcilicet ſe obligant, vt Principales & inſolidum Infertur
3. Monaſterium non obligari ex mutuo ſuſcepto à particulari Monacho, niſi mutuum ſit verſum in vtilitatem Monaſterij, vt expreſsè dicitur *in cap.* 3. *de depoſito cap. quod quibuſdam de fideiuſſo. cap.* 1. *de ſolutio. & cauſa* 10. *quæſt.* 2. vti diximus in mutuo facto adminiſtratori vel Tutori Pupilli, aut alicuius Ciuitatis *l. Ciuitas* 27. *ff. ſi certum petatur, l.*3. *Cod. quando ex falſo tutore* & Creditori incumbit onus probandi pecuniam eſſe verſam in vtilitatem Eccleſiæ *Auth. hoc ius ibi verſam eſſe probauerit l.*1. *Cod. de ſolutio. lib.* 11. Bartolus *in d l. Ciuitas ff. ſi certum petatur* Genuenſis *in pract. quæ.* 139. & variant D D. an talis verſio probari debeat verè an, ſaltem per cõiecturas; de quibus latè Genuenſis *vbi ſupra num.* 3. Riccius *p.* 1. *dec.* 3. gloſſ. *in §. ſi vero auth. de alien. & emphyt.* dicit requiri veram probationem cum agatur de obliganda Eccleſia vel Ciuitate ex facto alterius per tex. *in d.l. Ciuitas,* ſed gloſſa *in auth. hoc Ius* dicit quod ſufficit probari per coniecturas & hanc opinionem communiorem vocant Genuenſis, & Riccius *vbi ſuprà* idem Sperellus *dec.*154. *num.*113. & addunt quod optima eſt illa coniectura quæ reſultat ex antiquitate temporis Granetta *de antiquitate temporis p.* 2. *cap.* 17. *num.* 15. vel ſi negotium fuiſſet tractatum coram Generali Ordinis, vel ſi plures eſſent factæ ſolutiones debiti, quæ non multum diſtant à ſumma iuſti pretij, vt deciſum refert Riccius *vbi ſuprà* ſola tamen Prælati aſſertio vel cõfeſſio non probat verſionem in vtilitatem Eccleſiæ abſque aliis adminiculis Rota *dec.* 255. *lib* 1. *diuerſ.* Sperellus *dec.*154. *num.*102. de qua aſſertione quando præiudicet, latiſſimè Vrſellius *in ſuo examine in* verbo *aſſertio.* Neque ſola aſſertiua contractus, quia requiruntur coniecturæ legales non autem friuolæ, vt ſi ſolum in contractu dictum ſit quod Eccleſia pluribus indigebat, vel quod monetæ fuerint receptæ, & conuerſæ in Eccleſiæ vtilitatem, de quibus latè Maſcardus *concluſ.* 1166. Menochius *lib.* 4. *præſumpt.* 55. *num.* 4. Molina *diſp.*300. Quod ſi mutuum accipiatur ab ipſo Prælato, & Capitulo ſimul non erit neceſ- 30
ſe probari verſionem: ſequitur Genuenſis & Riccius *vbi ſuprà* & hoc caſu licet non ſit probanda verſio, nihilominus ſi Eccleſia, vel Vniuerſitas reperiatur læſa, poteſt petere reſtitutionem in integrum ad inſtar mutui facti minori cum autoritate curatoris, qui poteſt reſtitui niſi probetur verſio *l.* 1. *&* 2. *Cod. ſi aduerſus creditorem* Couarr. *vbi ſuprà* & quod Eccleſia æquiparetur minori conſtat ex *cap.*1. *de reſtit. in integrum* & ſufficit allegare læſionem latè Genuenſis *vbi ſuprà* Donatus *tomo* 1. *p.* 2. *tract.*12. *quæſt.*23.

Infertur quartò obligari Monaſterium ex con- 31
tractu Monachi exiſtentis in ſcholis vel in alio negotio de licentia Superioris, gloſſa *in cap.* 20. Ne Clerici vel Monachi vbi Ioannes Andreas *num.* 4. Archidiaconus *num.*6. Nauarrus *conſ.*20. *de Regularibus num.*6. S. Antoninus 3. *p. tit.*24. *cap.*53. Syluеſter *in verbo* excommunicatio *caſu* 29. *num.*5. ſcilicet ſi pro infirmitate curanda &c. dummodo non excedat talis obligatio ſolitas expenſas fieri latè Sanchez *lib.* 7. *ſummæ cap.* 31. *num.* 17. Rodriquez *in compendio reſol.*8. *de alimentis num.* 11. cum Monaſterium tenеatur alere Monachum etiam ſi illum ex iuſta cauſa expellat Surd. *tit.*1. *de alimentis quæſt.*75. *& quæſt.*108. & eſt deciſio 1. *in antiquis in tit. de accuſatio.* & Monaſterium teneri alere filios pauperes & egenos profeſſi dixit Leoncellus *de priuilegiis pauperum, priuilegio* 308. *num.* 7. Melius ad Caſtillum *de alimentis cap.*10. *num.*7. vbi plures allegat. Caſu verò quo coniux ingrediatur Monaſterium & illud ſuccedat in bonis coniugis ingreſſi, non tenetur alere alterum coniugem in ſæculo relictum,

vt bene

vt bene Surdus *tit. 1. quæst. 37. nu. 3.* Sanchez *lib. 7. Decalogi cap. 31. num. 7.* Castillus apud Melium & alios; quia talia bona sunt affecta Monast. & ex bonis alienatis non tenetur coniux alere coniugem vt contra Rodriquez *in compendio resol. in tit. de aliment. resol. 8.* dicit Donatus *tract. 12. p. 2. tom. 1. quæst. 26.* & tenetur Monasterium
33 submministrare alimenta Monacho accusanti suum Abbatem *cap. Episcopi. §. Ioannes 2. quæst. 7.* vbi Card. Turrecremat. Genuensis *quæst. 576. cap. ex parte 11. de accus.* vbi expressè habetur & hoc non solum quo ad expensas victus, sed & litis dummodo Monachus accuset Abbatem ob vtilitatem Monasterij, secus quando ob propriam Surd. *tit. 1. q. 121.* idem si litiget pro dignitate in qua fuit electus in Monasterio, secus si dignitas sit extra Monasterium Sanchez *in summa lib. 6. cap. 12. num. 260.* licet Peirinus *tom. 2. quæst. 3. cap. 1. nun. 129.* dicat non teneri Monasterium ad has
34 expensas; Monachum vero fugitiuum, vel Apostatam, cum non teneatur Monasterium alere neque expensas factas per eundem tali tempore soluere teneatur, neque ad debita contracta per eundem pro tali tempore, licet teneatur ad expensas quæ fiunt pro captura qua reducuntur ad Monasterium Iauelus *in suo speculo quæst. 235.* Donatus *tom. 1. p. 2. tract. 6. quæst. 16.* nec tenetur eiectum à Religione alere, vel eius debita soluere Donatus *tra. 8. p. 2. tom. 1. quæst. 31. & 32.*

35 Infertur quintò Monasterium non teneri de re deposita apud Monachum, si culpa sui subditi pereat, aut deterior fiat, Sanchez *d. lib. 6. Decalogi cap. 14 num. 29.* nisi sit res deposita, in vtilitatem Monasterij conuersa; Neque Monasterio competit agere contra eos qui sunt furati res depositas apud particularem Monachum, sed Ius agendi contra illos competit Patrono bonorum S. Antonin. *3. part. tit. 66. §. 7.* sed si Monachus de-
36 linquat circa depositum nempè dolosè vel negligenter conseruando tunc punitur à suo Superiore vel si non potest in bonis luat in corpore seruata forma cap. Odoardi de solut. at si res sit depositata apud Abbatem siue Monachum cum licentia Abbatis, & contingat culpa aut dolo fieri deteriorem rem depositam, tenetur Monasterium restituere, secus si fuisset depositata Monacho particulari *cap. 1.* vbi glossa *de deposito* Sanchez *vbi supra num. 36.*

37 Infertur sextò Monasterium non teneri soluere debita contracta cum sacrista pro necessitatibus Ecclesiæ Baldus *in l. 1. Cod. de exercit. actione*: quia sacrista non fuit propositus ad obligandum, nec ad negotiandum, sed ad custodienda altaria vt colligitur ex *l. sed si pupillus l. Conditio & l. si cum villic. ff. de Instit. actione* & sic censetur in casu posito excedere limites suæ administrationis Innocentius *in cap. quod quibusdam de fideiuss.* ad
38 quem excessum Ecclesia non tenetur: & Religionis habens mandatum ad aliquid agendum omnia repetit quæ expendit pro Monasterio siue vtilia siue inutilia fuerint expẽsa, sed si non habuit mandatum tunc repetit solum quæ expendit vtiliter in negotiis suæ Ecclesiæ *cap. quicumque l. 2. quæst. 4.* vnde si mandatarius ob aliam causam iuit ad Curiam non petit expensas nisi ob illam causam, gloss. *in cap. cum pro causa de procur.* Genuensis *d. quæst. 579. num 6.* & si agit cum mandato tunc siue succumbat siue non repetit expensas, sed si agat sine mandato, in tantum repetit in quantum obtinuit in fauorem Ecclesiæ Genuensis vbi supra. Monasterium etiam tenetur ad debita contracta ante ingressum pro rata qua bonis successit DD. *in*

auth. ingressi Cod. de sacros. Eccles. vbi Regens Tappia *cap. 18.* Canonistæ *in cap. in præsentia de prob.* Farinac. *dec. 333. tom. 2.* Gratianus *cap. 363. num. 15.* & decisum refert Thor. *tomo 3. p. 2. compendij* in verbo *Monasterium an teneatur* Lezana *in summa p. 1. cap. 24. num. 38.* & tenebitur alimentare illos, quos tenebatur alere Religiosos de fructibus tamen bonorum, quæ attulit ad Monasterium D D. citati Donatus *tom. 1. p. 2. tract. 12. quæst. 15.* & sic procedit quod supra dixi, Monasterium teneri alere filios pauperes Monachi. 39

Infertur septimò Monasterium non obligari ex contractu sui professi dummodo non ei commiserit tacitè vel expressè aliquam administrationem, & quatenus illa non excedat Sanchez *vbi supra* Peyrinus *tom. 2. de Prælato quæst. 3. cap. 50. num. 5.* neque ex delicto Monachi vel Abbatis tenetur Monasterium *cap. si Episcopus 16. quæst. 6. c. si delictum de Reg. in 6.* secus si aliquid peruenit ad Monasterium *cap. Casellas 10. quæst. 2.* Tappia, & Sanchez *vbi suprà.* contractus verò factus 41
inter Prælatum, & subditum obligat successorem Prælatum illum seruare Rodriquez *tom. 3. q. 29. art. 9. & in compend. resol. 107.* Portellius *in verbo* pactum *num. 3.* Peyrinus *tom. 2. quæst. 3. cap. 5. n. 29.* & sicuti Monasterium de consensu Capituli concedit alicui subdito annuos redditus, non poterit successor Prælatus contrauenire, alias grauiter peccabit Portellius & alij *vbi suprà* Donatus *tom. 1. p. 2. quæst. 11. tract. 12.*

Infertur octauò quod si Religiosus emat domum vel censum suis pecuniis cum licentia præ- 42
sumpta Prælati non poterit eum vendere; vel pretium census à venditore redimente recipere Donatus *tomo 1. p. 2. tract. 12. quæst. 9.* & contractus gesti à subdito sine licentia Superioris, vel sunt nulli ipso iure vt aliqui dicunt, vel sunt validi, sed nullam inducunt obligationem; Legas 43
Rodriguez *resol. 35. de contractibus num. 6.* Peyrinus *quæst. 3. tom. 2. cap. 5. num. 6.* Donatus *q. 8. tract. 12. tom. 1. p. 2.* & ex contractu facto sine licentia Superioris non oriri obligationem scilicet in foro conscientiæ dicit communis apud Donatum *vbi suprà quæst. 7.* tenetur tamen Prælatus Monasterij stare contractui sui prædecessoris Rodriquez *vbi suprà.* Neque per se solus sine consensu Capituli potest Prælatus contractum facere Peyrinus *vbi suprà n. 14.* Neque Monasterium tenetur exhibere libros iudici laïco quibus possit releuari pars aduersa ab onere probandi, sed hoc ca- 44
su solet decerni vt accedat scriba super faciem loci, & extrahat partitas sibi necessarias sumptibus tamen partis indigentis vt pluries fuisse decisum dicit Thorus *in verbo* Monasterium *fol. 408.*

Vti scripsimus in Nuntiatura Neapolitana, fuit obseruatum.

DISCEPTATIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Facti series proponitur de qua hic.*
2 *Vicarius cessat per renunciationem Episcopatus.*
3 *Vicariatus Officium quibus modis expiret.*
4 *Vicariatus Officium expirat sequuta renunciatione libera, sed non si fiat ad fauorem alicuius.*
5 *Episcopus facta renunciatione simplici si incumbat detentationi non facit fructus suos,*

& qualiter amittat iura ſua.

6 *Vicarij geſta valent non obſtante renunciatione libera facta per Epiſcopum ſed ab eo ignorata.*

7 *Vicarij Officium ſicuti per mortem, ita per tranſlationem ceſſat.*

8 *Baldus* in cap. ex parte de Officio delegati *adducitur & explicatur.*

9 *Vicarius non ceſſat, reſignatario prouiſo & conſecrato.*

10 *Textus* in extrauaganti iniunctæ de electione *adducitur, & explicatur.*

11 *Vicarius durat, vſque quo capta non fuerit poſſeſſio per Epiſcopum prouiſum.*

12 *Sedes vacat vſquequo litteræ non ſint oſtenſæ Capitulo.*

13 *Sedes Epiſcopalis qualiter deſinat vacare iure communi, & quid hodie.*

14 *Rota & Tribunal Superius cur ſoleat mutare ſententias in iudicando.*

15 *Iudices inferiores iudicare debent ad exempla majorum.*

16 *Regula ſecunda Cancellariæ adducitur & explicatur.*

17 *Rotæ Deciſio Burgenſis Canonicatus de anno 1583. adducitur revocata.*

18 *Vicariatus Officium qualiter expiret ex prouiſione dignitatis.*

19 *Vicarius bene agit etiam mortuo Epiſcopo cuius ignorat mortem.*

20 *Sententia facta à iudice reuocato quando valeat.*

21 *Vicarius Capitularis non datur poſita renunciatione ad fauorem.*

22 *Decretum Sacræ Congregationis affertur quo Epiſcopus deſinit eſſe talis quando abſoluitur à vinculo in conſiſtorio Papæ.*

23 *Epiſcopus habita notitia abſolutionis vinculi tenetur ſe abſtinere, & Eccleſia vacat, & intrat Capitulum.*

24 *Decretum de quo ſuprà procedit in tranſlatione, non in reſignatione ad fauorem, & ratio diſparitatis affertur.*

25 *Vicarius exercens Officium Epiſcopo remoto, depoſito, vel tranſlato an validè agat & quando.*

26 *Vicarius Epiſcopo mortuo, abſente nulliter gerit Officium, etiamſi illius mortem ignoret.*

27 *Vicarius mortuo Epiſcopo in remotis validè agit Officium vigore* l. Barbarius ff. de officio Prætoris.

28 *Vicarius Epiſcopi cui ſunt directæ diſpenſationes matrimoniales, an poſſit eas exequi mortuo Epiſcopo, ſed à Vicario ignorata morte.*

29 *Textus* in l. Barbarius ff. de Officio Prætoris *poſito impedimento iuris poſitiui procedit; ſecus ſi adſit impedimentum iuris naturalis vel diuini.*

30 *Reſignatio beneficij acceptata per Vicarium reuocatum valet ſi illius reuocationem ignorabant Commiſſarij: idem de morte Epiſcopi etiam Vicario ſciente.*

31 *Epiſcopus excommunicatus ſed non declaratus validè confert beneficia*

32 *Ordinatus cum litteris dimiſſoriis datis à Vicario poſt mortem Epiſcopi validè ordinatur.*

33 *Præſentatio facta à Patrono putatiuo valida eſt.*

34 *Electio facta ab Electoribus putatiuis valida eſt.*

35 *Matrimonium factum coram Paræco putatiuo valet.*

36 *Matrimonium coram Paræco putatiuo qui non erat Sacerdos valet.*

37 *Confeſſio facta laïco putato Sacerdoti communiter non valet.*

38 *Confeſſio facta Sacerdoti approbato ſed licentia reuocata, & ignorata valet.*

39 *Excommunicatus occultus & toleratus validè agit.*

40 *Textus* in l. Barbarius *procedit non ſolum poſito communi errore ſed etiam probabili opinione.*

41 *Textus* in l. Barbarius *procedit poſito errore communi etiam ſi populus dubitet.*

42 *Textus* in l. Barbarius ff. de Officio Prætoris *non procedit quando alius habet pro ſe veritatem qui concurrat cum errore communi.*

43 *Vicarius Capitularis non poteſt exequi diſpenſationes tranſmiſſas Epiſcopo, vel Vicario Generali.*

44 *Vicarius capitularis non cognoſcit cauſas immunitatis & extractoris Eccleſiæ ſecundùm veram opinionem.*

45 *Textus* in l. Barbarius *non procedit in cauſis de quibus ſupra poſito errore communi, & titulo colorato.*

ARGVMENTVM.

Vicarius Epiſcopi ceſſat per renunciationẽ Epiſcopatus liberam; ſed ſi conditionalis ſit, minimè: & quid reſignatario prouiſo, & conſecrato? Textus in extrauaganti iniunctæ de electione *explicatur, & Regula ſecunda Cancellariæ ac Rotæ Deciſio in Burgenſ. Canonicatus declaratur. Decretum de Vacatione Vicariatus Officij per abſolutionem vinculi Epiſcopi in Conſiſtorio factam qualiter intelligatur. Et an ſi notitiam habuerit Vicarius de morte Epiſcopi abſentis quæ communiter ignorabatur valeant geſta per eum, Tex.* in l. Barbarius ff. de Officio Prætoris *ſollemniter declaratur vt procedat exiſtente impedimento iuris poſitiui, non iuris naturalis vel Diuini: neque procedit in dubio iuris, ſed facti.*

P R O

D. D. Franciſco Pacifico, digniſſimo Vicario Eminentiſſimi Cardinalis Carrafæ.

F A C T V M.

CVM D. Illuſtriſſimus D. Carolus Carrafa Epiſcopus Auerſanus poſt tres legationes honorificè geſtas, ſuis ſummis & propriis meritis meruiſſet à S. D. N. Alexandro VII. ad dignitatem Cardinalatus tituli S. Suſannæ aſſumi, aſſumptus iam obtinuit 1

obtinuit ab eodem vt Ecclesiam suam Auersanam posset renunciare Illustrissimo Domino meo D. Paulo Carrafæ, suo Germano fratri omni laude dignissimo, & meo singulari domino, ac Patrono: qua resignatione facta, & notitia habita in Ciuitate Auersæ, rumor occurrit inter fratres scilicet inter Canonicos, an D D. Francis. Pacificus Vicarius Eminentissimi Carrafæ esset Vicarius, an potius Vicario Capitulari daretur locus, vndè erant præcincti ad se congregandum pro Vicario Capitulari creando seruata forma Concilij Tridentini *sess. 24. de reform. cap. 16.*

2 Consultus ego quid agendum dixi non esse locum Vicario Capitulari, sed D. Pacificum Eminentissim. Domin. Cardinalis esse Vicarium. Ratio est, quia licet per renuntiationem Episcopatus cesset Vicarius ad notata per Sbrozzium *de Officio Vicarij lib. 2. quæst. 42.* qui ait quod per renunciationem Ecclesiæ Cathedralis illa vacat sicuti per mortem Episcopi: vnde per talem renunciationem expirare Vicarij Officium dicebant Canonici, sicuti per depositionem, per cessionem, per translationem & per ingressum Religionis, vel

3 quocumque alio simili modo ex *glossa in cap. si propter in verbo vacabit de rescriptis in 6. & cap. si Episcopus de supplenda negl. Prælatorum in 6.* vbi glossa *in verbo mortem*, quia cum principalis constituens cesset esse Dominus, vel quasi: cuius contemplatione constituerat Vicarium cessante causa præsumitur cessare voluntas & dissolui mandatum ex quo videtur à principio adiecta vel saltim tacita in esse conditio, quod in eod. statu maneat *l. cum quis in principio ff. de solution.* Sbrozzius vbi suprà.

4 Tamen Sbrozzij opinio, & sententia procedit quando renunciatio fuisset facta libere, & simpliciter, secus si conditionaliter, & ad fauorem facta esset, vt in præsenti fuit: vnde dicunt D D. quod Episcopus si dederit mandatum ad resignandum Episcopatum in Curia, potest conferre beneficia interim vacatia etiam post admissam resignationem quando est ad fauorem: quia in ista non abdicatur ius à resignante post admissionis resignationis, nisi fuerit ius quæsitum resignatario; vnde nil mirum si Resignans remaneat titularis quousque sibi constet de parificata conditione; quod secus esset in resignatione simplici, per quam admittitur statim possessio, & titulus, ita vt per eam dicatur Episcopus in Ecclesia mortuus ciuiliter & æquiparatur morti naturali *Clementina finali de procur.* Romanus *cons. 374. in fine* vbi Mandosius *in verbo mortuus.*

5 Quare si post resignationem simpliciter factam incumbit detentioni Episcopus, non facit fructus suos, Sarment. *in regula de annali quæst. 57.* & tenebitur ad restitutionem quamvis non habeat notitiam admissionis & sicuti facta renuntiatione admittur possessio Rota *dec. 3. de renunciatione in nouis* Cassadorus *dec. 2. eod. tit.* ita quoque, non fuit amissum ius conferendi quod dicitur fructus Episcopatus Abbas *in cap. cum olim 7. num. 4. col. 2.* de causa possessionis, & proprietatis, & hanc differentiam inter renunciationem simplicem, & conditionalem agnouit Rota coram Orano in Seguntina Beneficiis 5. Iunij. 1592. latè Ceuallos *quæst. 561. num. 58.*

6 Quapropter si Episcopus renunciasset Episcopatui vel translatus fuisset ad aliam Ecclesiam & translatio non peruenerit ad notitiam Vicarij valebit collatio, & actus per eum gestus, Peregrinus *d. 157. alias 33. lib. 2.* Parisius *lib. 20. de resignatione beneficiorum quæst. 24. num. 38. & 40.*

Nam æquiparantur casus mortis & translationis 7
ad Episcopatum; & sic procurator constitutus per Episcopum, sic expirat per mortem Episcopi sicuti per translationem Anna *alleg. 92.* post alios Gratianus *cap. 127. num. 42.*

Neque dicas obstare Baldum *in cap. ex parte* 8
Ap. de Officio delegati vbi ait quod differat vacatio per mortem, & per translationem.

Respondeo enim Baldum loqui quoad expressionem faciendam de beneficio, in quo verus modus vacationis debet exprimi, alias nomine vacationis simpliciter intelligitur Vacatio cuiuslibet speciei *l. si quis stipulatur ff. soluto matrimonio*, cum declarationibus tamen, de quibus Mandosius *in Regula 30. num. 24.* vbi notabiliter notat quod expressa vacatione per obitum, veniat alius modus, & quando mors ciuilis æquiparetur naturali, & dicatur resultare idem effectus quoad; illud de quo quæritur, non quoad alium casum Baldus *in l. Deo nobis Cod. de Episcopis & Clericis* Gratianus *cap. 127. num. 44.*

Cum ergo Eminentiss. Cardinalis Carrafa renunciauerit ad fauorem, quousque non fuerit effectus sequutus, sicuti ipse remansit Episcopus, sic eius Vicarius erat talis, vt dicebamus.

At noua fuit dubitatio; quia Illustrissimus Epis- 9
copus Carrafa renunciatarius litteras habuit expeditas, taliter consecratus: & sic se scribebat Episcopum Auersanum, vnde iterum insurrexit rumor inter fratres scilicet inter Canonicos, an nunc debuisset expirare Vicarius Generalis & daretur locus Vicario Capitulari.

Ego respondi nec nunc dari; sed continuare primum Eminentissimi Carrafæ. Ratio est quia vt bene Barbosa *alleg. 54. num. 159.* Episcopus prouisus non potest administrare Episcopatum, nisi litteris expeditis & ostensis: licèt enim iure communi attento censeatur expirare Vicarius per confirmationem, institutionem seu prouisionem à Sede Apostolica factam ex glossa *in Clemen. 1. vt lite pendente* Panuinus *de potest. Capituli prælud 7. num. 16.* Felinus *in cap. cum Bertoldus num. 6. de re iudicata* Rota *dec. 6. de Elect. in nouis.* ita vt per dictam Institutionem, confirmationem seu prouisionem acquirat Prælatus exercitium iurisdictionis ante apprehensionem possessionis, glossa communiter *recepta in c. penult. in verbo* Collatio *de præb. in 6.* Abbas *in cap.* transmissam *de electione* tamen post extrauagantem *in-* 10
iunctæ de electione non aliter vacat Ecclesia, quam si Prælatus prouisus à Sede Apostolica litteras expediuerit, easque Capitulo præsentauerit cuius Prælati *Sedes vacabat d. extrauagant.* Barbosa *d. alleg. 54. num. 160.* Gratian. *cap. 127.* & sic si erat Vicarius Capitularis potuisset exercere Officium, & continuare donec Prælatus adeptus fuisset possessionem. Vnde D D. simpliciter loquentes de prædicta litterarum expeditione, vt Ecclesia vacare desinat, & Prælatus posset administrare, intelliguntur de illis expeditis & Capitulo ostensis vt *d. extrauag.* habetur, vnde refert 11
Gonsalez *in reg. 8. Cancellariæ glossa 5. §. 2. num. 88.* fuisse decisum valere collationē quandam Canonicatus in mense ordinario vacationis factam à Capitulo Burgense, spreto Episcopo iam promoto, & habente expeditas litteras suæ prouisionis, qui tamen nondum illas ostenderat, nec præsentauerat, quamuis aliàs Episcopus simultaneam haberet collationem cum Capitulo, quia cum adhuc duret vacatio dictæ Ecclesiæ, potuit collatio fieri à solo capitulo sine vlla contradictione, requisitione aut interuentu Episcopi promoti, iuxtà

textum, *in cap.1. ne ſede vacante in 6.*

12 Neque ſufficit fuiſſe Epiſcopum promotum ad Eccleſiam ſi litteræ non eſſent expeditæ: quia hodie duret vacatio ſedis Epiſcopalis, vel alia quælibet, donec litteræ Apoſtolicæ fuerint expeditæ & præſentatæ Capitulo, cuius Prælati ſedes vacabat, vt in *dicta extrauaganti iniunctæ de electione* inter communes Rebuffus, *in titulo de ſimonia in reſignatione numero* 11.

13 Neque dicas quod iure communi Sedes Epiſcopalis deſinit vacare per prouiſionem factam à ſede Apoſtolica, ita vt Prælatus ſtatim acquirat iuriſdictionis exercitium per dictam prouiſionem antequam ſit capta poſſeſſio, ita vt ſit etiam licita collatio beneficiorum Abbas *in cap.tranſmiſſa 15.n.3. de electione*, Sylua *de beneficiis p.3.q.10.* Rota *d.182.p.2.diuerſ.*

Reſp. enim quod hodie non ſolum requiritur prouiſio, ſed etiam expeditio litterarum & tranſportatio, & oſtenſio, & præſentatio *ex dict. extrauaganti iniunctæ de electione*, & eſt deciſio Rotæ coram Lancellotto in Burgenſ. Canonicatus de anno 1583. vbi declaratur valida collatio facta per capitulum, non vocato Epiſcopo iam promoto, non tamen præſentante litteras expeditionis, cum adhuc dicatur vacatio quamvis ſi non vacaret opus eſſet Epiſcopum requirere pro tali collatione facienda.

14 Nec facit quod ait Pariſius *lib.7. de reſignat. quæſt.23.* vbi ait ceſſare vacationem per prouiſionem, antequam capiatur poſſeſſio: & ait ita deciſum in Rota in cauſa Burgenſis Canonicatus 25. Ianuarij 1583. quia à dicta deciſione fuit receſſum 3. Iunij eiuſdem anni 1583. in eadem cauſa vt bene Gonzalez *in regul.8. Cancellariæ gl.15. §.2. num.88.* quæ diuerſitas, & mutatio opinionum, & ſententiarum in eadem facti ſpecie permittitur ſupremis Magiſtratibus provt eſt Rota Romana, Senatus, &c. vt latè concludit Menochius *conſ.59. lib.1. per text. in l. nam etſi parentibus*, §. *filius ff. de inoffic. teſtam.* & ſic procedit illa regula quod iudicandum non eſt exemplo ſummi Iudicis, *gl. in l. nemo C. de ſententiis*, & *interlocutio.* omnium Iudicum Afflictus, *de-*

15 *ciſ.383. num.8.* quia procedit quoad inferiores Iudices, non quoad eundem ſupremum Magiſtratum, vel alterum eiuſdem auctoritatis cum par in parem non habeat imperium, *l. ille à quo* §. *tempeſtiuum ff. ad S. C. Trebellian.* & vnius error non debet alteri occaſionem errandi præſtare, nec expectandum eſt quid actum fuerit, ſed quid agi, vel fieri debeat *l. ſed licet ff. de officio Præſidis*, Menochius *conſ.75.n.94. & conſ.59. numero 19. libro 1.*

16 Totum quod diximus multo magis procedit hodie ſtante ſecunda regula Cancellariæ, qua expreſſe cauetur vacationem Sedis durare vſque ad prouiſionem Apoſtolica authoritate faciendam, & adeptam pacificam poſſeſſionem, quia poſſeſſio vt diximus non poteſt concedi niſi expeditis litteris, & exhibitis.

17 Vnde infertur primo cauendum eſſe à Pariſio, *in lib.7. de reſignatione beneficiorum q.23. numero 46. & 47.* quatenus docet ceſſare vacationem Capitulique poteſtatem expirare ſtatim poſt prouiſionem, & ante captam poſſeſſionem, qui citat dictam deciſionem Burgenſ. 28. Ianuarij 1583. quæ vt dixi fuit reuocata 3. Iunij 1583. de qua reuocatione non fuit recordatus ipſe, & iſta vltima deciſio reuocatoria prioris fuit multoties canonizata teſte Gonzales, *dict. gl.15. §.2. num.88.* & Quaranta, *in verbo Archiep. authorit. n.13.* & eſt deciſio reuocata 182. *p.2. diuerſor.* quæ omnia maximi ponderis exiſtere dicit Gonzalez *loco citato n.90.* pro materia dictæ regulæ ſecundæ Cancellariæ in fine quatenus reſeruat omnia beneficia liberæ collationis vacante ſede Epiſcopali, vel Abbatiali vacante; de qua regula plenius agit, *in gl.51. caſu 14. ad numerum 52.*

Quod verò diximus de præſentatione litterarum Apoſtolicarum, intelligi debet etiam de breui pro capienda poſſeſſione nomine Cameræ quod ſolet concedi ad ſex menſes, & quandóque prorogari, nam obtinet eandem vim & efficaciam cum ipſis litteris, cum ſit ſpecies illarum vt bene Pacis Iordanus *lib. 12. titul. 20. num.55.*

Infertur ſecundò quod vt expiret Vicarij of- 18
ficium non ſolum requirit propoſitionem Prælati in Conſiſtorio, & litterarum expeditionem cum certa ſcientia prædictorum; verum etiam opus eſt actuali oſtenſione, & productione litterarum ſiue Breui loco ipſorum Capitulo, alioquin non inducitur ceſſatio vacationis, nec tollitur poteſtas Capituli Vicarij vel Epiſcopi, neque prouiſus poteſt Vicarium ſibi deputare, aut alio modo in adminiſtratione ſe intromittere abſque inturſu pœnarum dict. extrauagantis *iniunctæ* tam reſpectu ipſius quàm Capituli admittentis DD. communiter vbi ſupra.

Infertur vltimo quod mortuo Epiſcopo ſi Vi- 19
carius ignoret eius obitum, exercebit vti Vicarius; etiamſi potuiſſet Vicarius ſcire obitum Epiſcopi, dummodo cõſtet non ſciuiſſe Gratianus *d.c.127. à numero 22.* vt in ſimili dicimus de dimiſſoriis conceſſis à Vicario etiam mortuo Epiſcopo, agente in remotis; quorum conceſſio valet, ſi non conſtabat de eius obitu cum poteſtas Vicarij ſit ordinaria, & fauorabilis: poſt alios Gratianus *d. cap.127. num.24.* ſic ſi Vicarius ſit reuocatus ab Epiſcopo & eius reuocationem ignoret valebunt 20
geſta per eum, Boërius *d.347. n.12. cum ſeqq.* Card. Puteus *dec.370. lib.2.* Romanus *ſing.58.* ſicuti ſententia de iure canonico eſt valida ſi fuerit facta à Iudice reuocato ante ſententiam reuocationis, quia nec aufertur iuriſdictio ſaltem in exercitio ante præſentatas literas, ex Innocentio, *in cap. auditum 4. de reſtitutione ſpoliatorum*, Gratianus *d.c.127.n.3. & ſeqq.*

Vnde hic eſt caſus quo non datur locus Vi- 21
cario capitulari non quidem ex vi renunciationis Eminentiſ. viri Cardin. Carrafæ, quia hæc fuit ad fauorem facta, & ſic non ſequuto effectu, non expirauit Vicarij officium ex ſupra traditis; neque ex vi nouæ acquiſitionis Epiſcopatus per Illuſtriſſimum Carrafam datur locus Vicario Capitulari, quia eius officium, & adminiſtratio vigore extrauagantis *iniunctæ de electione* non acquiritur niſi litteris expeditis, & capitulo oſtenſis ac capta per eundem poſſeſſione: vnde non eſt mirum de hoc: quia hic eſt effectus renunciationis ad fauorem vt non habeat effectum niſi collata dignitate conceſſionario, & quia reſpectu capituli reſignatarius non habet exercitium niſi litteris oſtenſis Capitulo, hinc eſt quod Vicarius ſemper eſt Vicarius nomine primi reſignantis; cui ſi opponatur de vinculo ſoluto ab Eccleſia Auerſana reſpondet Vicarius hoc vinculum ſolui quatenus & conditionaliter detur reſignatario, at quia reſignatario datus eſt, & hic non poteſt adminiſtrare niſi litteris Capitulo oſtenſis, hinc fit Vicarij officium non ceſſare: alios

modos

modos quibus Vicariatus officium cessat post alios ponit nouissimè Pacis Iordanus *tomo 2. lib. 12. tit. 1. cum seqq.* omnino videndus.

Ita vt scripsimus practicatum fuit in capitulo Auersano sub censura DD. & sanctæ Sedis Apostolicæ.

22 Verum pro complemento sciendum est quod hoc non procedit quando Eminentissimus Carrafa fuisset ab Ecclesia Auersana translatus ad aliam Ecclesiam, quia nunc desinit esse Episcopus primæ: quando primo loco à Papa ab illius vinculo absolutus fuit; de qua re Rota Romana *dec. 475.* apud Farinac. *1. p.* recentiorum, & super hoc habemus declarationem sacræ Congregationis per hæc verba: die 14. Dec. 1624. Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Regularium, & Episcoporum proposita S. D. N. approbante, censuit Ecclesiam à qua volens transfertur, 23 seu quam dimittit Episcopus vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absoluitur in Consistorio Sanctitatis suæ, etiam ante expeditionem litterarum Apostolicarum vel acceptam possessionem secundæ Ecclesiæ; & postea quam huiusmodi absolutionis notitiam Episcopus habuerit etiam ex testimonio seu documento Secretarij sacri Collegij illico teneri eum abstinere ab exercitio ordinariæ iurisdictionis eamque transire in Capitulum tanquam Sede vacante, & ita posse, & debere Capitulum statim ea iurisdictione vti ac Vicarium iuxta Tridentinum Concilium præscriptum eligere Sedemque vacantem publicare, vt refert Massobrius *in praxi habendi concursum requisit. 1. dub. 9.* secundum Romanam impressionem, & Barbosa *in capite 1. in fine de translatione Episcopi.*

24 Quod quidem decretum videtur destruere totum id quod consuluimus pro Vicario Auersanæ, sed non est ita, quia cum decretum loquatur de Episcopo translato ad aliam Ecclesiam non poterit verificari in N. Eminentissimo qui renunciauit ad fauorem: qui quidem licet absoluatur à vinculo primæ Ecclesiæ, non tamen poterit dici simpliciter absolutus, sed quatenus, & non aliter resignatio haberet effectum in personam Illustrissimi Domini mei D. Pauli Carrafæ sui Germani fratris: vnde donec, & quousque non fuerit in illo resignatario fortita effectum resignatio, erit absolutio vinculi conditionalis, & procedunt ea quæ supra dicebamus.

25 Præterea huius absolutionis vinculi nunquam habuit capitulum notitiam, sicque bene Vicarius Eminentissimi Carrafæ poterat exercere vt de facto me concludente exercuit, quia vt bene doctissimus Sperellus *dec. 30. num. 1.* Vicarius si suum officium exerceat post illud finitum ex remotione facta ab Episcopo absente, vel quia Episcopi iurisdictio finita est (excepto casu mortis) validè exercebit, etiãsi aliunde id sciat dummodo non fuerit per litteras, vel nuncium de reuocatione certioratus vt bene Boërius *dec. 347. à n. 14. vsque ad num. 18.* Rebuffus *in praxi beneficiaria in tit. de forma Vicariatis num. 212.* Cuccus *lib. 2. instit. moral. tit. 8. num. 147.* Sanchez *de matrimonio lib. 3. disput. 30.* Sbrozzius *de offic. Vicarij lib. 3. q. 36. num. 6.* Parisius *lib. 7. de resign. benefic. q. 24. a n. 41.*

26 Si vero sequatur vacatio per mortem Episcopi tunc ipso facto absque vlla intimatione Vicarius amittit iurisdictionem, eo quia Episcopi, & Vicarij idem est Tribunal, & reputetur eadem vtriusque persona *cap. 2. de consuetud. in 6. cap. Romana de appell. in 6.* Sanchez *vbi supra disp. 30.* & est doctrina Felin. *in cap. ex parte num. 18. de rescriptis*, latè Barbosa *in l. quia tale 14. num. 93. ff. solut. matrim.* Couarr. *pract. quæst. cap. 4. n. 4.* Gratianus *cap. 776. num. 44. & seqq.* Verum si moriatur Episcopus in longinquis, & communiter ignoretur mors illius valent gesta per Vicarium per l. Barbarius *ff. de officio Prætoris* per quem text valent gesta per eum qui non erat Vicarius 27 Episcopi, sed pro tali communiter habebatur, vt per Rotam *dec. 1. alias 47. de officio Vicarij*, Bellamera *decis. 402. de officio legati.* Mil. *in repertorio in verbo Vicarius siue Officialis*, Mascardus *concl. 648. num. 6. vol. 2.* Alexander *cons. 186. n. 7. lib. 2.* quia ob publicam vtilitatem si ex parte Officialis interuenerit titulus putatiuus, & ex parte populi communis error, acta sustinentur iura supplent iurisdictionem, & idem communis error facit legem, & pro veritate habetur *d. l. Barbarius*, vbi communiter DD. & facit illud Sapientiæ iudicium populi vniuersi ne despexeris, Bald. *cons. 496. n. 3. vol. 4.*

Est tamen difficultas an Vicarius Episcopi cui 28 directæ sunt dispensationes matrimoniales, possit illas exequi Episcopo mortuo in remotis, cuius mortis scientiam solus Vicarius habet, & communiter ignoratur, putat Sanchez *lib. 3. de matrimonio disp. 22. num. 59.* posse exequi ex communi errore, qui vigore *legis Barbarius* facit ius, & probant *ex Consilio Ancharrani 409.* Gabriel *in tit. de probat. concl. 8. num. 18.* qui refert Rotæ decisionem Mascard. *concl. 648. num. 74. colum. 2. de probat.* contrarium putat Sperell. *d. 30. num. 7.* quia vir prudens habita notitia de morte Episcopi, & sic de veritate magis illam quàm communem errorem sequi debet *cap. consuetudo 8. dist. 161.* (propter quod relicto errore sequamur veritatem) ergo dum non ignorat Vicarius Episcopi mortem illas exequi non debet, ad notata per Sperellum *d. dec. 30. n. 8.* quia cum iurisdictio Vicarij sit accessoria ad illam Episcopi extincta iurisdictione Episcopi nihil habebit Vicarius.

Doctores enim circa *l. Barbarius* varias tradi- 29 derunt intelligentias, sed communis est illa Theologorum, vt scilicet si adsit titulus coloratus, vna cum errore communi habetur pro veritate, si nullum adsit impedimentum diuini iuris vel naturalis, sed si adsit impedimentum iuris diuini vel naturalis non procedit, ita dicit Sanchez *de matrimonio lib. 3. disp. 22. num. 27. sequitur.* Bonacina *de matrim. q. 2. punct. 8. num. 24.* Ratio disparitatis est quia vbi adest defectus iuris positiui ius ipsum, & Ecclesia supplere possunt, secus vero vbi adest defectus iuris diuini vel naturalis quem nec Ecclesia, nec ius positiuum poterit supplere.

Ex prima parte dicunt DD. quod resignatio 30 beneficij recepta per Vicarium subsistit, licet Episcopus obierit ante receptionem resignationis si ignorabat eius obitum Card. Puteus *d. 370. p. 2.* Mohedanus *d. 313.* Parisius *cons. 136. colum. 4.* alter Parisius *libro 7. de resignatione beneficiorum quæst. 24. num. 33.* Sbrozzius *lib. 3. de officio Vicarij quæst. 36. num. 10.* Anastasius Germonius *de indultu Cardinalium*, §. *tibi quoad vixeris n. 63.* & licet Puteus, & Flaminius dicant id procedere ignorante Vicario, tamen idem dicunt cum Sperello *dec. 30. num. 16.* si ipse sciebat, quia tex. *in d. l.* Barbarius se fundat in communi errore; sic collatio beneficij facta à Vicario post mortem ignoratam Episcopi, valet & tenet, Rota *p. 2. re-* 31 *cen. dec. 618. num. 2.* sic Episcopus excommuni-

catus

catus non tamen declaratus ſi conferat per ſe, vel per Vicarium dicit Felynus *in cap. ad probandum num. 6. de ſent. & re iudic.* quando validè confert vbi teſtatur, ita in ſuo tempore dixiſſe Rotam.

32 Hinc etiam dicimus quod ſi quis ordinatur cum litteris dimiſſoriis datis à Vicario poſt mortem Epiſcopi non publicatam dicitur ritè ordinatus, quia dimiſſoriæ illæ ob publicam vtilitatem valent, & tenent Henriquez *lib. 5. de pœnitentia cap. 13. num. 3. in Commentarij lit. A*, vbi ait ſic tenuiſſe viros doctos Leſſius *de iuſtitia, & iure lib. 20. cap. 29. dub. 8. num. 67.* ſic præſentatio facta à Patrono putatiuo non vitiatur licet poſtea appareat eum non fuiſſe patronum *cap. conſultationibus*

33 *de iure patronatus cap. querelam de electione* Lambertinus qui *de communi* teſtatur *lib. 2. de iure patronatus art. 1. quæſt. 3.* Mandoſius *ad Lappum alleg. 89. lit. S*, quod idem dicimus in ele-

34 ctione facta ab electore putatiuo *cap. cum olim de cauſa poſſeſſ.* Lappus, Mandoſius, & alij *vbi ſuprà* ſic valet matrimonium factum coram Parœco ha-

35 bente titulum putatiuum cum errore abſque impedimento iuris Naturalis, vel Diuini, Coninchus *de matrimonio diſp. 27. num. 26.* Bonacina *de matrimonio quæſt. 2. puncto 8. num. 27. vbi num. 30.*

36 ampliat etiamſi aſſiſtat Laïcus reputatus Sacerdos, cum etiam ſit defectus iuris poſitiui. Idem ſi Parœcus excommunicatus toleratus tamen det licentiam aſſiſtendi matrimonio alteri Sacerdoti, vel ſi ordinarius illam tribueret fictè, vt ſi exterius conceſſit, interius autem non intendebat concedere: nam matrimonium validum erit Ceuallos *quæſt. 604. num. 119. & 120.*

37 Ex ſecunda verò parte quando impedimentum eſt de iure diuino vel naturali quod non habet locum tex. *in d. l. Barbarius* poſt alios dicit Gabriel *conc. 8. n. 36. de prob.* Pariſius *conſ. 136. n. 12. vol. 4.* Rota. *dec. 371. n. 17. par. 1. diuerſ.* vnde dicũt quod abſolutio peccatorum data per Sacerdotem qui non eſt verè Sacerdos, non tenet: quia eſt impedimentum iuris diuini cui nec ius Canonicum, nec ius Ciuile ſupplere poteſt ſecundum veriorem opinionem, de qua Abbas *in cap. 20. de Præſbytero non baptizato*, Bonacina. *d. puncto 8. num. 36.* quicquid mãle dicat Iaſon *in d. l.* Barbarius *num. 63.* dummodo ille non erat Sacerdos ſecus ſi erat Sacerdos, ſed careret iuriſdictione ordinaria, vel delegata quia hoc caſu cum eſſet defectus iuris poſitiui vtique poſito titul. colorato, & errore communi tenet abſolutio, gloſſa *in cap. dudum l. 2. de electione* Maſcard. *d. concluſ. 648. num. 33.* Coninchus *de Sacramento Pœnitentiæ diſp. 8. dub.*

38 *3. col. 6.* Sic ſi licentia audiendi confeſſiones fuerit poſtea reuocata, & ignorabatur reuocatio Sanchez *vbi ſuprà num. 88.* Leſſius *lib. 2. de Iuſt. cap. 29. dubio 8. num. 67.* contra quendam Epiſcopum qui ponere volebat edictum irritans omnes confeſſiones factas tali modo quod reprobauit Sperellus *dec. 30. nu. 26.* at Sacerdos qui ad tempus habuerat licentiã confitendi, quia ſi tranſacto tempore perſeuerat, confeſſores valent Henriquez *d. lib 6. cap. 8.* quia cum Populus ignoret de licentia & adſit error communis ſuſtinetur actus, vt contra Bonacinam dicit Sperellus *d. dec. 30. n. 28.* ex 2. etiam parte oritur quod geſta per occultum

39 excommunicatum ſunt valida: vnde validè beneficium confert, validè abſoluit cum non adſit impedimentum iuris diuini vel naturalis; & hæc ſiunt à dignitate, non à perſona: ita Innocent. *in cap. 1. de Schiſmate n. 3.* Sanchez *d. lib. 3. diſp. 22. n. 33.* Sperellus *num. 29.*

40 Tandem nota procedere diſpoſitionem *Barbarius* non ſolum poſito communi errore, ſed etiam ob probabilem Doctorum opinionem ita, vt ſi plures ſint opiniones, an talis abſoluere poſſit à reſeruatis, vel à cenſuris an aſſiſtere matrimonio, an excommunicare, eligere confeſſarium &c. quia ſi opinio affirmatiua ſit probabilis etiam ſi forte ſit falſa, facit vt Eccleſia ſuppleat iuriſdictionẽ ob publicam vtilitatem, aliter enim ſequerentur grauiſſima incommoda Henriquez, Sanchez, Leſſius & alij quos refert & ſequitur Sperellus *d. dec. 30. num. 33.* & amplius dico quod ex communi errore valent geſta à Superiore, etiamſi populus du- 41
bitet, an Superior ille ſit officio priuatus, quia cum antea fuerit habitus pro tali, nõ debet propter dubium ſuperueniens eum rejicere; cum in officio perſeueret, in dubio enim nemo eſt ſuo iure priuandus, quia melior eſt conditio poſſidentis Sanchez *vbi ſupra n. 56.* Leſſius *de Iuſtit. c. 29. dub. 8. num. 68.*

Notabiliter etiam nota tex. *in l. Barbarius* & 42
totam eius materiam quando ille qui prętendit validitatem actus non concurrit cum alio allegante illius nullitatem; ſecus ſi duo concurrunt & alter nititur veritati, alter autem communi errori, quia tunc ſi ante completum negotium veritas denegatur illa errori præfertur, & ſic impetrans beneficium à vero Collatore ſi concurrat cum eo qui impetrauit ab alio, communiter reputato vero collatore præferri debet *cap. ſuſceptum de reſcriptis in 6.* Boerius *dec. 150. num. 13.* Ferretus *conſ. 9. part. 1.* Rota *in Aſſiſienſi Canonicatus* Veneris 25. Iunij 1599. coram Litta, vbi fuit dictum non tenere collationem Canonicatus factam ab Epiſcopo Aſſiſienſe, qui tunc ſuſpenſus erat, qui aliud cõtulerat beneficium in ſuis manibus reſignatum; ſed illud contulerat fratri Germano reſignantis contra *Bullam Pij V.* 58. & dicebatur non ſuffragari quod communiter habebatur pro non ſuſpenſo, & quod per legem *Barbarius*, debuiſſet actus ſuſtineri, quia text. *in d. l. Barbarius* non poterat habere locum ſtante concurſu prouiſi Apoſtolici, quod menti tenendum dicit Sperellus *d. dec. 30. num. 35. in fine.*

Quia verò Vicarius Capitularis ſuccedit in 43
Epiſcopi iuriſdictione ordinaria non in delegata, ideo contra Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſp. 27. num. 32.* fuit in Rota deciſum non valere & nullam eſſe diſpenſationem Matrimonij, quia fuit conceſſa à Vicario Capitulari in exequutione mandati diſpenſando, vt notat Sperellus *tomo 1. deciſ. 31. num. 20.* quod vero Capitulum ſuccedat in illis quæ competunt Epiſcopo iure ordinario adeſt textus *in cap. vnico de maior. & obed. in 6.* vnde nunquam Cancellaria Apoſtolica Sede Epiſcopali vacante dirigit diſpenſationem vel ſimiles gratias Vicario Capitulari, ſed Epiſcopo Viciniori ſeu eius Vicario, de quo Stylo poſt alios Sperellus *d. 31. num. 4.* & contra Patrem Pe- 44
regrinum de immun. *cap. 3. ad num. 33.* dico Vicarium Capitularem non poſſe cognoſcere de immun. ſcilicet de cauſis confugientium ad Eccleſiam vt cum Mario Italia *lib. 1. cap. 6. §. 1. à num. 37. vſque ad §.* quia talis facultas competit Epiſcopis & eorum Vicarijs, decidit Sacra Congregat. de anno 1633. apud Sperellum *d. 31. num. 8.* in quibus caſibus eſt quæſtio an procedat tex. in *l. Barbarius*: quia ſcilicet publicè Vicarius Capitularis diſpenſat, quia publice procedit in talibus cauſis immunitatis 1. &c. reſpondeo non procedere quia tex. *l. Barbarius* 45
procedit tantùm quando error eſt in facto; ſecus ſi erretur in iure, poſt alios Maſcard *concl. 648. num.*

100. at

100. at in præsenti non erratur errore facti nempe, an quis sit Vicarius, vel non, sed de iuris errore, an scilicet Vicarius Capitularis de iure valeat exequi dispensationem prædictam Sperellus *dec. 31. num. 11.*

Vt scripsimus sic fuit practicatum: & fuit D. D. Franciscus Pacificus Vicarius, qui jam mortuus est, maxima cum fama boni & integri Ministri Ecclesiastici, ob cujus integritatem, & ob varias qualitates non deterioris conditionis suo fratre. Illustrissimus Cl. Paulus Carrafa dignissimus Episcopus Auersanus, fecit Vicarium Generalem D. meum D. Dominicum Pacificum, olim discipulum meum, nunc dilectissimum Dominum & Patronum.

DISCEPTATIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua hic.*
2 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, est prohibita de iure diuino Canonico & Ciuili.*
3 *Alienatio rerum Ecclesiæ vt valeat quæ requirantur.*
4 *Assensus Apostolicus supplet defectum solemnitatum.*
5 *Delegati Apostolici quid agere debeant pro alienatione rerum Ecclesiæ.*
6 *Assensus an, & qualiter præsumatur per annos 30.*
7 *Assensus an præsumatur, si ex actis constet oppositum.*
8 *Assensus an præsumatur non habita scientia Papæ.*
9 *Assensum præsumi an sit præsumptio iuris, & de iure, an iuris tantum.*
10 *Assensus requiritur in concessione emphyteusis.*
11 *Potestas alienandi de qua hic quid operetur.*
12 *Paroci concessio an validet contractum de quo hic.*
13 *Augmentum Canonis non facit nouam concessionem.*
14 *Beneficiatus an possit cogi ad assensum præstandum.*
15 *Alienatio rerum Ecclesiæ nulliter facta reuocatur per eundem.*
16 *Iuramento non obstante.*
17 *Res Ecclesiæ quando dicatur solita concedi.*
18 *Res Ecclesiæ deuoluta atque incorporata non potest alienari sine solemnitate.*
19 *Subhastatio non requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ.*
20 *Alienatio ex summa necessitate an requirat assensum.*
21 *Assensus an requiratur in alienatione licita?*
22 *Assensus an requiratur in alienatione in euidentem.*
23 *Assensus potest præcedere & subsequi.*
24 *Alienans cum Clausula saluo assensu non poterit rem tradere.*
25 *Assensu in pendenti, an possit pars reuocare alienationem.*
26 *Contractus alienationis bonorum Ecclesiæ quando possit claudicare.*
27 *Iudex Ecclesiasticus an cogat laicum ad standum contractui.*
28 *Res Ecclesiæ, an possit detineri vsque quo non veniat assensus.*
29 *Locatio vltra triennium valet.*
30 *Locatio tribus à principio facta per nouem annos non valet.*
31 *Locatio rerum Ecclesiæ per annos sex non valet, etiam cum pacto renouandi.*
32 *Locatio per triennium non poterit prorogari.*
33 *Locatio excedit triennium quando fructus non percipitur quolibet anno.*
34 *Successor Prælati an teneatur stare locationi.*
35 *Locatio si fiat nomine Ecclesiæ, Pupilli, vel Ciuitatis tenetur successor ei stare.*
36 *Res mobilis Ecclesiæ poterit alienari, & quando.*
37 *Res mobilis pretiosa non alienatur.*
38 *Greges, armenta &c. non alienantur.*
39 *Pecunia quando numeretur inter res pretiosas.*
40 *Pecunia an possit dari ad Cambium vel ad lucrum cessans à Regularibus.*
41 *Pecunia pro emenda re stabili, vel mobili præsumta non alienatur.*
42 *Dos monialis qualiter consumenda.*
43 *Oblationes facta Ecclesiæ an, & quando alienentur.*
44 *Vota quando alienentur.*
45 *Lampades argenteæ, & similia quando alienentur sine assensu.*
46 *Census an & quando possit alienari.*
47 *Census quando possunt Calari &c.*
48 *Hæreditas vel legatum quando possint repudiari sine assensu.*
49 *Confraternitatum bona qualiter alienentur.*
50 *Retrouenditio fit sine assensu.*
51 *Venditio cum pacto de retrouendendo, requirit assensum.*
52 *Incapaces alienant sine assensu.*
53 *Assensus non requiritur data licentia alienandi.*
54 *Permutatio rerum Ecclesiæ non requirit assensum.*
55 *Assensus non requiritur in bonis difficilis recuperationis.*

ARGVMENTVM.

Assensus Apostolicus qualiter & quando præsumatur in alienatione facta bonorum Ecclesiæ ex solo cursu temporis: & talis præsumptio qualis sit? Res solita concedi in emphyteusim quando, & qualiter dicatur. Alienatio in casu licito & in euidentem Ecclesiæ vtilitatem requiritur qui potest præcedere, & subsequi; dummodo res non tradatur nisi assensu adueniente. Poterit cogi quis stare contractui, & à quo iudice sit cogendus laicus stare huic contractui. Locatio vltra triennium non valet rerum Ecclesiæ: Quod si fructus nascatur omni triennio valebit per nouennium. Successor particularis quando locationi stare teneatur. Res pretiosæ non alienantur sine assensu. Neque pecu-

nia deſtinata pro ſtabilibus vel mobilibus pretioſis; neque vaſa argentea alienantur.

PRO

Paroeco S. Nicolai.

FACTVM.

1 DMarcellus fidelis Paroecus S. Nicolai Ciuitatis Auerſæ, conceſſit in emphyteuſim perpetuam annis elapſis, Aſcanio, & Decio de Auſiliis, modia ſex & quartas duas Territorij ſiti in Caſali Luſciani pertinentiis Ciuitatis Auerſæ in loco detto lo Pintolo pro ducatis 7. annuis, & hanc conceſſionem Paroecus prædictus fecit pro eiſdem de Auxilio ſuis filiis legitimis, naturalibus, & naſcituris ex linea recta ligitimè deſcendentibus, ita quod ius vnius deficientis ſine filiis legitimis, & naturalibus accreſcat alteri ſuperuiuēti *fol.69.l.A.*

In qua etiam conceſſione dicitur quod Dicti fratres de Auxilio teneantur Aſſenſum Apoſtolicum impetrare eorum ſumptibus intra annum, cum aliis pactis in ſimilibus contractibus apponi ſolitis, cum recognitione dominij Cappellano, & ſucceſſoribus ſoluere ducatos ſeptem, & quod non poſſint vendere nec alienare, nec contractum aliquem facere alienationis; quod ſi vendiderint, vel alienauerint, vel ſi dictum redditum non ſoluerint iuxtà ſtylum Eccleſiæ, vel ſi aſſenſum non impetrauerint in d. tempore, vel ſi deceſſerint ſine filiis vt ſuprà, quod in his caſibus & quolibet ipſorum Terræ prædictæ incidant in commiſſum & dicti fratres cadant ab eorum iuribus, & vtile dominium conſolidetur cum directo, quia ſic *&c. fol. 71. litt. A*, à tergo.

Super celebrato contractu cum Romæ miſſent partes, obtinuerunt aſſenſum commiſſum duobus Canonicis Cathedralis Auerſanæ, qui cognito ſi in euidentem Eccleſiæ vtilitatem & capta per eoſdem diligenti informatione, & ſeruatis ſeruandis, & cedere in Eccleſiæ vtilitatem; ſuper quibus veſtras conſcientias oneramus, authoritate Apoſtolica approbetis, *fol. 91. & 92.*

Hoc autem Decretum à parte non producitur fuiſſe interpoſitum, imò à moderno Paroeco producitur fides negatiua, ſcilicet qualiter facta diligentia in actis Curiæ Eccleſiaſticæ non reperitur interpoſitum vnquam fuiſſe tale decretum vt ex fide act. *fol.* 210.

Imò ad maiorem cautelam producitur quod Anteceſſor beneficiatus inſtiterit in d. Curia Auerſana ad relaxationem territorij tam propter aſſenſum non expeditum, quam propter lineam finitam illorum de Auxilio conceſſionariorum; vnde in anno 1626. per Curiam Epiſcopalem Auerſanam fuerunt modia prædicta territorij declarata deuoluta inſtante Paroeco beneficiato D. Sabbatino Sannero *fol. 93.* & Decretum *fol. 94.*

Quia vero olim beneficiatus & Paroecus notitiã habuit, quod ſuperueniebat Aurelia de Auxilio Soror d. Detij, & quod forſitan deuolutio non habuiſſet effectum, expectauit mortem de Aureliæ (licet illa non eſſet in conceſſione comprehenſa) & de anno 1648. ab eadem Curia Epiſcopali Auerſana obtinuit deuolutionis ſeutentiam per mortem Aureliæ abſque filiis & proinde territorium deuolutum, & immutatur in poſſeſſionem, & aſſociandum familiæ, & capi poſſeſſionem, *fol. 78. & 79.*

Hoc autem decretum & poſſeſſio capta, occaſionem præbuit Iudictæ Ferdiano & Auguſtino Saulino coniugibus proponendi in S. C. remedia Capitulorum Regni Regale præſidium, allegando, quod poſſidebant hoc Territorium ordine S. Conſilij. Vnde reuocandam dicebant poſſeſſionem captam per Beneficiatum, vt ex memoriali *fol. 64.* à ter. & per S.C. dictum fuit præſtandum eſſe Regale preſidium donec cauſa iuſta poſſeſſionis durauerit *fol.* 140. & fuerunt expeditæ prouiſiones in beneficium dictorum coniugum Curiæ Ciuitatis Auerſæ *fol.* 142. à tergo.

Et notandum dixi nunquam dicta ſex modia, & quartas duas fuiſſe deductas in S. C. ſed ſolum modia duodecim ex decem & octo vt ex aſſiſtentia petita ab eadem Iudicta, ex contraſupplicatione *fol.* 4. & ex deſcriptione facta in inuentario modiorum duodecim *fol.* 14. & ex aliis articulis *fol.* 18. & ibi teſtes. Vnde nunquam pars petiit modia 18. & quartas duas, quia ſex & quartæ duæ erant Eccleſiæ, & non deducta in S. C. & ſic non poterat præſtari regale præſidium.

Quicquid autem ſit de præterito nunc modernus beneficiatus D. Ioannes Francolinus petijt in S.C. deuolutionem territorij conceſſi dictis Detio, & Aſcanio tam ob non impetratum aſſenſum, quàm ob lineam extinctam Detij, & Aſcanij & Aureliæ, omnibus mortuis abſque filiis, & in minori ætate reſpectiuè; & condemnari petiit poſſeſſores ad relaxandum vnà cum fructibus & expenſis: idque cœpit agere *in anno 1663. fol.* 184.

Et fecit intimare nouum poſſeſſorem Caprium de Verde qui lite pendente emit dictum territorium modiorum 18. à Vincentio Saulino intruſo *fol.* 178. hærede Iudictæ Ferdiano die 15. Martij 1663. & in inſtrumēto dicitur in loco Luſciani Caſali de Auerſa in Pintolo quod eſt modiorum ſex, & quartarum duarum quæ ſunt Eccleſiæ ſancti Nicolai redditiæ, & alia 12. ſunt libera *fol.* 172. & ideo fuit compilatum cum dicto Caprio poſſeſſore lite pendente *fol.* 178. qui conſtituit procuratorem Franciſcum de Ferdinando *fol.* 174. & cum eod. fuit Compilatus terminus *fol.* 179. electio examinatoris *fol.* 180. cum aliis actibus ordinatoriis, & à beneficiato fuit producta Bulla *fol.* 166. *Poſſeſſio fol.* 189. & 194. à tergo. & *fol.* 198. à tergo 200. 201. & à tergo *&c.*

Fuit etiam verificatum quod Detius de Auxilio mortuus eſt ſacerdos & quod fuit frater vtrinque coniunctus Aſcanij & filios non reliquit *ſuper 3. fol.* 188. & *fol.* 192. 194. & 197. & quod Aſcanius alter frater nupſit cum Iudicta Ferdiano *in anno* 1617. ex Capitulis matrimonialibus *fol.* 8. & quod mortuus Aſcanius d. Iudicta nupſit cum Auguſtino Saulino *fol.* 47. ex quo matrimonio inter Aſcanium cum eadem Iudicta natus fuit Vincentius, qui cum fuiſſet declaratus hæres Aſcanij patris, & tutela delata in perſonam Iudictæ matris *fol* 354. vti talis confecit inuentariū *fol.* 14. producitur etiam qualiter ex matrimonio contracto inter Aſcanium, & Iudictam nata eſt Camilla ex fide Baptiſmatis *fol.* 50. & dicta declarata hæres per M. E. V. eiuſdem Vincentij fratris. & tutela delata in perſonam matris Iudictæ *fol.* 23.

Productum fuit etiam in proceſſu quod d. Vincentius, & Camilla filij Aſcanij mortui erant in minori ætate, & eorum bona peruenerunt ad dictam Iudictam eorum matrem, *ſup. 4. fol.* 191. 192. & 195. & quod licet Aſcanius,

nius, & Detius habebant vnam sororem nomine Aureliam, tamen non continebatur in suprad. concessione, quia non erat ex linea recta, sed transversali, & etiam dicta Aurelia condidit testamentum *in anno* 1642. & hæredem instituit D. Iosephum Ferell. *fol.*80. fides mortis Aureliæ *fol.*74. *à tergo* & quod filius non reliquit *sup.*8. *fol.*194. 196.197.198.200.& 202.

Est etiam probatum vltra instrumentum celebratum inter Caprium de Verde, & Saulinum quod ipse possidet dictum territorium *sup.*5.*à ter. fol.*188.*testes fol.*193.195.*à tergo* 197.& 200 & quod dictum territorium cum sit parum distans à Ciuitate Auersana est boni aëris, & solet esse ducatorum sex annuorum pro quolibet modio in anno deductis expensis, & quod est valoris 180. pro vnoquoque modio *sup.*6.*testes fol.*191.*à ter.* 193.*à tergo* 195.197.200.& 201.

Tandem est probatum nullas fecisse possessores meliorationes, ex quo eis non egebat Territorium, & quod pro arboribus viuis quas posuit, accepit mortuas arbores *sup.*7. *fol.*191. 196. 197.200. & 201.*à tergo*.

His itaque probatis iuste prætendit R. Parœcus Modernus, D. Ioannes Francolinus declarari facere per S. C. deuolutionem d. Territorij tum ob defectum assensus, tum ob lineam finitam illorum de auxilio, omnibus oppositis rejectis.

2 Certa enim est conclusio alienationem bonorum Ecclesiæ esse prohibitam de iure diuino, vt *in libris Leuitici cap.*25. ibi terra quoque non vendatur in perpetuum, quia mea est, & vos Aduenæ, & Coloni mei: & etiam de iure canonico *cap.non licet*, *cap.Diacono*, *cap.quidquid*, *cap.monemur*, *cap. quisquis Episcopus de reb.Eccl. non alien.* Concilium Trid.*sess.*22. *cap.*11. vbi sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda est prohibita à quocumque sit facta, & absolutio est reseruata S.Pontifici. Iure etiam ciuili prohibetur, *l. iubemus la* 2. *C. de sacros. Eccles.* & in auth. *de non alienand. & permutandis*, §. *quia vero*, & extrauag. *ambitiosæ de rebus Eccles. non alien.* & Trid. *d.sess.*22. *cap.*11. *de reformat.* & decreto S. Congregat. Concilij sub Vrbano VIII. *sub formula* de qua Donatus *tom.*1. *par.*2. *tract.*14. *quæstione* 2. latè Quaranta *in summa Bullar. in verbo alienatio*, Alphonsus Villagut, *de reb. Eccles. non alien. lib.*2. *part.*2. *cap.*2. *num.*6. Peyrinus *to.*1. in bulla Iulij, 11. §. 1. *n.*4. & per Paulum IV. in bulla quæ incipit *iniunctum*, & Clementis VIII. quæ incipit *Romanum decet*, de quibus Villagut, Barbosa *in d. cap.*11. *Trid.* Corradus *lib.*9. *in praxi cap.* 1. *num.*11. & talis extrauagans *ambitiosæ* in Regno nostro est recepta secundum omnes sui partes Villagut *d.* 39. Corrad. *lib.*9. *c.*1. Crescentius *d.*3. *de iurejurando.* Ciarlinus *capite* 105. Rota 1. *p.diuers. d.* 26. Genuensis *c.*75. Riccius *in praxi var.resol.*272. Alphons. de Leone *de censuris recollect.*4. *vers. alienat*, Bonacin. *tom.*1. *de alienatione puncto* 5. *num.*5. Lezzana *tom.*4. *in verbo alienatio*, & dicit Alphonsus de Leone quod in hac materia de praxi extrauagantis recurrendum est ad Episcopum loci, vbi res sita est, & secundum eam praxim iudicandum, de Leone *pagina* 290. *colum.*2. & semper in dubio vsu recepta præsumitur d. Bulla, Barbosa *alleg.*95. *n.*48. Donatus *d.p.*2. *tract.*14. *q.*5.

3 Vt ergo valeat talis alienatio, & concessio in emphyteusim requirebatur assensus Apostolicus, Genuensis *cap.* 85. Barbosa. *alleg.*95. Bordonus *resol.*17. *num.*32. Donatus *d. tract.*14. *quæst.*13. Corradus *d.lib.*9. *cap.*1. *num.*7. Bordonus *vbi supra*, & licet putet Afflictus cum Vrsillo *dec.*191. non requiri assensum si fiat alienatio ob causam necessariam, putà pro soluendo ære alieno, tamen id falsum est vt bene Nouarius *p.*1. *in verbo alienatio num.*7. Lezzana *in verbo alienatio n.*10. & in alienatione in vtilitatem Ecclesiæ facta dicebant Francus *dec.*35. non requiri assensum, at praxis seruat contrarium, vt bene idem de Franchis *vbi supra*, Bordonus *resol.*27. *quæst.*7. *n.*33. Fabius de Anna *cons.*38. *lib.*1. Nouarius 1. *tomo sup.* Bullas Pauli IV. vt in summa Bullarum, notat Nouarius *vbi supra.*

Hic ergo assensus supplet omnes alias solemnitates quæ de iure communi requirebantur in tali alienatione vt tractatus, Capituli assensus &c. ita Capicius *d.*10. Corradus *lib.*9. *c.* 1. *num.*22. & *capite* 4. *n.*8. Donatus *vbi supra quæst.*26. & poterit procedere, & subsequi Corradus *vbi supra c.*50. *num.*65. & quando subsequitur, caueas ne ante assensum tradas rem, quia adhuc incurritur in pœnas, Genuensis *in praxi cap.*52. Paul. Squillante *part.*2. *de oblig. clericorum dub.*3. *n.*39. etsi Papa voluerit alienare res Ecclesiæ etiam requiritur causa, vt fundat & pluries decisum refert P. Donatus *d.tract.*14. *resol.*27. 4

Vnde D. Consiliarius Theodorus *alleg.*15. *numero* 12. dicit quod legati debent videre si est in euidentem, & quod constet per informationem, & quod narrata sint vera, & seruatis seruandis interponi decretum, & copulatiuè requiruntur, Francus *d.*35. *num.*4. & *d.*235. *num.*1. & sic bulla Pontificis est conditionalis, vt per dictum Consiliarium Theodorum *n.*22. at in casu nostro non est interpositum decretum: ergo. 5

Neque obstat nos esse in facto antiquo: ergo præsumitur assensus per 30. annos. 6

Resp. enim quod licet communiter dicant cum Nauarro *in consil.*1. *de reb. Eccles. non alienandis num.*2. *spatio* 30. *annorum præsumi assensum*, quod idem dicit *cons.*3. *de censibus num.*7. cum proprium talis temporis sit vt faciat præsumi solemnitates extrinsecas *l.si filius C. de petit.hæred. l.sciendum ff. de verb.* Quaranta *qui loquitur in puncto*, Garsia *part.*13. *de beneficiis cap.*20. §. 2. *num.*179. Riccius 1. *part.dec.*34. & 2. *p.resol.*319. & *resol.*383. & *in* 2. *p. Decisionum curiæ Archiepiscop.dec.*119. & Nouarius *ibi in alleg. & in alia post dec.*117. Merolla *tom.*1. *fol.*544. *numero* 183. licet inquam id præsumatur, tamen intelligitur quando non appareret instrumentum alienationis; vel si apparet in eo tamen non legitur de tali assensu, Nauarrus *vbi supra.* Genuensis *quæst.*132. *in practicabilibus*, at in casu nostro apparet de reseruatione assensus, & quod fuit promissum expediri quod venerit etiam, sed quod non fuit decretatum à Commissariis ex fide actuarij qua dicitur nusquam fuisse interpositum signum euidens, quod illi delegati quibus fuit commissum decretum non fecerunt; quia non viderunt esse in euidentem Ecclesiæ vtilitatem: ergo non adest assensus qui conditionalis censetur.

Resp. secundò cum Felino *in cap. sicut col.*18. *num.*33. *vers.*7. *& vlt. de sententia*, *& re iudicata*, quod licet assensus præsumatur, tamen si acta sunt producta, & ex eorum inspectione constet non interneniisse decretum non valet præsumptio contra veritatem, vt etiam dixit idem D. Consiliarius Theodorus *alleg.*15. *num.*12. & allegat etiam Rolandum à Valle, & Afflictum præterea vbi actus requirit scripturam non præsumitur ex temporis diuturnitate, Cassaneus *in consuetud. Burdegalenses fol.*325. *vol.*2. Felinus *in cap.* sicut *n.*17. 7

de ſententia, & re iudicata. Ruinus *conſ.69. col.6. num.20.vol.1.& conſ.49.vol.4. colum.5.* Vrſil.ad Afflictum *d.305.num.13.*Alexander *conſ.9.vol.3.* Capic.*n.29.* & alios allegat Villagut *de reb. Eccl. non alien.fol.20.*quare ſi ex inſpectione inſtrumẽti apparet beneplacitum Apoſtolicum non interueniſſe vel decretum non factum, tunc non datur præſumptio pro aſſenſu vt contra Capic. *dec.26. contra Grammaticum d.90.*Nouarius *vbi ſupra,*& habetur *in l.ſciendum de verb.& §.ſcriptum inſtit. de fideiuſ.l.1.C.de contrab.& committenda ſtipulat. cap.ſicut de ſent.& re iudic.*communiter cum Afflicto *dec.107. num.7.* latè Donatus *tom.1.parte 2. quæſt.29.*

8 Reſp.tertiò cum pluribus DD.dicentibus præſumptionem fundatam in diuturnitate temporis non habere locum,niſi probata fuerit etiam ſcientia,& patientia de cuius præjudicio agitur:quod poſt alios dixit Crauetta *de antiquitate temporis part.3.cap.1.*& ita bis fuiſſe deciſum in S. C.dicit Villagut *de reb. Excl.non alienandis p.2. cap.5. n.80.* & duas deciſiones S. C. legas apud Thorum *parte 2. compendij in verbo aſſenſus Apoſtolicus* & P. Donatus *tomo primo, parte 2. quæſtione 29.*

9 Reſpondeo quartò cum Doctoribus apud Regentem de Marinis *tom.1.cap.27.* quod præſumitur ſpatio 30. annorum talis aſſenſus,ſed hæc eſt preſumptio iuris,non iuris,& de iure:vnde admittit probationem in contrarium, & releuat petentem ab onere probandi,& illud onus transfert in aduerſarium:ergo cum pro parte beneficiati factis diligentiis ſit producta fides negatiua Archiuij Curiæ Epiſcopalis Auerſanæ, quod nunquam fuerit interpoſitum tale decretum, & quod actis viſis, & repertis ibi non adeſt decretum, ſignum eſt quod forſan illi canonici quibus fuerat commiſſa conceſſio,non habuerunt illam ad vtilitatem Eccleſiæ, & ſic non fecerunt decretum vt in ſimili Donatus *quæſt.30.* & temporis lapſu 30. annorum cum continuata poſſeſſione prædicta facit præſumi aſſenſum, Rota *part.2. diuerſ. dec.139. cap.deciſ.4.* Quaranta *in verbo alienatio num.46.* Grammaticus *d.79.* Ciarlinus *cap.39.* Thorus *in verbo aſſenſus* Capic.Latr.*to.1.conſult.156.*Donatus *quæſt.35.*

10 Quia ergo conceſſio facta emphyteuſis nulla fuit declarata per S. C. apud Afflictum *d.85. in fin.* & apud Capic. *dec.105.* quia abſque aſſenſu Apoſtolico facta & ex alio capite,eſt preſumptum iuris tantum pro titulo, & iam eſt probatum non fuiſſe,ideo fit nihil nocere aſſenſum præſumptum 30. annorum.

11 Neque Iudictæ hæres impugnate poterit deuolutionem prædictam,ex quo in conceſſione primo loco facta,ſit data poteſtas conceſſionariis, & deſcendentibus alienandi,ſecundo quod partẽ terræ prædictæ habuit Camillus de Agoſtino mediante decreto M. C. V. cuius iura repræſentat hodie Crœpius, & d. hæres & additur pro parte Crapij poſſeſſoris quod Parœcus D. Sabatinus Santorus conceſſit idem territorium Iudictæ Ferdianæ, & pro dicta conceſſione Iudicta, & eius vir ſoluerunt laudemium, & auxerunt Canonem ad rationem ducatorum decem annuatim.

Reſpondetur enim quod in tantum dabatur poteſtas alienandi illis de auxilio ex prima conceſſione, in quantum quod prima conceſſio fuiſſet valida, & aſſenſu Apoſtolico roborata, & linea non fuiſſet extincta:nunc ergo quod deficit quid poterit fieri per poſſeſſorem niſi rem reſtituere vna cum fructibus, & Camilla vxor Vincentij ſenioris ſuam dederat pecuniam dotalem ſuo viro qui emit partem modiorum prædictorum,& viro mortuo reaccepit *folio 212.& 218.* & iſta non ſunt modia ſex,& quartæ duæ Eccleſiæ.

Neque dicatur Parœcum tunc temporis ſc. d. 12
Sabatinum Santorum iterum conceſſiſſe coniugibus ſcilicet de anno 1648.

Reſpondeo enim Parœcum fuiſſe deceptum quia aſſeruit quod S. C. aſſignauerat dictis coniugibus modia ſex & quartas duas cum onere cenſus, & ab hoc dedit aſſenſum vt ex contractu *fol.85.*ſed ſic eſt quod nunquam pars deduxit in S. C. hæc modia ſex, & quartas duas vt ſupra diximus, nec poterat præſtare aſſenſum alienationi nulliter factæ abſque aſſenſu,& linea iam finita in præiudicium Eccleſiæ : præterquam quod D. Sabatin.Santorius in an.1626 obtinuerat deuolutionem in curia Eccleſiaſtica Territorij prædicti, *fol.93.& 94.*Ergo laudemium fuit datum ex mutatione perſonæ : vnde non obſtat dum non poterat iure reſiſtente aſſenſum præſtare.

Neque etiam obſtat quod coniuges ſoluerint 13
cenſum non ſolum ad ſeptem,ſed etiam ad decem vt ex apochis *fol.237.*ab anno 1657.vſque ad annum 1661.

Reſpondetur enim hoc nihil prodeſſe partibus; quia territorium erat iam deuolutum, & non aderat aſſenſus in conceſſione prædicta, & linea pro qua fuerat facta conceſſio,erat iam extincta ab anno 1620.igitur.

Neque dicat pars aduerſa quod beneficiatus poſ- 14
ſit cogi ad aſſentiendum, & præſtare conſenſum eidem poſſeſſori.

Reſpondeo enim quod aſſenſus in laïcali conceſſione eſt vera opinio vt ait Ruinus *conſ.68 numero 9.& 10.*Gozzadinus *conſ.39.num.10.*Iulius Clarus *in §.emphyteuſis quæſt.28.num.3.*Theodor. *alleg.481.num.4.& 5.* & addo quod ſi beneficiatus vult pro ſe retinere, & linea eſt extincta non tenetur alteri cone dere nec confirmare,vt eſt concluſum in Rota Romana coram Cardinale Mantica,de qua mentio non fecit Gentenſis *in praxi Archiepiſcopali cap.81.*ſequ tur Verallus *dec.503.* idem Clarus *in §.emphyteuſis quæſt.43.& 44.*at in caſu noſtro conceſſio eſt extincta:ergo cum nullus adſit de linea nullus fauor eſt conſiderandus,nec meliorationes factæ :ergo & hoc patet euidenter; quia hoc ſignificat litem eſſe motam ab an.1626. in curia Epiſcopali Auerſana, & poſtea per mo- 15
dernum beneficiatum in S. C. ſcilicet nolle præſtare aſſenſum, & conceſſionem reuocare, quam non ſolum concedens reuocare poteſt, immò & eius ſucceſſor gloſſa, & Doctores *in capite 20.de in integr.reſtit.* Abbas *in cap. Epiſcopi de reb.Eccleſ.non alienand.*Verall.*dec.245.part.1.* Grammaticus *d.79.* immò quilibet clericus ſine mandato reuocare poteſt *cap.ſiquis Presbyterorum de rebus Eccleſ. non alien.* vbi Abbas *n.7.* Berous *num.12.*qui ait hanc eſſe actionem popularem,vti etiam dixit Imola *num.47.*& ipſemet alienans poteſt reuocare conceſſionem allegando ſuam turpitudinem vt *in d. cap. ſiquis Presbyterorum*, vbi Abbas *num.4.*Rota *dec.14.num.5.part.1.*Dicens etiamſi iuraſſet non reuocare cum non tractetur de iure proprio,ſed de intereſſe Eccleſiæ Barboſa *in l.1.part.4.num.17.& 18.ff.ſolut.matrim.*Vgolinus *de poteſtate Epiſcopi cap.14.lib.5.* Caualcanus *de tutore & curatore num.162.* Surdus *de alimentis tit.7.quæſt.38.*Pinellus *in l.1.Cod.de bonis maternis p.3.num.79.*& poteſt venire contra pro- 16
prium iuramentum, quia tale iuramentum in Eccleſiæ præiudicium dicitur periurium, *c.1. de his*

quæ

quæ fiunt à maiori parte Capituli cap. peruenit cum glossa *de iurejurando*, & est text. *in puncto in c. sicut nobis, de iurejurando, & cap. si quis Presbyterorum*, vbi Berous *n.* 19. *de reb. Eccl. non alien.* Vnde iuramentum non ligat, neq; seruandum, *c. cum contingat de iurejur.* late Sperell. *to.* 2. *dec.* 154. *& seq.*

17 Neq; etiam dicas quod hæc res fuit alias solita concedi in emphyteusim: ergo quando per 2. Parœcum dato assensu acceptóque laudemio, & aucto censu fuit de nouo facta concessio, nullus alius assensus Apostolicus requirebatur, quia res solita concedi non requirit assensum.

Respondeo enim cum Couarr. *lib.* 2. *var. c.* 17. *num.* 4. cum Iulio Claro *in* §. *emphyteusis quæst.* 6. *&* §. *feudum quæst.* 17. Rodoano *q.* 7. *de reb. Ecclesiast.* §. *his paucis n.* 50. Menoch. *cons.* 75. Cęsare de Grassis *de reb. Eccl. non alienand. dec.* 134. Vrsil. ad Afflictum *dec.* 301. *num.* 10. Genuense *cap.* 75. *num.* 5. Quaranta *in verbo alienat. num.* 40. Riccio *in praxi tomo* 1. *dec.* 26. *& dec.* 125. *in* 1. *editione* Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 95. *num.* 29. Pyrrho Corrado *lib.* 1. *in praxi c.* 8. *num.* 13. quod tunc res dicitur solita concedi quando de ea processerint duæ concessiones eodem modo factæ simul cum cursu temporis 40. annorum, aut vna tantum locatio facta tamen cum authoritate Papæ Iul. Clar. Vrsillus, & alij *vbi sup.*

18 Verum obserua quod si sit deuoluta ad Ecclesiam, & in eam reuersa atque incorporata, tunc non poterit alienari sine solemnitate, quia per illam incorporationem amisit primam naturam, & nouam assumpsit, erat enim prius ab Ecclesiæ bonis separata, nunc autem reperitur vnita, & de corpore affecta, vt bene Quaranta *vbi supra*, etsi primo loco fuisset concessa pro masculis, non potest concedi pro fœminis sine nouo assensu latè Corradus *vbi supra*, & Donatus *tomo* 1. *par.* 2. *tractatu* 14. *quæst.* 46. Feuda vero deuoluta ad Ecclesiam non possunt amplius infeudari *ex Bulla Vrbani VIII. Pij IV. & aliorum*, de quibus Donatus *vbi supra*, at in casu nostro alienatio, & prima concessio fuit sine assensu, ergo quomodo poterit dici quod secunda concessio non requirat assensum.

Ex quibus infertur primò subhastationem, &
19 poni ad incantum non esse de forma alienationis rerum Ecclesiasticarum ex Guidone Papa *dec.* 149. Genuensis *cap.* 107. *num.* 9. *& in practicabilib. quæstionibus quæst.* 196. sed sufficit vt obseruetur forma data *in cap. sine exceptione* 12. *quæst.* . *& c. dudum de reb. Eccl. non alienandis*, & consistit in hoc, vt res Ecclesiæ alienetur cum tractatu præcedenti, & de consensu Capituli, Episcopi seu superioris immediatè, & D. Papæ ad præscriptum d. extrauagantis, & decreti sacræ Congregationis, neque dispositio tex. *in d. auth. hoc ius porrectum de sacrof. Eccles.* quia est de iure ciuili quod in re nostra non procedit, vt obtinuit Notarius *part.* 2. *in summa Bullarum Pauli IV. num.* 30. Riccius *part.* 1. *in praxi in dec.* 60. qui ait quod bona Ecclesiastica plus offerenti non est necesse vt dentur, & quatenus plus offerenti essent liberanda, attendi debet, tempus subhastationis, & non aliàs.

20 Infertur secundò assensum Apostolicum non requiri in alienatione rei Ecclesiasticæ, quæ fit ex summa necessitate; vt ait Quaranta *vbi supra numero* 43. Ciarlinus *cap.* 106. *num.* 54. Donatus *p.* . *tom.* 1. *quæst.* 21. neque requiritur in alienatione facta ex causa necessaria pro soluendo ære alieno. Afflict. *d* 191. vbi Vrsill. Reg. de Marinis *c.* 256. *num.* 1 . Nouarius *dec.* 177. Ricciull. *lib.* 5. *de statu personarum c.* 36. Pyrrhus Corrad. *lib.* 9. *in praxi cap.* 7. *num.* 16. alienatio verò bonorum Regularium etiam ex necessitate soluendi æs alienum fieri non potest sine licentia Papæ, Rota Romana *dec.* 203. *part.* 4. Nouarius *vbi sup. n.* 7. Donat. *p.* 2. *tom.* 1. *tract.* 14. *q.* 22. & in casu etiam licito assensus prædictus requiritur Genuensis *in praxi c.* 85. Barbosa *p.* 3. *alleg.* 95. Gauantus *in manuali Episcoporum in verbo alienatio num.* 3. *Leo in Thesauro capite* 15. *n.* 17. Bonacina *punct.* 4. *num.* 6. Bordonus *resol.* 27. *n.* 32. & patet, quia S. P. in d. extrauganti *ambitiosæ* sibi reseruauit causæ cognitionem in quacumq; alienatione, in casu vero quo alienatio esset in euidentem Ecclesiæ vtilitatem an requiratur assensus Apostolicus quæstio est; negat Franc. 22
dec. 35. Quaranta *num.* 34. Riccius *vbi supra* 37. affirmant alij requiri assensum, quia duo copulatiuè requiruntur scilicet causa, & cognitio, & ita decisum refert Francus *vbi sup.* Bordonus, & Bonacina *vbi sup. num.* 35. Fabius de Anna *cons.* 38. *lib.* 1. Villagut *p.* . *cap.* 50. *num.* 186. Nouarius *in summa Bullarij fol.* 601. *n.* 34. in Bulla Pauli IV. & 23
poterit talis assensus præcedere, & subsequi contractum Franc. *dec.* 6 . *n.* 12. Ciarlinus, & de Marinis *vbi supra*. Corradus *vbi supra c.* 5 . *n.* 6 . dummodo non tradatur possessio ante assensum Genuensis *c.* 52. Paulus Squillante *de oblig. cleric. p.* 2. *dub.* 3. *n.* 3. nec valet illa protestatio non aliter nec alio modo quia est contraria facto Grammaticus *d.* 49. Francus *d.* 267. quod limita in Procuratore qui licet stipuletur cum dicta clausula, & possessionem tradat, non ob id facit suum Dominum in censuras incidere, vt bene Riccius. *dec.* 57. *num.* 1. 24
& assensus Apostolicus supplet defectum solemnitatum Capic. *dec.* 16. Riccius *p.* 1. *dec.* 37. Corradus *in praxi lib.* 9. *c.* 1. *n.* 22. Donatus *p.* 2. *tom.* 1. *q.* 26. Nec Papa poterit sine iusta causa res Ecclesiæ alienare, vt decisum per Rotam Romanam, & per Cardinales in Consistorio tempore Gregorij XIV. refert Leo *in Thes. fori Eccl. p.* 1. *c.* 15. *n.* 15. Donatus *q.* 27.

Infertur tertiò, quod si contractus fiat cum il- 25
la clausula, saluo assensu Apostolico, interim quando beneplacitum Sedis non fuerit impetratum poterit vtraque pars recedere à contractu vt bis decisum in Curia Archiepiscopali Neapolit. ait Maranta Episcopus *tom.* 3. *controuers. resp.* 7. quia est omninò necessarius posito pacto Ludou. *d.* 192. 26
ergo actus suspenditur, & sic ab eo licitum erit recedere: verum dicas posse rescindi, & pœnitere Ecclesiam tantum, ad cuius fauorem requiritur assensus, & cuius fauore poterit claudicare, non autem poterit priuatus, qui cum Ecclesia contraxit se pœnitere vt bene Quaranta *in verbo alien. num.* 34. Genuensis *c.* 106. *& in practicabilibus quæst.* 18. Riccius *d. dec.* 7. Puteus *dec.* 310. *lib.* 1. Crescentius *d.* 1. *de locato & conducto*, & pluries decisum refert Ciarlinus *lib.* 1. *c.* 39. *num.* 27. *& seqq.* Iudex vero Ecclesiasticus est quæstio an 27
possit cogere laïcum conuentum ad obseruantiam contractus facti super alienatione rei Ecclesiæ. 1. *opin.* affirmat cum Ciarlino *vbi supra n.* 5. quia tractatur de re Ecclesiæ, & laïcus id non negat, ergo pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum illum cogere *ex c. si clericus laïcum de foro competenti.* Secunda opinio dicit, quod pertinet ad laïcum cogere laïcum, vt obseruet contractum cum Ecclesia factum: ita Francus *d. dec.* 35. vbi ait sic decisum per S. C. vide Reg. de Marinis *tom.* 2. *resol.* 207. Osaschum *dec.* 78. *num.* 19. Thesaur. *lib.* 4. *q. for. quæst.* 25. verum poterit res Ecclesiæ detineri à 28
possessore donec contractus ca tetur, ob defectum solemnitatum, ita Rodriquez *tomo* 1. *quæst.* 22. *art.* 10. Quaranta *in verbo alienatio*, & Riccius *vbi*

ſupra, dummodo fuit talis detentio ſine dolo, & iuſta cauſa.

29 Infertur quartò locationem, & conductionem rerum Eccleſiæ vltra triẽnium eſſe prohibitam ex iuribus citatis, de quibus Couarr. *lib.2. Var. cap. 16.num.3.* Genuenſis *cap.75. num.11.* Barboſa *alleg.95. num.4.* illa verò prædia quæ non fructificant ſingulis annis, ſed in biennio, poſſunt locari per ſex annos & ſi fructificent quolibet octennio poterunt locari per annos 24. Couarr. *vbi ſuprà* De Marinis *Var.cap.6.num.5.* Quod ſi eodem die
30 tribus perſonis locentur per nouennium ſcilicet vnicuique triennium, neque valebit; quia eſſet fraudem facere diſpoſitionibus iuris prohibentibus locationẽ vltra triennium: ita Genuenſis *quæſt.*
31 355. neque poterit fieri per annos ſex cum pacto, vt finita prima locatione incipiat 2. Couarr. *vbi ſuprà* nec facta locatio per triennium, primò illo
32 triennio durante, poterit prorogari in aliud triennium: quia dicta prorogatio cenſetur facta in fraudem *d. extrauag. ambitioſæ*, ſed ſi prorogatio addat alia bona & augeat mercedem, poterit fieri, quia ratione rei ſuperadditæ, & mercedis auctæ; eſt noua, & diuerſa locatio in qua nulla præſumitur fraus, vt benè Genuenſ. *in pract. Eccleſ. quæſt.*
33 471. quod ſi fructificẽt quolibet anno, & fiat vltra triennium putant aliqui in totum vitiari: ita nonnulli apud Afflictum *d.*107. Couar. *lib.2. var. cap.16. num.4.* Iulium Clarum *in §. emphyteuſi quæſt.*16. Genuenſ. *in praxi cap.75.* Rouit. *p.1. d.117.* Barboſam *alleg.95.* Ciarlin. *cap.8. num.4.* de Marinis *lib.1. cap.6. num.7.* Paulum Squillante *p.2. de obligatione clericorum dubio 2. num. 35.* alij dicunt in totum vitiari talem locationem, alij diſtingunt apud DD. ſupra citatos quod ſi locatio fiat à Prælato non tenetur eius ſucceſſor ſtare locationi Couarr. *lib.2. cap.15.* Guid. Papa *d.*
34 48. Francus *dec.163. num.8.* Quaranta *in verbo alienatio num.19.* Genuenſ. *in practicabil. Eccleſiar. quæſt.138.* Riccius *in praxi 1. d.112.* & *collect.1007. 2165.* & 4000. Barboſa *alleg.94.* Ciarlinus *c.3.* Regens de Marinis *cap.259.* Thorin. *verbo ſucceſſor ſingularis*: quod fallit quando
35 locatio fuit facta à Prælato nomine Eccleſiæ, putà ſi Epiſcopus vti talis, Canonicus vti talis, Tutor vti talis &c. tunc enim ſucceſſor tenetur ſtare locationi, quia cenſetur facta locatio nomine Eccleſiæ DD. *vbi ſuprà.* & contra Couarr. *vbi ſuprà lib. 2. var. cap.16.* dicas, non poſſe beneficiatum fructus ſuorum beneficiorum vltra triennium locare, vt deciſum refert Barboſa *d. alleg. 95. num.19.*

36 Infertur quintò rem mobilem Eccleſiæ poſſe alienari ſine aſſenſu Apoſtolico, *vt in d. extrauaganti ambitioſ.* mobilis verò res dicitur illa quæ non durat triennio vel vſu conſumitur aut non fructificat *arg. l. quæ lex §. vltim. Cod. de adminiſtrat. tutorum cap. veſtra de locato* Nouarius, Quaranta, & alij apud Barboſam *vbi ſuprà d. alleg. 95. num.38.* Iecus in mobilibus pretioſis: quia comparantur inter bona ſtabilia Putat Caſtrus Palaus, quod illa res mobilis alienabilis eſt ſine ſolẽnitate vti non pretioſa, quæ non attingit valorem
37 centum aureorum, ita Caſtrus Palaus *tomo 2. diſp. vnica puncto 15. §. 1. num.20.* quod notat Diana *par. 4. tract. 4. miſcellan. reſol. 223.* alij dicunt rem mobilem pretiosã dici quæ regulatur *à cap. terrulas*; ſcilicet dum excedit viginti ſolidos. Baldus *in verbo alienare. num.50.* & *in verbo Prælatus num.7.* Lezzana *in verbo alienatio num.18.* Donatus *to 1. p.2. tract.14. quæſt.48.* non tamen poterit alienari Grex ovium, Caprarum & ſimilium ſine ſolemnitate, ſed poſſunt ſingula animalia alienari, non tota Grex vt *in d. extrauag.* Genuenſ. *cap.75. num.7.* Riccius *p.1. d.61.* Nouar. *de iure Pontificio in verbo alienatio concl.23.* & ſic libri Monaſterij ſi excedunt quingentos ſolidos non poterunt alienari Peregrinus *in Compendio Priuilegiorum Theatinorum in verbo alienatio*; pecunia quia enumeratur inter mobilia quæ ſeruando 39
ſeruari non poteſt Barboſa *d. alleg. 95. n.40.* Peregr. *vbi ſuprà* Ciarlinus *cap.87.* poterit alienari; quia nummus non parit nummum & ex pecunia repoſita nullum vſum capimus *l. nummi ff. de in litem iurando cap. eijciens 88. diſt.* Capicius Latro *tom. 2. conſult.134. num.31.* quod ſi pecunia ſit deſtinata ad emptionem ſtabilium, cenſuum; aut mobilium pretioſorum, non poterit alienari ſine aſſenſu; Riccius *p.1. d.71.* Genuenſ. *cap.75. num.14.* Lezzana *cap.19. p.2. num.59.* ſic pecunia data ad cenſum vel ad Cambium vel in mon- 40
tibus collocata, & fructuoſa, & non poterit alienari ſine aſſenſu Pontificis: ſic pecunia quæ ad Monaſterium prouenit ex affrancatione & extinctione cenſus non poteſt alienari; ſed iterum debet inueſtiri: quia annui redditus computantur inter immobilia Lezzana *vbi ſuprà cap. 19. num. 59.* & pecunia percepta ex venditione rei ſtabilis conuerti debet in vſum ſtabilium Quaranta *num.25.* Bonacina, & alij *vbi ſuprà*, ſic pecunia relicta Eccleſiæ pro emenda re mobili pretioſa, putà in emptionem Calicis, lampadis vel ſimilium pretioſa- 41
rum rerum, non poterita lienari ſine ſolemnitate; pecunia verò dotalis monialis cuiuſlibet etiam ſine licentia Congregationis poteſt expendi in em- 42
ptionem ſtabilium, Gauantus *in manuali in verbo Monialium alimenta.* Tamburinus *de iure Abbatiſſ. diſp. 5. quæſt.7. num.6.* Lezzana *vbi ſuprà num.57.* neque poteſt pecunia Eccleſiæ alteri mutuari Genuenſis *in pract. quæſt.143.* Bonacina *diſp. 2. quæſt. vnica p.2.*

Infertur ſextò vaſa aurea argentea & ſimilia, 43
quæ ab interitu diſtant connumerari inter mobilia pretioſa, vt in dicta extrauag. *Ambitioſæ l. ſancimus Cod. de ſacroſ. Eccleſ. & in dicta extrauag. ambitioſæ*, ſi calices cum patenis, lampades, candelabra argentea, & ſimilia ſiue aurea, ſiue argentea, Riccius *p.1. dec.61.* idem dice de Gemmis & veſtibus pretioſis Barboſa *vbi ſuprà* Merolla *diſp.7. de iuriſd. cap.7. num.161. tom.3.* dummodo excedant valorem *cap. Terrulas 12. quæſt.2.* oblationes vero, imagini regularium factæ poſſunt 44
alienari ſine aſſenſu Pontificis vt cætera mobilia non pretioſa, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt Diana *par. 4. tract. 4. Miſcellan. reſol. 223.* illa vero vota quæ excedunt ſimul ſumpta tex. *cap. terrulas* putat Peregrinus *vbi ſuprà* poſſe alienari ſine aſſenſu Summi Pontificis; ſed negant alij. Ego dico tutius eſſe petere aſſenſum, vt benè Donatus *quæſt. 52.* & licet Riccius *d. 7. deciſionum omiſſarum* dicat lampades argenteas, & ſimi- 45
lia poſſe alienari, vt earum pretium conuertatur in fabricam Monaſterij, hoc tamen negat Bonacina *dicto puncto 20. num.30.* de reliquis eſt quæſtio? dicas non poſſe alienari: ita Genuenſis *in praxi cap. 71.* Riccius *in praxi p.1. dec.63.* Ricciullus *lib. 1. var. cap.44.* Maranta *p.2. reſp.3.* contra alios putantes poſſe alienari de quibus Diana *p.4. tract. 4. reſol.123.* Bordonus *reſol.27. num.62.* Lezzana *verbo reliquiæ num.3.* nec annui cenſus poſ- 46
ſunt alienari, quia connumerãtur inter immobilia Clementina *exiui de Paradiſo de verb. ſignific. & l. ſi quis inquilinos ff. de leg. 1.* Riccius *p.1. dec. 44.* Regens de Marinis *tom.1. cap.11.* diminui verò,

vero, & calari poterunt annui redditus Ecclesiæ quando contractus est resolutus, & non potest alius inueniri contrahens secus si contractus sit in robore, vt latè Riccius *parte prima, dec.* 134. Reg. de Marinis *capite 6. numero* 11. Squillante *de obligatione Clericorum parte secunda, dub.* 3. *numero* 50. Donatus *part.* 2. *tomo* 1. *quæst.* 58.

48 Infertur septimò hæreditatem vel legatum factum Ecclesiæ quæstionē esse an possit repudiari, & non agnosci sine licentia S. P. de qua re Francus *decisione* 14. *numero* 6. Riccius *parte* 1. *d.* 96. Barbosa *allegat.* 95. *numero* 51. Nouarius *d.* 115. Bordonus *resolut.* 2. *quæstione* 12. Lezzana *parte* 2. *capite* 19. *numero* 60. Donatus *tractatu* 14. *quæstione* 59. Nec bona confraternitatum
49 aliorumque locorum piorum poterunt alienari sine assensu Apostolico, de Marinis *d. cap.* 6. *numero* 8. Nouarius *part.* 2. *in summa Bullarum in verbo alienatio*, Ciarlinus *capite* 116. Sperellus *decisione* 154. & 155. *tom.* 2. qui declarat quando hoc
50 procedat. Quod si empta sit res ab Ecclesia cum pacto de retrouendendo, putant aliqui non posse reuendi sine assensu, quia est reuenditio, vera venditio, ita Riccius *part.* 1. *in praxi d.* 52. Nouarius *in part.* 1. *summæ de alienatione, num.* 41. & alij dicunt contrarium cum Bordono *resol.* 27.
51 *quæstione* 4. *numero* 8. quia reuenditio est actus necessarius: ergo alienatio, tamen cum pacto de retrouendendo non potest fieri sine solemnitate, quia vera est alienatio. Afflictus *decis.* 358. Gratianus *capite* 526. *numero* 31. *tomo* 3. Nouarius *in part* 1. *Bullarij de alienatione & num.* 4. Bona
52 vero donata vel relicta Monasterio in capaci retinendi etiam in communi, possunt alienari sine alia solemnitate; ideò Theatini, Capucini, & Patres de Obseruantia, ac Domus Professæ Societatis Iesv poterunt alienare sibi relicta sine licentia Papæ. Peregrinus *de alienatione bonorum Ecclesiæ.* Corradus *lib.* 19. *capite* 1. *numero* 13.
53 Quod si bona relinquantur Monasterio capaci sub conditione alienandi, poterunt alienari, dummodo dicatur vt possint alienari sine assensu Apostolico, Bordonus *resolut.* 27. & 23. *numero* 21. Maranta *part.* 1. *resp.* 9. *numero* 21. Donatus *tractatu* 34. *quæstione* 65. sic si testator dicat, vt pos-
54 sint permutari sine assensu non requiritur, Corradus *lib.* 9. *cap.* 7. *num.* 14. Donatus *quæst.* 66. nec possunt Regulares recipere pecuniam ad Cambium, vt ex decreto sanctæ Congregationis apud Corradum *vbi supra*, vel ad mutuum cum lucro cessante.

55 Infertur octauò posse Regulares sine licentia Papæ alienare bona difficilis recuperationis, vel incerta, aut incognita, Naldus *in verbo alienatio numero* 9. Gauantus *in eodem verbo numero* 42. Nouarius *parte secunda, in eodem verbo numero* 17. Dummodo laïcus emptor suis expensis recuperet, Rota *decisione* 31. *part.* 2. *in recentioribus.*

In hac causa fuit practicatum vt scripsimus in præsenti.

DISCEPTATIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio non corruit si quis dicat esse de diœcesi cum sit de Ciuitate.*
2 *Textus* in cap. Rodulphus 33. de rescriptis *explicatur.*
3 *Diœcesis appellatione quando veniat Ciuitas, & in qua materia?*
4 *Diœcesis quid sit, & qualiter accipiatur?*
5 *Diœcesanus quis dicatur, & an solus Episcopus, & quando?*
6 *Dispensatio an corruat posito errore Diœcesis?*
7 *Dispensatio an corruat ex errore Episcopi vicinioris?*
8 *Dispensatio an subreptitia vel obreptitia si copulam sequutam dicant, vt facilius impetrent Oratores?*
9 *Dispensatio corruit si ex sola copula concedatur, quæ falsò asseritur.*
10 *Dispensatio non corruit si copula falsa cum aliis causis iungatur.*
11 *Dispensatio an falsa, si clericus asserit se tot mensibus carere, cum pluribus caruisset?*
12 *Rescriptum est subreptitium si non verificetur tempore datæ.*
13 *Rescripti habilitas an tempore executionis? an tempore datæ attendatur?*
14 *Dispensatio super* 13. *mensibus non est subreptitia licet pluribus careret, & quando?*
15 *Dispensatio Oratorij priuati qualiter interpretanda in casu, de quo agitur.*
16 *Dispensatio an corruat ementito nomine in ea?*
17 *Dispensatio an valeat, & quando copula non manifestata?*
18 *Dispensatio non valet nisi duplicitate vinculi expressa.*

ARGVMENTVM.

Dispensatio impetrata cum assertione de Diœcesi an valeat si sit impetrans de Ciuitate, Textus in cap. Rodulphus 33. de rescriptis, *explicatur. Diœcesis, & Diœcesanus quid significet, & an corruat rescriptum posito errore Diœcesis? & quid si sit error Vicinioris? & an corruat si asserant contrahentes copulam secutam cum non sit? & an habilitas, attendatur tempore datæ, an tempore exequutionis, & ementito nomine impetrantis valeat, & an duplicitas vinculi sit exprimenda?*

Dispensatio an valeat sit impetrans dicat esse de Diœcesi cum sit de Ciuitate.

Ivstinvs à summo Pontifice impetrauit 1
dispensationem matrimonij, asserens esse de Diœcesi Neapolitana, cum sit de Ciuitate. Quæsitum fuit vtrum à Vicario Neapolitano potuisset executioni mandari dispensatio prædicta.

Respondi ego affirmatiuè ex text. *in l. qui ex vi-*
co ff.

coff. ad municipalem vbi dicitur quod qui eſt de Caſali dicitur eſſe de ciuitate: ergo cum dixit ſe eſſe de Diœceſi, intelligitur eſſe de ciuitate, idem probat text. *in l. forma* §. *ſi vero ff. de cenſibus*, quæ iura ad hoc idem propoſitum allegat additio *ad gloſſam in c. Rodulphus de reſcriptis.*

2 Dices obſtat tex. *in d. c. Rodulph. de reſcript.* Vbi habetur quod ex reſcripto impetrato cõtra homines de Diœceſi, non poteſt agi contra homines de ciuitate: ergo aliud eſt dicere de Diœceſi, & aliud de ciuitate, ſed in caſu noſtro dixit ſe eſſe de Diœceſi, & non de ciuitate: ergo reſcriptum eſt nullius momenti, & ſubreptitium.

3 Reſpondeo quod licet vera ſit diſtinctio quod in materia odioſa verbũ *Diœceſis*, ſi proferatur à lege, vel conſtitutione generali appellatione Diœceſis, veniat etiã ciuitas, iuxta tex. *inc. 1. de rer. permutatione in 6.* & ibi gl. *in verbo Diœceſis* tamen ſi proferatur in reſcriptis, & diſpenſationibus particularibus non comprehenditur ciuitas in Diœceſi: hoc tamen verum eſt in diſpoſitionibus particularibus odioſis, præjudicium Tertij reſpicientibus veluti in reſcriptis ad beneficia, & ſimilibus: ſi ergo fiat reſcriptum à Papa ſiue mandatum alicui de prouidendo aliquo clerico in ciuitate, non extenditur ad diœceſim, nec è contra: quia materia ſit odioſa, & reſtringibilis; quod idem dicimus *de reſcripto ad lites cap. ſuper eo de officio delegati.* In materia vero diſpenſationis quamvis de ſui natura ſit odioſa, & reſtringibilis tamen quo ad hoc non eſt reſtringenda, quia concernit tantum fauorem diſpenſatorum, nec infertur alteri præiudicium, nec eſt materia ambitioſa, vt bene hanc differentiam obſeruat Felinus *in d. cap. Rodulphus num. 8. de reſcriptis*, vt bene dicit Bellamera *in deciſ. 141.* quod exiſtens in Diœceſi de ciuitate di-

4 citur, & reſpondet ad text. *in d. cap. Rodulphus*, eo modo quo diximus: quare qui eſt de Diœceſi ſatis intelligitur eſſe de ciuitate quo ad hunc effectum diſpenſationis, quia ciuitas ipſa in Diœceſi comprehenditur, cùm Diœceſis nihil aliud ſit niſi adminiſtratio, gubernatio, ſiue iuriſdictio, teſte Mandoſio *in regula 16. Cancellariæ, quæſtione 42. qui num. 6.* ait quod appellatione Diœceſanorum propriè veniunt illi qui ſunt de territorio Epiſcopi: Diœceſis enim dicitur territorium Epiſcopi, ſiue diſtinctio vel diuiſio finium Epiſcopatuum, in quo etiam ciuitas ipſa continetur *cap. 7. quæſt. 1.* vbi Archidiaconus in principio, & ſunt legendi Card. Florentinus *in d. cap. Rodulphus 35. de reſcriptis num. 10.* Imola *num. 50.* Butreus *num. 10.* Abbas *num. 50.* Felinus *num. 8.* Ferretus *conſ. 220.* Gonzales *in reg. 8. gl. 45. num. 193.* Garſia *part. 1. de beneficiis cap. vltimo num. 76.* & 77. Eraſmus à Cochier *de iuriſdictione ordinaria in exemptos p. 4. quæſt. 74.* Riccius *in praxi aurea reſol. 350. numero 4.* Bellettus *in diſquiſ. Clericali part. 1. in tit. de diſciplina clericali* §. *20. num. 32.* Gratianus *capite 893. numero 35.* Sbrozzius *de Vicario lib. 1. q. 10.* Riccius *collect. 1387. in princ.*

5 Dum enim in reſcriptis dicitur à Papa, Diœceſano &c. Dico quod appellatione Diœceſani venit tantum Epiſcopus non alius inferior etiamſi ille habeat iuriſdictionem Epiſcopalem gloſ. *in Clementina 1. in verbo Diœceſanis de foro competenti, & in Clemen. 1. de vita, & honeſt. clericorum, & in Clement. 1. de iure patronatus*, Cochier *de iuriſdict. in exemptos part. 1. quæſt. 1. num. 6. vbi num. 7.* ait id procedere in materia ſtricta, & odioſa. Sequitur Gratianus *cap. 22. n. 4.* & ſane id procedit in illis quæ concernunt officium vel dignitatem Epiſcopi, non vero iuriſdictionem; quia in aliis quæ requirunt iuriſdictionem appellatione Diœceſani, cont ineturinferior habens iutiſdictionem Epiſcopalem. Couarr. *in cap. Ioannes num. 1. de teſtamentis.* Flores de Mena *lib. 4. var. q. 24. num. 9.* Riccius *in praxi aurea, reſol. 303.* vbi ait quod veniunt Abbates, habentes iuriſdictionem Epiſcopalem Sanchez *lib. 3. de matr. diſput. 29.* Gratianus *capite 212. n. 11.* Rota coram Coccino *d. 346. n. 6.*

Quare vt bene obſeruat in materia noſtra Pyrrhus Corradus *in praxi diſpenſationum matrimonialium lib. 9. c. 11. n. 211.* nihil refert, an Orator impetrans diſpenſationem dixerit de Diœceſi, vel de ciuitate, vt latè per eundem.

Cauendum tamen eſt à pluribus Doctoribus, quos refert, & ſequitur Diana *part. 1. tract. 8. de legibus reſol. 36.* dum dicit valere diſpenſationem quando erratur in Diœceſi, vt ſi Petrus cum quo diſpenſatur, dicat ſe eſſe de Diœceſi Neapolitana cum ſit Diœceſis Meſſanenſis, & ſic dicit Diana ſe bis conſuluiſſe, ex ea ratione: quia conſtat intentionem Papæ eſſe, vt Ordinarius diſpenſet: loquitur enim Diana contra ſtilum curiæ Romanæ, quæ nunquam admiſit quod ipſe dicit, & proinde talis expreſſio etiam non doloſa vitiat reſcriptum diſpenſationis, donec corrigatur Corradus *lib. 7. cap. 7. num. 29.* & ita docent Sanchez *lib. 8. de matrimonio diſp. 2. num. 39.* Salas *de legibus diſputatione 20. ſect. 16. n. 113.* Caſtr. Palaus *de legib. tract. 3. diſp. 6. punct. 16. num. 6.* Santorell. *var. reſolut. part. 1. diſp. 63.* Baſilius Pontius *lib. 8. de matrimonio cap. 17. num. 43.* Bonacina *de legibus diſp. 1. q. 2. punct. 4. n. 6.* Merolla *de legibus diſp. 4. c. 16. n. 376.*

7 In ſimili reſoluitur difficultas propoſita à Bardo *lib. 4. quæſtione 6.* qui obtinuit diſpenſationem; ſed quia erat Sedes vacans procurauit committi viciniori Epiſcopo Mazaræ, errauit tamen impetratione: quia pro viciniori, qui erat Agrigentinus nominauit Cephaludenſem, ait Bardus non potuiſſe expediri ab Epiſcopo Cephaludenſe, quia vicinior eſt illi qui magis ſe informare poterit de cauſis in reſcripto allegatis, tum quia delegatio iſta dependet à ſolo Pontificis beneplacito, quia non ſolet illam concedere niſi poſita prima congruitate proprij Epiſcopi, & in defectum huius viciniori committit: & hic eſt ſtilus curiæ Romanæ.

Sed probabilius contra Sanchez, Villalobum, Caſtrum Palaum, & alios apud Merollam dicunt Baſilius, Pontius, & Santorell. apud Bard. *d. qu. 6.* potuiſſe tales litteras expediri ab Epiſcopo Agrigentino, quia in caſu prædicto eſt attendenda mens Pontificis, qui vere vult talem delegationem committere Epiſcopo viciniori, quamvis ob errorem petentis nominauerit alium Epiſcopum.

8 Sed quia in hac materia ſolet committi fraus ſcilicet contrahens cum impedimento dirimente, vt facilius impetrent diſpenſationem à Papa aſſerunt, ſed falsò copulam interueniſſe: quod in facto de quo diſputabatur Neap. contingit, quæſitum fuit an inualida ſit diſpenſatio.

Prima dicit validam eſſe, ita Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 21. n. 41.* Bonacina *de legib. diſp. 1. q. 1. punct. 4.* Merolla *tom. 2. diſp. 4. c. 6. n. 386.* Diana *part. 8. tract. 3. reſolut. 65.* Amicus *tom. 5. diſp. 6. num. 150.*

Secunda opinio ait eſſe inualidam, ita Enriqu. *lib. 11. de Sacrament. c. 3. num. 7. lit. D*, Corduba *in ſumma q. 45.* Rodriquez *in ſum. tom. 2. p. 1. c. 237.* Guttierrez *q. Canon. lib. 2. c. 5. num. 133.* Vega *in ſumma tom. 1. cap. 86. caſu 4.* Portellius *p. 3. reſponſorum*

forum Moralium casu 81. *& tomo* 2. *casu* 49. *numero* 4.

Ego tamen distinguo duos casus:

9 Primus est quando Papæ sola copulâ tanquam vnica causa fuit exposita, & tunc dico nullam, & subreptitiam esse dispensationem, nec à Vicario exequendam: ita etiam DD. primæ sententiæ docent: quia cum Pontifex absq; vlla causa nõ dispẽsaret, si vnica tantum assignetur, & hæc est falsa; perinde est ac si nulla esset causa, quo casu Pontifex non dispensaret.

10 Secundus casus: quando præter copulam assignãtur aliæ causæ quæ solæ præscindendo à copula, mouent voluntatem Pontificis ad dispensandum, etiamsi copula expressa sit falsa, & tunc dico valere rescriptum, & firmam esse dispensationem, ac exequendam à Vicario: quia pluribus causis expressis etiam per copulam, & omnes non sunt necessariæ resoluitur copulatiua propositio in disiunctiuam *c. cum iam dudum, de Præb.* Mascard. *concl.* 315. Barbosa *de diction. dict.* 110. at in disiunctiua, vt propositio sit vera, satis est vt in vna tantum sit veritas ne rescriptũ corruat, DD. *vbi sup.* at si quis causam certam exponeret Pontifici vti dubiam, tunc nullum est rescriptum, & non exequendum à Vicario, Merolla *vbi sup. n.* 387.

11 Sed audias aliud dubium mihi à Vicario Nolano propositum, quod tale fuit: Antonius Clericus obtinuit à Papa dispensationem celebrandi ante tempus ad consolationem parentum, & dixit tredecim menses sibi deficere ad sacerdotium: Papa dispensat, venit Breue directum Vicario, vidit Vicarius quod quando petiit Breue deficiebant eidem duo anni, sed tempore præsentationis deficiebant menses tredecim, Neapoli ad me scripsit quid agendum: ego respondi distinguendo duos casus.

12 Primus est, si Breue, vt dicebamus, fuit adeptum & dixi subreptitium esse, ac non exequendum, post alios Merolla *disp.* 4. *t.* 2. *c.* 6. *dub.* 24. *n.* 317. Sanch. *lib.* 8. *de matrim. disp.* 30. *n.* 4. quia attenditur tempus datæ *c. si in eo tempore, de rescrip. in* 6. sed tempore datæ non 13. menses, sed duo anni deficiebant: ergo subreptitium. Sequitur Barbosa *in c. eam te, de rescriptis*, & licet Menoch. *cons.* 316. *libro* 4. dicat subreptitiam non fuisse prouisionem, seu gratiam de beneficio, quam cuidam concessit Pontifex, licèt ab ipso impetrante falsum fuisset expressum circa defectum ætatis: nam dixit esse in 13. cum esset in 12. & sex argumentis fundat Menochius prouisionem non fuisse deprauatam.

Respondeo enim valide Menoch. consuluisse, sed non esse casum nostrum: nam vnum est dicere quando ætas non est causa dispensationis, vt in casu suo; aliud quando ætas est causa cur Pontifex dispensauerit, vt in præsenti: & hoc casu posita falsitate causæ, tempore datæ corruit rescriptum.

13 Dices habilitas in beneficiis, & Ordinibus consideratur tempore executionis Breuis, Barbosa, & alij *in c. ei cui* 29. *de præb. in* 6. duplex enim est inhabilitas: vt dicunt ibi DD. quædã enim est quæ repugnat gratiæ petitæ, v.g. beneficio quod impetratur, & talis inhabilitas est excommunicatio quæ reddit hominem incapacem ad beneficium obtinendum *c.* 1. *de rescriptis, in* 6. & talis inhabilitas respicit tempus datæ. Aliæ sunt inhabilitates quæ non respiciunt tempus datæ, sed executionis, & in materia beneficiorum respiciunt tempus collationis, vt colligitur ex text. *in c. cum in cunctis*, §. *inferiora de elect.* & sub hoc secundo genere comprehenditur defectus ætatis: sufficit enim tali tempore completam ætatem inueniri in eo qui præsentatur ad beneficium, & cui confertur: Ergo idem erit dicendum in casu nostro, nempe inspiciendum esse tempus collationis Ordinis, & non tempus datæ.

Respondeo cum eodem Barbosa *vbi suprà*, concedendo inhabilitates tum respectu beneficiorum, tum ordinum conferendorum comprehendi in secundo genere, atque adeo esse attendendum tempus executionis, seu collationis beneficij, aut Ordinis, sed cum hac conditione, vt tempore datæ, & impetrationis nulla fuerit in litteris Apostolicis subreptio: nam ea posita non poterit promouẽdus; siue ad beneficium, siue ad ordinem obtinere beneficium siue sacris initiari virtute rescripti inualidi, secus esset dicendum si nulla interceßit subreptio; tunc enim sufficit tempus executionis abesse ineptitudinem illam, & hic est stilus curiæ, & ex hoc colligunt Doctores quòd cum nequeat de iure communi aliquis esse delegatus Sedis Apostolicæ, nisi sit in dignitate constitutus, *c. statutum de rescriptis, in* 6. si forte eueniat vt tempore datæ persona electa careat qualitate dignitatis, quamvis postea tempore executionis id est præsentationis litterarũ superueniat illi dignitas canonicatus, &c. adhuc litteræ erũt nullius valoris, nisi Pontifex ex certa scientia illum elegisset: tunc enim valorem haberent, vt notat ibi glossa in declaratione Textus.

Secundus casus est, si Titius postulasset à Pontifice dispensationem in tredecim mensibus, & non dixit in eo tempore illos tantum sibi deficere ad ætatem requisitam, & tunc dico nullum esse vitium subreptionis, & validum esse rescriptum, & licet non potuisset impetrans statim rescripto vti, cum plures menses desiderarentur, tamen dum peruenit ad eam ætatem in qua solum tredecim requirerentur, potuisset beneficio huius rescripti gradu sacerdotali insigniri, quia sensus petitionis esset vt simpliciter Pontifex dispensaret in tot mensibus: ergo nulla apparet falsitas, aut alicuius veritatis necessario exprimenda taciturnitas, vt bene Bardus *lib.* 4. *q.* 2. *n.* 22. 14

Ex quibus infertur primò ad dispensationem, & gratiam habitam à quadam muliere N. vt Missam audiret in oratorio priuato suæ domus, ex quo (vt Papa dicebat de domo egredi non poterat) quæ verba non intelligenda esse dicebam de physica impotentia, sed morali: quia magna difficultas æquiparatur impossibilitati, vt bene ex gl. *in l. Nepos Proculo, ff. de verb. signif.* dixit Menoch. *casu* 27. *n.* 24. & incommoditas æquipollet impossibilitati arbitrio boni Iudicis iudicanda, habita ratione qualitatis personæ, &c. vt bene Menochius *vbi supra, & cons.* 381. *num.* 35. *lib.* 4. vnde illud non possumus quod facilè exequi non possumus, Rebuffus *in d. l. Nepos Proculo*: & notat Farinacius *in fragmentis part.* 2. *num.* 143. ergo dum Papa dixit (*non potes*) non est quærenda physica impotentia ex parte Oratoris impetrantis rescriptum, sed moralis; & quia dixit (durantibus infirmitatibus) per consequens si mulier nullam habeat infirmitatem tenetur accedere ad Ecclesiam: quia cessante causa dispensationis, cessat dispensatio, Tiraquellus *in tract. cessante causa, limitatione* 23. *num.* 12. Suarez *de legibus, lib.* 6. *cap.* 2. Salas *eod. libro* 2. Sanchez *lib.* 8. *de matrim. disp.* 30. Bonacina *in Decalogum disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 10. *à numero* 50. 15

Infertur secundò quod quando quis impetrat gratiam, vel dispensationem pro delicto occulto, tunc impetrans non tenetur se prodere, iuxta illud: 16

non dico vt te prodas cap. quis aliquando 8. *de pœnitentia l. nimis graue ff. de testibus* : & sic gratia petitur suppresso nomine : cuius loco ponitur *litt. H*, & fingere aliud nomen non licet : quia in iure nominis mutatio præsumitur fraudulenta *l.* 1. *Cod. de mutatione nominis* ; sed si delictum est publicum non erit nomen supprimendum vel vt facilius gratia impetretur ; vel quia Superior non concessisset si de tali nomine notitiam habuisset: & hoc casu gratia facta ementito nomine nulla est, secus si contingeret error in nomine proprio, casu & sine vitio : tunc enim gratia impetrata valeret ; quia error proprij nominis gratiam concessam non vitiat, quando constat de corpore personæ §. *si quis inſtit. de legatis* , qui tex. *loquitur in legatis* ; ergo idem dicere debemus ingratiis petitis : quia sunt veluti quædam liberalitates , vt benè Bonacina *p.* 4. *de dispensatio. numer.* 6. Bordonus *dec.* 79.

17 Infertur tertiò. Quod cum de stylo Curiæ Romanæ debeat in petitione exprimi copula ad validitatem dispensationis, hoc intelligitur tam de copula commissa ante dispensationem Pontificis, quam de copula habita antequam per Ordinarium expediatur dispensatio ; sed copula subsequta post expeditionem factam dispensationis per Ordinarium vel Confessarium ante contractum matrimonium, exprimenda non est : quia non est incestuosa cùm sit sublatum impedimentum per dispensationem & nulla est dispensatio tacitâ copulâ incestuosa, quia omissio eorum quæ sunt de Stylo Curiæ vitiant dispensationem Sanchez *lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 16. *& disp.* 25. *num.* 8. Barbosa *ad Trid. sess.* 24. *cap.* 5. *num.* 5. & vbi citat ad hoc viginti. Alij dicunt probabiliter oppositum cum Barbosa *vbi suprà num.* 16. quia copula nouum impedimentum non facit, neque antiquum auget vel difficilius reddit ; sed disponit potius ad faciliorem dispensationem ne mulier infamata maneat innupta ; vnde secundum Sanchez , & alios qui obtinuit dispensationem antequam ob Ordinario, vel Confessario dispensetur, copulâ habeat cum parente , cum qua vult contrahere , tenetur de nouo supplicare : quia Prior licentia fuit nulla ; sed contraria opinio est aliorum non teneri : quia cum nulla interceserit copula ante dispensationem Papæ licet postea dispensatio tenuit, vt benè Bordonus *d.* 121.

18 Infertur quartò. Quod si duplex esset impedimentum consanguinitatis , vel affinitatis ex parte vtriusque sponsi , tunc esset explicandum ad hoc vt valeat dispensatio : & idem si duplicaretur idem impedimentum vt si sint consanguinei ex vtroque parente : vel si cognatio spiritualis proueniat ex vtroque Sacramento Baptismatis scilicet, & Confirmationis : quia dispensatio vt potè odiosa vt potè vulnerãs ius commune est strictè accipienda vt refertur tantum ad impedimentum simplex , quando duplex non fuisset expressum , cum in odiosis mixtum non veniat sub simplici ; Sanchez, *lib.* 8. *disp.* 24. *num.* 5. Barbosa *cap.* 50. *sess.* 24. *num.* 9. in Trid. Bordonus *dec.* 220. *&* 221.

DISCEPTATIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur in præsenti digna maxima consideratione.*
2 *Donationis verba inseruntur.*
3 *Causa controuersiæ qualis sit in præsenti.*
4 *D D. delegati pro exequutione litterarum Apostolicarum laudantur.*
5 *Exequutores in præsenti non mixti sunt ; sed meri.*
6 *Exequutores , de quibus hic quid agere debeant.*
7 *Gratia Apostolica iustificata , est statim exequenda.*
8 *Gratia Apostolica habet clausulam, si preces veritati nitantur.*
9 *Gratia Apostolica est conditionalis , donec fuerit iustificata.*
10 *Ius patronatus triplicis est generis.*
11 *Ius patronatus cur ab Ecclesia permittitur.*
12 *Ius patronatus qualiter requiratur.*
13 *Successio in iure patronatus qualis sit.*
14 *Beneficium iuris patronatus à quo recipiat perfectionem.*
15 *Præsentandi quasi possessio qualiter acquiratur.*
16 *Præsentatio facta ab vno conseruat ius in alijs.*
17 *Ius patronatus ex pacto, & prouidentia quodnam sit.*
18 *Tempus ad præsentandum quantum sit , & quale.*
19 *Ætas in beneficijs qualis requiratur.*
20 *D. Honofrius quot vncias habeat in præsentatione, de qua hic.*
21 *Successio qualiter in stirpes , vel in capita fiat in iure patronatus.*
22 *Institui debet , qui præsentatur ab existentibus in quasi possessio ne præsentandi.*
23 *Præsentandi quasi possessio per vnicum actum acquiritur.*
24 *Descendentia ab vltimo præsentante qualiter probanda.*
25 *Nominatus à fundatore non indiget præsentatione.*
26 *Maior pars vocum trahit ad se minorem.*
27 *Vox vnius absorbetur ab alijs.*
28 *Partes vnius stipitis maioris, si ad alium accedat, non destruunt illud , si maior pars remaneat.*
29 *Præsentatus à maiori parte qualiter debeat institui.*
30 *Ius patronatus transit in vniuersitate bonorum.*
31 *Donatio omnium bonorum continet ius patronatus.*
32 *Donatio particularis iurium, & actionum, non continet ius patronatus.*
33 *Donatio facta compatrono non indiget assensu Episcopi , secus si fiat extraneo.*
34 *Consensus Episcopi in donatione iuris patronatus potest dari extra Territorium.*
35 *Consensus Vicarij non sufficit pro donatione iuris patronatus , etiam si Episcopus sit in remotis.*
36 *Obseruantia in beneficialibus quid operetur.*
37 *Donatione, de qua in præsenti nunquam vsus fuit aonans.*
38 *Obseruantia qualiter Canonizet actum.*
39 *Beneficium per resignationem qualiter vacet.*
40 *Procurator de quo in alia præsentatione qualiter se gesserit , &c.*

ARGVMENTVM.

Delegati pro exequutione litterarum Apostolicarum , & earumdem exequutores quid

res quid agere, & iuſtificare debeant, vt illas exequantur. Gratia Apoſtolica executionem habet paratam. Ius patronatus cur permittatur, & qualiter requiratur, & qualiter ſuccedatur in eo; & deſcendentia quomodo probetur. Major pars patronorum qualiter minorem attrahat, & abſorbeat. Ius patronatus in Donatarium quando, & qualiter tranſeat; & an requiratur conſenſus Epiſcopi, atque Vicarij conſenſus an ſufficiat.

PRO

Clerico Franciſco Landulfo.

CONTRA

R. D. Dominicum de Fulgore.

FACTVM.

1 IN anno 1628. cum fuiſſet fundatum Beneficium de iure patronatus ſub titulo S. Georgij in Paroeciali Eccleſia Caſalis Ducentæ Auerſanæ Diœceſis à D. D. Ferdinando de Fulgore Marchione, & vtili Domino Caſalis prædicti, nec non à Blaſio, & Franciſco Antonio de Fulgore Fratribus, & Nepotibus reſpectiuè eiuſdem Marchionis D. Ferdinandi, tam pro ſe, quam pro ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, vt ex inſtrumento fundationis *fol.* 50. *litt. A*, & ſententia interpoſita in Curia Epiſcopali Auerſana *fol.* 7. & à tergo.

Ad præſentationem poſtea eorumdem fundatorum fuit inſtitutus D. Franciſcus Antonius *in eodem anno* 1628. *fol.* 9. in anno poſtea 1629. idem Illuſtr. Marchio Ferdinandus in ſuo vltimo Teſtamento inſtituit hæredem vniuerſalem Dom. Blaſium ſuum Nepotem, vt ex Teſtamento quondam Notarij Octauij de Laurentijs ex præambulo in banca Canalis *fol.*...

Ex eodem Blaſio mortuo *in anno* 1642. per M. E. V. in banca Auetæ fuerunt declarati hæredes ab inteſtato D. Paulus D. Carolus, & D. Honufrius de Fulgore eius filij pro æquali parte, & portione, vt ex fide præambuli *fol.* 11.

In anno 1650. ob mortem eiuſdem Franciſci Antonij, fuit hæres declaratus vniuerſalis pro tertia parte D. D. Honufrius, vt ex decreto præambuli *fol.*... & petijt etiam D. D. Carolus declarari heredem D. D. Franciſci Antonij pro alia tertia parte; verum eiuſdem D. Caroli fuit hæres poſtea declaratus ex Teſtamento D. Honufrius, *fol.*... qui vti hæres vniuerſalis pro alia tertia parte eiuſdem D. Caroli eſt hæres declaratus pro alia tertia parte eiuſdem Franciſci Antonij, vt ex decreto præambuli *fol.*

Itaque D. Honufrius eſt hæres, non ſolum pro duabus tertijs partibus D. Blaſij Patris, qui fuit hæres vniuerſalis Marchionis D. Ferdinandi conſũdatoris; ſed etiam eſt hæres pro aliis duabus tertijs partibus eiuſdem Franciſci Antonij, hoc modo 25. pro vna tertia parte ex perſona propria, & pro alia vti hæres D. Caroli, vt *ſuprà* dicebamus, & etiam petiit declarari hæredem in totum D. D. Franciſci Antonij, ex quo alia tertia pars ſpectat ad eundem vigore ſucceſſorij edicti vti nepos & proximior, dum idem D. Paulus mortuus eſt *in anno* 1655. abſque eo quod petijſſet hæredem declarari pro tertia parte eiuſdem D. Franciſci Antonij.

Vndè ad praxim reducendo negotium fingamus ius patronatus, de quo agimus diuidi per æs & libram ſcilicet pro vnoquoque fundatore habemus vnicas quatuor, tres erant fundatores vnuſquiſque habebat quatuor vncias, ſimul, juncti duodecim, ad exemplum hæreditatis, Blaſius hæres Illuſtr. Marchionis D. Ferdinandi eius Patrui habebat vncias octo, ex quibus eidem D. Honufrio, vt hæredi pro duabus tertiis partibus competunt vnciæ quinque, & tertium vnum, & ex quatuor ſpectantibus ad Franciſcum Antonium, quouſque non fuerit in totum hæres declaratus, competunt vnciæ duæ, & tertium duplex eidem D. Honufrio, quæ ſimul iunctæ conflant vncias octo eidem D. Honufrio ſpectantes; filiis vero, & hæredibus eiuſdem D. Pauli prædeceſſoris Marchionis Ducentæ competunt vnciæ duæ cum duobus tertiis.

Supponitur etiam in facto fuiſſe aliud beneficium S. Mariæ ad Hines Capellæ intra eandem Ciuitatem Auerſæ fundatum (cuius licet non conſtet de fundatione, ob proceſſum deperditum in Archiuio Curiæ Epiſcopalis prædictæ) vt conſtat ex poſſeſſione, ex nouo proceſſu, ex quo conſtat probatum de anno 1650. per quondam Paulum de Fulgore ſeniorem Blaſij, & Franciſci Antonij de Fulgore patrem, fuiſſe præſentatum in dicto Beneficio, & eſſe de iure patronatus Dominorum de Fulgore ſuorum Anteceſſorum vt *fol.* 11. *& à tergo lit. A.*

Ex Paulo ſunt hæredes ex Teſtamento D. Blaſius, & Franciſcus Antonius, vt ex Teſtamento quondam Notarij D. Vincentij Caſtelli de anno 1600. in Ciuitate Auerſæ *fol.*...

Ex Blaſio fuerunt hæredes D. Paulus iunior D. Carolus & D. Honufrius eiuſdem Filij *vt ſuprà* dicebamus.

Franciſci Antonij verò fuit hæres declaratus pro duabus tertiis partibus D. D. Honufrius, *vt ſuprà*, qui etiam petiit in totum hæredem declarari.

Itaque ex ſex vnciis ſpectantibus ad hæreditatem Blaſij, Patris D. Honufrij hæredis ex Teſtamento D. Caroli eiuſdem Fratris, pertinent ad eundem Honufrium vnciæ quatuor, & duæ aliæ vnciæ ſpectant ad filios Pauli Iunioris, & ex alijs ſex vnciis ſpectantibus ad hæreditatem Franciſci Antonij, ex quo ſunt ſuſpenſæ aliæ duæ pro tertia parte, non adhuc declarata per M.E.V. competunt aliæ quatuor eidem D. Honufrio, quæ in totum ſunt octo vnciæ.

Et licet pro parte filiorum, & hæredum eiuſdem quondam D. Pauli Iunioris aëreè preſumatur eundem D. Carolum *in anno* 1648. donaſſe bona hæreditaria D. quondam Blaſij Patris eorumdem competentium, in qua donatione ius patronatus prædictum, ac Beneficia, de quibus *ſuprà* contineri ſupponunt, cuius donationis verba damus.

Sed quia partes, & portiones ad ipſum D. Carolum, tam de bonis paternis, quàm de dotibus, & extra dotem maternis ſpectantes &c. fuerunt

poſſeſſæ, & poſſidentur pro communi, & in diuiſo inter ipſos D. Carolum, Illuſtr. D. D. Paulum, & Cl. D. D. Honufrium, quibus ſic aſſertis, & declaratis, prædictus D. Carolus ſubiunxit pro maiori eius commoditate, & nonnullis aliis cauſis eius mentem ad id mouentibus, velle donare &c. D. Illuſtr. Dom. D. Paulo partem, & portionem ad ipſum R. D. Carolum ſpectantem, & pertinentem, tam de bonis paternis, quam de dotibus, & extra dotem maternis, & de alijs eius propriis bonis, cum infracta reſeruatione: quare hodie prædicto die non ad hæc vi, dolo &c. nec ſuaſione aliqua inductus &c. nec per errorem aliquem iuris, vel facti; ſed ex eius pura, libera, & ſpontanea voluntate, & quia ſic ipſi placuit & placet, ac expediens, & vtile viſum fuit, & prout ad conuentiones coram nobis deuenit cum d. Dom. D. Paulo eius fratre, præſente &c. ceſſit & donauit &c. donat. tit. irreuocabiliter inter viuos prædicto Illuſtr. D. Paulo, vt ſuprà præſenti, ac recipienti, & ſtipulanti, pro ſeipſo prædictiſque ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus partes & portiones, quouis modo, iure, titulo, aut cauſa ad ipſum R. D. Carolum ſpectantes, & pertinentes, tam de bonis Paternis, quam de dotibus & extra dotem Maternis, quam etiam de propriis eius bonis quouis modo quæſitis; ita quod ex cauſa prædicta donationis, bona prædicta ad ipſum R. D. Carolum, vt ſuprà ſpectantia, & pertinentia, cum omnibus eorum iuribus, vt ſuprà donata ſint, & tranſeant in dominio &c. prædicti Illuſtr. Dom. D. Pauli præſentis &c. eiuſque hæredum, & ſucceſſorum ad habendum &c. cedens omne ius, omnemque actionem &c. ponens ipſum in eius locum &c. conſtituens ipſum Procuratorem; vt in rem propriam &c. Et inſuper conſtituit ſe ipſum per ſimplex conſtitutum &c. Tenere &c. donec &c. Et interim &c. Volens &c. Lege, Iure, Vſu &c. Alia forſan dictantibus, nil ſibi ipſi nec alteri reſeruauit &c. niſi quod D. D. Paulus teneatur, & debeat, prout coram nobis promiſit &c. durante vita ipſius R. D. Caroli ſoluere &c. ipſi Dom. D. Carolo præſenti; anno quolibet ſcudos quingentos, ſoluendos &c.

Et inſuper reſeruauit, prout reſeruat ipſe D. D. Carolus, quod poſſit, & valeat, tam inter viuos, quam in vltima voluntate diſponere de prædictis bonis, vt ſuprà donatis, vſque ad ſummam ſcudorum quinque millium pro vna vice tantùm, ad eius electionem, & voluntatem prout ipſi videbitur, & placebit &c. verum ſi dict. D. Carolus diſponeret de prædictis ſcud. quinque millibus, aut partem illorum, debeat deduci à ſupradictis annuis ſcudis quingentis, vt ſuprà ſolui promiſſis, pro illa ſumma, & quantitate de qua diſpoſuiſſet ad rationem ducatorum ſex pro centenario, & tantum minus dict. D. Paulus ſoluere debeat dict. D. D. Carolo, eius vita durante, de prædictis annuis ſcudis quingentis: quia ſic &c.

Aſſerens prædictus D. Carolus recepiſſe & habuiſſe à dicto Dom. D. Paulo præſenti &c. partem & portionem ad ipſum ſpectantem, & pertinentem de fructibus, & introitibus anno quolibet perventis ex bonis prædictis, vt ſuprà donatis, ac etiam partem, & portionem ad ipſum ſpectantem de bonis mobilibus, tam Paternis, quam maternis, & proinde quietauit &c.

3 Cauſam ergo controuerſiæ dederunt duæ præſentationes factæ à Dominis de Fulgore; nam filij quondam Pauli Iunioris vt ſunt...
Coram ordinario Auerſano ex renunciatione facta per D. in manibus Vicarij Auerſani, fuit præſentatus Clericus D. Dominicus de Fulgore.

Pro parte verò D. Honufrij in Curia Romana eſt præſentatus Clericus D. Franciſcus Landulfus intra legitima tempora, & expeditæ ſunt Bullæ (ex quo habet hic præſentatus alia beneficia) in forma gratioſa, cum Romæ fuerit approbatus, quæ quidem commiſſæ D. D. meis 4
Canonicis Dom. Franciſco Antonio Zaullo in Curiis Eccleſiaſticis verſatiſſimo; olim Aduocato famigerato, in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, nunc digniſſimo Canonico, & cauſarum conſultori, ac Sacri Collegij Neapolitani vni ex Senatoribus doctiſſimo, & Domino Canonico Angelo Faſano, eiuſdem Tribunalis cauſarum conſultori, & in Neapolitanis Tribunalibus laïcalibus Aduocato integerrimo, atque doctiſſimo, eſt videndum, an literæ Apoſtolicæ prædictæ ſint debitæ exequutioni demandandæ, pro earumdem iuſtificatione ad fauorem præſentati Clerici D. Franciſci Landulfi in Curia Romana, non obſtante præſentatione forſitan prætenſa facta per filios, & hæredes dicti quondam D. Pauli, Clerici D. de Fulgore coram Ordinario Auerſano ab eiſdem, vt dicitur, facta, tam vti hæredibus eorum fratris, quam vti Donatariis omnium bonorum, & iurium dict. Dom. Caroli.

Mihi propoſito negotio partes ſuſcipio defendendas Clerici Landulfi Romæ præſentati.

Pro quo probando ſuppono exequutores, de 5
quibus in præſenti, eſſe meros executores: vnde non tenentur partes iudicis aſſumere, neque quicquam cognoſcere, neque partes, quæ nullæ ſunt citare, neque iudicis figuram aſſumere, eaſque audire vt mixti executores facere tenentur, *ex cap. exhibita nobis* 19. vbi Felinus *de iudicijs*, Rota *d.* 12. *in tit. de officio delegati in nouis*, & Gregorius XV. *dec.* 413. & poſt alios Epiſcopus 6
Maranta *p.* 4. *reſp.* 100. Sed ſolum ab eo, qui in gratia fundatur, eſt eadem gratia iuſtificanda, cum intentionis ſuæ ſit fundamentum, *cap. ſi proponente* 42. *de reſcriptis cap. ſi motu proprio* 23. *de præbend. in 6.* Maſcardus *concl.* 1216. Rota coram Caualerio *d.* 266. Epiſcopus Maranta *p* 4. 7
reſponſ. 100. *per totum*, & cum fuerit iuſtificata eſt exequenda ſtatim per exequutores, ob reuerentiam eius, qui gratiam dedit; habet enim gratia expreſſam, paratamque exequutionem ad inſtar *l. fin. Cod. de edicto D. Adr. Toll. cap. paſtoralis* 20. §. *quia vero, de Officio Delegati*, Rota *apud Caualer. dec.* 148. & 363. & 649. Gregorius XV. *dec.* 221. Epiſcop. Marant. *p.* 3. *reſp.* 42. & *p.* 4. *reſponſ.* 20. intelligitur autem 8
in gratia ſemper illa clauſula (ſi preces veritati nitantur) *cap.* 2. vbi Ripa *num.* 29. & *cap. vltim. de reſcript. l. fin. Cod. de diuerſis, reſcriptis*, Maſcard. *concl.* 729. *tom.* 3. Rot. *d.* 20. *de præbend. in nouis*, & apud Put. *d.* 245. & apud Gregor. XV. 314. Manticam *d.* 358. quia quælibet gratia, 9
donec fuerit iuſtificata, dicitur conditionalis, non pura; Rota coram Durano *dec.* 205. *num.* 7. Maranta, *p.* 3. *reſponſo* 14. *à num.* 9. Etenim debet exprimi Pontifici ſtatus rei, quæ explicatur, non ita facilè S. P. precibus annuiſſet, *d. cap. ſuper litteris* 20. *d. cap. proponente* 42. *de reſcriptis*: quia non intelligit Papa per ſuam gratiam præiudicare Canonicè, & legitimè electo, vel præſentato, etiam non ſequuta adhuc inſtitutione poſt alios Garſia *p.* 9. *de Beneficijs cap.* 4. *numero* 3. Rota apud Verallum, *dec.* 37. *p.* 2. & clauſula motu proprio tollit ſubreptionem; ſed non ius tertij, latè Marant. *reſpon.* 14. *p.* 3. *numero* 15.

Suppono

10 Suppono secundò pro totius negotij decisione ius Patronatus esse triplicis generis, vnum Gentilitium, siue familiare, quod pro se, & familia sua fundatur, constituitur, vel dotatur. Secundum dicitur hæreditarium, quod pro se, & hæredibus fundatur. Tertium est ex pacto, & prouidentia, quod pro filiis, & descendentibus ex corpore hæredibus tamen fundatur, vt latè post alios Episcopus Maranta *p.4. resp.66.* Ius enim patronatus ab Ecclesia permittitur, vt fidelium affectus, & in Deum deuotio firmetur, nec fun-
11 datoris intentio potest defraudari, ideò cum Complatearij Sanctæ Mariæ, omnium Sanctorum extra Portam Capuanam in Burgo sancti Antonij quam fundarunt, & dotarunt pro victu Parœci, cum onere nominandi tres Presbyteros in singulis vacationibus Eminentissimo Domino Archiepiscopo nominantes, qui vnum ex illis institueret, & eligeret, & alias esset facta collatio per Eminentissimum Gesualdum, fuisset collata Prospero de Felice, spretis Patronis, *de anno 1597.* instabat Irscus non esse amplius de iure Patronatus disputandum, & fuerunt admissi Oeconomi ad præsentandum, Maranta, *par.5.ref. ponso 20.num.8. & 9.* acquiritur enim ius patronatus ex fundatione, constructione, & dotatione, Trident. *sess.25. cap.9. de reformatione*, &
12 quando præsentant vti de familia, non vti hæredes, tunc est familiare, & gentilitium, non hæreditarium; ad quod sufficit, si super duas præsentationes cum earundem subsequuta institutione fuerit sequutus effectus, vt dicatur Gentilitium vel familiare, vt post alios Episcop. Ma-
13 ranta *part.5. resp.82.* In iure patronatus tamen Gentilitio fit præsentatio in capita; in Hæreditario verò in stirpes Clementina *plures de iure patronatus*, DD. *vbi supra*: in quibus omnibus beneficiis de iure patronatus seruari debent conditiones appositæ, *cap. piæ mentis 26. cap. Frigentius 27. quæst.7.* Trident. *sess.25. cap.9. de reformatione*, & *cap. decernimus 16. quæstione 7. cap. nobis fuit 21. cap. cum dilectus 28. de iure patronatus cap Eleutherius 30. 18. quæst.2.* Episcopus
14 Maranta *resp.81. part.4. & resp.85. part.5.* quia beneficium iuris patronatus licèt in actu primo, atque materialiter ex voluntate pendeat eorum, qui illud fundarunt, construxerunt, & dotarunt; nam beneficium non nascitur, sed fit ex Abbate *cons.14. libro 1.* in actu tamen secundo atque in exercitio, & formaliter ab assensu pendet Episcopi, eiusque institutione perfectionem sequitur, ex Concilio Aurelianensi *in canon. nemo Ecclesiam 9.* & ex decreto Hermisdæ Papæ *in cap. nullus Presbyter 25. de Consecratione, dist.1.* & ex Concilio Bracharensi *2.cap.50. in canon. placuit 2. quæstione 2. & d.cap. piæ mentis 26. d.cap. Fulgentius 16. quæst.7.* vbi glos. *& cap. consuluit 15. & cap. nobis fuit 25. de iure patron.* nec dicitur beneficium, nisi fuerit per Episcopum ordinatum, glossa *in Clementina si beneficiorum, de Decimis*, Lambertinus *lib.1. de iure patron. part.1. quæst.2. art.11.* Clandius Tutius *de iure patron. q.1. num.13. & quæst.8. num.7.* Alexander Raudensis *var. resol. cap.19. num.30.* Nauarrus *cons.8. lib.3. de iure patron.* & rationem reddit, quia beneficium, licet sit spirituale ex Innocentio III. *in cap. dilecto filio 25. §. pronunciator, & §. præterea de præbendis*, sine etiam spiritualitati annexum, secundum S. Thomam *2. 2. quæst.100. art.4.* vt constitui sine authoritate Episcopi minime possit, ergo requiritur consensus Episcopi, vt acquiratur Rota *d.222. num.3. & dec.223. part.1. diuers. & decis.85. part.2. diuers.* Rota *apud Caualer. dec.265. & apud Rubeum decis.238.* Barbosa *de potestate Episcopi p.3. allegat.70. n.20.* Garsia *de beneficiis p.5. c.9. n.71.*

Suppono tertiò præsentandi quasi possessione 15
acquiri per vnum actum *cap. consultationibus de iure patronatus.* Rota *dec.318. part.2. diuers.* & apud Mohedanum *d.7. de iure patronatus, & p.2. d.235.* & apud Coccinum *d.245.* & apud Caualerium *dec.5.* Claudius Tutius *de iure patronatus quæst.3. num.13.* Perez de Lara *de appellaniis lib.2. c.1. num.55. & 56.* Prasecius *in praxi Episcopali part.2. c.50. art.1. num.3.* latè Episcopus Maranta *p.5. resp.102.* & vno præsentante, 16
cæteris iura conseruantur *cap. 2.* vbi Abbas *num.9. de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli.* Rota *dec.11. de iure patronatus in nouis*, & apud Caualerium *d.197. num.50.* Federicus de Senis *cons.102. & cons.147.* Rota *in recentioribus p.2. d.640. & apud Gregor. XV. d.417.* vbi Beltraminus *in additionibus, & dec.452. num.7. 8. & 9.* Maranta *resp.6. num.31. & sequenti, p.3. & resp.74. part.5. per totum*, & beneficium iuris patronatus hæreditarium pro filiis ex corpo- 17
re dicitur ex pacto, & prouidentia, & debent vocari hæredes *c. filiis, vel nepotibus 31. §. ipsis tamen hæredibus*, vbi glos. *in verbo propinquis & c. considerandum 35.16. quæst.7.* Lambertinus *libro 1. p.2. art.34. q.2.* Couarruuias *lib.2. c.18. n.6.* Maceratensis *lib.1. var. resol.109. n.53.* Viuianus *d.23. num.6. & dec.136. num.3. & 16.* Maranta *p.2. resp.16. & resp.83. num.29. p.3. & resp.66. n.19. p.4.* & vt admittantur debent probare se filios esse & hæredes, latè Maranta *p.5. resp.75. nu-* 18
mero 11. 12. & 13. & esse debent in possessione, vel quasi præsentandi, Doctores *vbi supra*, & quando dicatur hæreditarium, quando ex pacto, & quando gentilitium, atque qui ad illius admittantur successionem, explicat Episcopus Maranta, *p.5. resp.104.* semper tamen obseruo currere tempus quadrimestre patronis laïcis à die scientiæ, 19
& notitiæ vacationis beneficij *c.1. §. verum de iure patronatus in 6.* vbi glos. *in verbo quadrimestre*, Rota *apud Caualerium d.489.* Abb. *cons.76. lib.2.* Viuianus *p.2. lib.6. num.9. de iure patronatus*, & licèt in aliis collatiuis requiratur ætas 14. annorum vigore Concilij, tamen in iure patronatus laïcali sufficit si sit ætatis habilis ad primam tonsuram, illaque insignitus: legas Marantam *part.5. resp.85. in fine.*

His suppositis, videamus quibus iura assistant, 20
& an pro Clerico Francisco Landulfo, litteræ Apostolicæ sint iustificatæ, ac executioni demandandæ? Etenim D. Honufrius habet octo vncias totius assis, ius enim præsentandi (vt in simili dicebat Maranta *tom.5. resp.70.* pro beneficio illorum de Spenis) in tres voces diuisum fuit, tanquam in capita, in hæredes etiam primi fundatoris, tamen in descendentibus eorum fit succes- 21
sio in stirpes, vt in Clementina *plures 2. & iure patronatus*, vbi latè glos. & idem Maranta *p.5. resp.73. num.38.* & ideò Clemens V. in dicta Clementina, *plures* ait ab vno ex Patronis Ecclesiæ relicto hæredes vocem duntaxat vnius habent in præsentatione Rectoris, & ibi glossa magna rationem reddit, *& in canone si plures hæredes 36. in verbo commuui 16. quæst.7.* quia reputantur pro vno cum in locum vnius successerint, Rota *p.2. in recentioribus, dec.108. & per tot. & dec.2.* coram Pirouano *p.7. recentior.* Lambertinus *lib.1. de iure patronatus p.2. q.1. art.25. num.19. & 20. & quæst.16.* Gratianus, *cap.521.*

*à n.*13.latè Franciſcus Marzarius *conſ.*3. quando ergo quis ex propria perſona præſentat, non ex aliena,tunc in capita præſentat atque ex virili,non ex alterius contemplatione,*l. Lucius Titius teſtamento* 90.§.*Lucius Titius teſtam.ff.de leg.*2.*l.ſi quis duobus* 11. *C. de impub. & aliis ſubſtit.* & ſic in capita obtinet, qui proprio nomine præſentat, gloſ. *in d.l.final. C. de impub. & gloſ. in* §. *multis aliis inſtit. de ſucceſſ. libertor.* Gulielmus de Benedictis *in cap. Reynutius* 16. *de teſtamentis in verbo & vxorem dec.*5.*à.n.*65.*&* 70.*de teſtamentis.* Cæphalus *conſ.*456.*n.*1.*& ſeq. tom.*4. Lambertinus *p.*2.*lib.*1.*q.*1.*art.*25.*n.*16.*& d.q. art.*28. *num.*5. Gratianus *p.*3.*c.*51. *num.*15 Rota coram Pirouano *d.*2. *num.*6.*&* 7. Marzarius *d.conſ.*2.Molfeſius *p.*4.*q.*1. *num.*2. *&* 3. & nominatus à teſtatore habetur pro præſentato:poſt alios Epiſcopus Maranta *part.*2. *reſponſo* 47. *& parte tertia, reſponſo* 28.

22 Certum ergo eſt illum eſſe inſtituendum, qui ab exiſtentib.in quaſi poſſeſſione præſentatur *d.c. conſultationib.* 19. *de iure patronatus, c. querelam* 24. *de elect. c.cum Eccleſia Sutrina* 3.*de cauſ.poſſ. & proprietatis*, Lappus *alleg.* 95. Mareſcotus *libro* 1.*c.* 5. *n.*12.*&* 13. Iacobus de Mauro *allegat.*39. Guttierrez *conſ.*3. Viuianus *dec.*87. &

23 ſufficit etiam per vnicum actum poſſeſſionem apprehenſam fuiſſe, vt ſequuta deinde inſtitutione,manutenibilis quoq; ſit Rota *apud Canalerium dec.*55. *n.*4. *& dec.*197. *num.*3. & oportet

24 probari deſcendentiam ab eo, qui vltimo loco præſentauit, & in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi deceſſit, ob vltimum ſtatum, quod in hac materia attenditur, excluſis etiam veris, patronis, in poſſeſſione præſentandi non exiſtentibus ad text *in c. querelam* 24.§.*nos igitur de electione, & d.c.cum Eccleſia Sutrina* 3. Viuianus *d.*87.*numero* 20. Epiſcopus Maranta *p.*3.*reſp.*46. qualiter vero practicetur quaſi poſſeſſio iuris præſentandi in potentioribus latè explicat Epiſcopus Maranta *part.*3. *reſp.*47. & qui præſentatus non fuerit inſtitui minimè poterit *c. ea noſcitur* 6. vbi DD. *de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli cap. quod autem* 5. *de iure patronatus*, Riccius *in praxi p.*1. *reſol.*139. *&* 25 *dec.*60.*p.*4. Viuianus *lib.*8. *c.*7. *de iure patron.* Epiſcopus Maranta *p.*3.*reſp.*82. Ille vero qui nominatus fuit à fundatore beneficij, etiam per ſolam appoſitionem, & acceptationem, atque inſtantiam inſtituti, habetur pro præſentato Cardin. Puteus *dec.*99.*& d.*252.*lib.*3. Burattus *d.*755.*& d.*317. Epiſcopus Maranta *part.*4. *reſp.*19. *qui reſp.*20. diſputat an tali decreto, quo dicitur nominatim à fundatore non eſſe inſtituendum, detur appellatio.

26 Vnde cum præſentatus à D.Honufrio de Fulgore fuerit præſentatus ab habente octo vncias totius aſſis hæreditatis, & iuris patronatus, hic erit inſtituendus; quia ex tribus vocibus, qui duas obtinet ipſe inſtituendus erit *c.ſi forte* 63. *dict.c. quoniam* 3.*de iure patronatus*: ergo poſita idoneitate ad ſimplex beneficium obtinendum, quod ſufficit, erit ipſe inſtituendus gloſ. *in d.c. quoniam* 3. *in verbo qui maioribus de iure patronatus*, Rota coram Pirouano *d.*2.*num.*4.*& ſeq.* & coram Vbaldo *d.*279.*p.*7. *in recentioribus*, poſt Rubeum, & coram Vbaldo *d.p.*7. *d.*274. Maranta *p.*5.*reſp.*3.*num.*13. latè Alphonſus de Leone *de offic. Capellani q.*8. *prax. qui notat à n.*187. *cum ſeqq.*

27 Et hoc eſt quod dici ſolet vocem vnius abſorber à maiori parte aliarum eiuſdem, vel diuerſi ſtipitis ex notatis à Sceuola *in l. quod maior* 19.*ff.ad municipalem*, Ioannes de Imola *in d. Clementina plures la.*2. *n.*7. *de iure patronatus*, Carolus Ruinus *conſ.*5. *non.*6. *&* 7. *libro* 5. Rota *diuerſorum p.*2. *dec.*117. Mac ratenſis *lib.*1. *var. reſol.*104. *n.*13.Gonzale *ad Regulam* 8.*Cancellariæ gloſ.*45. *n.*61.*&* 62. Rota *p.*2.*dec.*443.*n.*4.*&* 5. & apud Coccinum *dec.*464.& apud Caualerium *d.*21.*è dec.*436.*&* 59. & apud Gregor.X V.*dec.*452. vbi Beltram.*n.*23.& apud Duranum *d.* 87. *n.*7. *p.*8. *in recentioribus*, per Rubeum, & Maranta *p.*5. *reſp.*79.*à n.*12. ſicuti in ſimili dicimus quod ſi ex duobus ſtipitibus in vno eſſent duo vel tres, 28 & in alio triginta,& ex illis triginta, duo vel tres cum alio ſtipite concurrerent, adhuc diceretur medietas pro vno, & alia medietas pro alio, & poſſet habere locum derogatio pro medietate,vel gratificatio Epiſcopi, vt ex celebri doctrina Cardinalis habetur *in Clementina plures,de iure patronatus in* 4. *columna la* 2.*q.*& Abb.*in c.Parlonalis de reſcriptis*, qui dicunt,quod ſi ſint ex vno ſtipite decem patronati,& ex iſtis duo,vel tres concurrant cum alio ſtipite, adhuc illa maior pars illorum decem dicitur totum ſuffragium repræſentare, & dato, quod minor pars illorum decem adhæreret alteri ſtipiti, non per hoc præſentatus ab altero ſtipite cum illis de alio, eſſet præferendus; quia non illorum decem eſt apud maiorem partem; ita quod non ſit curandum de ſuffragio minoris partis adhærentis alteri ſtipiti, quia vnus, vel duo ex tribus eiuſdem corporis pro nihilo reputantnr, quando maior pars contradicit ei, vnde dicit Ioannes Andreas *in c.à collatione de appell.in* 6.quod ſi duo corpora teneantur actum facere,& vnum corpus concordet, & etiam habeat aliquas voces alterius corporis, propter hoc non obtinebit: quia non illius corporis eſt apud maiorem partem,quam doctrinam ſequitur Lambertinus *de iure patronatus* 2.*p. lib.*1. *q.*1. *art.*27.*fol.*295. *& p.*3. *lib.*2. *q.*4. *principali art.*7. *fol.*393. vbi fundat deſcendentes ab vno habere integram vocem, & ab illa abſorber minorem partem, licet minor pars ſit pro alio ſtipite, quam etiam doctrinam ſequitur Viuianus *lib.*12.*de iure patronatus c.*8. quia qui habet maiorem partem vocum vnius ſtipitis, dicitur habere totum ſtipitem, etiamſi adſit contradictio minoris partis: quia maior pars abſorbet minorem, vt poſt alios dixi ego in allegatione pro D.Simeone de Grauſo,quam inſeruit me citato D. Epiſc. Maranta *p.*5.*reſponſorum reſponſ.* 61.vbi *n.*87.

Ideóque præſentatus à maiori parte ſuffragio- 29 rum debet inſtitui ad beneficium *c.ſi forte* 36. *diſt.*63.*d.c. quoniam* 3 *de iure patronatus*, & dixit pluries Rota apud Maranta *p.*5.*reſp.*48 *per totam,& reſp.*39. *num.*9. *& reſp.*66. *num.*30.*p.*4. is enim inſtitui debet, qui maioribus ornatur meritis, & plurimorum eligitur, vel approbatur aſſenſu *c.quoniam* 3. §. *præſenti de iure patronatus, c.Eccleſia veſtra* 48. vbi gloſ. *in verbo dirigebant de electione*, *c.ſicut* 23. *de electione in* 6. Riccius *in praxi rerum quotid. reſol.*173. Barboſa *in c.*3. *de iure patron.* latè Epiſcopus Maranta *part.*3. *reſp.*83. *& p.* 4.*reſp.*27. at ſi maior pars abſorbeat minorem tunc vti pars à toto abſorbetur; non pars in toto eſt,*l. ſi quis cum totum* 7. vbi gl. *in verbo in toto ff. de exceptione rei iudicatæ*, & Caius *in l.in toto* 114.*ff.de Reg.iur.* & Clementina *plures de iure patronatus l. quod maior* 19.*ff.ad municipalem*, *c.ſi cui* 23. *de electione in* 6. & poſt alios Epiſcopus Maranta *p.*3. *reſp.*43. *num.* 18. ergo quia præſentatus à D. Honufrio eſt præſentatus

tatus ab eo, qui habet octo vncias totius assis, hic trahit ad se alias quatuor vncias alterius stipitis ; ergo vnicus est patronus in præsentando , adeoque ab eo præsentatus instituendus.

30 Neque pro parte contraria aliquid facit ius præsentandi vigore donationis prætensæ , de qua suprà.

Respondetur enim quod ius patronatus est ius vniuersale , quod transit cum vniuersitate bonorum *cap. ex litteris* 7. vbi Abbas *de iure patronatus*, Achilles de Grassis *dec.* 59. *de iure patronatus*, Maceratensis *lib.* 1. *var. resol.* 60. latè Maranta *p.* 4. *resp.* 67. *cap. cum seculum* 13. *de iure patronatus cap. cum Bertolinus* 18. *de sententia, etiam re iudicata:* accessoriè enim venit, & vniuersitas accedit ex Vlpiano in *l. modicis* 24. *ff. de contrahenda emptione* ; qui quærit quare locus sacer in venditione includitur, & dat rationem, quia non specialiter locus sacer vel religiosus venditur ; sed emptioni maioris partis accessit , quem textum singularizat Romanus *singulari* 59. sicuti transit cum castro vendito vel locato, latè Maranta *p.* 4. *respons.* 50. *à num.* 23.

31 In donatione autem omnium bonorum mobilium , & stabilium iurium , & actionum , ius patronatus illis annexum pertransit Berous *cons.* 66. *num.* 29. *& cons.* 78. *num.* 2. *lib.* 3. Bald. *cons.* 32. *num.* 3. *lib.* 1. Ferrettus *cons.* 343. *num.* 16. *p.* 2. Card. Puteus *d.* 351. *p.* 2. Rota *p.* 3. *diuersor. dec.* 1152. *&* 399. *p.* 2. *in recentioribus*, Ioseph Ludouicus *in conclusionibus iuris, de iure patronatus fol.* 98. Rota apud Cardinalem Seraphinum *dec.* 725. Genuensis *cap.* 101. *num.* 3. *impressa Romæ anno* 1609.

32 Sed in donatione iurium, & actionum simplicium ius patronatus non includitur , *vt in p.* 3. *diuersorum dec.* 1152. *num.* 4. Genuens. vbi *suprà num.* 3. Maranta *p.* 4. *respons.* 50. *numero* 26.

33 Hoc intellige in donatione facta Compatrono, quia si fiat extraneo ; etiam vniuersalis omnium honorum non continet ius patronatus , nisi fiat cum assensu Episcopi, ex Alexandro III. *in cap. Cura Pastoralis* 11. *de iure patronatus , cap. ex insinuatione* 14. *in verbo liberaliter contulisset* , eodem titulo , Rota apud Seraphinum *d.* 884. *cap. illud* 8. de iure patronatus, Rota apud Farinacium *d.* 337. *& p.* 1. *d.* 707. Viuianus *lib.* 4. *de iure patronatus cap.* 4. *num.* 7. Barbosa *in d. cap.* 557. *num.* 37. Marescottus *lib.* 3. *cap.* 9. & poterit

34 dari Episcopo extra Territorium : quia est iurisdictionis voluntariæ glossa *in cap. nouit* 7. *in verbo, terminos, de officio legati* Riccius *p.* 3. *dec.* 188. Diana *p.* 1. *tract.* 1. *Miscellan. resol.* 51. & præsumitur spatio 30. annorum, Lambertinus *lib.* 1. *quæst.* 2. *art.* 7. Caualerius *dec.* 265. *&* 336. *&* 378. Viuianus *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 6. *& num.* 74. Riccius *p.* 1. *resol.* 339. *& in collect.* 764. *p.* 4. & in recentioribus *p.* 2. *dec.* 146. Episcopus Maranta *p.* 4. *respons.* 81. *n.* 16. *& sequenti, & p.* 5. *resp.* 73. *n.*

35 50. & talis assensus cũ fit donatio extraneo, debet esse Episcopi, non Vicarij sine speciali mãdato, Viuianus *d.* 128. etiam si Episcopus agat in remotis, vt pluries dixit Rota, & quia est actus iurisdictionis voluntariæ , poterit ab Episcopo præstari , licèt agat in remotis etiam si clausulas amplissimas in constitutione Vicarij appositisset , nisi specialiter ad id facultatem dederit Duranus *dec.* 407. *n.* 7. 8. *&* 9. *& dec.* 415. *p.* 2. & coram Bichio *apud Viuianum vbi supra* Maranta *p.* 5. *resp.* 73. *in fine.*

Quod nedum claris verbis donationis habe- 36
tur ; sed etiam ex facto, quia tantum abest quòd D. Carolus non intellexit in donatione iam facta, donare ius patronatus ; imò illud retinere apud se: quia cum casus esset factus vacationis prædictorum beneficiorum, ob mortem Abbatis Francisci Antonij in mense Aprilis 1650. die 20. eiusdem mensis D. Carolus Marinis vigore potestatis sibi attributæ ab eod. D. Carolo de Fulgore ad præsentandum Cappellanum in dictis Beneficiis, præsentauit eundẽ D. Carolũ, tam vti eius Procurator, quam vti Procurator eiusdẽ D. Honufrij, & eiusdem Marchionis D. Pauli, vt *ex comparitione in processu S. Georgij, &* à tergo *in proc. S. Mariæ ad Niues fol.* ... Imo idem Marchio D. Paulus *in instrumento Procurationis, præsentationis , & nominationis*, quam fecit pro Beneficiis prædictis in persona D. Caroli de Marinis se asseruit solum cohæredem quondam Blasij patris, & non donatarium eiusdẽ D. Caroli , similiter cohæredis cum eodem D. Honufrio , vndè nunquam donatione vsus fuit 37
Donatarius vti non comprehendente ius patronatus , & è contra idem donans , media persona sui procuratoris, præsentauit, vt diximus : & hoc fuit per annum & quatuor menses post donationem; ergo ex tali obseruantia clarè apparet ius patronatus nunquam fuisse donatum, quæ obseruantia quale ius fuerit præcedens : vt bene Crauetta *cons.* 211. *num.* 8. Rota *apud Seraphinum dec.* 456. *num.* 3. præsertim verò si obseruantia fuerit proxima Rota *p.* 2. *dec.* 482. *in recentioribus*, Cardinalis Caualerius *dec.* 407. *num.* 2. Episcopus Maranta *p.* 5. *resp.* 99. *à num.* 30. cum se- 38
quentibus. Hinc in beneficialibus obseruantia subsequuta quo ad ius præsentandi atque personas præsentatas attenditur, Maceratensis *lib.* 1. *var. resol.* 3. Viuianus *d.* 2. & obseruantia ius deducit in apertum atque declarat quâ ab ipso concessionis , vel contractus initio paciscentium, vel concedentis mente fuerit acquisitum Surd. *dec.* 134. *n.* 9. *& cons.* 224. *num.* 7. *vol.* 2.

Ergo posita renunciatione à superiore admissa, 39
vacant beneficia , de quibus agimus , *cap.* 1. *de rerum permutatione in* 6. Rota *dec.* 1. *de rescriptis & dec.* 7. *&* 8. *de rerum permutatione in antiquis*, Parisius *lib.* 1. *de resignatione beneficij quæst.* 4. *num.* 17. *&* 18. *& de confidentia quæst.* 27. *num.* 82. Stephanus Bertrandus *cons.* 34. *num.* 1. *& cons.* 323. *num.* 1. Erasmus à Cochier *de permutatione beneficiorum p.* 2. *cap.* 10. *num.* 4. latè Episcopus Maranta *p.* 3. *responso.* 14. *à num.* 36. *cum sequentibus* : & præsentatio Landulphi fuerit facta à D. Honufrio habentes plures partes , & vncias absorbentes illam minorem partem , & persona sit habilis , & idonea , erunt litteræ Apostolicæ ad suum fauorem exequutioni demandandæ, nulla habita ratione donationum, de quibus *suprà*, cum ius patronatus non contineant.

Neque tandem dicas quod ille de Marinis se 40
asseruit procuratorem esse eiusdem D. Caroli, & tamen non certabat de institutione procurationis.

Respondeo enim primò quod dict. D. Carolus ratam habuit procurationem, & præsentationem, & fuit ab eodem acceptata, vt legitur *fol.* 14. *à tergo in fine, in processu S. Georgij.* Secundò ex articulis præsentatis per eundem D. Carolum in articulo quinto declarat se esse præsentatum , non solum à dict. Marchione D. Paulo, sed etiam à procuratore in actis constituto, præuia facultate , tributa ab eodem articulante ad præsentandum in beneficio ad sui electionem, provt dixit apparere ex præsentationib°, & mandatis, corã Ordinario, & habe-

tur

tur in processu S.Mariæ ad Niues *fol.*...&in sententia institutionis dictorum beneficiorum dicitur visis præsentationibus,factis in personam D.Caroli de Fulgore per Illustrissimum D. Paulum de Fulgore,Marchionem Ducentæ, & alios hæredes quondam D.Blasij de Fulgore , vt ex processu S. Mariæ ad Niues.

Imò cum talia beneficia vacauerint *in anno* 1658. per mortem D. Caroli,fuit præsentatus Clericus Blasius de Fulgore scilicet à filiis quondam D. Pauli , & ab eodem D. Honufrio (qui D. Honufrius dixit præsentare , tam suo proprio nomine , quàm pro aliis , quorum personas ipse D. Honufrius repræsentat) cum sit D. Honufrius hæres d.D. Caroli ex testamento , & dicti Abbatis Ioannis Franc. Antonij ab intestato pro duabus Tertiis , etiam ex persona D. Caroli, vt supra , & ad hoc præsentantur præambula, tam eiusdem D. Pauli , cuius sunt hæredes filij quondam eiusdem D.Caroli, & Franc. Antonij, vt ex præsentationibus *fol.*... & ad hunc finem expeditæ tunc temporis citationes per edictum *folio*..... Ergo omni iure sperat Clericus Landulfus literas Apostolicas exequutioni demandandas per DD.meos delegatos.

DISCEPTATIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Regulares infamiam facti incurrunt,chorum deserentes, & peccant mortaliter.*
2 *Regulares ludum exercentes incurrunt infamiam.*
3 *Ludum frequentantes possunt officiis priuari Ecclesiasticis.*
4 *Assistentia in ludo punibilis & qualiter.*
5 *Superioris lusoris electio , est ipso iure nulla.*
6 *Egressus nocturnus , & ingressus in conuentum reseruatus est casus,vel reseruabilis,infamiam causans.*
7 *Prior dans licentiam exeundi extra claustra, quam pœnam incurrat.*
8 *Superior tenetur regulas seruare vi coactiua , & aliter faciens infamiam incurrit canonicam.*
9 *Comœdias audire Regulares est peccatum mortale.*
10 *Conuersationes cum sæcularibus , ac conuiuia facientes Regulares, incurrunt infamiam canonicam.*
11 *Mulieres interuenisse in recreationibus extra Conuentum à Regularibus factis,qualiter puniatur.*
12 *Fœminarum consortium quantum euitandum.*
13 *Conuiuia in Ecclesia facta, qualiter puniantur.*
14 *Silentij transgressio à sacris Canonibus prohibita, & qualiter.*
15 *Superiores conuentus non procurando fieri inuentaria per suos officiales , quam pœnam incurrant.*
16 *Regularis proprietarius qualiter puniendus.*
17 *Infirmorum cura Regularibus præcepta.*
18 *Regularium Superiores,regulam non obseruantes qualiter puniantur.*
19 *Regulares officiales tenentur facere inuentarium de bonis,quæ administrant.*
20 *Regularium Superiores alienantes,& conuertentes ad malum vsum vel non necessarium qualiter puniantur.*
21 *Regulares non possunt iuri quæsito cedere , sine assensu Apostolico.*
22 *Administratores negligentes qualiter puniantur.*

ARGVMENTVM.

Regulares in infamiam facti incurrunt , chorum deserentes , & peccant mortaliter , & hanc eandem infamiam incurrunt ludum exercentes , qui possunt priuari officiis Ecclesiasticis , & electio Superioris lusoris est nulla ipso iure. Egressus nocturnus , & ingressus in Conuentum est causans infamiam.Comœdias audire Regulares est pecc.mor.Fœminarum consortiũ qualiter euitandum à Regularibus. Proprietarij si Regulares sint , qualiter puniantur. Regularium Superior qualiter puniatur , si ad malum vsum conuertat, &c.

Iuris Responsum
P R O
Patre Priore N.

CAPITIBVS propositis negari non posse, infamiam resultare si probaretur,clarissimè probatur.

Circa primum verò P.Priorem pro maiori parte anni paucis dumtaxat diebus vicibusque chorum frequentasse,eum derelinquens diu, noctúque , ex quo relaxatio religiosæ obseruantiæ fuit orta , & chorus ipse derelictus , tum ab ipso Priore , tum à Fratribus Conuentus suis subditis (si probaretur) quod maxima resultaret ei infamia probatur. Nam cum infamia facti , de qua in præsenti illa sit , quæ resultat ex peccato mortali scandaloso , alios scandalizante , *c. infames 6. q.1.* Panormitanus *in c. testimonium de testibus.* Bart. *in l.1. ff.de his,qui notantur infamia* , latè Marcus Paulus de Leone *in praxi pœnitentiariæ p.3.fol.363.cum sequentibus.* Bald. *in dicto c.testimonium* , & Doctores *in l.5. §. minuitur* . vbi glos. *ff. de variis , & extraordinariis cognitonibus.* Decius *in c. at si clerici n.176. de iudiciis.* Cardin. Tuschus *litt.I,conclusione 107. cum decem sequentib.* latissimè Reyger *in Thesauro iuris litt.I,fol.3023.* Ludouicus Gilhausen. *in arbore iudiciar. criminali tom.2. c.6. par.1. §.37.* sed in casu nostro desertio chori in Conuentu facta non excusatur à peccato mortali , & scandalum occasione suæ absentiæ relaxationis eiusdem non excusatur à culpa grauissima , teste Philiberto Marchino *de ordine part.6. difficult.11.* Suarez *tom.2. de Religione lib.4. de horis Canonicis c.10. n.8.* Filliuccius *tom.2. tractatu 23. c.4. num.135.* Bartholomæus à Sancto Fausto *de horis canonicis lib.2.quæst.18.* & est con-

clusio

clusio, quæ colligitur ex Clem. I. de celebratione Missarum, vt bene Sanchez *consil. moralium lib.7.c.2. dub.42.* Pellizzarius *tract.5.c.8. sect.1. n.11.* Bonacina *de horis canonicis disp.2. quæst.1. puncto 1.num.9.* Thesaurus Animæ *part.2. q.50.* Persicus *de horis canonicis c.50. dub.23.* Etenim ob hoc peccatum posset priuari Pater Prior, cæteriq; Prælati similes suis officiis *ex c. si quis Presbyter 92.dist.* vbi clericus suæ Ecclesiæ deputatus, choro adesse negligens deponi iubetur: sic de Prælatis Regularibus dicunt Peyrinus, Bartholomæus à Sancto Fausto, & alij apud Lezzanam *p.4.in verbo officium diuinum,num.3.* Si ergo Prælati prædicti negligentes frequentare chorum, possunt deponi, apertè colligitur, hoc probato scelere, infamiam irrogari.

2 Circa secundum verò caput, permisisse Patrem Priorem ludum alearum in sua propria cella, Fratres etiam ludentes cum eodem, tum nocte, diuque vsque ad mediam fere noctem. Dico quod si hoc probaretur, infamia nemine discrepante, resultaret. Vnde est caput, quod irrogat infamiam. Probatur quia nec Clerici, nec Monachi debent esse lusores, *c.penult. de vita, & honestate clericorum c.Episcopus 35.dist. c.inter dilectos, de excessibus Prælatorum.* Sylvester *in verbo, ludus.* Thomas Actius *de ludo Scacchorum quæst.9.* Trident. *sess.22. c.1. de reformat.* & lusor ludendo dicitur agere turpem vitam, & vt infamis repellitur à testimonio ferendo. Rolandus à Valle *cons.63.num.18. volum.2.* Hostiensis *in summa, in titulo de excessibus Prælatorum,* & adeò iura detestantur iura alearum, & similium, vt imponant pœnam confiscationis domus, in qua luditur, vt habetur in Authen. alearum vsus: etsi tempore quo luditur, committatur furtum in domo illa, non competit domino actio furti, *l.1. §. Prætor ait, ff. de aleatoribus,* latè Farinacius *quæst.109.* & perseuerantes in ludo deponi possunt officiis. Farinacius *vbi supra n.9. ex dicto c.Episcopus.* Paris de Puteo *de ludo n.94.* Diaz *in practica criminali canonica,c.70.* Sylvester *in verb.ludus*, & de Religiosis multo magis docet Farinacius *vbi supra n.985.* Carolus de Grassis *de effectibus clericatus, effectu 22.n.23.* & peccare mortaliter Religiosos ludentes aleis post Sanchez, Peyrinum, & alios docet Pellizzarius *tract.4.c.2. sect.3.n.224.* Nec eligi possunt ad officium Superioris aleatores *dict.c.inter dilectos,* vbi glossa *in verb. aleatorem*: quia sunt infames, Riccius 2. *part. suæ praxis resol.119.* Peyrinus *c.5. §.50.* Campanilis *rubrica 4.n.32.* Lezzana *tom.2. c.12. n.46.& tom.4.fol.394. n.50.* Cum ergo Regularibus sit ludus prohibitus, *ex can.Apostolorum 41. de quo in 35.distinct. & in c. inter dilectos, de excessibus Prælatorum, & c.2. de vita, & honestate clericorum, & in l.alearum C.de Religiosis, & sumptibus funerum, & in §. interdicimus.* Authen. *de Sanctissimis Episcopis, aliisque iuribus,* de quibus Bonacina *de contractibus disp.2.q.3.puncto 1.* Lessius *de instit.& iure lib.2. c.26. dub.1.* Toletus *in summa lib.5.c.27.n.3.* Azorius *to.3.lib.5.c.26.q.8.* Sanchez *tom.1.consiliorum lib.1.c.8.dub.24.* Card. Lugo *de contractibus, disp.31.sect.11.n.1.& sect.2. per totam.* Portellius *in verb.ludus,* etsi fiat frequens siue consuetudinarius, etiamsi absit scandalum, & peccatum mortale, Megala *p.1.lib.5.c.14.n.8.* diceretur verò frequens quãdo fieret semel in hebdomada. Bordonus *resolutionum moralium, resol.33.*
4 *n.5.* Lezzana *in verbo ludus*: quoad Regulares *n.4.* & assistere etiam in ludo Regularibus prohibetur, *d.c.clerici de vita, & honestate clericorum,* & quod tales lusores Regulares efficiantur infames, tradiderunt Doctores *ex Menochio, & Rotæ decisionib.* de quibus Thesaurus *in praxi pœnarum par.2.in verbo, ludus c.4.* P. Azorius. *p.2.c.20. per totum* Lezzana *vbi supra n.50.* & colligitur ex textu *in dict.c. inter dilectos,* & dicuntur infames infamia facti, ex Lezzana, *dict.n.50. & tom.3.in verbo infamia n.1.& 9.* & ob tale crimen, quod committunt male apud omnes audiunt. Thesaurus *vbi sup.* Garcia *de beneficiis p.7.c.8.n.39.* & Prior 5
hic veniret priuandus prioratu, sicut electio Prioris lusoris est ipso iure nulla. Castellin. *de elect.c.4. n.58.* Lezzana *vbi sup.n.50. in ver. ludus*: ergo hoc est caput, quod irrogat infamiã, nõ ergo vigore visitationis poterit cognosci, sed iuris ordine seruato.

Circa 3.caput P. Priorem relaxatum fuisse dum 6
noctis tempore, & diei exiit conuentu: & multoties fuisse noctis tempore per plures horas extra Conuentum cum Fratrum scandalo. Dico, quod si hoc probaretur, esset eum infamare: quia talis nocturnus præsertim egressus ex decreto Clementis VIII. *de referu. casuum,* est casus reseruatus, consequenter peccat mortaliter, vt bene Suarez *tom.4.de Religione, tract.8. lib.1.c.6. n.7.* Lezzana *tom.1.c.16.n.3.* P. Camerinus *de delictis, & pœnis q.130.n.14.* Idem Lezzana *to.3. in verb. clausura, n.4.* Naldus *in summa verbo, clausura*, §. *dummodo.* Peyrinus *tom.2.q.3.c.2.§.1. n.40.* quia talis egressio, est contra voluntatem Religionis, regulæ, & Superiorum; præsertim nocturna, vt aduersarij maleuoli supponunt: & bene explicat Long. *de casib.reseruatis p.2.casu 3.* Molfes. *in sum. to.1.tr.7.c.35.n.16.* ergo si nocturnus exitus, & vagatio est reseruatus, vel reseruabilis, erit graue scelus irrogans infamiam: cum omne peccatum mortale, vt *suprà* dicebamus canonicam irroget infamiam: si præsertim cum scandalo, & qualitate personæ iunctum sit, vt *in 1.c.* dicebamus.

Circa quartum caput, Patrem Priorem dedisse 7
licentiam, notabilemque libertatem fratribus exeundi extra clausturum cum præiudicio regularis obseruantiæ, & disciplinæ. Dico quod si hoc probaretur, esset contra decretum S. D. N. Vrbani VIII. de quo Lezzana *tom.1.c.16. n.50.* vbi ex causa dari debet licentia per Superiorem suo subdito exeundi, & vagationis prælictæ occasio tolli debet. Propterea plures traduntur instructiones ne vagationes prędictæ permittantur: de quibus Lezzana *loco citato, & tom.4.in verb. licentia, n.1.* & Pellizzarius *tract.5.c.6.sect.1.* Suarez *tom.4.de Religione, tract.8.lib.1.c.6.num.50.* Ergo vtpotè faciens Pater Prior contra Pontificias dispositiones, videant viri docti quam pœnam pati deberet, si hoc probaretur.

Circa quintum caput, quod multoties in feria 8
sexta Pater Prior egressus fuerit è conuentu, & recreationibus Pausilippo inter mortificationes feriæ sextæ interfuisse: & quod hoc ipsum fecerit in multis solemnitatibus redeundo ad conuentum noctis tempore, maximo cum eiusdem Conuentus scandalo; ergo Pater Prior qui tenetur vi directiua, (cum sit membrum Ordinis & Constitutiones fiant auctoritate Capituli, potestatem habentis suprà ipsos Prælatos) tenebatur seruare leges suæ Religionis, & etiam vi coactiua, vt bene Rodriquez *tom.1. quæstionum regularium, quæst. 68. art.3.* Miranda *par.2. in manuali quæst.29. tit.4.* Pellizzarius *de priuilegijs cap.8. sect.1. subsect.2. quæst.8. & tract.5. cap.2. num.42.* Suarez *lib.2. cap.8. num.20.* Peyrinus, & alij apud Lezzanam *tom.1. cap.18. num.11.* poterit puniri ob talem excessum, si probaretur, & pœnis

grauibus : etenim Prælati Religionum, violantes Regulas, etiam non obligantes ad peccatum mortale, ſunt in malo ſtatu quia exponuntur probabiliſſimo periculo contemptus ſui ſtatus Regularis, vt benè Sanchez, & alij apud Pellizzarium *tract.* 5. *cap.* 2. *num.* 41. *& ſequenti.* Immò Religionum etiam Generales tenentur ſeruare præcepta, quæ aliis imponunt, idque non ſolum, quia Princeps tenetur ſeruare ſuas leges, iuxtà illud: Tupis eſt pars, quæ diſcordat à ſuo Toto; ſed etiam, quia ipſi debent præcedere ſuos ſubditos exemplo. Ergò ſi puniri poterunt pœnis grauiſſimis; nonne infamia Canonica irrogaretur, ex qua ratione non ad viſitationem negotium eſt remittendum; ſed via ordiaria, & iuris procedendũ.

9 Circa ſextum caput, quod ſcilicet multoties iuerit Pater Prior ad audiendas Comœdias ſæcularium extrà Conuentum; redeundo poſteà noctis tempore horis notabilibus eiuſdem; cum ſcandalo ſubditorum: Hoc caput ſi probaretur eſſet ſanè maximum delictum, licet non ex ſe; cum ex ſe reſpectu Regularium ſint multæ circunſtantiæ conſiderandæ; vt Regularis peccet Comœdias frequentando, quas ponderant D D. cùm Diana *part.* 2. *tract.* 17. *reſol.* 35. *ex cap.* 2. *ne Clerici, vel Monachi*, Pellizzarius *tract.* 4. *cap.* 3. *ſect.* 4. *num.* 105. *cum ſequenti.* Baldellus *lib.* 3. *tom.* 1. *diſp.* 18. In præſenti verò poſita qualitate perſonæ Superioris, ſcandalo, & admiratione Conuentus, nullus excuſaret eùm à peccato mortali & ſic ab infamia Canonica: teſte Ioanne Maria Caſtellent. in Polyanthea caſuũm conſcientiæ *in veb. chorea, difficultate* 3. pecant enim mortaliter tales inſpectores chorearum, & Comœdiarum, cæterorumque ſpectaculorum ad profanitatem tendentium, vt pote ſoluentes mercedem ſaltatricibus, & hiſtrionibus, vt benè Hieronymus Florentinus *in ſua Comœdiocriſi, concl.* 7. Mendozza *volum* 2. *de ſpe, & charitate, diſp.* 173. *ſect.* 28. vt potè alentes tales perſonas turpia exercentes, Caſtellentio vbi *ſupra* Lezzana *tom.* 1. *cap.* 10. *nu.* 7. P. Baldus *lib. q. ſect.* 15. *var. reſolut.*

10 Circa ſeptimum caput, quod pluries fecerit conuerſationes, & conuiuia extrà Conuentum cum ſæcularibus, expenſis etiam ſui Conuentus, cuius erat Superior; & quod perſonaliter iuerit cum ſæcularibus ad eaſdem recreationes, & conuiuia; quod ſi probaretur, contra dictum Chriſti Domini feciſſe Patrem Priorem eiuſq; conſiliũ, de quo Lucæ 24. Attendite ne grauentur corda veſtra Crapula, & ebrietatibus, & Curis ſæcularibus, quod & Apoſtolus ait 1. ad Timothæum *cap.* 4. *& ad Titum cap.* 1. *&* S. Petrus *Epiſtola* 1. *cap.* 5. *Sobrij eſtote &c.* & Eccleſiaſtici 37. Noli auidus eſſe in omni epulatione; & non te effundas ſuper eſcas: & apud ſacros Canones id prohibetur *diſt.* 35. *&* 41. Hoſtienſis *in ſumma de temporibus ordinationum, Regula* 3. *&* 9. tum quia inter epulas, & conuiuia periclitari ſolet pudicitia; nam venter, & genitalia ſibimet vicina ſunt, at ex vicinitate membrorum intelligitur conſideratio vitiorum, vt *in diſtin.* 44. §. 1. Campanilis *in diuerſorio iuris Canonici Rubrica* 4. *num.* 3. tum quia ignominia, atque confuſio eſt ieiuniorum doctrinam prædicare, & Chriſtum eſurientem plenis prædicare corporibus, *cap. Eccleſiæ Principes* 35. *diſtint.* & ex vitio gulæ quinque malæ ſoboles generantur, ſcilicet inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, & hebetudo ſenſus Sanct. Gregorius *lib.* 31. *moralium capite* 1. Sanct. Thomas 2. 2. *quæſt.* 184. *art.* 6. nec excuſantur iſti tales à peccato mortali, & in præſenti nulla eſt cauſa excuſandi cum expenſis Monaſterij, ſicque ſi de alienis bonis id feciſſet; ergò grauiſſimum commiſiſſet ſcelus, ac proinde infamiam Canonicam, Menochius *de arbitrarijs caſu* 404. Farinacius *in fragmentis litt. C, num.* 253. *cum ſequentibus.* Pacis Iordanus *tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 7. *&* 13. Lezzana *dicto tom.* 4. *fol.* 394. *numero* 70. quod tales ſint infames, & viles.

Circa octauum caput, quòd in aliquibus recrea- 11
tionibus extrà Conuentum interuenire fecerit mulieres conſanguineas ſæcularium ſuorum amicorum, eoque præſente, & per multum temporis ſpatium eaſdem mulieres tenuiſſet ad recreationem in rure Monaſterij, in damnum eiuſdem Conuentus: hoc ſi probaretur, veniret puniendus pœna graui, & officio priuandus. Ex notatis à D D. apud Carolum de Graſſis *de effectibus Clericatus, effect.* 26. *per totum*, à familiaritate enim cohabitatione, & conſuetudine fœminarum eſſe abſtinendum iura noſtra exclamant, *cap. interdixit cùm duobus ſequentibus* 32. *diſtint. cap. Hoſpitiolum dicta diſtint. l. eum, qui, vbi* D D. *Cod. de Epiſcopis, & clericis* Barboſa *de Epiſcopo,* 12
gloſſa 8. *cap. Miniſtri altaris, cum pluribus ſequentibus* 8. *diſtint. & cap. Cleros ibidem.* Ex quo Monaſteria Monialium non niſi vrgentibus neceſſitatibus viſitanda ait S. Auguſtinus, teſte Poſſidio in eius vita, & Barboſa *gloſſa* 8. *num.* 14. & quod communia lauacra cùm fœminis non habeantur, dicitur *in cap. non oportet diſtint.* 81. Vulgatum eſt enim illud S. Gregorij dictum *lib.* 5. *Dialogorum, cap.* 11. Qui ſcribens de Presbytero Vrſino, dixit, quod ne quidem à propria vxore ſibi miniſtrari patiebatur, & cum illa ſibi in extremis laboranti, aurem ad explorandum nùm vitalis ſpiritus adhuc vigeret, admouiſſet. *Recede, inquit, à me mulier, adhuc viuit igniculus, tolle paleam.* & paulò poſt viſis Apoſtolorum Principibus Petro, & Paulo, eorum inuitatu, & comitatu euolauit ad Cœlos. Contra enim votum caſtitatis de facili committit, qui talia conſortia habet, & propterea omnino vitanda, licet tales fœminæ ſint religioſæ, & ſanctæ. S. Bonauentura *cap.* 14. *de puritate conſcientiæ, &* S. Baſilius *in aſceticis, ſermone* 1. hinc ſi Religioſus cogatur loqui cum aliqua fœmina, & agere cum ea, id facere non debet ſine arbitrio, quod ſanctus Franciſcus de Paula ſuis Fratribus præſcripſit *in correctorio, num.* 83. *& in regulis Societatis Ieſu, regula* 18. & apud omnes regulares eſt ità, teſte Pellizzario *tract.* 4. *cap.* 3. *ſect.* 1. *num.* 17. eſſet ergo puniendus grauibus pœnis Pater Prior ſi hoc probaretur, irrogatur ergò Canonica infamia probato hoc delicto: non ergò ſunt leuia capita, quæ proponuntur.

Circa nonum caput; ſcilicet maxima cum ir- 13
reuerentia Eccleſiæ indebita Patrem Priorem conuiuia feciſſe mulieribus quibuſdam ſuis amicis, in Congregatione eiuſdem conuentus Capella choro annexa, in qua celebrantur Miſſæ, & hoc clauſis ianuis eiuſdem Eccleſiæ. Dico quod ſi hoc probaretur, eſſet grauiter puniendus, tum ob indecentiam loco ſacro indebitam contra textum, *in cap. fin. de cuſtodia Euchariſtiæ, & in cap.* 2. *de Immunitate Eccleſiarum, in* 6. vbi tales fieri actus in Eccleſiis prohibentur, & facientes poſſunt cenſuris ſubiici; ergò eſt grauis culpa, vt benè Barboſa ibi. Pacis Iordanus *lib.* 11. *de immunitate Eccleſiaſtica tit.* 3. *à n.* 132. augetur culpa cùm ianuis clauſis hoc totum factum fuerit, ſignum malæ actionis; ergo intraret culpa grauis, & Canonica infamia,

mia vt ex supra dictis colligitur.

14 Circa decimum caput relictam fuisse subditis silentij obseruantiam in dormitorio, cellis, cæteriſque locis,& ex hoc alias regulares obseruantias fuisse relictas:si hoc probaretur cõtra suas Regulas peccasset,&contra dictum Iacobi,*epist.* 1.ibi *si quis putat se Religiosum esse,non refrenans linguam suam,sed seducens cor suum,huius vana est religio,*& Prou. 25.*sicut vrbs patens,& absque murorũ ambitu*; ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum; sed cum Dauide dicere debebat.*Pone Domine custodiam ori meo* : dicere cum Sapiente Eccles. 22. *quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, vt non cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me*, & Arsenius dicere solebat:*me sæpe pœnituit dixisse,nunquam autem tacuisse.* Ergo sub præcepto Regulæ omnibus Religiosis silentium est impositum, vt benè Pater Pellizarius *tract.* 2. *cap.* 5. *num.* 19. & sub præcepto esse Regulas silentij colligitur ex Innocentio III. *in cap. cùm ad Monasterium de statu Monachorum,ibi.* In Oratorio verò, Refectorio, Dormitorio, continuum semper silentium obseruetur in clausstro quoque certis horis, & locis: quia *in cap.cum ad Monasterium,de statu Monachorum,* id præcipitur Religiosis, vt benè Hieronymus Gratianus 2. *par. disciplinæ Regularis cap.* 10. §. 2. Lezzana *tom.* 1. *cap.* 7. *num.* 25. Quam obligationem esse sub peccato mortali, disputant D D. cùm Graffio 2.*par. decisionum lib.* 3. *cap.* 22.*num.* 1. est tamen præceptum Pontificium, vt ibi habetur: ergo grauis,vt bene Lezzana *tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 32. Ergo silentium vltra obligationes Regulæ, habet aliam obligationem.

15 Circa vndecimum caput scilicet Patrem Priorem relaxasse obseruantiam ordinatam, & tam commendatam vigore Regularum sui Ordinis,& præsertim *in cap. Generali de anno* 1629. vbi sub pœna priuationis Officij, præcipitur Superioribus immediatis, vt singulis annis subditos procurent exhibere inuentaria suorum bonorum cessorum ad vsum eorumdem. Quod si probaretur esset Superiorem permisisse subditos suos contra Regulas agere sui Ordinis, quod est malum. Secundò esset cooperatum fuisse contra paupertatis votum operantibus, & cum ipsis graue commisisse peccatum, *ex cap. Monachi de statu Monachorum, & cap. cum ad Monasterium eodem titulo, & cap. super quodam, eodem titulo, & in*
16 *Trident. sess.* 25. *de Regularibus cap.* 2. vbi conuictus vt proprietarius Biennio actiua, & passiua voce priuatus sit. Et aliqui dicunt esse Religiosum proprietarium ipso facto à iure excommunicatum; quæ tamen excommunicatio non reperitur expressa, nisi solùm in quibusdam Concilijs Prouincialibus Colonicensibus: *cap. etiam Monachis,de statu Monachorum,*& Monachus peculium habens à communione altaris iubetur remoueri,Bartholomæus de sancto Fausto *de voto paupertatis, quæst.* 198. *& in dicto cap. cùm ad Monasterium* dicitur à Monasterio expellendum esse: licet *in cap. fin. de Regularibus*, talis expulsio correcta sit, & præcipiatur talem Monachum deputandum Monasterij ergastulo, vbi pœnitentiam agat,Sanchez *in summa,lib.* 7. *cap.* 20. *num.* 12. Lezzana *tom.* 1 *cap.* 6. *num.*59. & teneri ex vi voti subditum manifestare Prælato, quæ accipit, vel expendit cùm licentia Superioris, vt ait S. Bonauentura *par.* 1. *in speculo disciplinæ ad Nouitios, cap.*4. Dum modo tum dispensauerit cùm licentia eiusdem Superioris, Sanchez *lib.* 7. *cap.* 19. *num.*8. Bartholomæus à sancto Fausto *lib.*8. *quæst.* 146. Non enim potest Superior Regularis administrationem alicui concedere in perpetuum, *dicto cap. cùm ad Monasterium*, §. *tales de statu Monachorum* ibi (sed cum oportuerit sine contradictione qualibet reuocetur) *cap.porrectum cap. ad nostram de Regularibus*, Faustus *de voto paupertatis, lib.* 8. *quæst.* 151.

Circa duodecimum caput, quod cum infirmis 17
male se gesserit, negligentiam committendo tàm in visitationibus, quàm in eorum necessitatibus; hoc est (si probaretur) contra Regulas status Religiosi: etenim defectus maximus est curam non habere de infirmis; sic enim dixit sanctæ Matri Theresiæ Christus Dominus noster,scilicet vt curam haberet infirmorum, & S. Hieronymus *epist.* 22. *ad Eustochiam*, refert suo tempore solitum fuisse, vt quando infirmaretur Monachus, duceretur statim in amœniorem locum, & tot blandimenta recipiebat à Patribus senibus, vt non amplius cogitaret nec de delitiis sæculi, nec propriæ matris affectibus ibi: (si quis cœperit ægrotare tanto senum fouetur obsequio, vt nec vrbis delicias, nec matris optet affectum) & ex Patribus Ægypti legimus in prœmio ad Regulam sancti Pachomij, quod licet magna ieiunia agerent,nihilominus mirabiliter curam de infirmis habebant. Quare Prælati
contra facientes,peccant contra statuta, Regulas, 18
& perfectionem status Religiosi,& sic ex Tridentini decreto disponitur, *sess.*25.*de reformatione, c.* 1. vbi imponitur præceptum omnibus regularibus suas seruandi regulas, quæ obligatio est ad culpam, & pœnam, eo modo, quo declarant DD. relati per Lezzanam *tom.* 1. *cap.*7. *n.*28.nec possunt Prælati Regulares dispensare in Regulæ obseruantiis; cum potestas Prælatorum sit in ædificationem, non in destructionem, Paulus 2. *Corinthiorum cap.* 10. Sanct. Thomas 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. *ad* 2. ex causa tamen poterunt dispensare, vt latè Lezzana *de Reformatione Regularium, cap.*58. *&* 6. *&* *tom.* 1. *cap.* 7. *in fine*, poterit ergo puniri si probaretur, & consequenter infamiam incurreret Canonicam.

Circa decimum tert. caput non fecisse inuenta- 19
rium bonorum mobilium positorum in coquina, ex quo tenebatur vt quilibet Prælatus vigore Ordinationum Capitularium, propter quod multa defecerunt bona in coquina prædicta, nec potuit peti computorum redditio, quia non fuerunt posita in inuentario: hoc si probaretur esset eum conuincere de vsurpatione bonorum Ecclesiæ,& sui Ministerij, vel saltem quod fuerit Conscius, vel quod de negligentia teneatur: etenim omnes dicunt peccare mortaliter conferentem indigno administrationem, & teneri de mala administratione, Innocentius *in cap. ex ratione, de ætate & qualitate, ex l. Lucius* §. *Imperator ff. ad Municipalem*, latè post alios Castellentius *in Apolyanthea casuum Conscientiæ litt. A,in verb.ad ministrare difficultate* 4.& est Bulla Vrbani VIII. 26. *to.*4. *Bullarij*,& decreta Sacræ Congregationis Regularium in quibus dicitur qualiter facienda est administratio bonorum Regulariu,minter cætera,vt fiat Authenticum exemplum.Late Lezzana *to.* 3. *in verb.administratio,n.*2.*&* *to.*1.*c.*18.*n.*13.*&* *to.* 2.*c.*19.*n.*52.*cum sequentib.*Sunt ergo hæc capita, si probarentur,talis naturæ, qualitatis, ac conditionis vt irrogent vel ciuilem, legalemque infamiam, vel saltem Canonicam, ex peccato mortali consurgentẽ. Consequenter non per viam visitationis cognoscendam; sed per iudiciariam cognitionem, vigore capituli facti in anno 1629.

quod vtpote in viridi obſeruantia exiſtens ſic, nec aliter, eſt iudicandum, ſuadente ita cauſæ iuſtitia.

Circa capita concernentia adminiſtrationem temporalitatis, Pater Prior de aliquibus inſimulatur.

20 Primò (cum quo concordat ſecundum & tertium) quod ſcilicet alienauerit bona Conuentus ad vanos, & ſuperfluos vſus: vanos, inquam, & ſuperfluos; quia non ſeruatus fuit modus quo in expenſis neceſſariis vſi fuerunt alij anteceſſores Priores, & quod fecerit ſæcularibus plura conuiuia cum ſumptibus Monaſterij, & quod per ſpatium vnius anni in Conuentu victum ſubminiſtrauerit duobus ſæcularibus ſuis parentibus. Quod ſanè ſi probaretur, eſſet eum proprietarij vitio condemnare; quia adminiſtratio bonorum Monaſterij Prælato competit, *c. nullum 19. q. 1.* Nauarrus, *comment. 3. de Regularibus n. 5. & 6.* Suarez *tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 2. c. 26.* expendentes verò bona Monaſterij in vſus profanos, vanos, aut ſuperfluos, peccant contra votum paupertatis, & ſunt proprietarij: quia non ſunt domini bonorum Monaſterij; ſed tantum Adminiſtratores in vtilitatem ipſius; atque ita poſſunt ſolum expendere in ipſius vtilitatem, quia ad hoc ſolum habent facultatem à Monaſterio, quod eſt dominus talium bonorum. Nauarrus *lib. 3. conſ. 75. in 1. editione, & in d. conſ. 3.* Azorius *tom. 1. lib. 12. c. 12. quæſt. 2.* Lezzana *tom. 1. c. 18. n. 13.*

21 Secundò opponitur (ſed quarto in Ordine) quod cum notabili præiudicio Monaſterij alienauerit Pater Prior ducatos octingentos, peruentos à quantitate Ducatorum mille, peruenta vigore legati pro Miſſa perpetua ſingulis diebus, vt faceret retrocedere Conuentui domum quandam à Doctore Carolo Graſſo, etiam eidem Carolo cedendo Ducatos quadringentos tertiarum; cum idem Carolus eſſet debitor Conuentus in Ducatis quinquaginta annuis. Quo poſito facto ſi probatione coadiuuaretur, vtique Pater Prior incurriſſet in pœnas alienantium, ſaltem illius quantitatis pecuniæ, quam Carolo Graſſo renunciauit, cum tales renunciationes iuris quæſiti fieri nequeant ſine beneplacito Apoſtolico, ex notatis in extrauaganti *ambitioſæ de rebus Eccleſiæ non alienandis*: cum tales ceſſiones quæſiti iuris nequeant fieri, vt latè Barboſa *in dicta extrauaganti*, & Lezzana *tom. 1. c. 10. & tom. 2. c. 19. à n. 54. & tom. 3. fol. 67. in verbo alienare*, & cenſurasincurriſſet, quę cauſant infamiam: cum ſit cenſura excõmunicationis pœna, qua nulla maior in Eccleſia; vt in ſimili idem Lezzana *conſ. 25. & conſult. 37.* Caſtillento *in verb. alienat. fol. 53.*

22 Tertiò (ſed quinto in Ordine) quod cum fuerit pluries admonitus, vt faceret reparare quaſdam domos peruentas ad eund. Conuentum à quondam Magiſtro Patre Andrea Brancaleone, quæ domus minabantur manifeſtam ruinam, noluit facere: propter quod ceciderunt cum notabili Conuentus damno. Quod ſi probaretur, eſſet in culpa: nam Adminiſtrator tenetur res tempore perituras curare, vel alienare: quod ſi non fecerit, tenetur de proprio *l. Ariſto 99. §. 1. ff. de iure deliberandi l. lex quæ 22. C. de adminiſtratione tutorum l. non ſolum 53. ff. de petitione hæreditatis.* Bertacchinus *in verb. Adminiſtrator.* Ioſeph Ludouicus *in l. Procuratorem 16. n. 3. Cod. de Procuratoribus.* Dauid Doringius *in Bibliotheca iureconſultorum in verb. Adminiſtrator n. 65.* Tenebatur enim ipſe Pater Prior inuigilare, atque perquirere, quæ ad officium, quod gerebat, ſpectabant, Crauetta *conſ. 132. n. 13.* Grammaticus *deci. ſ. 103. n. 36.* Hieronymus Gabriel *conſ. 169. n. 2. vol. 2.* Prukman, *conſ. 3. num. 6.* Dauid Doringius *in verbo Adminiſtrator, numero 363.*

Circa verò alia vltima capita, expendiſſe Patrem Priorem notabilem quantitatem pecuniarum, pro innouandis quibuſdam feneſtris Sacriſtiæ, ex quo damnum reſultauit Monaſterio; & accepiſſe pecuniam Ducatorum ducentorum, nomine Conuentus Apocham conficiendo pro dicta ſumma, & quantitate: ſi probaretur, vtique de culpa teneretur in negotiis gerendis ſui Conuentus, non ſeruata forma Sacrorum Canonum, & decretorum ſacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, vt *ſupra* dicebamus, & per conſequens non excuſaretur à culpa.

Quibus omnibus Capitulis probatis, reſultaret infamia Patris Prioris: ergo non viſitationis modo, ſed iudiciaria procedi debet.

Ita fuit practicatum.

DISCEPTATIO LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies, & iuris patronatus, de quo in præſenti, traditur origo.*
2 *Conditio appoſita in fundatione iuris patronatus, de quo hic.*
3 *Illuſtriſſimi Epiſcopi Auerſani conſenſus refertur.*
4 *Præſentationes, & inſtitutiones plures recenſentur.*
5 *Vacatio ſequuta de menſe Ianuarij 1661. offertur, & quid dederit occaſionem diſputandi.*
6 *Ius patronatus triplex Eccleſiaſticum, Laïcale, & mixtum.*
7 *Ius patronatus Eccleſiaſticum poteſt eſſe quod habuerit originem à laicis.*
8 *Ius patronatus fundatum à clerico, ſi ignoretur de quibus bonis, qualiter iudicandum ſit.*
9 *Ius patronatus ex bonis Eccleſiæ fundatum, & in laicum tranſlatum authoritate Apoſtolica, an fiat laïcale.*
10 *Præſentantis perſona qualiter ſit attendenda.*
11 *Laïcus acquirens bona Eccleſiæ quando illa mutent conditionem?*
12 *Ius patronatus Eccleſiaſticum eſſe fundatum de bonis Eccleſiæ qualiter requiratur.*
13 *Præſentatione, an acquiratur ius in re, an ad rem.*
14 *Pluribus præſentantibus quando acquiratur ius ad rem.*
15 *Patronus laïcus poteſt variare, non ſic Eccleſiaſticus.*
16 *Variatio qualiter permittatur cumulatiua an priuatiua Patronis laicis.*
17 *Præſentatio à Patronis laïcis fit intra quatrimeſtre, ſed ab Eccleſiaſticis intra ſemeſtre.*
18 *Præſentandi tempus currit etiam diebus feriatis, & qualiter.*

19 *Epiſ*

19 *Episcopus instituit transacto tempore dato ad præsentandum patronis.*
20 *Patronorum scientia vacationis debet esse certa.*
21 *Ius patronatus Ecclesiasticum continetur sub regula 8. Cancellariæ.*
22 *Ius Patronatus quando sit sub regula 8. Cancellaria.*
23 *Ius patronatus Ecclesiasticum non continetur sub regula. 8. apud Hispanos.*
24 *Reseruatio qualiter colligatur ex regula.*
25 *Ius patronatus mixtum non continetur sub regula 8. Cancellariæ.*
26 *Beneficia iuris patronatus laïcalis non cadunt sub reseruatione mensium.*
27 *Ius patronatus mixtum quando stet sub regula 8.*
28 *Ius patronatus Ecclesiasticum non semper cadit sub regula, & quando.*
29 *Tempus ad præsentandum quale sit, si ius patronatus transeat de vno ad alium.*
30 *Ius patronatus laïcale translatum ad Ecclesiam; quando fiat Ecclesiasticum.*
31 *Ius patronatus pro certo genere personarum passiuè fundatum non per hoc quod fiat Ecclesiasticum poterit aliis dari.*
32 *Ius patronatus Ecclesiasticum factum per translationem cadit sub regula de mensibus.*
33 *Ius patronatus quando transire debet ad alium cum licentia Episcopi.*
34 *Ius patronatus originariè laïcale translatum ad Ecclesiam, quando stet sub regula.*
35 *Ius patronatus spectans ad confraternitates laïcales, laïcale dici debet.*
36 *Beneficium iuris patronatus, quo quis fuit priuatus, non potest ab Episcopo conferri suis familiaribus, vel affinibus &c.*
37 *Bulla Pij IV. id prohibens de quo num. antecedenti an procedat in Beneficijs de iure patronatus.*
38 *Beneficia vacantia per renunciationem coram Ordinario, an possint dari consanguineis, vel affinibus Episcopi.*
39 *Bulla Pij V. 58. de qua num. antecedenti, an comprehendat Beneficia iuris patronatus.*
40 *Ius patronatus, de quo in præsenti, est origine, & translatione laïcale.*
41 *Episcopo ius patronatus donatum, quando fiat Ecclesiasticum.*
42 *Coniectura sæcularitatis, quæ sit.*
43 Tex. in l. quod Principi 56. ff. de legat. 2. *explicatur.*
44 *Ius patronatus laïcale si detur Ecclesiæ cum qualitate laïcali, remanet laïcale.*
45 *Decisio affertur punctualis ad propositum.*
46 *Iuris patronatus translatio qualiter in dubio facta censeatur in Ecclesiam.*
47 *Translatio iuris patronatus de laïco in Clericum quando fiat cum qualitate laïcali.*
48 *Ius præsentandi si daretur Ecclesiæ non efficitur ius patronatus Ecclesiasticum.*
49 *Ius præsentandi potest vni donari, & alteri ius patronatus.*
50 *Ius nominandi si vnus habeat, & alius ius præsentandi an ius patronatus specificetur à nominante, vel à præsentante.*
51 *Ius patronatus relictum confratribus, cui censeatur relictum.*
52 *Ius patronatus relictum Ciuibus, an censeatur Ciuitati relictum.*
53 *Episcopus si conferat iure deuoluto, vel iure præsentationis, quos actus facere debeat.*
54 *Beneficia quæ subijciantur regulæ 8. Cancellariæ.*
55 *Rotæ decisio apud Caualerium 278. explicatur.*

ARGVMENTVM.

Ius patronatus Ecclesiasticum est laïcale, & mixtum, & explicatur quodcumque à Clerico fundatum, si de cuius bonis sit ignoretur, quale sit præsumendum. Fundatum ab Ecclesia si transferatur in laïcum authoritate Apostolica, an sit laïcale. Præsentatione quale ius acquiratur in rem, vel ad rem. Patroni laïci possunt variare, & non Ecclesiastici. Quæ variatio quomodo intelligatur. Præsentandi tempus qualiter currat; & eo tempore transacto quid faciet Episcopus. Ius patronatus Ecclesiasticum non semper continetur sub Regula 8. Cancellariæ. Ius Patronatus laïcale translatum ad Ecclesiam, quando fiat Ecclesiasticum, & quid si transeat cum natura laïcali, & quid in dubio. Bullæ Pij IV. & Pij V. quæ prohibent beneficia vacantia per priuationem, vel resignationem conferri posse Episcoporum consanguineis, familiaribus, vel affinibus, qualiter procedant. Ius præsentandi potest separari à iure patronatus. Episcopus conferens iure deuoluto, vel iure repræsentationis quot actus facere debeat.

Auersana Iuris Patronatus,

An Beneficium Iuris Patronatus Laïcalis fundatum, cum conditione quod, extinctis omnibus lineæ Masculinæ, Episcop. præsentet in perpetuum &c. subiiciatur Regulæ octauæ, si vacet in mense Pontificis?

Ad explicationem Regulæ octauæ Cancellariæ Apostolicæ.

SVPPONITVR in facto Reuerendum D. Marcum Antonium de Martuccio olim Curatum Terræ Carditi Auersanæ Diœcesis in anno 1592. deuotionis causa, dotare de aliquibus bonis stabilibus

propriis capellam quandam intra curatam Eccleſiam dicti Caſalis ſub titulo ſanctiſſimæ Annunciationis, & reſeruauit ſibi ius patronatus, nec non vt poſt eiuſdem mortem eligeretur Cappellanus ſicuti ex nunc elegit Reuerendum D. Iulium Letterium poſt mortem cuius D. Iulij, voluit, vt tale ius patronatus eſſet magnificorum Alphonſi, & Hieronymi Martuccij filiorum quondam Martiæ Martucci ſui nepotis, & eorum filiorum, ac deſcendentium, maſculini ſexus tantum, in infinitum cum facultate, vt in caſu vacationis dicti fratres, & poſt eorum mortem primogenitus ab eis maſculini ſexus in infinitum, & in perpetuum, deberet præſentare Cappellanum in dict. cappella, qui eſſet Sacerdos, alias nullius roboris eſſet præſentatio, & ab Illuſtriſſimo Epiſcopo, ob talem defectum commiſſum, eſſet collatio facienda.

2 Verum dixit, quod in defectum lineæ maſculinæ eorundem Alphonſi, & Hieronymi dictum ius patronatus, & ius præſentandi eſſet Illuſtriſſimi domini Epiſcopi Auerſani, & quod in d. cappella quilibet Cappellanus dicere deberet in perpetuum vnam Miſſam ſine cantu qualibet hebdomada in die Sabbati, & in die ſuæ mortis ſingulis annis celebretur anniuerſarium cum Miſſa cantata pro anima ſua, vt ex teſtamento *fol. 5. & fol. 21.*

3 Pro qua erectione iuris patronatus, & dotatione cappellæ memoriale porrexit Illuſtriſſimo Epiſcopo Auerſano, vt dignaretur præſtare ſuum beneplacitum, & à Reuerendo D. Marco Antonio porrecto memoriali, fuit per Illuſtriſſimum Epiſcopum erecta Cappellania in beneficium Eccleſiaſticum eiuſdem domini Marci Antonij, & ſuorum nepotum, ſeruata forma petitionis, *folio 21.*

4 In hoc ſtatu exiſtente beneficio prædicto, *in anno 1602.* per mortem D. Iulij Letterij idem D. Marcus Antonius præſentauit in Cappellanum Clericum Gregor. de Iſa, ſuum Nepotem, qui per curiam Epiſcopalem Auerſanam fuit inſtitutus, in anno deinde 1606. per mortem d. Clerici Gregor. Iſa, vacante Cappellania comparuit Alphonſus de Martuccio nepos dicti quondam domini Marci Antonij, & præſentauit pro Cappellano Reuerendum D. Io. Iacobum Battiglierium, qui fuit inſtitutus, *in anno 1608.* vacante eadem cappella per mortem dicti D. Iacobi, comparuit dominus Alphonſus Martuccius in curia Epiſcopali Auerſana, & præſentauit in Cappellanum Reuerendum D. Philippum Perillum, qui fuit inſtitutus, *in anno 1627.* vacauit iterum Cappellania ob mortem eiuſdem D. Philippi, & comparuit idem Alphonſus Martuccius in curia Epiſcopali Auerſana, & præſentauit in eius locum Reuerendum dominum Marcum Marium Sagittam, qui obtinuit Bullas, *in anno 1632.* dict. D. Marcus Sagitta permutauit dictum beneficium cum quodam canonicatu, quod ad ſui fauorem reſignauit Reuerendus dominus Marcellus Landulfus, & ſic dicta Cappellania ſanctiſſimæ Annunciatæ fuit vigore litterarum Apoſtolicarum vigore permutationis collata ipſi D. Marcello Landulfo, & Canonicatus fuit datus eidem D. Mario Sagittæ, & dictus dominus Marcellus accepit actualem, & pacificam poſſeſſionem, vſque ad eius obitum.

5 In menſe Ianuarij præſentis anni 1661. ob mortem dicti R. D. Marcell. Landulphi vacauit dicta Cappellania extincta linea maſculina illorum de Martucciis (vt ſupponitur mihi in facto) ex quo cum primùm notitiam habuerit Illuſtriſſimus D. Epiſcopus Auerſanus, nunc Nuntius apud ſacram Cæſaream maieſtatem die 19. Februarij 1661. conſtituit ſuum Procuratorem ad præſentandum Reuerendum Dominum Marcellum Pacificum, vt præſentaret, & nominaret in Cappellanum dict. Cappellaniæ clericũ Ioſephum Creſconium ſuum cubicularium, vigore cuius procurationis dictus Reuerend. D. Marcellus Pacificus vti Procurator Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi ad hunc actum comparuit in curia Epiſcopali Auerſana, & præſentauit in dicta Cappellania dictum Clericum Ioſephum Creſconium, quæ præſentatio ex parte Creſconij fuit acceptata per D. Antonium Francolinum ſuum Procuratorem ad hunc actum, & fuerunt expedita edicta contra intereſſe prætendentes, & die 16. Martij 1661. fuerunt tempore debito accuſatæ contumaciæ, & dato termino probatorio, fuit probatum Hieronymum, & Alphonſum fuiſſe mortuos ſine liberis, & ſine deſcendentibus maſculini ſexus, fuit facta publicatio, & monitio ad dicendum, & dum expectabatur decretum curiæ Auerſanæ, peruenit ad aures curiæ quod Clericus Iulius Sanzorett i vigore Breuis ad capiendam poſſeſſionem, ceperit poſſeſſionem dict. Cappellæ cum pacto, vt infra menſes ſex faciat ſibi expediri Bullas Romæ, qui prętendit dictum beneficium eſſe collatiuum, & non de iure patronatus, & tanquam vacans in menſe Ianuarij, ſpectet ad Papam collatio, ècontra prætendit D. Epiſcopus quod etiamſi beneficium vacauerit in menſe reſeruato Sedi Apoſtolicæ, nihilominus præſentatio ſpectet ad ſeipſum, dum diſpoſuit fundator, quod non exiſtentibus deſcendentibus maſculini ſexus eiuſdem Hieronymi, & Alphonſi dictum ius patronatus, & ius præſentandi in dicta Cappellania ſpectet ad Illuſtriſſimum Epiſcopum Auerſanum qui pro tempore fuerit: quod quæritur eſt, an tale ius patronatus à principio laïcale, ſit factum Eccleſiaſticum vt intret ſub regula de menſibus per hoc quod voluit præſentationem ab Epiſcopo faciendam extincta linea: ſecundò qualiter ſint Bullæ, & à quo expediendæ: ideò ſit

Prima concluſio Ius: patronatus aliud eſt Ec- 6
cleſiaſticum, aliud laïcale, aliud mixtum, *c. vnic. de iure patronatus in 6.* Gonzalez *in regul. 8. Cancellariæ gloſſ. 18. num. 50.* Garcia *part. 3. de beneficiis c. 1. num. 553. & ſeqq.* Maranta *de commut. vlt. volunt. c. 10. num. 220.* Barboſa *p. 3. de poteſtat. Epiſcopi, alleg. 72. num. 128. & ſequent.* Dicitur Eccleſiaſticum, quod fundatum fuit de bonis Eccleſiæ ſiue à laïcis, ſiue à clericis fundetur: dicitur laïcale quod fundatum fuit de bonis laïcalibus, ſiue fundetur à clericis de bonis propriis, ſiue à laïcis, *cap. dilectus de offic. delegati c. cùm dilectus, de iure patronatus, dict. cap. vnico*, vel Eccleſiaſticum dicitur, quod tranſit à laïco ad Eccleſiam *d. c. vnico.* Couarr. *pract. q. cap. 36. n. 20.* Gonzal. *vbi ſup. n. 5.* Garcia *vbi ſup. n. 553. & 555.* Viuianus *lib. 1. c. 3. per totum*: mixtum dicitur quod participat ex vtroque.

Illud etiam eſt ius patronatus Eccleſiaſticum, 7
quod licet originem habuerit à patrimonio laïco, tamen fuit vel ab initio, vel poſtea fundatione, teſtamento, donatione, aut alio quovis titulo tranſlatum in Eccleſiam, aut in Capitulum, ſeu collegium Eccleſiaſticum, Canonicorum, Regularium, aut Sæcularium, vel in aliquam perſonam Eccleſiaſticam ratione dignitatis, vel beneficij

(eo

(eo modo quo dicemus infra) vt explicat Lambert. *lib.1.q.1.art.8.* Rocchus *in verbo, Ius, q.7. num.14.* Rebuff. *in praxi beneficiaria, de præſentatione, num.5.& 7.& p.3. ſignaturæ in verbo, nec non iuris patronatus, num.8.* Couarr. *d.c.36.pract.* Riccius *in prax.reſol.152.* Gonzalez *regul.8. gloſſa 18. num.50.* Velaſchus *conſult.163. num.5.* Garſia *p.5. cap.1. num.553.* Maceratenſis *lib.1. var. reſolut.8. numero 14.* Cenedus *ad ſenſum decretalis collect.21. num.3.* mutata enim conditione perſonæ, etiam mutata videtur bonorum conditio. Velaſchus *de emphyt. quæſt.17. n.25.* & vbi res non priuilegiata peruenit ad priuilegiatam, amittit naturam antiquam, & efficitur res priuilegiata, Tiraquellus *de iure primogenitura, in præfatione, num.153.* Barboſa *in l.hæres abſens, n.176. ff. de indic.* alter Barboſa *allegatione 72. n.129.*

Quod ſi clericus fundet ius patronatus, & ignoretur an de bonis patrimonialibus, an de beneficiis fundatum ſit, tunc præſumitur de vtriſque, & erit Eccleſiaſticum & laïcale. Rocchus *de iure patronatus in verbo ius, num.19. in fin.* caſu verò quo clericus fundaret de bonis ſui patrimonij ius patronatus tunc æquiparatur laïcali, vt poſt alios Barboſa *in c. cùm dilect.28. per ea verba (in eo quod tanquam clericus)* quod idem Barboſa dixerat *de poteſtate Epiſcopi, d. alleg.72. numero 153.& in d.c. cùm dilectus n.7.* & poterit talis clericus variare, & alterum præſentare ſicut Patronus laïcus, vt poſt textum *in dict.c.cùm dilectus,* dicit Barboſa *num.7.* & Gutierrez *de iuramento p.3.c.15. n.13.*

9 An verò ius patronatus ex bonis Eccleſiaſticis fundatum, ſed cauſa permutationis, vel alio titulo oneroſo in laïcum tranſlatum authoritate Apoſtolica remaneat Eccleſiaſticum, vel efficiatur laïcale, quæſtio eſt.

Veriſſima eſt opinio quod ſit laïcale, ſicut enim quando à principio ius patronatus eſt laïcale, & deinde tranſit in Eccleſiaſticas perſonas, efficitur Eccleſiaſticum, & illius naturam aſſumit, Abbas *in c. de Monachis, num.14. de prob. & cap.1. de iure patronatus in 6.* vbi Ioan. Monachus *num.4.* Probus *in addit. num.17.* Rebuffus *de nominationibus quæſt.8. n.12.* Crotus *conſ.291. num.25. lib.3.* Card. Seraphin. *dec.1420.* ita è contra dicendum videtur, vt ius patronatus exuat primordialem ſuam naturam, & dum tranſit in laïcum identidem efficiatur laïcale, vt bene Cu-
10 ualcanus *dec.22. num.6. part.1.* Attenditur enim perſona, quæ præſentat, & quæ poſſidet ius præſentandi, & prout eſt illa, ita etiam determinatur natura ipſius iuris patronatus Mohedanus *dec.9. de iure patronatus.* Creſcentius *dec.9. eod. tit.* Achilles *dec.1. eodem titulo.* Puteus *dec.90. lib.3.* & regula eſt, quod ſi laïcus ex iuſto titulo, & cum ſolemnitate efficiatur dominus, & ac-
11 quirat bona Eccleſiaſtica, hæc bona non dicuntur amplius Eccleſiaſtica, ſed aſſumunt naturam & qualitatem perſonarum quibus ipſa bona cohærent, & ideò efficiuntur in totum laïcalia, & patrimonialia, Vaſquius, *lib.1. de ſucceſſ. §.29. n.684.* Surd. *conſ.358. à n.9.*

12 Neque dicatur quod qualitas quod ius patronatus ſit ex bonis Eccleſiaſticis fundatum, videatur inſeparabilis etiamſi tranſeat ad laïcos, ac proinde efficitur, vt tanquam Eccleſiaſticum ſit reputandum.

Reſpond. enim quod licet illa qualitas vim aliquam habere videatur ad talem repræſentationem faciendam, & ſuam originalem naturam ſuſtentandam quando ius patronatus titulo lucratiuo acquiritur, tamen quando laïcus illud acquirit titulo oneroſo mediante permutatione, & cum Authoritate Apoſtolica, videtur effici laïcale, & illud quod à laïco in permutatione datum fuit Monaſterio, videtur ſuccedere loco illius iuris patronatus Eccleſiaſtici, alioquin in valde exorbitanti lucro verſaretur Eccleſia, ſi vtrumq; nempè, & quod illa dat, & quod recipit Eccleſiaſticum remaneret.

Inter duo iſta iuris patronatus eſt conuenien- 13
tia generalis quod in vtroque per præſentationem non acquiritur ius in re, ſed ad rem, Rocchus *de iure patronatus in principio num.8. & in verbo ius, quæſt.4.* Pariſius *lib.2. de reſignatione beneficiorum, quæſt.13. n.12.& lib.7. quæſt.1. num.78. cum ſequentibus,* Seraphinus *dec.1238.* Rota *deciſ.546.* apud Farinacium, Gonzalez *in regula 8. gloſſ.15.§.2.* Viuianus *part.2. lib.8.* quod ius ad rem vt acquiratur præſentato, debet fieri coram habente inſtituere, gloſ. *in verb. præſentari in Clement. dudum, de ſepulturis:* ſed non requiritur admiſſio ſuperioris, Riccius *part.5. collect.1661.* ſed 14
quando ſunt plures præſentati tunc per dictam præſentationem nullum acquiritur ius ad rem, Mohedanus *dec.1. de præb.* Marius Antoninus *lib.1. var. reſol. reſolut.104. num.16.* Riccius *collect.1661.* qui dicit quod quando quis eſt præſentatus à quibuſdam perſonis, alius ab aliis in æquali, & pari numero, vt vnus iſtorum dicatur habere ius ad rem, requiritur maior pars votorum.

Maxima tamen eſt differentia quod patronus 15
laïcus poteſt variare ſcilicet vno præſentato, poteſt alium præſentare, *cap. quod autem 5. de iure patronatus,* Barboſa *alleg.72. num 151.* quæ variatio poteſt duobus modis fieri: primo vnico conſenſu plures præſentando vt is inſtituatur, quem Epiſcopus elegerit, Clement. *ſi plures,* vbi Doctores *de iure patronatus.* Secundo modo poteſt fieri plures ordine ſucceſſiuo præſentando, & ſic diuerſis temporibus, *vt in d. cap. quod autem,* Lambertinus *lib.2. p.2. quæſt.7. art.11.* & ſic variando
16 patronus non recedit, ſed accumulat, & in dubio præſumitur cumulatiuè præſentaſſe, ſi ſecundo præſentat: nam ſi priuatiuè abſque cauſa præmiſſa præſentaret, non audiretur, Rocchus *de iure patronatus in verb. honorificum, quæſt.13.* Lambertinus *vbi ſuprà, art.21.* Barboſa *d. alleg.72. à num.158.* & notatur *ex d. cap. quod autem,* quod quando res non eſt integra, & ſic poſt acceptationem, & quando iam eſt ius quæſitum nominato, non eſt licita variatio, Gironda *de priuil. exempt. n.7112.& ſeq.*

Et ex hoc fit quod præſentatio à patronis laï- 17
cis eſt facienda intra quadrimeſtre à patronis vero Eccleſiaſticis infrà ſemeſtre, *cap. vnico de iure patronatus in 6. cap. cum propter 27. in verbo (infrà quatuor menſes) de iure patronatus,* Vgolinus *de offic. Epiſcopi c.51. num.50.* Riccius *parte 2. deciſ.218. num.14.& 15.* Franciſc. Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, part.2. cap.6. num.23.* Viuianus *p.2. lib.7. cap.1.* Garcia *de beneficiis p.5. cap.9. numero 209.* Barboſa *p.3. alleg.72. num.126. vbi* 18
num.127. ait quod tale tempus currit etiam diebus feriatis cùm ſit continuum, *& à numero 128.* quærit quod dicatur ius patronatus Eccleſiaſticum, *& à num.133.* ait quod in dubio vbi fit mentio iuris patronatus, intelligitur de Eccleſiaſtico, latè Maſſobrius *in prax. requiſito 20. dubio 1.*
19 *à num.6.* Verùm Epiſcopus tranſacto tempore dato à iure patronis ad præſentandum, liberè de

Rectore

Rectore Eccleſiæ prouidere poteſt, Didacus Spino *in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ.* 4. *principali num.* 18. dummodo prius conſtet de lapſu temporis à die ſcientiæ patronorum, Verallus *dec.* 248. *nu.* 3. *part.* 3. Seraphinus *dec.* 380. *num.* 1. Rota *dec.* 173. *num.* 1. *& dec.* 186. *num.* 1. *quæſt.* 6. *recentiorum*, Beltram. *ad dec.* 177. *Gregorij XV. num.* 9. & fuit deciſum in Praten. Beneficij 24. Februarij 1620. coram Buratto, quæ quidem ſcientia patronorum, vt deuolutioni ſit locus, debet eſſe certa, nec ſufficit interpretatoria, & veriſimilis Seraphinus *dec.* 1173. *num.* 3. Rota *dec.* 173. *& dec.* 186. *p.* 2. *recentiorum*, Gabriel *conſ.* 185. *num.* 6. *lib.* 2. Garſia *p.* 10. *de Beneficijs, cap.* 3. *num.* 34. & ius præſentandi conſeruatur in vno ex patronis, qui ſcientiam talis vacationis non habuit, aliis propter ſcientiam excluſis, Rota *in Spoletana* 28. *Maij* 1590. apud Garſiam *p.* 10. *cap.* 2. *num.* 91. Barboſa *in cap. cum propter* 27. *de iure patronatus.*

21 Secunda Concluſio ius patronatus Eccleſiaſticum eſt ſub regula 8. Cancellariæ comprehenſum, ſed ſi ſit laïcale, vel mixtum non cadit in reſeruatione menſium (dixi mixtum quia ad effectum reſeruationis ius patronatus mixtum, regulatur tanquam laïcale *cap.* 1. *de iure patronatus in* 6. *licet* quoad effectum concurſus habeatur vt ius patronatus Eccleſiaſticum Garſia *p.* 9. *cap.* 2. §. 2. *num.* 283. Maſſobrius *in præludio* 7. *dub.* 20. *num.* 158. *& num.* 85.) & ideo ius patronatus laïcale, vel mixtum quocumque menſe poterit conferri ab Epiſcopo, & ſic non ligantur manus Ordinarij, quominus potuerit inſtituere etiam ſi vacaſſet per reſignationem, & menſis non obſtaret quando vacat per reſignationem, Eraſmus à Kochier *in Regula de menſibus, gloſſ.* 11. *numero* 29. & patet *ex regula* ibi *(aliàs quam per reſignationem)* Maſſobrius *vbi ſuprà* & ſic *ſub regula* 8. continetur ius patronatus Eccleſiaſticum, non laïcale, vel mixtum, Card. Puteus *dec.* 319. *lib.* 1. *& dec.* 308. *lib.* 3. Achilles de Graſſis *deciſ.* 3. *de iure patronatus:* idem Cardin. Puteus *dec.* 157. Creſcentius *dec.* 3. *de iure patronatus*, quod verum eſt, quando tale Iuspatronatus competit ex
22 fundatione, conſtructione, dotatione, vel donatione facta ab habente illud ex prædictis titulis: nam alij patronatus competentes ex præſcriptione, conſuetudine, vel priuilegio, aut alio quocumque modo non prodeſſent ad impediendam reſeruationem dictæ regulæ, tum quia tales patronatus ſunt hodie ſublati per Concilium Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. tum quia dicti patronatus etiam ante Concilium Trident. ſub reſeruationibus comprehendebantur Caſſadorus, *dec.* 4. *de præb.* Gonſalez *in Regula* 8. *Cancellariæ, gloſſ.* 18. *num.* 18. Couarr. *pract. cap.* 36. Paris. *lib.* 2. *quæſtione* 4.

23 Verùm hoc limitatur in Hiſpania præſertim in Regnis Caſtellæ: quia ibi ius patronatus Eccleſiaſticum non comprehenditur ſub regula 8. teſte Garſia *p.* 5. *de Beneficijs cap.* 1. §. 11. *n.* 557. Imò indifferenter beneficia iuris patronatus etiam Eccleſiaſtici ad præſentationem Patronorum prouidentur in partibus, in quocumque menſe vacauerint, vt ſeruari quotidiè dicit Garſia cum communi, quos ſequitur Kochier *in Regula* 8. *gloſſ.* 8. *per totam.*

24 Quæ quidem Concluſio colligitur *ex dicta regula* 8. ibi (omnia Beneficia Eccleſiaſtica cum Cura, & ſine Cura ſæcularia (aliàs quam per reſignationem) quocumque modo vacauerint, ad collationem, promotionem, præſentationem, electionem, & quauis alia diſpoſitione quorumcumq; Collatorum & collationum ſæcularium, & quorumvis Ordinum regularium (non tamen S. R. E. Cardinalium diſpoſitioni ſuæ generaliter reſeruauit, quam deducunt ex littera Regulæ Mandoſius, Sarmientus, Falconius, & alij *in tit. de reſeruationibus qua.* 3. *principali n.* 1. *&* 2. Gonſalez *in Regula* 8. *gloſſ.* 18. vbi diligenter inquirunt, vtrum omnia beneficia quæ ad præſentationem aliorum conferuntur, dicta regula comprehendat, ſiue ſint ad præſentationem laïcarum, & de iure patronatus laïcorum, ſiuè ſint mixta id eſt ad præſentationem laïcorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, ſiuè ſint merè de iure patronatus Eccleſiaſtico, & omnes vnanimiter dicunt *dictam regulam* 8. *Cancellariæ* comprehendere tantum illa Beneficia, quæ ſunt de iure patronatus Eccleſiaſtico; Beneficia verò quæ ſunt de iure patronatus laïcali ſiuè mixto, ſcilicet quando in eo præſentant perſonæ Eccleſiaſticæ, & laïcæ, non comprehendit regula, notat Gonſalez *num.* 2. *& num.* 8. Rota *dec.* 655. *p.* 4. *in recentioribus, tom.* 3. Rubei. 25

Itaque Beneficia de iurepatronatus laïcali non 26
comprehenduntur ſub regula 8. & ſic non cadunt ſub reſeruatione menſium, Rota coram Caualerio *dec.* 278. Idem dicas de mixto, quia ſub regula de menſibus non comprehenditur, Gregorius XV. *dec.* 48. quod ius patronatus mixtum quoad effectum derogationis ſequitur natura laïcalis, Gonſalez *gloſſ.* 18. *n.* 12. 13. & 14. Rota *dec.* 174. *num.* 10. *p.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 541.
num. 4. *parte* 2. *recentiorum*, quod ſanè pro- 27
cedit quando patroni laïci habent maiorem, vel ſaltem æqualem vocum partem, ſecus ſi ſit ius patronatus quod pro maiori parte ſpectaret ad perſonas Eccleſiaſticas, tunc enim caderet ſub reſeruationibus, Creſcentius, *dec.* 3. *de iure patronatus* Gonſalez *vbi ſuprà, numero* 15. *& 17.*

Non tamen omne ius patronatus Eccleſiaſti- 28
cum cadit ſub regula 8. Cancellariæ: quia ius patronatus Eccleſiaſticum competens confraternitatibus laïcorum cauſa pietatis inſtitutis, & ab Epiſcopo approbatis, & gaudentibus Priuilegiis locorum piorum, non cadit ſub reſeruatione Regulæ 8. Cancellariæ ex quadam æquitate, Garſia *cap.* 1. *num.* 608. *& 612.* qui idem probat in iure patronatus competente Collegiis inſtitutis pro ſuſtentatione ſtudentium pauperum, vel aliorum egenorum, quæ ſunt loca pia, & iuriſdictioni Eccleſiaſticæ ſubiecta, poſt alios Viuianus *parte* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *à numero* 15. *cum ſequentibus.*

Obſerua etiam cum Gratiano *cap.* 177. *num.* 29
3. Perez *de anniuerſarijs lib.* 2. *cap.* 9. Barboſa *in cap. illud* 8. *de iure patronatus*, quod licet laïcus habeat quadrimeſtre ad præſentandum, tamen Eccleſia habebit ſemeſtre, etiam ſi à laïco acquiſierit ius patronatus, quia Eccleſia quantum ad præſentandum reputatur patronus non laïcus; ſed Eccleſiaſticus & ſic patronus laïcus habet quadrimeſtre ad præſentandum; Eccleſiaſticus verò ſemeſtre *d. cap. vnico de iure patronatus in* 6. Garſia *part.* 5. *cap.* 9. *num.* 209. vbi *num.* 210. ſubdit quod quando ſunt Eccleſiaſtici, & laïci ſimul omnes habent ſemeſtre etiam laïci ratione communionis, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, ſic Eccleſiaſticum dicitur illud ius patronatus, quod pertinet ad præſentationem Monaſterij, Gonſalez *in regul.* 8. *Cancellariæ, gloſſ.* 18. *num.* 5. Barboſa *in cap. vnico de iure patronatus in* 6. *num.* 4. plures differentias, inter ius patronatus

Eccleſiaſticum

Ecclesiasticum, & sæculare ponit Viuianus *lib.* 1. *cap.* 3. *per totum.*

30 Tertia Conclusio, ius patronatus laïcale si transferatur ad Ecclesiam, Collegium, Canonicatum &c. fit Ecclesiasticum *cap. vnico* §. *fin.* vbi gloss. & D D. *de iure patronatus in* 6. Lambertinus *lib.* 1. *de iure patronatus p.* 1. *quæst.* 1. *art.* 8. quod etiam dicit *lib.* 2. *p.* 2. *art.* 2. *quæst.* 9. Rocchus de Curte *de iure patronatus, in verbo ipse, vel esse, num.* 32. Couarr. *pract. cap.* 36. *num.* 5. Rota coram Seraphino *dec.* 1420. qui etiam dicit quòd si vigore fundationis, dotationis, vel con-

31 structionis ius patronatus passiuè debeatur certo generi personarum, quæ S. præsentari debeant, & non aliter, tunc si per hoc quod fiat Ecclesiasticum comprehenditur sub regula de mensibus, vnde in mense Pontificis pertinet ad Papam collatio, tunc Papa tenetur conferre illud personis vocatis ex vi fundationis iuris patronatus; quia non per hoc, quod fiat Ecclesiasticum censetur Papa voluisse per tales reseruationes præiudicare nisi solis collatoribus, non autem personis quibus ex fundatione ius competit, sic etiam dicit Hieron. Paulus *in practica Cancellariæ vers. in causa mea*, Card. Crescentius *dec.* 3 *de iure patronatus*, Didacus Spino *in speculo testamentorum, glossa* 4. *num.* 16. Garsia *de Beneficijs, parte* 5. *cap.* 1. *num.* 553. Gonsalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ gloss.* 18. *numero* 50. Ferentillus ad Burattum *dec.* 103. *litt.*

32 *A*, quia ergò fit Ecclesiasticum per translationem; propterea comprehenditur sub regula reseruatoria de mensibus, vt bene Gregor XV. *dec.* 48. *num.* 4. Rota *dec* 541. *num.* 4. *par.* 2. *recentiorum*, Garsia *vbi suprà num.* 552. Gonsalez *vbi suprà num.* 6. *cum sequentibus* : vnde non potest fieri præsentatio in mensibus reseruatis, quando est ius patronatus Ecclesiasticum, vt dicit Rota coram Orano. *in Valentina Beneficij* 26. *martij* 1592. de qua Burattus *d. dec.* 103. *n.* 4.

33 Et licet ius patronatus quando donatur vel relinquitur laïco, debeat (nisi sit compatronus) cum consensu Episcopi dari, D D. *in cap. cum seculum de iure patronatus*, & ante consensum Episcopi ius patronatus remanet apud hæredem, communiter D D. cum Rocco de Curte *in verbo pro eo, quæst.* 2. *num.* 6. & consensus Episcopi debet interuenire ante præsentationem faciendam per legatarium : quia tale legatum non tenet ante approbationem factam per Episcopum, & cautius aget legatarius si faciet interuenire cõsensum, vel in morte, vel ante mortem Testatoris, Roccus *vbi suprà n.* 6. Lambertinus *de iure patronatus lib.* 1. *par.* 2. *quæst.* 6. *art.* 4. *num.* 3. *& quæst.* 1. *art.* 10. Syluester *in summa, in verbo ius patronatus, num.* 4. Viuianus *vbi suprà* si tamen ius patronatus laïcale donatum sit Ecclesiæ, efficitur Ecclesiasticum : quia laïcus sine consensu Episcopi potest dare suum ius patronatus eidem, vel Ecclesiæ, vel loco Religioso, qui non per hoc præiudicat iuri Episcopi, *cap. vnico de iure patronatus in* 6. Rocchus *de iure patronatus in verbo pro eo, quo.* 2. *à num.* 2. *& quæst.* 3. *à n.* 6.

34 Et sic illud ius patronatus Ecclesiasticum est sub regula comprehensum, quod licet originem habuerit ex patrimonio laïci, fuit tamen vel ab initio, vel fundatione Testatoris, donatione aut alio quouis modo, & titulo in Ecclesiam translatum, aut in Capitulum seu Collegium Ecclesiasticum Canonicorum Regularium, aut Sæcularium, vel in aliquam personam Ecclesiasticam ratione Ecclesiasticæ dignitatis, aut Beneficij Roccus *de iure patronatus in verbo ius, quæst.* 7. *num.* 14. Lambertinus *libro* 1. *quæstione prima*, Rebuffus *in prax. in tit. de præsentat. num.* 5. & 7. *p.* 3. *signaturæ in verbo ius patronatus, num.* 8. Couarr. *pract. cap.* 36. *num.* 2. & Paris *lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 39. Gonsalez *gloss.* 18. *num.* 5. Velaschus *consil.* 163. *num.* 15, Garsia *parte* 5. *cap.* 1. *num.* 35 553. Seraphin. *dec.* 1420. Rota coram Buratto *dec.* 41. *num.* 4. *part.* 2. ius tamen patronatus spectans ad laïcales confraternitates censetur laïcale, Rota apud Barbosam *dict. cap. vnico, num.* 50. & sic quando res non priuilegiata peruenit ad priuilegiatum, amittit naturam antiquam, & efficitur res priuilegiata, Barbos. *in l. hæres absens, num.* 176. *ff. de indic.* nec omittendum est ius patronatus amissi per erectionem in Collegiatam quando scilicet patronus patitur Ecclesiam erigi in Collegiatam, sine aliqua reseruatione sui iuris, ex glossa *in cap. nobis, vers. Capella* 25. *de iure patronatus*, secùs si fiat talis erectio ignorante, vel contradicente patrono, vel sibi reseruante ius, vt latè Boick, & Abbas *in cap. nobis, de iure patronatus*, Lambertinus *lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 1. *n.* 2. Massobrius *prælud.* 7. *dub.* 40. *n.* 5. & 6.

Nec etiam prætereundum est quod Beneficium 36 iuris patronatus de quo quis fuit priuatus per Episcopum, seu Vicarium non potest per eundem Episcopum conferri suo familiari affini, & cæteris, sic habetur *ex bulla Pij IV. p.* 2. *Bullarij, Bulla* 14. vbi Summus Pontifex dicit non debere Episcopos, & Prælatos Beneficia, quibus alios priuant, conferre consanguineis, affinibus & similibus, de qua Bulla latè Gonsalez *in Regul.* 8. *gloss.* 15. *num.* 157. & licet aliqui putauerint Bullam prædictam non habere locum in be- 37 neficiis de iure patronatus; sed in beneficiis collatiuis, de quibus Gratianus *cap.* 809. contrarium tamen tenet idem Gratianus propter plures rationes, de quibus ibi præsertim *num.* 10. quia constitutio, de qua agimus, fuit expressè condita per summum Pontificem fauore animæ quo casu semper fit extentio, quamuis essemus in pœnalibus, & odiosis, gloss. *in cap. sciant de elect. in* 6. *& in cap. fin. eod. tit.* & dixit Abbas *in cap. iurauit, de probat.* Menoch. *cons.* 125. *num.* 14. *lib.* 1. quod perpetuo menti tenendum dicunt omnes cum Gratiano vbi *suprà num.* 10.

Quod verò supra dicebamus non posse con- 38 ferri Beneficium ab Episcopo, (quo aliquem priuauit) suis consanguineis affinibus, & familiaribus, procedit etiam quando Beneficia vacant per renunciationem, etiam coram Ordinario per Bullam Pij V. 58. & contra eos qui contraueniunt, graues instituuntur pœnæ, de quibus Parisius *lib.* 5. *de resignat. Beneficior. quæst.* 7. *nu.* 18. *& sequent.* de qua etiam Bulla, Quaranta *in summa Bullarij, in verbo Beneficiorum resignatio*, Scorzia *in select. summ. Pontif. Theoremate* 251. 39 Quæ quidem prohibitio admittendi resignationem, & prouidendi consanguineis, non habet locum in Beneficiis iuris patronatus, quæ non comprehendi in dicta Bulla Pij V. declarauit Sacra Congregatio, Teste Quaranta *vbi suprà*, plura adducit Barbosa *lib.* 3. *de iure Ecclesiastico cap.* 15. *num.* 112. quod etiam dicit *in decisionibus Apostolicis, c.* 61. *num.* 13. Filliuccius *tract.* 45. *cap.* 8. *num.* 28. *&* 29. Tondutus Sanligerius, *tom.* 1. *cap.* 33.

Quarta Conclusio : ius patronatus, de quo in 40 præsenti, non subiicitur regulæ 8. Cancellariæ; sed habetur vti ius patronatus laïcale, & ad præsentationem Illustriss. Episcopi Auersani, si linea est extincta.

Probatur primò : quia poteſt Epiſcopus habere ius præſentandi in aliqua Eccleſia, quo caſu tenetur idoneum præſentare, *c. ſignificaſti* 18. *de iure patronatus*, quæ tamen conceſſio facta Epiſcopo, non ipſius perſonæ intuitu, ſed Eccleſiæ contemplatione cenſetur facta, Ita Innoc. *in d. c. ſignificaſti, num.* 2. & 4. Abbas, & alij, *in d. cap.* Couarr. per text. ibi, *in c. requiſiſti de teſtam.* Lambertin. *lib.* 1. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 13. *n.* 3. & 4. Menoch. *de arbitrar. q.* 68. *à n.* 21. & diſtingunt hoc modo,

41 quod ſi eſt facta donatio iuris patronatus Epiſcopo ſub nomine appellatiuo, tunc procedit, quod dixi, ſed ſi detur alia coniectura per quam iudicetur conceſſio perſonalis, quæ fit Epiſcopo, tunc erit præſentatio per Epiſcopum facienda, & non acquiritur Eccleſiæ *d. c. requiſiſti*, ergo donatio facta Epiſcopo ſub nomine appellatiuo, non perſonæ, ſed Eccleſiæ ſuæ facta eſſe dicetur, *d. c. ſignificaſti* 18. ibi: Epiſcopi, quod non eſt proprium, ſed appellatiuum ex ſua natura aptum ad comprehendendum quoſcumque in illa dignitate poſitos, tam præſentes quàm futuros gloſ. magn. & Abb. *notab.* 3. *in c. quoniam*, Abbas *de offic. deleg.* niſi aliud ex materia ſubiecta deprehendatur, vt ex textu ſic intelligendo, *in c. aduerſus de Imm. Eccl.*

42 propter excommunicationem de qua agit, vel ex intentione concedentis per textum, ſic intelligendum *in l. ſi quid earum* 45. §. *vlt. in fine*, *ff. de legat.* 3. & faciunt pro eodem intellectu verba d. textus, *in d. c. ſignificaſti*, vbi (poſt promotionem ſuam quæ quidem verba non erant neceſſaria ſi perſonalis eſſet conceſſio, vt *in dict. textu*, non ante promotionem fieri poterat : tertio conſiderantur alia verba, de quibus ibi (pro Eccleſiis illi commiſſis) quæ quidem denotant conceſſionem iuris patronatus, de quo ibi fuiſſe rea em.

43 Neque obſtat text. *in l. quod Principi* 56. *ff. de leg.* 2. quem conſiderat Couarr. *vbi ſuprà n.* 4. & *pract. c.* 11. Suarez *alleg.* 50. *n.* 3.

Reſpondetur enim quod licèt verum ſit textum illum eſſe ius ſingulare, & ſpecialiter procedere in Principe, vt ſignificant eius verba ex conſtitutione D. Antonini, nihilominus tamen ius ſingulare quod conſtituit, in eo verificatur quod legatum indiſtinctè cenſetur relictum contemplatione dignitatis, ſiue appellatiuo, ſiue proprio nomine relinquatur, cuius nominis proprij reſpectu, fuit inducta prædicta conſtitutio.

44 Ius verò patronatus, de quo in præſenti, quod non ſit factum Eccleſiaſticum, patet : quia licet ius patronatus de laïco tranſeat in Eccleſiam, ſeù clericum, non tamen ſemper fit Eccleſiaſticum, putà ſi relinquatur Eccleſiæ vel clerico ratione ſuæ Eccleſiæ, vel beneficij à laïco, ſed cum natura iuris patronatus laïcalis tantum, nam tunc ſemper erit laïcale, vt exemplificat deciſum referens Maſſobrius *in praxi prælud.* 7. *dub.* 21. *n.* 39. Viuianus *p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 20. & Rota *in quodam iure*

45 *patronatus inſtituto, & fundato* à quodam clerico de bonis propriis reſeruato ſibi, & certis ſuis conſanguineis maſculis tantum, & legitimis, ac naturalib. iure patronatus, & in euentum extinctionis ipſarum linearum vocauit Capitulum Cathedralis, ordinans, vt ad dictum Capitulum tranſeat cum natura tantum iuris patronatus laïcalis, ita vt laïci more fieri deberet præſentatio ; fuit dictum in Rota tranſactum ius patronatus eſſe laïcale, nec regulis reſeruatoriis ſubiici, Maſobrius *prælud.* 7. *dub.* 20. *à num.* 4[illegible]. & *num.* 36. Viuian. *vbi ſuprà lib.* 1. *c.* 20. & Farinac. *dec.* 88. *p.* 1. ait quod ius patronatus ex fundatione, vel dotatione regulæ 8. de menſibus non ſubjicitur, etiamſi Papa dixiſſet, vt tale ius patronatus perindè habeatur, ac ſi eſſet ex fundatione vel dotatione : quia hoc eſſet ex gratia vel priuilegio : vnde non tollitur, quin verè ſit ex fundatione, vel dotatione, & ſic laïcale, quam Farinac. deciſionem reportat, Maſſobrius *in prax. habendi concurſum ad Parœcialem. prælud.* 7. *dub.* 21. *n.* 11.

Ergo ſi ius patronatus tranſeat ad Eccleſiam, 46
vel ad clericum cum qualitate, & natura iuris patronatus laïcalis, erit laïcale, ex Rotæ *deciſ. de qua ſuprà*, videamus in dubio de quo in præſenti, quomodo tranſierit ad Epiſcopum, & ſane dico cum qualitate laïcali : nam doctiſſimus Lambertinus *lib.* 1. *de iure patronatus, p.* 2. *qu.* 11. *principali art.* 13. venit ad cauſam, quærit enim ibi, ſi reperiatur facta tranſlatio, conceſſio per iuris patronatus alicuius Eccleſiæ in Epiſcopum, Abbatem, Rectorem, ſeu alium clericum, quomodo intelligatur facta an intuitu Eccleſiæ, vel iure priuati, & erit vtilitas, vt ſciamus, an ius patronatus erit Epiſcopi, vel clerici, vt priuati, an Eccleſiæ, & reſpondet Lambertinus quod ſi ex circumſtantiis, vel aliis coniecturis conſiderari & argui poterit, vtrum tranſlatio iuris patronatus fuerit facta intuitu perſonæ vel Eccleſiæ, tunc ſecundum quod fuerit facta, accipi debet, de quibus circumſtantiis, & coniecturis agit Abbas, Barbatia cum aliis *in cap. quoniam*, Abbas *in* 3. *col. de offic. deleg.* & Doctores *in cap. requiſiſti de teſtamentis.* Bart. *in l. annua*, §. *Titia ff. de ann. legat.* & *in* 47
l. ciuib. ff. de reb. dub. & *per Canoniſtas in c. Priuileg. de regul. iur. in* 6. & per firmam. *de Epiſc. lib.* 4. *p.* 4. *in* 8. *q.* qui dicunt an intuitu perſonæ ſit tranſlatū, an intuitu Eccleſię Card. Zabarel. *conſ.* 82. & 122. ſubdit Lambert. *n.* 3. quod ſi reperiatur tranſlatio iuris patronatus facta ſine conſenſu Epiſcopi, tunc intelligitur intuitu Eccleſiæ, & vt Eccleſiaſticum eſt tractandum : nam alioquin non valeret tranſlatio, ſed ſi reperiatur tranſlatio facta cum conſenſu Epiſcopi, tunc erit tranſlatio iudicanda facta intuitu perſonæ, & non in Eccleſiam, nec erit Eccleſiaſticum iudicandum, Lambertin. *fol.* 267. *colum.* 1. *in fin.* Ergo cum in Epiſcopum Auerſanum à principio ille de Martuccio dixerit extincta linea quod ſit ius patronatus Epiſcopi Auerſani, & ad hoc adhibuerit licentiam tunc temporis Ordinarij, dicendum eſt, eſſe in Epiſcopum tranſlatum cum qualitate, & natura iuris patronatus laïcalis.

Probatur ſecundò : quia ſi donetur in Eccleſia- 48
ſticam perſonam, vel Eccleſiam non ius patronatus, ſed ius præſentandi, vel nominandi, tunc laïcale ius patronatus non efficitur Eccleſiaſticum, quia aliud eſt ius patronatus, & aliud ius præſentandi iuxta *conſ. Calderini, de iure patronatus* 19. *& dec....* Cardin. Seraphin. 456. Quod ſane intellige quando patronus conceſſit ius præſentandi cum reſeruatione iuris patronatus ; in quibus terminis loquuntur Doctores citati, quod ſi quis transferat ius eligendi, nominandi, & confirmandi in perſonam Eccleſiaſticam ſine aliqua iuris patronatus reſeruatione, tunc efficitur Eccleſiaſticum : ergo cum in præſenti extincta linea maſculina de Martucciis ; quia voluerit teſtator à principio fundationis, quod tunc, & eo caſu Epiſcopus præſentaret : ergo voluit adeſſe ius patronatus, ſed præſentationem faciendam per Epiſcopum : etenim non eſt inconueniens ius præſentandi vni, & ius patronatus alteri competere, Calderinus *conſ.* 19. *de iure patronatus*, qui ait 49
poſſe patronum donare alteri ius præſentandi reſeruato

seruato sibi iure patronatus quoad alia, & reseruari poterit ius patronatus ad fauorem vnius, & ius præsentandi ad fauorem alterius, Seraphin. *dec.*456.Tondutus Sanligerius *part.*3. *tom.*2. *capite* 192. *num.*4. Ergo quando Patronus laïcus donat Ecclesiæ ius præsentandi, tunc retinet naturam laïcalem : Ergo cum in præsenti ius præsentandi voluerit adesse semper, & in perpetuum per Episcopum apparet euidenter voluisse testatorem firmo remanente iure patronatus pertinere præsentationem ad Episcopum, & remanet ius patronatus ad futuram rei memoriam illorum de Martucciis, & fundatoris, dummodo præsentatio fiat per Episcopum : ergo crit ius patronatus laïcale, cum qua qualitate laïcale transsatum censetur ius præsentandi, vt *suprà* diximus, & quando transit cum qualitate laïcali, Rota dixit non subiacere regulæ de mensibus,vt post Burattum *dec.*103. & alios dicit Tondut. *p.*3. *tom.*2. *c.*196.*n.*12.

50 Quod si quis habeat ius nominandi Rectorem in Ecclesia,sed alius habeat ius præsentandi Episcopo,quæstio est penes quem sit ius patronatus? vtrum sit penes nominantem vel penes præsentantem? quam quæstionem examinat Gammarus *lib.*3.*de Legato à latere,num.*392. *cum seqq.* qui dicit esse penes præsentantem, cum nominatio non sit in consideratione, pro qua sententia plura allegat,postea tamen ipse *num.*397. contrarium sequitur, quoniam vt ait gloss.*in c.ad audientiam de Ecclesiis ædificandis*,ipse actus præsentandi nominatum ab alio, non est liber, sed necessarius, quod est contra naturam iuris patronatus, quæ est vt patronus sit liber in præsentando Idoneum *c.piæ mentis*, *c.filiis* 16. *quæst.*7. vnde in Rota *dec.*48. *num.*6. *part.*1. recentiorum fuit dictum quod ius patronatus, in quo nominat vniuersitas,& præsentant portionarij scilicet Ecclesiastici, sit laïcale, & non Ecclesiasticum : ergo sumitur à nominatione non à præsentatione, prout bene Ferentill. ad Burattum *d. dec.*103. quæ quidem decisio est illa eadem scilicet 483. *p.*1. *recentiorum.*De qua Tondutus Sanligerius *tom.*2.*de re beneficiaria,p.*3.*c.*195.*num.*13.

51 Quod si ius patronatuus sit relictum confratribus, non censetur relictum solis Prioribus, seu Consulibus confraternitatis, sed toti ipsi confraternitati ex adductis per Abbatem, & per Barbat. *in cap. requisisti de testam.* vbi optimè Couarr. provt priuilegium concessum clericis censetur concessum Ecclesiæ,Bart. *in l.cum plures*, vbi communiter Doctores, *C.de sacrof.Eccles.*& ciuibus relictum habetur vt relictum ciuitati, *l.*2. vbi DD. *ff.de rebus dubiis*, Loseus *de iure vniuersitatis,quæst.*5. *num.*10.Menochius *lib.*2. *præsumptione* 101.vice versa ius patronatus relictum consulibus, seu Prioribus vniuersitatis non censetur relictum ipsi vniuersitati, sed solum Prioribus, & Consulibus pro tempore, ita vt ipsi soli debeant præsentare, Baldus *in l. si quis* 48. §. *in omnibus,num.*19. *Cod. de Episcop.& Cleric.* Rota *decis.*574. *part.*1. *diuers.* quod fuit decisum in causa Romana beneficiatus sancti Laurentij in Damaso 7. Februarij 1628. coram Durano,quæ est *decisio* 130. eiusdem, cuius meminit in discursu *post decisionem* 284. *cum decisione* 287. *numero* 124. *in fin.* & addit Duranus, *decis.*230. quod ius patronatus relictum Monialibus, vel Conuentui, vbi religiosè viuunt Moniales, dicitur effectum Ecclesiasticum.

52

53 Tandem pro Coronide obseruo, quod quando Episcopus habet ius conferendi ius patronatus, si conferat iure deuoluto à patronis laïcis, tunc vnicum actum expedire debet, qui dicitur collatio, seu institutio supplens vicem præsentationis, *cap. significasti,de iure patronatus.* Lambertinus *lib.*1. *part.*2. *quæst.*1. *art.* 24. *num.*15. *fol.*590. *colum.*1. sed si iure proprio ex donatione, vel translatione, legato &c. tunc relatis decem casibus dicit *num.*8. *vers. sed si haberet*, quod tali casu haberet vicem duarum personarum;ideóque habebit duo tempora vnum scilicet datum patronis ad præsentandum, & aliud ad instituendum præsentatum, quod si sit ad ipsum veluti intuitu Ecclesiæ concessum, tunc erit in Episcopi arbitrium, an velit prouidere Ecclesiæ vnico actu an duobus scilicet per præsentationem, & postea institutionem vt conseruet ius patronatus, quia præsentatio facta per Episcopum, habebit vim institutionis, vt bene insignis, Lambertinus, *dict. articulo* 24. *folio* 589. *numero* 15.

Vnde habes beneficium iuris patronatus Ec- 54
clesiasticum esse laïcale, & mixtum solum Ecclesiasticum subiici regulæ 8. de mensibus, laïcale etiam dici, quando donatur Ecclesiæ vel personis Ecclesiasticis cum qualitate laïcali, quæ si expressa non fuerit ex coniectura colligitur, ius verò præsentandi, si daretur Ecclesiasticis, vel clericis, non censetur Ecclesiasticum, sed laïcale, multo magis si coniectura sit, vt in perpetuum fiat præsentatio. Nec obstat decisio Rotæ apud Caualerium *dec.*178. ibi non obstat
quod hoc sit beneficium de iure patronatus, quia 55
respondebatur hoc non esse ius patronatus laïcale sed Ecclesiasticum, quia erat donatum per laïcum personis Ecclesiasticis, cui decisioni facile, & euidenter occurrit solutio, nam in primis est relictum cum qualitate præsentationis faciendæ per Illustrissimum Episcopum Auersanum, & in principio fundationis sic dedit Episcopus consensum : vnde est sufficiens coniectura quòd transsatum fuit cum qualitate laïcali : ergo non subiicitur regulæ de mensibus, vt dicebamus : scripsi hodie.

Iulius Caponus.

DISCEPTATIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur disputanda.*
2 *Condemnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem iure digestorum testamentum facere nequit.*
3 *Damnati ad mortem antiquitus amittebant libertatem, & efficiebantur serui pœnæ.*
4 *Damnati ad mortem iure antiquo censebantur, vti Peregrini.*
5 *Publicatio bonorum qualiter fiebat olim,& qualiter nunc.*
6 *Testamentum an facere possit ille, cuius bona sunt confiscata.*
7 *Textus* in Auth. sed hodie, Cod. de donat. inter virum, & vxorem *adducitur,& explicatur.*
8 *Damnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem secundum aliquos iure authenticorum testari potest.*
9 *Testamentum fieri potest à condemnato ad mortem secundum Theologos.*

10 *Damnatus ad mortem naturalem non efficitur ſeruus pœnæ iure authenticorum.*
11 *Teſtamentum fieri poteſt per condemnatum ad perpetuos Carceres, vel ad Triremes.*
12 *Pœnæ ſeruum nullum hodie fieri per condemnationem quomodo intelligatur.*
13 *Leges nouæ correctoriæ qualiter ſint interpretandæ.*
14 *Confiſcatio bonorum, quibus in caſibus permittatur.*
15 *Clericus condemnatus ad perpetuos carceres poteſt iure canonico teſtari.*
16 *Damnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem iure authenticorum ſecundum aliquos poteſt teſtari.*
17 *Authenticorum iure nullus bene natus efficitur ſeruus pœnæ.*
18 *Iura generaliter loquentia qualiter intelligenda.*
19 *Damnati ad mortem naturalem teſtari poſſunt iure authenticorum.*
20 *Damnati ad mortem ciuilem teſtantur iure authenticorum, non damnati ad mortem naturalem ſecundum aliquos.*
21 *Differentiæ ratio concluſionis ſupradictæ adducitur.*
22 *Bannitus, an, & qualiter teſtari poſſit.*
23 *Textus* in l. qui vltimo, ff. de pœnis, *vtrum corrigatur per text.* in Auth. ſed hodie, C. de donat. inter virum.
24 *Condemnatus ad mortem quicquid ſit de iure, de conſuetudine tamen teſtamentum facit.*
25 *Conſuetudo teſtandi in damnatis prædictis, viget in toto orbe.*
26 *Præambuli decreta plura adducuntur facta per M. C. V. vigore teſtamentorum factorum per condemnatos ad mortem.*
27 *Damnati ad mortem naturalem quid amittant iure ciuili.*
28 *Peregrini quomodo, & qualiter æquiparentur condemnatis ad mortem.*
29 *Textus* in Auth. ſed hodie, *de quibus damnatis loquatur.*
30 *Lex generaliter loquens caſus ſpeciales qualiter non comprehendat.*
31 *Teſtamenti factio non impeditur per defectum bonorum.*
32 *Regens de Marinis*, tom. 1. cap. 332. *reprobatur, & aliter intelliguntur exempla, quæ refert.*
33 *Teſtamentum factum à contumace, vtrum & quando valeat.*
34 *Molfeſij locus*, part. 4. ad conſuetudines q. 47. n. 16. *explicatur.*
35 *Condemnatus ad mortem teſtari poteſt ad pias cauſas, contra nonnullos contrarium ſentientes.*

ARGVMENTVM.

Textus in Auth. ſed hodie, Codice de donatione inter virum, *explicatur, & qualiter corrigat iura digeſtorum. Teſtamentum factum per condemnatum ad mortem iure Authenticorum an valuerit, & quid attenta conſuetudine recepta in toto orbe, vbi plura exempla relata per Regentem de Marinis reprobantur, pluráque præambula facta ad beneficium hæredum inſtitutorum per tales condemnatos ad mortem afferuntur. Ad pias cauſas iuxta communem ſententiam poſſunt tales damnati ad mortem teſtari.*

PRO

Eccleſia Sancti Pauli majoris huius Ciuitatis,

CONTRA

Anellam Anſalone.

FACTVM.

CVm Ioſeph Arduinus condemnatus fuerit ad mortem ob patratum delictum, in carceribus M. C. V. conſtitutus, teſtamentum fecit in quo inſtituit hæredem Sacellum B. Gaetani Thienei, conſtructum intra venerabilem Eccleſiam Diui Pauli religionis clericorum Regularium, fuit diſceptatum in M. C. V. & in Sancta Congregatione inter Anellam Anſalone proximiorem ab inteſtato ſucceſſuram, & Procuratorem venerabilis domus Sancti Pauli maioris huius Ciuitatis, prætendentis ad ſe ſpectare omni iure præambulum ſucceſſionis ex teſtamento pro Capella Beati Gaetani, pro cuius teſtamenti validitate, ſcripſit eruditus vir Carolus de Roſa eiuſdem venerabilis domus Aduocatus, ego tamen pro veritate requiſitus, cenſeo diuerſo modo regulandum eſſe articulum, & in plures concluſiones diuidendam eſſe materiam pro adæquata deciſione in hoc negotio facienda, vnde ſit 1

Prima Concluſio, condemnatus ad mortem naturalem, vel ad mortem ciuilem, putà deportatus in inſulam, item aquæ & igni interdictus, item damnatus ad metallum iure communi ciuili teſtari non poteſt, ſed eſt omnino inteſtabilis, actiuè, & paſſiuè, imò ſi prius teſtamentum feciſſet ante condemnationem, vel ante crimen, ob quod ita damnabatur, ſequuta damnatione irritum erat, & nullum, ita habetur *in l. eum qui §. ſed cui, ff. de teſtam. l. ſi quis filio exhæredato, §. irritum, ff. de iniuſto rupto, l. qui vltimo, ff. de pœnis, l. lex Cornelia 5. §. ſi quis, ff. de iniurijs, cum pluribus alijs* de quibus Conarr. *in rubr. de teſtam. part. 3. num. 27.* Ferdinandus Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. §. 1. num. 151. vſque ad 159. & de ſucceſſionum reſolutione §. 3. num. 34. & quæſt. illuſtr. cap. 96. num. 1. & 2.* Gomeſ. *in l. 4. Tauri, num. 1.* Marta *de ſucceſſ. p. 4. quæſt. 1. art. 5. num. 17. & 37.* Clar. *in §. teſtamentum quæſt. 21. & 22.* Graſſ. *in eodem §. teſtamentum quæſt. 26. 27. & 28.* Anton. Picchard. *lib. 2. inſtit.* 2

snstit. tit. 12. §. *eius qui*, *num.* 11. Benedictus Egidius Lusitanus *in Commentarijs ad l.* 1. *Cod. de sacros. Eccles.* §. 5. *num.* 1. *&* 2. Taddeus Pisonius *lib.* 1. *var. resol. cap.* 3. Ioannes Harprect, *in addit. ad Iul. Clar. in d.* §. *testamentum*, *quæst.* 21. *numero* 2. *& in comment. ad tit. institutionum*, quibus non est permissum facere testamentum, §. *eius qui*, *num.* 12. Ioannes Rodulph. Faber. *in sisteamta iuris lib.* 2. *tit.* 12. quibus non est permissum facere testamentum.

3 Ratio verò conclusionis illa est: quia omnes illi, qui ita damnabantur, primò amittebant libertatem, & efficiebantur quasi serui pœnæ, ideo sicuti serui non possunt testari, *l. filius fam. ff. de testam.* ita nec ipsi poterant. Secundò efficiebantur quasi Peregrini, ideoque sicut Peregrini iure antiquo testari non poterant, *l.* 1. *C. de hæred. inst.* vbi D D. communiter, ita nec ipsi, de quibus 5 loquimur. Tertiò quia bona horum damnatorum iure ciuili publicabantur, vel applicabantur ascendentibus & Collateralibus, vt *in Auth. bona damnatorum*, *Cod. de bonis proscriptorum*, quæ personæ non sunt illorum damnatorum hæredes, sed successores, *argum. l.* 1. *ff. de iur. fisci*, vbi notat Bart. qui autem bonis caret, testamentum condere non potest, *l. lex. Cornelia*, *ff. de vulgari*, sed ista sola ratio non conuincit prædictos sic damnatos intestabiles esse, seu non posse testari, iuxta tradita per Gomesium *vbi suprà num.* 4. per Iul. Clar. *loc. cit. num.* 3. per Gabr. Vasquez *in opusculo de testam. cap.* 9. *num.* 26. qui dicunt tales condemnatos, non esse intestabiles, quia licet eorũ bona sint confiscata, potuissent nihilominus 6 testari de bonis in ipsa confiscatione non comprehensis, putà existentibus extra Territorium condemnantis, vel de bonis acquisitis, seu acquirendis post condemnationem: quia solum illi, qui nulla habent bona in actu, vel potentia, non potest testari, qui autem non habet in actu, sed potest habere, non potest testari, *l. hæreditas etiam ff. de petit. hæredit.* vbi D D communiter.

7 Sed quæstio est, vtrùm quod de iure digestorum *vt suprà* diximus, disponebatur, sit hodie dicendum, attento iure authenticorum, in quo per Textum *in Auth. sed hodie*, *Cod de donat. inter virum*, *& vxorem*, & *in Auth. de nuptijs*, §. *quod autem prius*, vbi habetur, nullum ingenuum, & liberum natum ex supplicio (scilicet per condemnationem ad pœnam ad alicuius supplicij) seruum pœnæ effici, vndè prædicti condemnati ad mortem naturalem, vel ciuilem, scilicet deportati &c. controuersia est, an possit testari.

8 Prima sententia docet etiam hodie post dictas Authenticas neque damnatos ad mortem naturalem, neque damnatos ad mortem ciuilem posse testari, ita Ferdinandus Vasquius *quæst. illustr. cap.* 86. *num.* 12. Clar. *d. quæst.* 21. *&* 22. Graff. *vbi suprà* Didacus Spino *in speculo testamentorum rubrica* 8. Borrellus *in summa decisionum part.* 3. *tit.* 10. *num.* 67. 70. 71. *&* 80. Marta *vbi suprà*, *art.* 5. *num.* 17. *&* 37. & innumeri alij iuris periti relati à Vasquio, Borrello, & Marta, in- 16 ter quos, primus fuit Bartolus *in d. l. eius qui* 8. §. *si cui vbi* Paul. de Castr. *num* 2. *ff. de testam.* per quem textum idem firmauit Soccinus *in reg. iur. litt. D*, *reg.* 1. Hugo Donellus *lib.* 6. *comment. Iur. Ciuil. cap.* 16. vbi eius additionator Vsualdus *litt. L*, Nicolaus Reusnerus *de iur. testament. part.* 2. *num.* 38. idem Vasquius *lib.* 1. *illustrium cap* 10. *num.* 15. *& lib.* 3. *cap.* 96. Benedictus Ægidius *in d. l.* 1. §. 5. *C. de sacros. Ecclesi.* Ioannes Herman *de seruitute personali lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 7. Matthias Stephanus *disput. iuridicar. part.* 4. *disput.* 1. *thesi* 4. Ascanius Clemens *de patr. potest cap. vlt. num* 30. *& seq.* Christophorus Besoldus *cons.* 179. *vol.* 4. Taddeus Pisonius *var. resol. d. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 2. Matthias Berlicchius *pract. conclus. part.* 3. *conclus.* 8. Regens de Marinis, *tom.* 1. *resol.* 332. *&* post Bart. Theocler. & alios, ita firmat Harpret *in d. tit. quibus non est permissum facere testamentum*, §. *eius qui*, *num.* 12. Quam etiam sententiam Theologi sequuntur, vt Sylvester *in verb. testamentum*, *quæst.* 3. *vers.* 7. Molina *de iustitia tom.* 1. *disput.* 9. *vers. crediderim tamen*, Fagundez *de iustitia lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 17. Villalobos *p.* 2. *summæ*, *tract.* 30. *difficult.* 10. *num.* 6. Bonacina *de contractib. disput.* 3. *quæst. vlt. part.* 2. *num.* 2. Cardin. de Lugo *de iustitia part.* 4. *disput.* 24. *num.* 11. Lessius *de iustitia*, *& iure lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 49. Trulench *in decalogum cap.* 18. *dub.* 5. *num.* 9. Bossius *tom.* 2. *tit.* 12. §. *tertio*, *numero* 197. 9

Quod quidem probant quoad damnatum ad 10 mortem naturalem, qui non debet superuiuere, ita dicunt, quia iuxtà ius dictorum Auth. ingenui nati ab initio propter supplicium non efficiuntur serui pœnæ, si post damnationem debent superviuere, secùs si debeant mori, & vltimi supplicij, puniri debent. Quoad damnatos verò ad mortem ciuilem probat Molina: quia in iuribus *suprà citatis* testari prohibentur non solùm, qui libertatem per seruitutem pœnæ amiserint, sed etiam, qui per pœnam amiserint Ciuitatem, vt deportati, & interdicti aqua &c. per dictas autem Authenticas, licet auferatur seruitus, non tamen restituitur Ciuitas, vnde secun- 11 dùm istam sententiam condemnati ad perpetuos Triremes: vel ad pœnam Carceris, iure ciuili inspecto, testari non possunt, eo quòd hæc pœna æquiparetur morti, vel deportationi, & condemnationi ad metalla, ita Vasquius *d. cap.* 96. *num.* 4. Sylvester *vbi suprà*, Fagundez *d. num.* 17. cum aliis relatis à modernioribus *suprà* citatis, sicque dicunt doctores, quod testamenti factio iure ciuil. Romanorum dependet, sed damnati ad mortem Ciues Romani non sunt, cum Ciuitatem amittant, meritò testari non possunt, ideò secundum hanc sententiam hodie etiam condemnati ad perpetuos Triremes, vel ad pœnam carceris, iure ciuili inspecto, testari non possunt, eo quòd hæc pœna æquiparetur morti, vel deportationi, & condemnationi ad metalla, vt benè Vasquius *dict. cap.* 96. *num.* 9. Fagundez, cæterique similiter D D.

Propterea Benedictus Ægidius, & Berlicchius 12 *vbi suprà* dicunt, assumptum illud, quo dicitur, neminem hodie per damnationem fieri seruum pœnę, obtinere solum in illis, qui post sententiam condemnationis, viui remanent, vt potè in deportatis, & aliis damnatis ad mortem ciuilem, ad mortem verò naturalem damnatos illud extendi non debere; nam quoad istos dispositionem *l. qui vltimo* 29. *ff. de pœnis*, dicunt non esse correctam, vnde dicunt Berlicchius, & Harpret quod ad hoc, vt quis testari possit, necessariò supponenda est mareria, imò quod tales damnati cum amittant libertatem, & Ciuitatem dicuntur capite minuti, quibus non est permissum facere testamentum, vt in iuribus citatis.

Accedit quòd leges nouæ correctoriæ antiqua- 13 rum sunt strictè interpretandæ, & quod expressè non corrigunt, non est dicendum correctum

eſſe, ſed quia nullibi in Codice, nec in Auth. inuenitur, quod leges digeſtorum damnatis teſtamenti factionem interdicentes, ſint correctæ; ergo dicendum eſt, quod diſpoſitio prædictæ Auth. non correxerit leges, de quibus ſuprà: imò dicunt Hermannus, & Beſoldus locis ſuprà citatis, quod quæ in fauorem alicuius introducta ſunt in illius odium retorqueri non debent, ſed quod bona damnatorum hodie non confiſcentur, introductum eſt in fauorem venientium ab inteſtato; ergo non debet in ipſorum odium retorqueri, quod ſanè fieret ſi tales damnati teſtari poſſent; nam *in dict. Auth. bona damnatorum, & d. §. quod autem*
14 *ex commiſeratione* ſolùm certis dumtaxat perſonis, hæreditas ad mortem damnati permittitur, idque tantum pertinet ad cauſam inteſtati, licet hodie bona damnatorum non confiſcentur, excepto crimine hæreſis, & læſæ Majeſtatis, ſed ſeruantur certis perſonis in dictis iuribus vocatis, qui prædicta bona non capiunt, vt hæredes; ſed ex iuris diſpoſitione, & Imperatoris Iuſtiniani munificentia, qui eos in locum fiſci ſuccedere voluit: quia ergo *in d. Auth. bona damnatorum*, nulla emptio facta eſt de teſtamento, dici debet quod damnatus teſtamenti factionem non habet.

15 Quod ſolet per Vaſquium, Sylueſtrum, & Clarum *quæſt.* 23. limitari in Clericis condemnatis ad perpetuos Carceres, eò quòd ius Canonicum non imponit perpetuum carcerem ad pœnam, ſed ad pœnitentiam, *cap. nouimus de verbor. ſignificat. cap. quamuis de pœnis in 6.*

16 Secunda Sententia tenet è contra hodie poſt dict. Auth. poſſe teſtari, tam damnatum ad mortem naturalem, & vltimum ſupplicium, quàm damnatum ad mortem ciuilem tantùm, putà deportatione, ſeu in exilium &c. ita tenent plures D D. cum Salyceto *in d. Auth. ſed hodie, Cod. de donat. inter virum, num.* 10. Ioan. Igneus *in l.* 1. §. *qui ſibi, num.* 108. *ff. ad Senat. Conſult. Syllan.* Alberic. *in d. l. eius qui*, §. 1. *ff. de teſtam. & in Auth. bona damnatorum, num.* 2. Leopoldus Hakelman. *illuſtr. quæſt. cap.* 16. *theſi* 4. *litt. S*, Petrus Gregorius Tholoſ. *lib.* 45. *Syntagm. cap.* 8. *num.* 10. Nicolaus Vigellius *in methodo iuris ciuilis, lib.* 9. *cap.* 5. *tit.* 13. *reſponſ.* 1. Iul. Clar. *quæſt.* 21. *num.* 1. vbi Harpret *in addit.* Matthæus Stephanus, & alij, de quibus Harpret *in dicto tit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*, §. *eius qui, num.* 12. *in fine.*

17 Probatur hæc ſententia, quia iure dictorum Auth. nulli ingenui, & liberi nati propter ſupplicium efficiuntur ſerui pœnæ, vt *in dict. Auth.* habetur; ergo hodie non ſolum damnati ad mortem ciuilem, & qui poſt condemnationem debent ſuperuiuere, ſed etiam damnati ad mortem naturalẽ, & vltimũ ſupplicium, & qui non debent ſuperuiuere non efficiuntur ſerui pœnæ, & conſequenter habent teſtamenti factionem. Probatur conſequentia, quia illa iura generaliter loquuntur de-
18 cernentia nullum à principio bene natum in ſeruitutem effici, propter ſupplicium ſequutum, ergo nullus omnino eſt excipiendus, etiam ille, qui ad mortem naturalem damnatus eſt, cum iura illa nullum excipiant. Neque oportebat fieri de illo ſpecialem mentionem, vt comprehenderetur, cum cæteri ingenui, qui ante illa iura ex ſupplicio erant ſerui pœnæ, nulla de eis facta mentione peculiari, in iuribus ſuprà citatis cenſentur comprehenſi: vnde fit quod dicta Auth. *ſed hodie*, pro-
19 cedat etiam in damnatis ad mortem naturalem, vt non efficiantur ſerui pœnæ, ſi ſint ab initio bene nati, ſcilicet ingenui, & liberi, vt ait gloſſ. *in d. l. eius qui*, §. *fin.* & Salycetus *in d. Auth. ſed hodie, num.* 104. *& in d. l.* 1. §. *qui ſibi, ff. ad Syllan.* Molina *d. diſput.* 9. quod videtur etiam ſentire Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. num.* 152. *& 159. & de ſucceſſ. reſolut.* §. 1. *num.* 34. Modeſtin. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt. iur. cap.* 13. *num.* 12. *& 13.* vbi Schultes *in addit.* & omnium latiſſimè Ioannes Harpret *loco citato, num.* 13. qui ait, quod iure nouiſſimo nemo propter delictum quantumvis atrox ſeruus efficitur pœnæ, *d. Auth. ſed hodie, & nouella* 22. *cap.* 8.

Tertia Sententia dicit, hodie iure ciuili damna- 20
tos ad mortem ciuilem (vt deportati, ſeu in exilium perpetuum miſſi, interdicti aquæ &c. damnati ad metalla in perpetuum) habere teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam, non verò damnatos ad mortem naturalem, ita Couarr. *vbi ſuprà, num.* 27. Boerius *deciſ.* 278. *num.* 3. *&* 8. Gomeſ. *in l. Tauri, l.* 3. *num.* 3. Antonius Piccardus *in d.* §. *eius quia pud hoſtes n.* 13. & alij ab eodem Ricardo allegati.

Ratio 1. partis quoad damnatos ad mortem ci- 21
uilem, illa eſt, quia efficiebatur talis damnatus ſeruus pœnæ, ideoque inteſtabilis actiuè, & paſſiuè, quod iure Authenticorum correctum eſt, vnde hodie damnati perpetui ad Triremes poſſunt teſtari: quia non efficiuntur ſerui pœnæ, Piccardus, & Boerius, *vbi ſuprà*. Idem de condemnato ad perpetuos carceres: quia retinet ſuum integrum ſtatum, Couarr. *vbi ſuprà, num.* 27. Clar. *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 23. ſic bannitus à Ciuita- 22
te ſimplici banno ſine appoſitione pœnæ mortis, poteſt teſtari; quia eſt integri ſtatus, Clar. *vbi ſuprà, quæſt.* 19. Fagundez *dict. cap.* 9. *num.* 37. Clarus, & Gomeſ. *vbi ſuprà*: quod adeò verum eſt, vt licet eius bona confiſcata eſſent, poterit adhuc teſtari, vt benè Doctores *vbi ſuprà*, primò quidem de bonis extra Territorium Principis, vel Ciuitatis condemnatis. Secundò de illis, quæ acquiruntur poſt confiſcationem. Tertiò poſſet ſubſtituere filio pupillariter, & dare Tutores ſuis filiis, quæ ei non licerent, ſi teſtamenti factionem non haberet, vt ait Clar. *dict. quæſt.* 19. *n.* 21. *& d. quæſt.* 22. *num.* 3. vbi etiam notat Relegatum in inſula non amittere teſtamenti factionem, vt habetur expreſsè *in dict. l. eius qui*, §. *in inſulam, ff. de teſtament.* quia non amittit libertatem, neque ea, quæ ſunt iuris ciuilis, *l. Relegati, l. Relegatorum*, §. *ſiue, ff. de interdictis, & Relegatis*; ideoque licèt in ſententia Relegationis ſint etiam eius bona confiſcata, iuxta textum *in d. l. Relegati, & l. Relegatorum*, §. *ad tempus*, nihilominus teſtari poſſunt iuxtà ſupradicta.

Secunda pars, quoad damnatos ad mortem na- 23
turalem, quod etiam hodie non poſſint de iure ciuili teſtari, patet ex eo: quia textus *in d. l. qui vltimo, ff. de pœnis*, correctus non eſt per textum *in d. Auth. ſed hodie*, & per text. *in d. Auth. de nuptijs*, §. *quod autem*: quia illa regula, quod nulli ingenui, & liberi nati vltimo ſupplicio efficiantur ſerui pœnæ, procedit tantum in damnatis ad mortem ciuilem, & debentibus ſuperuiuere, vt apertè colligitur *ex dicto* §. *quod autem*, ibi ſi enim ex decreto &c. vbi ſermo eſt de damnatis ad metalla, & ſimiles pœnas, ac proinde condemnatus ad mortem naturalem, iure etiam Authenticorum, efficitur ſeruus pœnæ, ſicuti antea, ideoque remanet inteſtabilis, vt *in d. l. qui vltimo*, vbi gloſſa, Couarr. Boer. & Gomez. *vbi ſuprà*, putat verò Boerius *d. deciſ.* 278. *num.* 8. cum Iulio Claro, §. *teſtamentum*, *num.* 21. cum Graſſo *in* §. *eodem*, *quæſt.* 26. Borrello & aliis

dicto

dicto titulo 22. *numero* 80. Post appellationem condemnatum ad mortem posse testari.

24 Secunda conclusio quicquid sit de iure communi, de consuetudine tamen pluribus in locis introductum est, vt damnati ad mortem naturalem, & decapitationem faciant in carcere testamenta, & instituant hæredes, quando eorum bona non confiscantur, vt notat Canonicus Aulisius de modo adiuuandi morientes morte violenta, *in tit. de confectione testamenti*, & in Hispania condemnatus vltimo supplicio potest testamentum facere, vt *in l.4.Tauri*, & ita tradunt Couarr. Spino, Gomez, Molina, & Borrellus locis citatis, quod patet ex eo, quòd damnati subleuandi sunt, non onerandi, siue, vt vulgo dicitur afflicto afflictio addenda non est, ad textum *in l. Diuus* 14. *ff. de offic. Præsidis, l. iure succursum* 7. *ff. de iur. dot.* sed asserere, quod auth. bona damnatorum, testamenti factionem adimat, est afflictis afflictionem addere, & damnationem magis intendere: ergo non est asserendum.

25 Quod ita verum est, vt non solum in tota Europa, sed in toto ferè terrarum orbe prætoria iudicia, testamenta prædicta approbauerint, vt post antiquiores testantur, Eugenius *cons.* 20. *num.* 38. *cum seqq. vol.* 2. Capra *concl.* 102. *num.* 111. Iul. Clar. *in* §. *testamentum, quæst.* 25. Georgius Natta *cons.* 157. *num.* 4. Camillus Borrellus *in summa decisionum in tit. de testamento, num.* 82. Diana *resol. moral. part.* 5. *tract.* 3. *resolut.* 20. vnde hodie nullam habet dubitationem prædicta sententia, provt de vrbe Romæ, tradit Farinac. *in pract. criminal. part.* 2. *quæst.* 102. *inspec.* 2. *num.* 131. iure Hispano probat textus *in d. l.* 4. *Tauri*, & tam extra, quàm intra Romanum Imperium, nempè per Saxoniam, Palatinatum, Comitatum Nassau, & in aliis locis dicit Daniel Mollerus, *in Comment. ad constitutiones Saxoniæ, part.* 3. *constit.* 6. *num.* 1. *& seq.* Berlicchius *vbi suprà.*

26 In cuius confirmatione plura sunt decreta M. C. V. prout de anno 1588. sub die 15. Septembris, in causa præambul. quondam Lutij durante de anno 1625. sub die 29. Octobris, in causa præambuli quondam Vincentij loqui de anno 1627. sub die 10. Iunij, in causa Iosephi, & Flaminij Salese cum Sidonia, & Catherina Palermo super validitate testamenti quondam Iulij Matthæi Palermo.

27 Neque dicas primò tales damnatos ad mortem naturalem Ciuitatem amittere, ideo testari non possunt. Respondeo enim, quod id procedebat iure digestorum, quando damnati, vnà cum libertate, ciuitatem quoque amittebant, non principaliter, & de per se, sed in consequentiam seruitutis, in quam propter damnationem redigebantur, cum enim serui pœnæ efficiebantur, propter seruitutem pœnæ iura etiam ciuitatis in consequentiam amittebant: nunc vero, cum Iustinianus Imperator seruitutem pœnæ à damnatis abstulerit, consequenter dicendum est ab eis amissionem quoque Ciuitatis abstulisse, & proinde damnatos hodie, non solum libertatem, sed etiam ciuitatem retinere, cum omnes liberi homines ciues Romani esse videantur, *l. in orbe* 17. *ff. de statu hominum*, igitur cum hodiè damnati libertatem, & ciuitatem retineant, nihil amplius in eis habetur, ob quod à testamenti factione repelli possint, ex illa regula, quod sublato antecedenti, intelligitur sublatum omne, quod illud necessario sequitur, argum. *l.* 1. §. 1. *ff. si vsusfructus petatur*, concordantes adducit Ioannes Baptista Larrea, *in alleg. fiscali* 50. *n.* 103.

Neque dicas secundò, quòd isti damnati assimilentur Peregrinis, qui testamenta facere nequeunt: nam respondeo, quod hodie Peregrini liberam habent de rebus suis testandi facultatem, ita vt qualiscumque eorum ordinatio inconcussa seruari debeat, vt *in Auth. omnes Peregrini, C. comm. de succeff. constitutio Federici* 11. *in vsibus feudorum, in tit. de statutis, & consuetudinib.* §. *omnes Peregrini.* 28

Neque dicas tertiò cum Ægidio Lusitano, Berlicchio, & aliis, quod textus *in Auth. sed hodie*, §. *quod autem*, comprehendat tantum damnatos ad mortem ciuilem, non verò damnatos ad mortem naturalem. Respondeo enim, talem assertionem, diuinationem potius esse, & figmentum, quàm veram solutionem, quia iura prædicta vniuersaliter loquuntur, ibi (nemo bene natus) vbi verbum nemo vniuersalem negationem continet, Bart. *cons.* 47. *volum.* 2. Abb. *cons.* 3. *colum. fin. lib.* 2. Cardin. Tusch. *prax. concl. litt. D, concl.* 313. & 316. cum ergo iura illa vniuersaliter loquantur, & statuant nullum ab initio bene natum seruum pœnæ effici, excipiendus etiam est, qui ad mortem naturalem damnatus est; neque dicas, quod in dictis iuribus solum fit mentio de damnatis ad mortem ciuilem, non verò de damnato ad mortem naturalem: quia respondetur, quòd quamvis querimonia damnatorum ad fodiendum metallum, fuerit causa dispositionis dictorum iurium, tamen Imperator non se restringit ad illos, sed generaliter, & indefinitè in omni bene nato loquitur, vnde non est faciendum discrimen, si fuerit ad naturalem: an verò ad ciuilem mortem damnatus, sed solum attenditur, vtrum sit bene natus, vt de seruitute euadat, nam vbi ratio legis est generalis, licèt eius casus specialis sit: attamen lex est generaliter intelligenda, *l. regula*, §. *si quis*, *vers. & licet*, *ff. de iuris*, *& facti ignorantia*: immò quod dispositio, *l. qui vltimo* 29. *ff. de pœnis*, per iura prædicta fuerit correcta, plene probant Salycetus, *in d. Auth. sed hodie, num.* 2. Ioannes Harpret. *in addit. ad Iul. Clar. in* §. *testamentum quæst.* 21. Olanus *in concordantia iuris ciuilis, & Regni numero* 65. 29 30

Neque dicas quartò cum Berlicchio vbi *sup.* quod ideò condemnati ad mortem non possunt testari, quia bona non habent. Respondeo enim, quod nunquam publicatio bonorum fuit impedimentum testandi, sed potissimus effectus fuit seruitutis pœnæ, *d. l. eius qui* §. *vlt. ff. qui testamenta facere possunt*, *l. in metallum* 4. *l. fin. C. de bonis damnatorum*, hodie autem cessat hæc ratio, cum omnis publicatio, & confiscatio, & seruitus pœnæ sunt sublatæ, & sic etiam respondetur ad Berlicchium, quod capite minuti non possint testari, id procedit iure antiquo, nunc verò non efficiantur serui pœnæ, eorum testamentum valebit. 31

Neque turbant exempla relata per D. Regentem de Marinis *c.* 332. siquidem primum exemplum, de quo etiam meminit Paulus Tusch. *singul.* 139. & D. Cons. Staybanus, *in addit. ad Patruum*, *cons.* 63. nostro themati adaptari non potest, cum loquatur de testamento condito à foriudicato: quia licèt nouissimo iure communi sit sublata bonorum publicatio, quæ pro crimine irrogabatur, attamen ea municipalibus legibus contra foriudicatos, est permissa, vt *in constitut. pœnam nouem vnciarum*, & in alia, quæ incipit *pœnam eorum*, & in alia, quæ incipit *foriudicatorum bona*, quia Fiscus in bonis foriudicati succedit, 32

dit, iuxta formam in dictis conſtitutionibus traditam. Eo enim caſu ſententia mortis profertur
33 contra abſentem contumacem, & in pœnam, dictæ contumaciæ, non verò delicti principalis ſit bonorum confiſcatio, & publicatio, vt bene Regens de Ponte, *conſ.* 94. *volum.* 1. Præſ. Merlin. *controuerſia. forenſ. lib.* 2. *c.* 21. *num.* 7. quod non conuenit caſui noſtro, cum ſententia mortis ſit lata contra præſentem in pœnam criminis, & nulla bonorum confiſcatio, ſeu publicatio interceſſerit.

34 Nec aliquid facit poſterius exemplum poſitum à Molfeſio, *in conſuetudimbus Neapolitanis, p.* 4. *quæſt.* 47. *num.* 16. nam ibi teſtamentum fuit conditum per deportatum, qui à ſententia condemnationis appellauit, & appellatione pendente teſtamenti tabulas conſcripſit, qui licèt poſtea ſit mortuus, attamen eius teſtamentum, iure etiam digeſtorum ſubſiſtit, ad textum *in l. à latronibus* 13. §. *finali, ff. qui teſtamenta facere poſſint, l. ſi quis* 6. §. *eius qui, ff. de iniuſto rupto*, ideoque exempla prædicta per Regentem de Marinis relata, firma remanent in caſibus ſuis.

35 Vltima concluſio: condemnatus ad mortem, tum naturalem, tum ciuilem teſtari poteſt ad pias cauſas, ita plures DD. de quibus Marta *d. art.* 5. *num.* 38. Diana *p.* 7. *tract.* 6. *reſol.* 8. Thom. Maulius *de vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 7. Et ratio eſt, quia diſpoſitio ad pias cauſas non ſubiicitur legibus ciuilibus, ſed illis inſpicitur tantum ius naturale, aut gentium, aut ius canonicum; iure autem naturali, vel canonico non reperiuntur prohibiti teſtamentum condere, vel diſponere per vltimam voluntatem, neque damnati ad mortem ciuilem, neque damnati ad mortem naturalem; vnde de bonis, qui actu retinent, vel habent in potentia poſſunt per vltimas voluntates diſponere ad pias cauſas: ſcio Panormitanum, *in rubr. de teſtamentis, num.* 11. Couarr. *in eadem rubr. p.* 3. *n.* 26. Iul. Clar. *in* §. *teſtamentum, p.* 5. *n.* 6. Vaſq. *vbi ſup.* Gomeſium *d. l.* 4. *Tauri*, Tiraquellum, *de pia cauſa, priuileg.* 79. Borrellum *tom.* 3. *titul.* 20. *num.* 87. & alios cum illis dixiſſe, non poſſe hos tales diſponere ad pias cauſas, quia bona ipſorum ipſo facto publicantur, vt *in Auth. bona damnatorum, Cod. de bonis proſcriptorum*: quorum argumentum nullum eſt, quia nulla eſt publicatio, niſi in caſu hæreſis, vel læſæ maieſtatis humanæ, & dato quòd publicarentur bona, non per hoc ſunt inteſtabiles, vel de bonis quæſitis poſt publicationem, vel de iure, quod habent, vel de bonis extra diſtrictum Principis bannientis, *vt ſuprà* ſufficienter probauimus.

Hæc cauſa ſic propoſita in S. C. Commiſſario D. Conſiliario Ioanne Baptiſta Hodierna, fuit deciſa ad fauorem ſacri Sacelli B. Gaetani, vt fundabamus, Act. M. Berando Spera eiuſdem S.C.

DISCEPTATIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur, de quo in præſenti.*
2 *Dom. Conſiliarius Hodierna* in contr. 3. à nu. 83. *adducitur.*
3 *Textus* in l. 2. Cod. de reſcind. vendit. *quid diſponat eſſe in obligatione.*
4 *Fructus non veniunt in remedio* l. 2. *ſecus in nullitate contractus.*
5 *Limitatur interdum, & quando.*
6 *Remedium* l. 2. Cod. de reſcind. venditione, *non tranſit ad hæredes ſecundum D. Hodiernam.*
7 *Facultas nominandi non tranſit ad hæredem emptoris cum poteſtate nominandi alium.*
8 *Facultas reuocandi donationem, & emphyteuſim non tranſit ad hæredem.*
9 *Aloyſius de Leo dicit remedium* l. 2. *tranſire ad hæredem.*
10 *Textus* in d. l. 2. *id clarè diſponit, vt tranſeat ad hæredem.*
11 *Aymon Crauetta inſignis I. C. dicit tranſire ad hæredem.*
12 *Hæres ex dolo defuncti agit ſi in contractibus commiſſus ſit, & verſa vice ex eodem dolo conuenitur.*
13 *Iura negantia doli actionem tranſire ad hæredem, qualiter intelligantur, & quomodo procedant.*
14 *Remedium* l. 2. *continet dolum ex propoſito, & in rem.*
15 *Remedium* l. 2. C. de reſcind. vendit. *contra tertium proponitur, poſito dolo.*
16 *Actio, quod metus cauſa, tranſit ad hæredes etiam ſi metum paſſa non ſit conqueſta in vita, & ſic deciſum refertur.*
17 *Facultas eligendi tranſit ad hæredes, & quando.*
18 *Textus* in l. ſi ſtipulatus fuero 76. ff. de verb. *explicatur remiſſiuè.*
19 *Ceſſibile eſt tranſmiſſibile, & quid è contra.*
20 *Ius querelandi teſtamentum, vel diſpoſitionem Patris contra formam* l. hac edictali, de ſecundis nuptiis, *non tranſit ad extraneos.*
21 *Fideicommiſſum particulare quando cedi, & transferri poſſit in alium.*
22 *Fideicommiſſum vniuerſale quando cedi, & transferri poſſit, & quæ perſona attendatur.*
23 *Doctiſſimi Gerardi Maynardi deciſio affertur, quod remedium* l. 2. *tranſeat ad hæredem læſi, & quod poſſit à creditoribus læſi proponi.*
24 *Contrahentibus ſe decipere licitum eſſe iure Digeſtorum, qualiter ſit intelligendum remiſſiuè.*
25 *Remedium reſtitutionis in integrum fundatur in æquitate, & tranſit ad hæredem.*
26 *Emptio pro perſona nominanda ſi facta ſit, dicitur conditionalis.*
27 *Emptio pro perſona nominanda retrotrahitur ad tempus contractus.*
28 *Emptione ſic celebrata, nihil poſſunt prætendere creditores emptoris.*
29 *Emptione ſic celebrata nulla onera capit ab emente.*
30 *Emens pro perſona nominanda, dum nominat, tenetur ad fructus reſtituendos nominato.*
31 *Nominatio fieri non poteſt poſt emptoris mortem.*
32 *Remedium* l. 2. Cod. de reſcindenda venditione, *locum habet in contractu etiam geminato, poſita læſione.*
33 *Remedium* l. 2. *habet locum etiam in venditione ſub haſta.*
34 *Læſio in venditione ſub haſta quid operetur.*
35 *Læſionis actio eſt in patrimonio læſi contra D. Hodiernam.*
36 *Creditores venditoris læſi, poſſunt contra emptorem agere, vt reſtituat.*
37 *Creditores Mariti, & hæres opponunt vxori de* l. Quintus Mutius.

38 *Creditores minoris an possint impugnare alienationem, & quando creditor possit opponere nullitatem contractus minoris.*

39 *Remedium* l. 2. *est cessibile, & an requiritur cessio, vt proponatur per Creditorem læsi.*

40 *Hæres Patris si filius sit, & inuenerit bona aduentitia alienata non poterit agere, si sit hæres Patris.*

41 *Hæres, qui facit inuentarium admittitur contra factum defuncti.*

42 *Hæres per inuentarium habetur pro non hærede.*

43 *D. Regens de Marinis, & Consiliarius D. Staibanus de hoc articulo non dubitarunt.*

44 *Ius reuocandi emphyteutam, vel ius reuocandi donationem ob ingratitudinem non transit ad hæredes, sed ex aliis causis transit.*

ARGVMENTVM.

Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. *habere locum contra hæredem, & ab hærede proponi posse eius, qui læsus est clarissimè ostenditur contra ea, quæ incidenter disputat Dom. Consiliarius Hodierna* contr. 3. à num. 83. & seqq. *& tale remedium esse in bonis læsi, possèque à suis Creditoribus proponi, dum aliter satisfieri non possunt, estque remedium cessibile, licèt non requiratur cessio, vt à Creditoribus proponatur. Facultatiua remedia an, & quando transeant in hæredem, & quid de facultate reuocandi, emphyteusim, & donationem. Facultas nominandi in emptione facta pro persona nominanda quid operetur, & quando transferat Ius, & an retrotrahatur ad tempus emptionis.*

PRO

Carolo, & Francisco Moschesiis,

CONTRA

Dominicum de Matthæis;

An remedium *l. 2. Cod. de rescind. vendit.* possit proponi ab hærede læsi contra lædentem, & eius hæredes?

FACTVM.

1 ANTONIA Fanesia vidua quondam Antonij Moschesij de anno 1660. vendiderat annis elapsis quamdam suam domum in pertinentiis Ciuitatis Neapolis, Dominico de Matthæis pro scutis mille, & quingentis, quos pretium accepit in diuersis effectibus, & de contanti aliquam partitam: moritur Antonia de anno 1665. duobus filiis masculis relictis, quibus fuit denunciatum extraiudicialiter, eorum Matrem fuisse læsam in tali venditione, vltra dimidium iusti pretij, ex quo domus excedebat ducatos ter mille, & sexcentos, cùm ferè attingebat ad quatuor mille: filij Antoniæ duo fecerunt; vnum in facto, alterum in iure: in facto amicabiliter adduxerunt duos expertos tabularios extraiudicialiter, & in confidentiam, vt domum obseruarent, qui illam funditus obseruantes, dixerunt valuisse tunc quatuor mille ducatos parùm minus; habebant ergò matrem læsam vltra medietatem iusti pretij. De iure verò petierunt, an eis liceret agere, ex quo Mater numquam fuit conquesta in vita, non reuocauit in animum læsionem, potens id facere per annos quinque, quibus superuixit: & ita miseri filij responsum habuerunt à quodam Consultore, qui in puncto allegauit doctrinam D. Ioannis Baptistæ Hodiernæ dignissimi, & propriis meritis Consiliarij, mei singulariissimi Domini, & Patroni: vndè dicebant filij prædicti taliter consulti, malam se habere causam, rem esse à tanto viro discussam contra eos. Doctor, qui consilium præstitit, noluit causam amplecti, & præsertim quod D. Hodierna ibi dicit, nullum esse Doctorem de contrario dubitantem.

Venerunt ad me iuuenes prædicti, ducti à Doctore Michaële Portio, olim meo discipulo in scholis, nunc in Tribunalibus integerrimo, & studioso iuuene maximæ expectationis: ergo audito articulo, contrarium consului, causam esse amplectendam, & contractum vigore *l. 2. C. de rescind. vendit.* esse rescindendum, posito facto probato: quod asserebant de doctrina illa D. Hodiernæ non esse curandum, me contrarium habere à DD. firmiter asserui.

Dominus ergo Consiliarius Hodierna, *controuersia 1. disputato articulo*, an remedium, *l. 2. Cod. de rescind. vendit.* competeret contra singularem successorem, & quando *num.* 83. ait non posse hoc remedium exerceri ab hæredibus donantis læsi: quia tale remedium est quædam facultas, quæ tribuitur *ex d. l.* 2. ipsi læso ex æquitate; vt possit alterum de duobus consequi, vel rem ipsam venditam, vel supplementum iusti pretij ad electionem decipientis, cum vtrumque sit in obligatione, licèt Præses de Franchis *dec.* 498. dicat, 3 quòd res petita sit in obligatione, supplementum verò pretij sit in electione, quod processit, dicit dominus meus, *num.* 84. ex æquitate si læsus velit: quia in dubio pretium conuentionale, quod contrahentibus placuit, iustum præsumitur, nec venditorem calumniari censetur, aut lites voluisse, *ad l. minoribus. ff. de minoribus*, & talis contractus non est ipso iure nullus, sed attentione ex empto, vt ibi ait glos. & Cagnolus, potest contractus rescindi, in qua rescissione non veniunt fructus secundum magis receptam practicatam opinionem, de qua Regens de Ponte, 4 *cons.* 28. *num.* 50. *lib.* 1. cum rescissio in hoc differat à nullitate: nam nullitas est à principio, & reducit titulum ad non titulum, & ideo in eo non veniunt fructus; at rescissio supponit actum subsistere, sed rescindendum, ex nunc, non ex tunc, Couarr. *lib. 2. var. c. 3. colum.* 10. Ant. Faber *in tit. Cod. de rescind. vendit.* per plures def. Fontanella 1. *tom. à decis.* 65. explicans remedium, *l. 2.* Christineus *dec.* 66. *tom.* 3. Maynard. *lib. 3. à*

deciſ.59.cum ſeqq. qui explicat inter alios dictum remedium *l.2.* & ita dicit Pirettus *c.4. ad d. l.2.* Gutierrez *lib.2. pract. quæſt.143.* & ſemper fuiſſe ſic practicatum refert, Francus *dec.119. num.10.* & latius *dec.496.* Surdus *conſ.115. per totum:* Gama *dec.94.& 310.* Maſtril. *dec.32.* At quando læſus voluntariè ageret pro reſciſſione, ait Francus *in fin. dictæ deciſionis*, quod tunc teneretur ad reſtitutionem fructuum, ſiue rei, ſiue pretij, volente altero.

6 Subdit D. Hodierna, quòd hoc remedium non eſt tranſitorium ad hæredes, ſicuti cęteræ perſonales actiones, niſi fuerit in iudicio deductum: cohæret enim perſonæ læſæ, ex priuilegio; quia Imperator eius perſonam tantum reſpexit, ſcilicet ſi deceptum ſe cognouerit, & agere vellet, vt nequaquam ſit pręcluſa via: ſicuti erat de iure digeſtorum. Totum igitur dependet ab eius animo, & voluntate, quod hæredi notum eſſe nequit, & ſubdit *num.91.* quod ſi nunquam fuerit perſonalis conquæſtio, talis facultas ad hæredes non tranſit, quia alias ſequeretur, quod hæc actio remaneret in patrimonio læſi, & poſſet ab eius creditoribus exerceri, vel cogi poſſet hæres à creditoribus ad illam exercendam, quod iure cautum non reperitur, & ait quod DD. qui diſputarunt, an detur hoc remedium contra ſingularem ſucceſſorem, neque per ſomnium ſomniarunt, an detur contra hæredem, quaſi quod pro indubitato habuerunt, non tranſire ad hæredem.

7 Subdit *num.95.* ex Hippolyto Riminaldo *conſil.591.* quod emens rem pro perſona nominanda, illam facultatem non tranſmittit ad ſuum hæredem, ſic ius reuocandi emphyteuſim non competit hæredi, D. Hodierna ad Surd. *dec.29. num.11.* & ius reuocandi donationem non tranſit ad hæredes, niſi quando reuocaretur ob pacta non ſeruata, & reſpondet ad conſilium Crauettæ 428. vbi ius reuocandi emptionem infrà quadriennium tranſit ad hæredes filiorum, non obſtante pacto, quod obligatio reuendendi, non egrediatur eius perſonam, ait Riminaldus, & cum eo D. Hodierna id fuiſſe: quia pendente termino Pater fuerat occiſus, quaſi quod ſi viviſſet, præſumeretur, quod Pater recuperaſſet.

8

9 At quia D. Hodierna dicit nullum Doctorem id aſſeruiſſe in hærede læſi, ideò adduco celebrem I. C. de regno noſtro, Aloyſium de Leo *in dict. l.2.* qui ſummando textum illum, ſic ait, vbi re ipſa venditor vltra dimidiam iuſti pretij decipitur, ex æquitate huius legis, tam ipſi, quàm eius hæredi, ſuccurritur, vt vel reſtituat pretium, & res ei reddatur, vel iuſtum pretium ſuppleatur, & electio eſt emptoris, dicit ipſe, & quod non poterat de hoc dubitari patet, *ex l.2.* ibi

10 (rem minoris pretij, ſi tu, vel Pater tuus, minoris diſtraxerit, humanum eſt, vt vel pretium te reſtituente emptoribus, fundum venundatum recipias, authoritate iudicis intercedente, vel ſi emptor elegerit, quod deeſt iuſto pretio recipias: minus autem pretium eſſe videtur, ſi nec dimidia pars veri pretij ſoluta ſit) ergo ſi Pater tuus vendiderit, tu potes reſcindere: ergo poterit hæres læſus ex remedio dictæ legis; ergo dicta actio, quæ competit Patri tuo, competit tibi hæredi: ergo quid dubitari oportet de hoc? & ſic nihil mirum, quod nullus poſuit in dubium, quia erat negotium clariſſimum, non indigens diſputatione.

11 Secundo loco adducitur, Aymon Crauetta *conſ.142. volum.2. num.29.* qui ait, quod remedium, *l.2.* & enormiſſimæ læſionis, ſicuti competit principali, ſic competit eius ſucceſſori, quia omnia iura competentia defuncto tranſeunt ad eius hæredes, *ex l. ſi pactum, ff. de probat.* tum quia tale beneficium ex capite doli, & enormiſſimæ læſionis competit ex beneficio legis: ergo tranſmitti debet ad eius hæredes, per ea, quæ ſcribit Iaſon *in l. ſi arrogator, colum.7. ff. de adoption.* & ad hoc allegat Crauetta duo conſilia punctualia Decij 185. & 203.

Tertio probatur, quia hæres defuncti tenetur 12
de dolo in contractibus, vel quaſi commiſſo à ſuo authore, & actiuè, & paſſiuè tranſit actio de dolo ad hæredes, vt latè Cęſar Bergallius *lib. 2. de dolo, cap. 7. num.3.* & patet *ex l. ſi hominem, §. datur, ff. depoſiti*: vbi datur actio depoſiti in hæredem ex dolo defuncti inſolidum. Facit ſecundò textus *in l. ex contractibus l. ex depoſito, ff. de act. & oblig.* vbi Pomponius ait ex depoſito, ex commodato, mandato, & tutela, tenetur hæres ex dolo defuncti, & in omnibus actionibus, quæ inficiando creſcunt, *l.18. ff. depoſiti.* Cagnolus *in l. quoties, ff. de reg. iuris*, & ob dolum malum defuncti hæres inſolidum tenetur, *l. hoc iure, §. finali, ff. de reg. iuris*, ſic dolus ſocij ad hæredem tranſit, *l.40. ff. pro ſocio*, etſi ſint plures hæredes, quilibet tenetur pro ea parte, qua hæres eſt, *d. l. ſi hominem, §. datur l. adeo, §. finali, ff. de reg. iuris*, vbi Vlpianus ait in contractibus ſucceſſores ex dolo eorum, quibus ſucceſſerunt, non tantum in id, quod ad eos peruenit, verum etiam inſolidum tenentur, & dolum ſocij ad hæredem tranſire dicit I. C. *in dict. l.40. ff. pro ſocio, & in d. l. hoc iure, §. finali*, & hæres adeundo hæreditatem, videtur quaſi contrahere cum creditoribus hæreditariis, *§. hæres quoque, inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu*: & eſt communis quęſtio, ideóque pro delicto defuncti, non tenetur hęres, niſi fuerit lis conteſtata cum defuncto, *l. 1. Cod. ex delicto defunctorum*, quaſi tunc defunctus fuerit factus debitor, & debita hæreditaria hęres adeundo, videtur promittere ſe ſoluturum, quæ adeò eſt vera concluſio, vt interdum actio doli non detur contra defunctum, ſed præſtatur contra hęredem, vt eſt caſus ſingularis, *in l. hæredib. ff. de dolo*, vbi gl. pulchra.

Neque dicas obſtare plura iura adducta à gl. *in* 13
d. l. ſi hominem, §. datur, & in d. §. penult. & primò quidem text. *in l.1. §. Prætor ait, ff. depoſiti*, in qua defunctus ex cauſa depoſiti facti ex incendio, tumultu, ruina, naufragio, ob inficiatorem, tenetur ad duplum, hęres minimè, ſed tantum in ſimplum, ſecundo obſtat textus, *in l.3. ff. ſi menſor falſum modum dixerit*, vbi habetur, quod factum agrimenſoris non tranſit ad eius hęredes, nec obligat illos. Tertiò facit textus, *in l. ſi cum iudicio, §. iniuriarum, in verbo, idem dicendum, ff. ſi quis cautionib.* ibi nam non competit, niſi aduerſus hęredem ex ſtipulatu actio. Quartò facit textus, *in l. illud, §. finali, ff. de tribut. act.* vbi habetur hęredem teneri tantùm de eo, quod peruenit ad illum, quia non de dolo eſt, ſed rei perſecutoria, & damno interueniente competit, *l. quia non, ff. eodem tit.* Quintò obſtat textus, *in l. finali, ff. de dolo*, vbi actio, quæ datur contra non edentem, non datur contra hęredem, niſi ex facto ſuo; ſextò obſtat textus, *in d. §. penultimo, inſtit. de perpetuis, & tempor. act.* vbi ex contractu actio contra hęredem non competit, veluti cum teſtator dolosè verſatus ſit, & ad hęredem eorum nihil ex dolo peruenit.

Reſpondeo enim primò ad textum, *in d. l.1. §. Prætor ait*, quod illud duplum, de quo ibi datur ex mendacio, ideóque ex delicto, & extra contra-

ctum

ctum magis quàm ex contractu, ergò ad quęstionem nostram non pertinet, in qua agimus de dolo in contractu, & ita concordat cum textu, *in d. l. si hominem*, §. *datur* : secundò ad text. *in dict. l. 3. ff. si mensor. &c.* Respondeo quod actio de mensore falsum modum dicente, nascitur principaliter ex delicto ipsius mensoris, vt notat Barth. ibi, & per hoc cum sit ex delicto non transit ad hæredes. Respondeo tertiò ad textum, *in d. l. si cum iudicio*, §. *iniuriarum*, quod stipulatio sequitur naturam negotij, cui adhæret, Iason & alij, *in rubr. ff. de verb. oblig.* & ibi fuit interposita stipulatio super actione iniuriarum, quæ non transit ad hæredes, & tanquam accessoria sequitur naturam principalis : respondeo quartò ad textum, *in d. l. illud*, §. *finali*, quod ibi non intercessit dolus in ipso contractu, sed in dolosa distributione, Bart. ibi : respondeo quintò ad textum, *in d. l. finali, ff. de dolo*, quod ibi actio de edendo, originem ducit à delicto scilicet in non parendo iudici præcipienti, vt edatur. Sextò resp. ad textum, *in d. §. finali, instit. de perpetuis, & tempor.* ait ibi agi de dolo dante causam contrahi, non de dolo incidente in contractum, vt bene post Cagnolum *in d. l. hac iure*, §. *finali*, dicit Bergoglius *de dolo vbi supra*, *n.* 8. 14

Quod verò in præsenti posita læsione, *l. 2. Cod. rescind. vend.* sit dolus patet, quia quo ad rescissionem contractus, æquiparatur læsio vltra dimidium iusti pretij, & dolus re ipsa, quia ex læsione vltra dimidiam oritur dolus re ipsa, & dolus re ipsa cum dolo ex proposito æquiparantur, quo ad hanc rescissionem contractus, *l. si superstite, C. de dolo, l. omnes*, §. *Lucius, ff. quæ in fraudem creditor. l. 2.* §. *planè, ff. de dolo excepr.* & post Decium, & alios dicit Cancer. *cap. 13. tom. 1. num. 22.* Hinc Doctor Gaspar Hermosilla ad Gregorium Lopez *in addit. l. 56. glos. 7. tit. 5. partita 5. num. 43.* agens an remedium *l. 2.* possit proponi contra tertium, ait 15 limita tertio si venditio contineat enormissimam læsionem : nam tunc poterit venditor agere etiam contra tertium, quia in enormissima læsione consideratur dolus, *d. l. si superstite C. de dolo*, cuius causa res perpetuo peti poterit, Francus *decis. 665. num. 7.* Giurba *dec. 105. num. 17.* qui ait in iure non esse modum, quo tollatur læsio, & plures, laudat Pereyra *dec. 25. num. 3.* vbi per Senatum approbatum fuisse testatur, quia in ea consideratur dolus, Rodriquez *de annuis redditibus, lib. 1. quæst. 14. num. 62.* qui ait, quod actio ex dolo resultans afficit ipsam rem, ergo poterit ab hęrede, & contra hæredem proponi.

16 Quartò adducitur, quia in actione, quod metus causa, si mulier, vel alius, vi, & metu aliquod fecerit, & in vita postea conquesta de hoc non est, est quæstio an ad hęredes transeat iniustitia huius contractus, dicit Cancerius *lib. 3. var. cap. 15. numero 118.* quod non transeat, quia hoc est remedium personale respectu Actoris, & mulier in vita censetur id ea voluisse, & obligationem continuare, & in eo persistere, cuius tamen contrarium docent communiter DD. & decisum refert Fontanell. *claus. 7. gloss. 21. p. 6. n. 48.* cum actiones omnes transeant in hęredem, *l. pro hæreditariis, Cod. de hæred. act.* Barzius *dec. 51. num. 11. & dec. 65. num. 1.* Surd. *cons. 268. num. 21. lib. 2.* Antoninus de Amato *resolut. 43. num. 32.* & subdit Auendanus *de metu lib. 1. cap. 12. in fin.* quod talis actio metus ad hęredes semel transmissa, efficiatur in perpetuum transmissibilis *ex l. videamus, ff. quod metus causa*, & præscribitur spatio 30. annorum post alios Auendanus, *vbi sup.*

Quintò quod transeat ad hæredes talis facultas 17 facit textus, *in l. si stipulatus fuero 76. ff. de verb. oblig.* ibi si stipulatus fuero illud, aut illud, quod ego voluero, hæc electio personalis est, & ideò seruo, vel filio talis electio cohæret, in hęredes tamen transit obligatio, etiam ante electionem, mortuo stipulatore, vbi gloss. *in verb. obligat.* declarat, & sic electio : est alius textus *in l. illud 19. ff. de optione legata, l. finali, C. comm. de legat.* §. *optionis, instit. de legatis*, ratio est : quia sicuti obligatio principalis ex stipulatione est transmissibilis ad hæredem, ita electio, quæ est accessoria, & executio iuris præambuli, vt bene Barth. *in d. l. stipulatus, num. 20.* vbi Iason *num. 6.* latè Noalis 18 *de transmiss. cap. 37.* quare sicuti facultas detrahendi legitimam, etiam non agnitam, ad hęredes transmittitur, Ciriac. *consult. 31. num. 33. lib. 1.* ita facultas eligendi sibi legitimam, Altogradus iunior *consult. 20. per totam*, pro qua *l. si stipulatus fuero* : plura allegat Larrea *allegat. 120.* Faber *decade 30. error. 1.* & nouissimè Georgius Francius 19 *lib. 1. var. resol. 14. n. 7. & n. 41.*

Sextò facit solemnis illa Theorica Ferdinandi Vasquij, *lib. 2. de succes. resol.* §. *20. à num. 41.* qui ait, quod omne, quod est cessibile, est transmissibile, (quod hoc remedium sit cessibile infra dicetur) secundo quod illud, quod non est cessibile, non est transmissibile : tertio quod id, quod est transmissibile est cessibile : & quarto quod id, quod non est transmissibile, non est cessibile ; & quia transmissio fauorabilior est cessione, ideò quod est cessibile, est transmissibile, *l. ex pluribus 42. ff. de adm. tuto.* post alios Barbos. *in l. quia tale, num. 20. & l. post dotem 41. num. 60. ff. solut. matr.* Paz *de Tenuta, cap. 63.* Giurba *de feudis*, §. *20. gl. 10. num. 78.* Hunnius *in Encyclopædia iuris p. 1. tit. 6. cap. 2. num. 6.* Ciriacus *controu. 139. num. 9.* Fontanell. *claus. 7. gloss. 3. part. 8. nun. 25.* Schiphordegenus *lib. 3. tract. 23. quæst. 22.* Gaitus *de credito, cap. 20. quæsito 11. num. 1682.* Acosta *de priuil. credit. regul. 2. ampliat. 6. num. 126.* Leotardus *de vsuris, quæst. 80. à num. 25.* Galleratus *de renunciat. lib. 1. cap. 4. à num. 127.* Thor. *p. 3.* 20 *Compendij in verbo cessio medietatis.* Larrea *allegatione 120. num. 30.* Carleualius *lib. 1. de indiciis, tit. 1. disp. 20. num. 11.* Noalis *de transmissionibus, casu 13.* qui ex hoc ait, quod ius querelandi testamenti, vel dispositionem Patris ex beneficio, *l. hac edictali, Cod. de secundis nuptiis*, non transmittitur ad hæredes extraneos, neque cedi poterit agendi vigore d. legis, & latius prosequitur Noalis *casu 36.* 21

Hinc fideicommissum particulare sicuti ad hæredes extraneos transmittitur, si eius dies viuo fideicommissario cessit, *l. 2. & 3. Cod. quando dies legati cedat*, ita per cessionem in alium transferri poterit, vt vtrumque agnoscit Antonius Faber *decade. 20. errore 1.* & sicut vniuersale fideicommissum est transmissibile (contra Fabrum *vbi suprà*,) ita est cessibile, Noalis *casu 20. & casu 8. num. 130.* Costa *de retrotract. cap. 10. effectu 50. n. 15. & de portione ratæ, q. 30. num. 8.* Donellus *lib. 17. comment. cap. 20.* vbi Osualdus *capite 21.* Picchardus *in* §. *restituta num. 37. instit. Ad Trebell.* Gregorius Lopez *in l. finali tit. 50.* 22 *part. 6.* Gomesius *1. tom. var. cap. 50. num. 12.* Fusarius *quæst. 478.* difficultas tota est de fideicommisso conditionali, an ex præsumpta voluntate testatoris sit transmissibile, de qua re Ciriacus *tom. 1. controuers. 8. à num. 124. & lib. 2. controuers. 302.* Fusarius *quæst. 490.* Merlinus *tom. 2. cap. 1.* Regens Capic. Latr. *dec. 1. & 13.* Et licèt

cedi poſſit, tamen ex perſona fideicommittentis pendet reſtitutio ex *l. reſtituta* 57. *l. ſeruo inuito* 65. §. *finali, ff. ad Trebell.* Fuſar. *quæſt.* 514. Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 2. *num.* 186. *&* 2. *parte, cap.* 7. *num.* 141. Cencio *de cenſibus quæſt.* 27. *per tot.* Olea *de ceſſione iurium, tit.* 3. *quæſt.* 8. *n.* 11. ergo ſi hoc remedium *l.* 2. eſt ceſſibile erit etiam tranſmiſſibile ex dictis.

23 Septimò facit Doctiſſimus Gerardus Maynardus *lib.* 3. per plures deciſiones, & præſertim à deciſione 58. vſque ad 70. agens de remedio *l.* 2. *Cod. de reſcind. vendit.* ſupponens, vt ipſe dicit pro certo, & indubitato, fuiſſe hoc Beneficium introductum pro læſo, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, quærit *in deciſione* 70. an dictum remedium *l.* 2. poſſit proponi à creditore venditoris læſi, & dicit fuiſſe deciſum in Parlamento Tholoſano, quod ſic, & allegat aliud arreſtum Parlamenti Pariſienſis penes Charundam in ſuis reſponſis: ergo dubitare de hoc eſt de primis principiis Iuris dubitare, & ſi D D. agentes *de l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* non poſuerint hoc dubium an tranſeat ad hæredes, vt Pinellus, Cagnolus, & alij repetentes, id fuit, quia non erat de hoc dubitandum tanquam omnino certum, & clarum.

24 Et licèt D. Hodierna *d. contr.* 3. *num.* 38. remedium *l.* 2. vocet remedium fundatum in mera æquitate, & humanitate: quia de iure Digeſt. contrahentibus licitum erat adinuicem ſe decipere, *l. in cauſa l.* 2. §. *penult. ff. de minoribus*, & proinde ſolum à Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus hoc remedium inductum: vt poſt alios ſcilicet Caſtillum, & Pinellum dicit D. Hodierna, tamen ſenſum, *d. l. in cauſa naturaliter contrahentibus licitum eſſe ſe decipere*, aliter explicant D D. quia præceptum diuinum eſt Leuitici, *cap.* 25. Quando vendis quicquam Ciui ſuo, vel emis ab eo: non contriſtes fratrem tuum, & Paulus Apoſtolus 1. Chorinthiorum *cap.* 6. ait, quod *neque iniuſti, neque fures, neque rapaces Regnum Dei poſſidebunt*: & ad Theſſalonicenſes, *cap.* 4. *Ne quis opprimat, aut circumueniat in negotio fratrem ſuum, Deus enim omnium illorum cultor eſt*, & ita Barboſa *in cap. cum dilecti* 3. *de emptione, & venditione, & in l.* 2. *Cod. de reſcind. vendit. num.* 115. & nouiſſime Ioſeph Pilaia *lib.* 2. *inſtit. canon. deciſ.* 9. *de vſuris, num.* 48. Paulus Rubeus *in præludiis de teſtamentis, num.* 260. Medices *deciſ. Senenſi* 43. *num.* 25. Berardinus Alfanus *ſing.* 15. poſt alios Barboſa *vbi ſuprà num.* 114. qui aliter explicat textum in *d. l. in cauſa*, §. *idem Pomponius, & l. item pretia* 25. §. *illud, ff. locati*, & notant Ceuallos *quæſt.* 311. Fachineus *lib.* 2. *cap.* 17. Cæſar Carena *reſol.* 185. *num.* 7. Ciriac. *cap.* 160. *num.* 64. *& ſeq. tom.* 1. Larrea *alleg. fiſcali* 2. *num.* 7. Couarr. *lib.* 2. *var. cap.* 4. Card. Mantica *lib.* 4. *de tacitis, tit.* 20. *num.* 57. *&* 58. Martius Medices *in examine* 20. *num.* 19. Surdus *dec.* 259. *num.* 22. Muta *dec.* 52. *num.* 44. Maſtrillus *dec.* 247. *num.* 18. Bellettus *in diſq. Clericali, parte* 1. §. 21. *num.* 10. Riccius *in praxi aurea par.* 1. *reſol.* 57. *nun.* 50. nouiſſimè de Graſſis aduerſus cenſuram P. Hieronym. de la Chiana Societatis Iesv *propoſit.* 29. *per totam.*

25 Neque aliquid valet hoc remedium competere ex æquitate, vt ait D. Hodierna: quia remedium reſtitutionis in integrum fundatum in æquitate, etiam hæredi competit, *l. in cauſa ff. de minoribus*, & quod fundetur in æquitate dicit Caluinus *de æquitate tom.* 2. *cap.* 133. & tamen nullus dubitat quòd competat hæredi.

Neque aliquid vrget D. Hodierna exemplum allatum de facultate nominandi in emptione facta pro perſona nominanda, quòd hæc facultas nominandi non tranſeat ad hæredem. 26

Reſponſio enim eſt clara: quia talis emptio pro perſona nominanda eſt conditionalis videlicet ſi emptor nominauerit perſonam, vt demonſtrat illud Gerundium (nominandam,) vt benè Riminaldus junior *conſ.* 163. *vol.* 1. per textum *in l.* 1. *ff. de pactis, & l.* 1. *ff. de conſtit. pecunia* Cenc. *de cenſib. quæſt.* 67. *num.* 11. & pendet à mera voluntate mentis, ſi voluerit nominare perſonam, & facta nominatione, dominium, & poſſeſſio rei ipſo facto transferuntur in nominatum, reſoluto iure, quod acquiſiuit nominans per contractum: quia fuit emptio cum qualitate inſita ab initio contractus, vt benè Rota Genuæ *dec.* 14. *num.* 33. & facta nominatione retrotrahitur ad tempus contractus, Farinacius *de falſitate, quæſt.* 162. *num.* 186. Card. Tuſchus *litt. C, concl.* 133. Cardin. Mantica *lib.* 4. *de tacitis, tit.* 22. *num.* 1. Cancer. *tom.* 1. *cap.* 8. *num.* 192. Ancharranus *conſ.* 127. Riminald. junior, *conſ.* 163. *&* 691. Decius *conſ.* 43. Nogueroll. *alleg.* 11. *num.* 86. Gratianus *tom.* 3. *cap.* 547. *num.* 32. Surdus *dec.* 182. *in fine, & dec.* 226. & Rota apud Ludouiſium *d.* 227. vbi additio *num.* 24. *&* 15. Mantic. *d.* 336. Hermoſil. *in l.* 48. *tit.* 5. *part.* 5. gloſſ. 1. *num.* 10. *&* 11. & Rota *d.* 615. *part.* 1. *recent.* quia fit retrotractio ad initium contractus, & initæ ſtipulationis, ex quo tempore ita perſonæ nominatæ acquiritur actio, vt nec momento quidem temporis dominium dici poſſit fuiſſe penes emptorem, apud quem nec veſtigium acquiſitionis remanet, D. Hodierna ad Surdum *dict. deciſ.* 226. Gratianus *deciſ. Marchiæ* 135. Cenc. *dict. q.* 67. *num.* 15. & 16. Neque poſſunt creditores emptoris aliquid prætendere: quia apud eum numquam fuit dominium, ſed ſemper exſtat apud perſonam nominatam, nec nominatus aliquid recipit à nominante, ſed à venditore, cum quo mediante perſona emptoris, cenſetur à principio contrahere Noguerol. *alleg.* 11. *num.* 91. Farinac. *deciſ.* 51. *tom.* 2. *in poſthumis*, qui ait onera impoſita per nominatum nullius eſſe momenti, quoniam facta nominatione intelligitur nominatum ipſum emiſſe à principio, & ad conſilium Martæ 127. & 132. contrarium dicentis, reſpondet Cenc. Hermoſilla, & Noguerol. *vbi ſuprà*, illa procedere, quando ex qualitate, & modo contrahendi apparet emptori ſibi dumtaxat voluiſſe ſtipulari, & contrahere, necnon acquirere, & non perſonæ nominandæ, & ſic ſe declarat Marta *conſ.* 143. *num.* 15. & ita allegat D. Hodierna ad Surdum *dec.* 226. *num.* 20. & 50. cum *eadem deciſione Ludouiſij* 227. quæ eſt Magiſtralis in hac materia, & talis emptor pro perſona nominanda, dum nominat deinde, tenetur reſtituere omnes fructus perceptos, quia facta nominatione acquiritur dominium nominato, tamquam Domino à principio emptionis, & fructus ſequuntur Dominum *l. ſi Dominium, C. de pignor. l.* 2. *&* 3. *C. de pignor. actione* Fontanella *deciſ.* 64. *n.* 11. *& deciſ.* 66. *nun.* 21. *& dec.* 73. *num.* 4. *& deciſ.* 86. *nun.* 50. *&* 99. *num.* 16. *&* 17. *& deciſ.* 208. *num.* 4. Valenzuela *conſ.* 196. *nun.* 10. cum ſequenti Amatus *reſol.* 49. *num.* 9. Surd. *dec.* 25. *à numero* 25. Paz *de Tenuta cap.* 88. *à num.* 18. *& cap.* 13. *à num.* 42. & per hoc ſequitur, quod talis nominatio non ſit facienda poſt mortem emptoris, quia non tranſit ad eius hæredes, Cencius 27 28 29 30 31

cius *vbi suprà num.* 17. & licet non requiratur citatio, vel monitio personæ nominandæ, vel nominatæ, Cencius *dict. quæst.* 76. *num.* 17. Rota *d.* 162. apud Cencium post tractatum; & fieri debet quam primum, D D. apud Salgadum *p.* 2. *cap.* 12. in suo Laberyntho: quod secus in actione ex empto orta ex dolo ex proposito, & in rem posita enormissa læsione, quia talis actio est in rem, & transit cum eadem re posita læsione de qua *supra*, quæ dolum continet vt dicebamus.

32 Nec est audiendus D. Hodierna ibi dum dicit, quod in contractu geminato venditionis non habet locum textus *in d. l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* quia contrarium est verius ex solemni decisione Senatus Tholosani, *lib.* 3. *decis.* 57. apud Gerardum Maynardum omnino videnda, cui similis est definitio Antonij Fabri, *in tit. de rescind. vendit. defin.* 23. siue sit renunciatio, siue contractus quicumque, quia licèt sit magna vis geminationis, tamen si in secunda renunciatione etiam læsio intercedit, quæ sufficit ad rescindendum contractum adhuc concedi debet, quia semper concurrit dolus &c.

33 Vnde habes, quod in venditione facta sub hasta emens remanet tutus: quia iudice solemniter operante, dicitur factum debitoris, quia quoad omnes iuris effectus ipse debitor vendidit, *l. si ob causam*, vbi Barth. & Bald. *Cod. de euict.* Menoch. *de recup. poss. remedio* 8. *num.* 44. Surdus *d.* 266. *num. fin. & conf.* 49. *num.* 34. *& seq. & decis.* 128. *num.* 15. *& conf.* 36. *num.* 17. *& conf.* 49. *num.* 1. *& 37. & conf.* 374. *num.* 9. Ioseph Ludou. *decis. Perusina* 65. *num.* 5. *parte* 2. Gutierrez *can. quæst. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. *&* 16. Caldas Pereyra *de resolut, emphyt. cap.* 50. *num.* 52. *& cap.* 6. *num.* 50. Cardinalis Tusch. *litt. F, concl.* 30. Carolus de Grassis *de except. excep.* 17. Riccio, *collect.* 1497. Costa *de facti scientia, & ignorantia, inspect.* 40. *à num.* 1. *cum multis seqq.* & ille qui emit sub fide iudicis non debet decipi, vt latè probat Guzman, *quæst.* 34. *de euict. à num.* 3. & est textus *in l. finali, Cod. si propter publicas pensitationes.*

34 In qua quidem venditione sub hasta, si interueniat læsio enormissima procedit textus *in d. l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* quæ locum habet etiam in publicis venditionibus factis sub hasta, *ex l. si quis, Cod. de rescind. vendit.* vbi glosl. & communiter D D. Dueña *in regula* 187. *num.* 10. Gomesius, *lib.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 23. Pinellus *in l.* 2. *part.* 2. *cap.* 2. *à num.* 25. *cum seqq. Cod. de rescind. vendit.* vbi Padilla, *num.* 30. Trentacinqu. *var. resol. resol.* 1. *de empt. & vendit.* Mattiensis *in l.* 1. *glosl.* 9. Vasquius *lib.* 3. *contr. cap.* 61. Ceuallos *quæst.* 536. Cancer. *parte* 1. *var. cap.* 13. *de empt. & vendit. num.* 14. vbi dicit, quod in Principatu Cataloniæ obseruatur, quòd si doceatur de læsione vltra dimidiam iusti pretij, impetratur à iudice, vt res iterum vendatur, & reddito pretio illi, qui priùs illam emerat, plus offerenti traditur, vel emptor si vult iustum pretium suppleat, quod practicatur quotidie in concursu creditorum, quod isti reclamant contra subhastationem propter enormem, vel enormissimam læsionem, cum iustè possint, Morla *de empt. & vendit. quæst.* 23. Gratian. *cap.* 7. *num.* 10. *& cap.* 96. *num.* 30. Surd. *conf.* 39. *num.* 4. Mastrill. *decis.* 33. *num.* 10. P. Molina *disput.* 349. & ita iudicatum dicit Antonius Faber, *lib.* 4. *Cod. tit.* 30. *defin.* 4. *& defin.* 25. qui ampliat etiamsi subhastatio decreto Senatus fuerit confirmata, si læsio plene probetur, Parladorus *lib.* 2. *quotid. cap. vltimo, part.* 5. §. 16. *num.* 10. & sequitur Hermosil. *ad l.* 56. *tit.* 50. *part.* 5. *glosl.* 4. *num.* 13. *tom.* 2. *fol.* 282.

Vnde apparet non bene dixisse D. Hodiernam, 35
dum volens fundare suam opinionem ait, quod si lex secunda, eiusque remedium transiret ad hæredem sequeretur hanc actionem remanere in patrimonio læsi, & propterea posset ab eius creditoribus exerceri, vel posset cogi hæres ab eisdem creditoribus ad illam exercendam, quod in iure cautum non reperitur, vt ipse ait *num.* 92. Contrarium enim dicunt DD. quia creditores ven- 36
dentis debitoris si aliter non possunt sibi satisfieri de bonis debitoris, possunt rectè intentare hoc remedium læsionis enormis, vel enormissimæ contra emptorem, vt vel suppleat pretium, vel rem dimittat tradito pretio, vt iterum subhastetur, & plus licitanti tradatur Maynardus, *d. lib.* 3. *decis.* 70. & hoc multo magis procedit, quando in Creditorum fraudem fuisset alienatio facta, idem probat Francus *d.* 224. *num.* 4. vbi ait sic ius competere secundo Creditori contra venditorem, vel adiudicationem factam ad instantiam primi Creditoris, & affirmat Hermosilla, *vbi suprà num.* 13. & faciunt notata per Salgadum *de concursu Creditorum, part.* 3. *cap.* 10. *num.* 50 quod etiam tradit Fontanella *dec.* 63. *num.* 19. & Cutellus, *de donat. discursu* 20. *particula* 6. *num.* 164. *fol.* 99. vbi hoc remedium potest implorari à quocumque tertio ad fauorem sui debitoris, vt locupletior effectus possit sibi satisfacere, & ratio est, secundùm Fontanellam *decis.* 64. *num.* 9. *& seq.* quia dum in dicto contractu interuenit dolus, tamquam ex pro posito, videtur quod non transferatur propriè Dominium, & videtur remansisse penes debitorem, seu venditorem, & sic datur actio in re scripta etiam contra tertium possessorem, & ad hæredem transit, vt in simili facit: quia 37
ad euitandam præsumptionem turpis quæstus, quæcumque Mulier acquisiuit constante matrimonio præsumuntur acquisita de bonis Mariti, *l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter viuos*, Glosl. *in cap. sicut manifestè per illum textum* 7. *quæst.* 1. & Boërius *dec.* 81. firmat etiam in concubina, & etiam in vidua Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 51. Marescottus *lib.* 2. *cap.* 82. Mascardus *concl.* 214. quam expositionem poterit facere vxori non solum vir, & hæres eius, Card. Tusch. *litt. V, conclus.* 395. Marescottus *vbi supra*, Riccius *in praxi parte* 2. *resol.* 384. Granuccius *Theoremate* 14. & etiam Creditor Mariti: quia licet extraneus non possit opponere talem præsumptionem, tamen Creditor Mariti non est extraneus quoad hoc, & decisum refert Faber *defin.* 38. & 41. *in tit. Cod. de probat.* Decius *conf.* 237. *in fine*, sic decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana de anno 1613. refert Nouarius, *tom.* 2. *quæst. for. quæst.* 98. ergo à pari in bonis venditoris læsi possessis ab emptore non solum poterit hæ- 38
res proponere remedium *d. l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* sed creditor defuncti læsi, vt sibi satisfiat, sicut Creditores eius, cuius bona nulliter ex defectu solemnitatum in minori ætate distracta fuerunt, ante eius legitimam ratihabitationem, eo etiam in vi possunt agere aduersus possidentem, ex Paul. de Castr. *in l. cum seruum, Cod. de seruis fugitiuis, num.* 2. sicuti Domini directi Creditores possunt opponere de commissione, & amissione dominij vtilis, etiam si Dominus directus non adhuc declarauerit voluntatem suam per text. *in l. penult. Cod. de nuo numerat. pecunia*, vbi exce-

ptio non numeratæ pecuniæ, etiam inuito debitore, creditoribus data cenſetur : quia quando alicuius intereſt, poteſt quis opponere de iure tertij ex Abbate *conſ.64. num.3.* latiſſimè Conſiliarius de Xarte *deciſione 16. per totam* : ſic ius dicendi de nullitate contractus, tranſit ad hæredes minorum, & mulierum etiamſi in vita illi non fuerint conqueſti, ex Rota apud Cencium *deciſ.31. poſt tractatum de cenſibus*, latè D. Hodierna *ad materiam in addit. ad Surdum deciſione 70. à num.1. vſque ad 9. & dec.180. per tot.* Xarte *vbi ſup. dec.16.*

39 Quare ad hoc remedium *l. 2.* ſit ceſſibile ad notata, per Cartarium *dec.18.* diſputat Olea *de ceſſione iurium, quæſt.3. tit.4.* an poſſit creditor venditoris ſine ceſſione agere contra emptorem, remedio *dict. l. 2.* affirmant Maynardus, Hermoſilla, Cutellus, Rodriquez, & Maſtrillus apud Oleam *dicta quæſt.3. num.2.* ſine ceſſione agere poſſe creditorem venditoris cum Fontanell. *vbi ſuprà*, & agit Præſes de Franchis, *deciſ.214.* de ſecundo creditore, cui ait competere ius, *d. l.2.* aduerſus emptorem, qui emit à primo creditore iure creditoris, cui licet ius offerendi deneget tamen læſionis remedium concedit : ſequitur Hermoſilla *vbi ſuprà, numero 70.* contra Morotium *de iure offerendi, numero 25.* & licèt Olea *numero 4. in fin.* alleget pro hac quæſtione Hermoſillam, tamen poſito dolo, ait Hermoſilla *limitatione 3.* id procedere contra tertium abſque vlla difficultate : putat tamen Olea *numero 50.* vt creditor agat aduerſus debitorem, vt ei actiones ſuas cedat, quod eſſet circuitum inutilem admittere, quod in ſimili materia improbatur Sanfel. *dec.33.*

40 Neque dicas ex gloſ. *in l. fin. Cod. de bonis maternis*, quod licèt textus *in l. 2. C. de bonis maternis*, indiſtinctè permittat filiis reſcindere alienationem aduentitiorum à Patre factam, tamen *ex regula l. cum à matre, Cod. de rei vendicatione*, id non procedit, cum mortuo patre, filius eius hæres efficitur ; quia tunc factum Patris impugnare non poterit, ſed ei parere tenetur, & hoc dicunt Barth. Salycet. Paulus, & alij, idem dicunt Paulus, Bald. Alexand. & Iaſon *num.9. cum ſequentibus*, & facit textus *in l. ex qua perſona, ff. de regul. iuris*, & facit textus *in l.2. §. ex his, ff. de verb. oblig.* ibi, ex perſona hæredum non mutatur, & facit textus *in l. ſi patruo, C. de donat.* ibi (ſi hæres non extitiſti) *& l. ſi ab eo, Cod. de lib. cauſa*, ibi maximè (ab hærede eius) & ibi (reſpectu tamen aditæ hæreditatis) & in filio probat text. *in l. filium 31. ff. de lib. cauſa*, vbi expreſsè dicitur filium hæredem patris in ſeruitutem vocare ſeruum ſuum, quem Pater manumiſerat, neque in ea re eſt aliquid ſpeciale in libertate, vt probatur, *in l. ſi ſeruo alieno, ff. qui, & à quibus.* Quod tamen intellige, quando Pater rem filij ſimpliciter alienauerit, ſicut ſi expreſſit rem filij eſſe, eamque vti adminiſtrator alienauerit : quia tunc filius etiam vti hæres Patris, poterit venire contra talem alienationem, quaſi factam lege reſiſtente, ita aliqui contra alios, cum quibus, & veriùs Pinellus *in l.1. part.3. de bonis maternis, num.79.* quod ampliat Pinellus etiam ſi res fuiſſet propria hæredis : ſecundò etiam ſi defunctus non teneretur de euictione : tertiò etiamſi defunctus vendiderit expreſſo nomine hæredis : quartò etiam in feudalibus, & quintò ampliat etiam in hærede facto inuentario, quaſi quod inuentarium ſolum profit, vt non teneatur vltra vires hereditarias, ſed non operatur, vt non poſſit impugnare factum defuncti.

Reſpondeo quod quando hæres facit inuentarium, admittitur contra factum defuncti, Pariſius *in conſ.100. num.8. & 9. lib.4.* Iaſon, *conſ.56. columna 5. lib.3.* & alij apud Pinellum *in d. l.1. p.3. C. de bonis, quæ liberis, num.81. fol.162. col.2.* quia per inuentarium non dicitur propriè hæres, ſed per illud ab hæreditate dicitur abſtinuiſſe, Minadous *conſ.17. n.3.* Reg. de Ponte *conſ.37. num.3.* Monticul. *de inuent. c. in princ.* Anna *alleg.30. n.13.* De Georgio *alleg.42. n.6.* quia abſtinere, & adire hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij; idē ſint, Minadous *d. conſ.17.* & quatenus eſt in hæreditate non poterit eius factum impugnare, *d. l. cum ſi matre, C. de rei vendit.* Francus *dec.153. n.16.* D. Hodierna *lib.1. controu.31. n.18. & in addit.* ad Surdum *dec.315. n.6.* 41 42

Pro Coronide huius non controuertendi articuli, videatur Regens de Marinis *tom.1. cap.153. num.1.* vbi Pupilli filij, & hæredes venditoris inſtitertunt in iudicio, nullam declarari venditionem ab eorum patre factam, ſtante læſione, quæ interuenerat in contractu læſionis : ergo pro indubitato habuit ſacrum Conſilium, poſſe hæredem læſi vti remedio, *l. 2.* & Regens Conſiliarius D. meus Staibanus *tom.2. reſol.191. in princip.* ponit caſum, vbi Donna Iſabella Portocarrera inſtitit pro nullitate venditionis factæ per quondam Aluarum Portocarreram, ſub prætextu læſionis vltra dimidium iuſti pretij : Ecce ergo, quod hæredes læſi poſſunt vti *d. remedio, & in reſolut.137. num.9.* dicit, quòd ſicuti Pater ſi viueret, ſi enormiſſimè læſus fuiſſet in contractu, potuiſſet contra dictum contractum venire, eodem modo licitum fuerit filio, vti eius hæredi hoc facere. 43

Neque dicat D. Hodierna *dict. num.95.* quod ius reuocandi emphyteuſim non competit hæredi, nec ius reuocandi donationem hęredibus competit, niſi ob pacta non ſeruata. 44

Reſp. enim, quod ſi agat de reuocatione ob ingratitudinem emphyteuticarij, & donatarij, bene dicit D. Hodierna : quia non poteſt hęres donantis dicere ingratum donatarium, quem donator ipſe non dixit, Seneca *lib.1. de beneficiis, cap.20.* & ſic deciſum refert Faber *in tit. Cod. de reuocat. donat. defin.14.* qui obſeruat, quod fauorabilior eſt reuocatio, quæ fit ex cauſa non ſequuta, quàm illa, quæ fit ex cauſa ingratitudinis; quia prima reuocatio tranſit ad hæredes donantis, Faber *defin.13.* ſed iſta, quæ fit ob ingratitudinem non tranſit ad hæredes, at nos non ſumus in actione ex delicto ingratitudinis, ſed ex contractu læſo, vbi fit tranſitus ad hæredes.

Hæc ſunt, quæ concurrenti calamo ponderaui ad pauperes iſtos clientes defendendos, reuerentia ſemper habita, & venia ſemper petita à D. meo Conſiliario Hodierna, quem vtinam habuiſſem in hac cauſa, vt iudicem, ſicuti ſcribentem contrarium habeo pro ſuo cliente defendendo ; & ſicuti tunc partes boni Aduocati ſemper egit, ſic prout in aliis partibus integerrimi Iudicis in hoc fungeretur.

DISCEPTATIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Oblationis nomen quid importat, in quo differat*

ferat à Primitiis, & decimis.

3 *Oblationis nomine, & appellatione quid contineatur.*

4 *Oblationis species triplex est, & qualis.*

5 *Oblationum vsus fuit antiquissimus.*

6 *Oblationes non fiunt à clericis laïcis.*

7 *Consuetudo per quam clerici candelas offerunt laïcis, permittitur, imò etiam, vt mittantur ad domos laïcorum.*

8 *Consuetudo vt in Paschate Paroeci dent suis Parœcianis Agnum Paschalem, vel aliquid aliud, vtrum valeat.*

9 *Oblationes factæ alicui imagini, seu Cappellæ debentur Paroeco, intra cuius fines est Parœciæ.*

10 *Oblationes, quæ fiunt tempore Iubilæi, vel Anni sancti in Ecclesia Cathedrali debentur Archipresbytero, curam Animarum habenti, & ita affertur decisio.*

11 *Paroecus de iure communi fundatam habet intentionem in omnibus oblationibus, quæ fiunt intra limites Parœciæ.*

12 *Oblationes factæ in aliquo Altari debentur Parœciæ, sub cuius finibus stat Altare.*

13 *Oblationes factæ alicui Imagini depictæ in pariete domus alicuius priuatæ personæ acquiruntur Paroeco, intra cuius fines stat illa Cappella: quod limitatur.*

14 *Oblationes deberi Parœciæ, cum certum sit, limitatur, quando Cappella esset extra omnem Parœciam.*

15 *Oblationes destinatæ ad certum vsum semper spectant ad Paroecum: quod limitatur.*

16 *Oblationum administratio ad solum Paroecum spectat.*

17 *Paroecus quid facere debeat de istis oblationibus.*

18 *Vicarius Capitularis Nolanus, quàm malè se gesserit in oblationibus, de quibus in præsenti, quod idem in Episcopo dicimus.*

ARGVMENTVM.

Oblationum origo, vsus, & administratio, ad quem pertineat ostenditur. Paroecum ius habere in oblationibus prædictis priuatiuè, quo ad Episcopum, probatur non solum in illis quæ fiunt Parœciæ; sed etiam Altari, vel Imagini depictæ intra fines Parœciæ. Per Clericos nullas laïcis oblationes deberi asseritur, nisi consuetudo esset in contrarium, vt in illa candelarum Purificationis Beatæ Virginis. Factæ oblationes ad certum vsum, non sunt ad alium expendendæ. Paroecus verò de istis, & aliis oblationibus, quid facere teneatur.

PRO

Paroeco Terræ Auellarum Casalis Speroni,

CVM

Reuerendo Fisco eiusdem Curiæ.

FACTVM.

IN Casali Speroni Terræ Auellarum Nolanę Diœcesis, tempore Concagij Cappellæ Sancti Eliæ per Fideles sibi concurrentes deuotionis causa fuerunt factæ plures, & plures oblationes attingentes summam ducatorum bis millium, & quingentorum: quia verò Paroecus non existebat, nec Ecclesia Nolana suum habebat Episcopū: imò Vicarium Capitularem, placuit eidem Vicario de summa pecuniarum supradicta facere emptionem annuorum introituum cum diuersis particularibus, de qua fundauit quinque Cappellanias ad rationem ducatorum 25. pro vnaquaq; nec non imposuit alteri Sacerdoti onus faciendi scholam, siue ludum litterarium cum prouisione ducatorum 40. annuorum, quæ omnes summæ, & quantitates solui deberent de dictis oblationibus, conuersis in pecuniam, *vt suprà* dicebamus, quod totum contigit in anno 1657. 1

In anno 1659. nouo creato Episcopo, illóque ad visitandum veniente in sancta Visitatione Promotor Fiscalis Curiæ Nolanæ, dictus D. Fabritius Mastrillus institit coram Episcopo, dicens, quòd decretum factum à Vicario capitulari sustineri non poterat, vtpote præiudiciale authoritati Episcopi, nec non Paroeco eiusdem Casalis Speroni multa prejudicia inferebat: propterea institit pro nullitate dicti decreti, & per Episcopum Nolanum fuit altero decreto dictum, & ordinatum, vt annullarentur omnia dispositа, atque ordinata per olim Vicarium Capitularem, verum tamen fecit causam suam: quia sibi reseruauit Dominium dictarum Cappellaniarum, & prouisionem ludi Magistri, nulla facta mentione interesse Paroeci, imò expresse ei prejudicando, prout & prejudicauit Magistris laïcis eiusdem Cappellæ Sancti Eliæ, imò emanauit edictum, vt infra nouem dies comparere debeant Magistri laïci dictæ Cappellæ, vel eorum legitimus Procurator, & proponere rationes, quæ ad eorum beneficium facerent, qui non comparuissent termino præfixo, definitiuo decreto remansit apud Episcopum, vigore sui decreti prouisio Cappellaniarum, Magistri scholæ vigore decreti facti à Vicario Capitulari, quod solum fuit annullatum ab Episcopo, pro eo, quod erat contra eund. Episcopum; pro eo verò quod erat fauorabile firmum permansit: quia vbi Vicarius Capitularis fundauerat Cappellanias, vt de iure patronus laïcorum, quarum præsentationes pertinebant ad eosdem Magistros, D. Episcopus suo decreto nulla habita ratione iuris patronatus prędicti, fecit Cappellanias ad liberam collationem, quo facto posito, quod quæritur nunc est, vtrum potuisset d. Vicarius Capitularis, tum etiam Episcopus de dictis oblationibus

nibus fundare Cappellanias, & ſcholam prædictam, & pro veritate conſultus.

2 Pro intelligentia, & reſponſione ad dubium, de quo in præſenti ſciendum eſt, quod oblationis nomen generaliter ſumptum importat omnes actiones, per quas quæcumque res, ad cultum diuinum deſtinatur, vt ait Sotus *de inſtit. & iur. quæſt. 3. art. 1.* ſub quo nomine continentur etiam Decimæ, & Primitiæ, vt ait Sylueſter *in verbo, Decimæ*, imò continentur omnia illa, quæ Deo optimo maximo offeruntur, Geneſ. *cap. 28. numer. cap. 18.* probat text. *in cap. 1. 16. quæſt. 7.* ſtrictè tamen acceptum hoc nomen ſignificat tantum illas res, quæ intuitu Religionis immediate

3 Deo ab omnibus exhibentur, Matthæi *cap. 5.* vndè oblationum appellatione continetur quicquid fidelis offert Deo, & Eccleſiæ, *cap. cum inter de verb. ſignific.* Oldrad. *conſ. 193.* Iſidorus Moſconius *de majeſtate militantis Eccleſiæ, lib. 1. quæſt. 3.* Cardin. Tuſch. *tom. 5. litt. O, concluſ. 11.* Barboſa *de appellatiua verborum, appellatiua 172.* Bonacin. *de Regibus, quæſt. vltima, num. 3. & de ſuſpenſionibus in particulari, diſput. 3. quæſt. 3. puncto 6. num. 3.* ſiuè ſint res mobiles, ſiuè immobiles, ſiuè legentur in teſtamanto, ſiue quomodolibet donentur, *cap. qui oblationes, cap. Clerici 13. quæſt. 2.* Marian. Soccinus, *in tract. de oblation. libello 1.* Troilus Moluetius *de oblation.*

4 Moneta *de decimis cap. 2. num. 9. & capite 3. num. 2.* Galganetus *de iure publico, lib. 3. tit. 53.* Sunt autem oblationes in triplici ſpecie. Prima dicitur donatio rei inter viuos facta Deo & Eccleſiæ: Secunda dicitur donatio cauſa mortis, quæ fit pro animæ redemptione, & ſolet mortuarium appellari, *cap. indignè 12. quæſt. 2.* Tertia dicitur vſualis, & eſt illa, quam faciunt fideles, dum offerunt ad Altare, vel ad manus Sacerdotis, *cap. cauſa, cap. cum inter, de verbor. ſignific.* Hieronymus Carat. *de Iuribus Parœcialibus, tit. 3. cap. 3.*

5 Sciendum ſecundò eſt, quod oblationum vſus fuit antiquiſſimus tempore Caim, & Abel, vel ſecundùm alios, tempore Noë, vt in Geneſ. *cap. 4. & 8.* Suarez *de Religione, tom. 1. lib. 1. de Diuino cultu, cap. 4.* illæ verò, quæ in vſu Miniſtrorum reponuntur, ſunt de iure Parœciali, *cap. quia Sacerdotes 13. cap. Sanctorum 14. 10. quæſt. 1.* quia debentur propter adminiſtrationẽ Sacramentorum, Hoſtienſis *in ſumma in tit. de Parœciis*, Rota *in Hiſpalenſi Primitiarum*, de anno

6 1622. coram Domino Nauarra. Vnde non debent laïci oblationes recipere à Clericis, non obſtante aliqua conſuetudine, Riccius *in praxi, p. 4. reſol. 265.* vbi *num. 6.* limitat, ſi fuerit conſuedo introducta, provt eſt in tota Italia, per quam

7 in feſto Purificationis Beatæ Virginis laïci recipiunt oblationes Candelarum benedictarum à Sacerdotibus: imò viget conſuetudo, vt per Clericos mittantur ad domos Miniſtrorum, Aduocatorum, & ſimilium, quicquid de hac conſuetudine dubitat Gutierrez, *Canon. quæſt. lib. 2. cap. 21. num. 156. 158. & ſeq.* vbi diſputat etiam, vtrum valeat conſuetudo, quòd Parœci teneantur dare in Paſchate ſuis Parœcianis, ſiuè Filianis agnum Paſchalem, vel quid aliud: vnde in hoc non ſeruatur Decretum S. Congregationis præcipientis non eſſe Candelas tranſmittendas ad domos; ſed Populus illas recipere debet in Eccleſia, quod non ſeruatur: quia videmus Neapoli, quod Religioſi, & Clerici ducunt illas etiam ad Miniſtros Banchorum.

9 Probatur primò non potuiſſe fieri: quia oblationes factæ alicui imagini, ſeu Capellæ ſitæ in aliquo loco, debentur Rectori illius Capellæ, vndè Parœcus fundatam habet intentionem ſuper omnibus oblationibus, quæ fiunt intra Parœciam, quod ad ipſum ſolum ſpectent, non verò ad alios, vt latiſſime Genuenſis *in praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, cap. 57. in illa impreſſa Romæ*, ſicuti in ſimili, oblationes, quæ fiunt in Iubileo, vel anno Sancto in Eccleſia Cathedrali, cum fuiſſet dubitatum, an pertinerent ad Archiepiſcopum Beneuentanum, vel potiùs ad Archipresbyterum, qui curam animarum exercet. Propoſito dubio in Rota Romana in vna Beneuentana Spolij 2. Decembris, 1585. coram Orano, fuit deciſum, oblationes factas in anno Iubilæi ſpectare ad Archipresbyterum Eccleſiæ Cathedralis Beneuentanæ, non verò ad Archiepiſcopum: quoniam cum Archipresbyter habeat curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, conſequenter habet in omnibus oblationibus de iure communi, fundatam intentionem, *cap. cum in tua, cap. dudum, cap. quoniam, de decimis, cap. Paſtoralis*, vbi omnes Canoniſtæ de his, quæ fiunt à Prælatis &c. idque priuatiuè ad Epiſcopum, vt dicit Abbas *in cap. quoniam, notab. 1. de decimis, & in cap. 1. in fine de ſucceſſ. ab inteſtato*, latiſſimè Moluetius *de oblationibus, dub. 4. num. 401.* Ferretus *conſ. 143. num. 4. in fine*, prout etiam fuit dictum in eadem cauſa die 19. Iunij 1587. ad Archipresbyterũ ſpectare impenſas pro luminibus, & quod poſſit Archiepiſcopus augere ſummam luminum rationabiliter, iuxtà temporum qualitatem, & Archipreſbyter teneatur, dummodò poſſit, deducto victu, vt bene additio ad Genuenſem *vbi ſuprà, numero 14.*

Probatur ſecundò quod de iure communi Parœcus, ad quem ſpectat exercitium curæ animarum fandatam habet intentionem in omnibus oblationibus, quæ fiunt intra limites Parœciæ, & ad eum omnes ſpectant, vt vltra ſuppetant, dixit Rota in vna Sarzaneñ. oblationum, & alia Ciuitatis Caſtellæ coram Cardinali Virili, & ad Parœcum etiam ſpectant eleemoſynæ omnes, & emolumenta funeralium, quę receſentur inter obuentiones debitas de iuribus Parœcialibus, quæ pertinent ad eum, qui curam animarum habet, *cap. 1. c. relatum de Sepulturis*, notat Abbas *in rubr. de Parœciis, num. 2.* Sebaſtianus Medices *de ſepult. quæſt. 8.* Mantic. *d. 296.* Alphonſus de Leone *de offic. Capell. quæſt. 5. ſect. 8. num. 103. cum ſeqq.* quia dantur Parœco in recompenſationem laborum, quos ſuſtinet in recitando diuinum Officium, & in miniſtrando Sacramenta, vt latiſſimè idem Alphonſus de Leone vbi *ſuprà.*

Probatur tertiò; quia oblationes, quæ offeruntur Cappellis, vel Eccleſiis, non Cappellano, ſed Parœco, & Rectori debentur, ſic quæ fiunt in aliquo Altari, debentur Parœciali, ſub cuius Parœcia ſtat Altare, Moluet. *de oblation. dub. 4.* Riccius, *part. 4. reſol. 246.* Socinus Iunior *de oblation. libello 18.* Franciſcus Marcus *deciſ. 385. tom. 2.* Ripa *de oblationibus Eccleſ. reſponſ. 1.* Decianus *conſ. 16. num. 8. lib. 1.* Caualcanus *deciſ. 16. num. 71. part. 2.* Theſaur. *deciſ. 99.* Gutierrez *lib. 1. Canon. cap. 21. num. 139.* Franciſcus de Leone *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, part. 2. cap. 28. num. 19. & 31.* Maceratenſis *var. reſol. reſolutione 112. caſ. 2.* Hieronymus Caratia *d. tit. 3. cap. 10.* Rota *d. 256. part. 1. recent.* Fuſcus *de viſitatione, lib. 1. cap. 4.* imò cum dubitaretur, vtrum oblationes factæ alicui Imagini

gini depictæ in pariete domus alicuius priuatę personæ, cui acquirerentur acquiri Parœco, intra cuius fines stat illa Cappella, nisi offerentes obtulissent, contemplatione Domini domus, putà quia esset Pauper, vel sciret offerens Dominum domus ex consuetudine conuertere oblationes in suas necessitates, vel vsus pios, vt benè Barbosa *parte 3. de potest. Parœci cap. 24. num. 26.*

14 Probatur quartò: quia cum fuisset dubium, de quo in præsenti, vtrum oblationes quæ sacris imaginibus deferuntur, debeantur Episcopo, vel Parœco, & multi partes Episcoporum tenerent, vt refert Decianus *cons. 16. num. 6.* tamen pro verissima fuit habita sententia, quod acquirantur Ecclesiæ Parœciali, dummodò intra fines Parœciæ sit illa Capella, quod si Capella sit extra omnem Parœciam, deberentur Episcopo, Cappel. Tholos. *d. 483.* Decian. diffusè pro Parœco contra Episcopum scripsit, de oblationibus factis imagini sanctissimi Crucifixi, quod idem dicit Guttierez, *vbi suprà*, Marescott. *lib. 2. cap. 42. num. 6. 7. & 8.* Bellet. *in inquisit. Clerical. parte 1. in tit. de bonis Clericorum*, §. 3. Ricc. *part. 4. dec. 170. num. 7.* & fuit opinio Sancti Thomæ 2. 2. *quæst. 86 art. 2.* præsertim in responsione ad secundum argumentum, & est decisio Rotæ coram Pirouano *256. part. 1. recent.* & alias in Beneuentana Spolij, coram Orano, de qua *suprà*, & est declaratio S. Congregationis in vna Cauen. de qua Barbosa, *d. parte 3. cap. 24. num. 29.*

15 Quod adeò verum est, vt si oblationes prædictę fuerint destinatæ in certum vsum, semper spectant ad Parœcum, quod si fuissent datæ pro fa-
16 brica tunc oporteret adimplere id, ad quod ipse solus habet administrationem earum oblationum, qui debet esse fidelis administrator, & dispensa-
17 tor, partem conuertendi in proprium vsum, partem expedendo in illis, quæ concernunt ad cultum diuinum, partem ad Pauperes. Sanctus Thomas *vbi suprà*, ipse tamen Parœcus solus habet administrationem; dixit Abbas *in cap. postulastis, de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli*, Ferrettus *cons. 143. num. 4.* Soccinus *d. libello 18. num. 17. & seqq.* Moluetius, *part. 4. n. 62.* Decianus *dicto cons. 16. num. 1.* Riccius *d. 170. num. 2.* Gratianus *cap. 395. num. 15. &* ex Theologis, Sotus *lib. 2. de iustitia, quæst. 3. art. 2.* Rota *in Sarzanen. oblationum*, post decisionem
18 D. Merlini; non ergo, potuit Vicarius Capitularis Nolanæ Diœcesis, Parœco inuito, & inconsulto, fundare Cappellanias de iure patronatus laïcorum Cappellæ S. Eliæ de oblationibus prædictis, nec Magistrum scholæ cum prouisionibus, de quibus *suprà*, nec domus Episcopus Nolanus, reuocando decretum Vicarij Capitularis, bene fecit, erigendo Cappellanias ad liberam collationem eiusdem, nec Magistrum Scholæ, qui pro duobus Nepotibus propriis suis edocendis accipit duc. 40. annuos pro dicta schola, Cappellani dicunt Missas non in Cappella; sed vbi eis placuerit, & accipiunt ducatos 25. annuos, & miserabilis noster Parœcus non habet Cappellaniam ex istis, quando Rota coram Orano in vna Beneuentana Spolij dixit, eum esse Spoliatum oblationibus suis, & vti talem rogo dignissimum Episcopum, & eius doctissimum Vicarium, vt eum restituat in suis oblationibus.

Quare &c.

Sic, vt scripsimus, fuit practicatum.

DISCEPTATIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Factum proponitur de quo hic.*
2 *Bulla Sixti V. quæ incipit* cum sacrosancta *refertur.*
3 *Bulla Sixti V. requirit declaratoriam iudicis.*
4 *Bulla Sixti V. quoad aliqua est derogata.*
5 *Bulla Sixi V. non procedit quoad familiares Papæ, neque quoad pensiones non valentes sexaginta ducatos, de Camera.*
6 *Bulla Sixti V. non precedit quando ob causam, Clericus non defert habitum.*
7 *Bulla Sixti V. requirit Citationem Beneficiarij, vel Pensionarij.*
8 *Pensionarius gaudet foro sine habitu, & Tonsura.*
9 *Manutentio datur Beneficiato, & Pensionario, non obstante exceptione quod sit malè promotus quod non deferat habitum, & quod matrimonium contraxerit.*
10 *Clericus recipiens pensionem, vel Beneficium cum animo manendi in statu laicali, & non ascendendi ad sacros, an peccet mortaliter.*
11 *Clericus recipiens Beneficium &c. cum intentione manendi ad sæculum, an teneatur fructus restituere.*
12 *Clericus si fiat Parœcus cum intentione non recipiendi Sacerdottum, P. M. & tenetur ad fructus etiam ante iudicis sententiam.*
13 *Fallit si à principio habeat voluntatem & postea mutet.*
14 *Clericus recipiens Beneficium Curatum cum intentione conditionali, non tenetur restituere*
15 *Fallit in recipiente cum animo dubio.*
16 *Tex.* in cap. licet de electione in 6. & cap. commissa; *non procedunt quoad pœnas in Canonicatibus.*

ARGVMENTVM.

Bulla Sixti V. quæ incipit cum sacrosancta, *requirit declaratoriam, & partis citationem ad hoc, vt Clericus Beneficiatus, vel Pensionarius priuetur Beneficio, vel pensione: & interim datur manutentio in exigenda pensione, quo vero ad fori priuilegium, non obseruarur: qui gaudent Beneficiati, & Pensionarij etiam sine habitu, & tonsura. Tex.* in cap. licet, & cap. commissa *explicantur, vt scilicet Clericus si recipiat Beneficium cum animo non recipiendi Ordines Sacros, neque peccet, neque teneatur ad fructus quod secus, si quis Clericus accipiat Parœciam sine intentione infra annum re-*

cipiendi Sacerdotium : quia tunc tenetur ad fructus, & peccat mortaliter ; ſed non ſi recipiat curatum cum intentione conditionali.

P R O

D. Ioanne de Salamanca, digniſſimo Iudice M. C. V. in Ciuilibus.

1 DOMINVS meus Digniſſimus Iudex M. C. V. in Ciuilibus D. Ioannes de Salamanca obtinuit reſignationis titulo penſionem ſuper Abbatia H. Regn Siciliæ ſibi renunciata ab Illuſtriſſimo D. meo D. Ioanne de Salamanca eius digniſſimo Patruo omni æuo ſemper venerando Domino, cuius encomia non eſt meum recenſere; ſed totum Regnum Neapolitanum de eo ſemper loquetur, & loquitur. Hic ergo D. Ioannes Iunior, vt dicebam ſtat in poſſeſſione ſeu quaſi exigendi penſionem annuorum ducatorum 300. & cum fuiſſet aſſumptus ad munus Iudicis M. C. V. pro nunc, cum ſpe altiora conſequendi matrimonia, & contraxit & Breue obtinuit à ſanctiſſimo D. Noſtro Alexandro VII. retinendi penſionem non obſtante matrimonio contracto. Titularis beneficiatus, qui Siciliæ Abbatiam poſſidet, recuſat ſoluere tres annatas penſionis de præterito ante breue debitas, ſub prætextu quod non iuerit D. meus in habitu, & tonſura ſed veſtibus laïcalibus occaſione laïcalis miniſterij quod geſſit, & nunc maximo cum applauſu gerit: ego dixi futiles vanaſque eſſe partis prætenſiones ac proinde cogi debere ad ſolutionem prædictam faciendam.

2 Primò quidem: quia Bulla Sixti V. quæ incipit cum ſacroſancta de anno 1589. emanata qua diſponitur beneficiatum, habitum non geſtantem, & tonſuram non gaudere priuilegio fori, & priuari beneficio Eccleſiaſtico, ipſo iure, ipſoque facto, ſine alio iudicis decreto, vt bene
3 Regens Capicius Latro *dec. 73. tom. 1. n. 6. & 19.* requirit declaratoriam non condemnatoriam ſententiam, vt poſt Quarantam, Gratianum, Squillantem, Nouarium, & alios dicit idem Regens,
4 poſt Regent. Tappiam, & alios quos allegat, & *dec. 174. à num. 35. cum ſequentib.* vnde Fillincius *tom. 3. cap. 6. n. 12.* dicit derogatum quoad aliqua
5 per conſuetudinem.

Hæc autem Bulla Sixti V. quatenus eſſet in obſeruantia, fuit limitata quoad familiares S. Pontificis, nec non quoad penſiones 60. ducatorum de Camera non excedentes, quia in illis non requiritur Bullæ diſpoſitio, vt in alia Bulla Sixti V. ſeu declaratione quæ incipit, *Paſtorali.*

6 Hæc etiam conſtitutio non procedit, quando clericus ob aliquam cauſam dimitteret habitum: quia tunc nullam pœnam incurreret poſt alios, Sperell. *dec. 66. num. 18.* qui ſubdit deinde quod ſi quis impetret beneficium Titij ex quo habitum non geſtauit debet citari poſſeſſor beneficij,
7 aliàs licet probetur illum publicæ habitum non geſtaſſe, ſed laïcalem detuliſſe, requiritur illius citatio ad finem illum priuandi, aliàs proceſſus erit nullus, & præfatus poſſeſſor eſt manutenendus in poſſeſſione beneficij, vnde cum quidam Felicianus origine Aſſiſenſis, impetraret quoddam beneficium S. Stephani de iure patronatus laïcorum quod prius obtinebat, quidam alius ſub narratiua quod dictus vti laïcus ſe gerebat Romæ in ſeruiendo Marchioni Ceſio, & in portu Elburnæ, magno Duci Etruriæ, & cum Vicarius Aſſitij non citato poſſeſſore priuaret illum beneficio, & interpoſuiſſet alium optimè pro eo patrocinando, deinde Sperell. *dec. 66. num. 20.* fuit miſſus in poſſeſſionem iterum ille Spoliatus beneficio, & conceſſum mandatum de manutenendo: quia requirebatur citatio contra poſſeſſorem licèt iniuſtum & intruſum, & Romæ ſic deciſum refert, Sperell. *num. 21.* ex quo duo colligo Bullam Sixti V. non reſpicere locum, ſed perſonam vt moris eſt, cuiuſcumque legis quæ adaptatur ad perſonas quando illam ferens poteſt perſonam ligare; vnde Aſſitij, Romæ, & alibi ſeruari dicitur ibi manutentioni concedi non obſtante defectu habitus.

8 Imò hodie penſionarius, etiamſi non deferat habitum, & tonſuram gaudebit priuilegio fori, vt declaratum per ſacram Congregationem, dicit Barboſ. *in ſumma Apoſtolicar. dec. in verbo fori Priuilegium, dec. 361. num. 7.* & Tondutus Sanligerius *de penſionibus, c. 33. n. vlt.*

9 Hæc tamen dicta ſint ex abundanti, quia non poteſt denegari D. meo D. Ioanni ſolutio penſionis, exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem ob ſolutiones ſibi factas, ſub prætextu quod penſionarius non eſſet clericus, vel habitum non geſtauit: quia in hoc iudicio non admittuntur exceptiones reſpicientes altiorem indaginem, ſed reiiciuntur ad iudicium petitorium, Verallus *deciſ. 320. p. 2.* Rota *in recentiorib. dec. 387. num. 4.* quod eſt generale in quibuſcumque iudiciis poſſeſſoriis, vt latè Argellius *de acq. poſſeſſ. quæſt. 2. art. 1. num. 26.* Vnde exceptio nullitatis non admittitur in hoc iudicio poſſeſſorio, pro penſione intentata. Gigans *de penſionibus, q. 35. num. 9.* Conarruuis *lib. 1. var. cap. 1. num. 9.* Caſſadorus *deciſ. 4. num. 8. de reſcriptis*, Rota *dec. 436. p. 3. recentiorum*, Tondutus *c. 5. de penſionibus*, qui *c. 52. num. 21.* dicit non poſſe opponi clerico penſionario quod fuerit ordinatus ab Epiſcopo non ſuo, vt dixit Rota Romana coram Ceſſo in vna Alexandrina penſionis, die 19. Iunij 1648. de qua Tondutus *poſt tractatum de penſionibus, deciſ. 81.* ergo non poterit denegari ſolutio penſionis D. meo ſub prætextu non delationis habitus: tum quia Bulla non eſt vſu recepta, tum quia conſuetudine abrogata, tum quia in omnibus perſonis ſic practicata ſemper fuit, tum quia requireretur declaratoria: tum quia, non impeditur manutentio.

Quare, &c.

10 Quæſiuit etiam à me timoratus hic dominus an recipiens penſionem, vel beneficium, cum animo non aſcendendi ad ſacros Ordines, ſed manendi in ſtatu laïcali peccet mortaliter, hanc enim intentionem habuit à principio ipſe cùm venerit ex Hiſpaniis, Neapolim ad ſeruiendum in Toga, & hoc deinde declarauit dùm, vxorem duxit.

Reſpondi ego duas eſſe opiniones. Prima quod peccet mortaliter, ita Nauarrus *Miſcellan. 49. de oratione, num. 113. in antiquis.* Sotus *lib. 10. de iuſtitia, quæſtione 5. art. 6.* & alij apud Toletum *lib. 5. cap. 5. num. 5.* alij vero negant eſſe mortale, ita Vaſquez *cap. 3. de beneficiis §. 2. dub. 1. num. 38.* Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 45. numero 17.* ſequitur Leſſius *c. 34. num. 134.* qui im-

probat

probat Nauarr. sibi contrarium *lib.3. consiliorum de præb.cons.*1. sequitur Squillante *de obligatione clericorum, part.*1. *num.*112. Garsia *de beneficiis, part.*3.*cap.*4.*num.*43. P. Bard.*lib.*3.*select.quæst.*2. *num.*9. Ratio est: quia nullibi præcipitur vt tale beneficium recipiatur cum ea intentione, sed sufficit si beneficiatus dum illud retinet satisfaciat suo muneri, præstando ea quæ requiruntur ab ipso beneficio, tum quia Ecclesia permittit hos transire ad sæculum, vxorem ducere, &c. ergo neque implicitè vult tales obligare ad retinendum statum clericalem.

11 Neque obligatur ad fructus quos recipit, manente cum ea intentione transeundi ad sæculum, post alios Sanchez, *d. disput.*45. *num.*13. Squillante *vbi suprà, num.*113. Bard. *vbi suprà num.*10. tum quia pro tali tempore præstat munera debita: tum quia nullum habemus ius ad hoc obligans; ergo non est talis obligandus neque confertur cum eo pacto manendi in statu Ecclesiastico: quia Ecclesia permittit transire ad matrimonium, & ad statum sæcularem: ergo, &c.

12 Quia tamen ille qui non est Sacerdos, dummodo habeat annos 25. potest fieri Parœcus, dummodo infrà annum fiat Sacerdos, *cap.licèt, c. commissa de elect. in* 6. Clementina *vt ij qui de atate, & qualitate ordin.* Trident.*sess.*22.*c.*4. *de reformat.* hinc est quod si quis non Sacerdos recipiat Parœciam cum ea intentione non ascendendi ad Ordinem sacerdotalem, intra tempus à iure præscriptum: peccabit mortaliter, & tenetur ad fructus restituendos, quia adest Ordo, & præceptum Ecclesiæ, vt infrà annum fiat sacerdos, & sic decipit Ecclesiam quæ sub hac conditione intelligitur velle beneficio ista curata non Sacerdotibus conferre, vt saltem intra annum à die collationis curent promoueri ad Sacerdotium; & quia materia est grauis, ideò eius transgressio non potest, non esse grauis DD. *in d.cap.licèt, & c. commissa*, & sequuntur Azorius *p.*2. *lib.*6. *c.*8. *q.*2. *& lib.*7. *c.*16. *q.*11. Garsia *p.*3. *de beneficiis, c.*4. *num.*4. Sanchez *lib.*7. *de matrim. disput.*45. *num.*4. Squillante *p.*1. *de oblig. cleric. num.*102. Bardi *vbi suprà num.*2. & tenetur hic talis ad restituendos fructus perceptos, etiam ante iudicis sententiam: quia tenetur ex quasi contractu, nam sub hoc pacto implicitè confertur beneficium, & sic non expectanda est sententia. Quod

13 si à principio habeat voluntatem recipiendi sacros Ordines, & deinde illam mutet, circa suam promotionem tunc non tenetur ad fructus: quia, vt bene Sanchez *num.*11. ille text. *cap.commissa*, solum loquitur quando quis recipit Parœciam sine animo accipiendi Sacerdotium; sed ille de quo agimus tempore receptionis habebat talem intentionem: ergo non comprehenditur sub illo casu.

14 Quod si quis recipiat beneficium curatum, cum non sit in sacris, & habet animum conditionalem, scilicet voluntatem assumendi Ordines, nisi aliquod felicius in sæculo ei contingat, vt V. G. primogenitura, vel aliqua successio, dico respondendo non teneri ad restitutionem fructuum: ita post alios Sanchez *in summa, lib.*6.*cap.*7.*num.*17. *& de matri. disp.*45. *num.*10. *contra Sotum, & Gutierrez.* Ratio est: quia textus *in cap.commissa*, procedit, quando recipiens beneficium habet voluntatem non assumendi Ordines, intra tempus præfixum, at de illo qui habet voluntatem conditionalem non potest dici quod absolutè, & simpliciter careat voluntate assumendi Ordines: Ergo retinens talem voluntatem conditionalem non dicitur contrauenire textui, qui cum sit pœnalis strictè est explicandus scilicet pro voluntate absoluta, non assumendo Ordines.

Ille autem qui recipit beneficium cum animo 15
dubio assumendi Ordinem, obligatur restituere fructus; Sanchez post alios, *vbi suprà num.*10. quia dubitans non dicitur habere intentionem exequendi rem illam: sic ille qui recipit beneficium curatum, cum animo non se promouendi, sed ad finem lucrandi fructus, & ad alios fines tenetur ad fructus, Garsia *num.*58. quia textus *in d. cap. commissa*, procedit stante quocumque fine, & voluntate non assumendi Ordines; & nota quod tales fructus sunt restituendi, & applicandi Fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus, Garsia *vbi sup.n.*59.

Quia verò textus *in d.cap. licèt*, loquitur so- 16
lum de Parœcialibus, ideò cum simus in odiosis in quibus pœnæ non extenduntur, propterea non habebit locum in Canonicatu, & aliis quibus Ordo Sacer annexus est, Garcia *vbi suprà num* 11. *&* 12. Squillante *num.*103. quia tales Beneficiati non sunt ipso iure priuati, sed post monitionem sunt priuandi, verùm non habet vocem in Capitulo, Garcia *vbi suprà num.*14. & aliqui dicunt de actiua cum Garcia, *vbi suprà*, alij dicunt esse priuatos etiam voce passiua, Bardus *d.quæst.*2. *lib.*3. *numero* 8. Hic dominus est hodie in Hispanis, qui transmisit has allegationes Siciliæ, & fuerunt continuæ solutiones.

Iulius Caponus.

DISCEPTATIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Illustrissima S. Benedicti Religio quando fundata fuerit, & vbi.*
2 *Abbates Cassinenses iura habent Episcopalia.*
3 *Archiuium Cassinense quantam apud Rotam Romanam habeat authoritatem.*
4 *Ordo Cassinensis in quot Congregationes diuisus, & quomodo sint, & quando fundatæ.*
5 *Abbates huius sacri Ordinis quales habeant prærogatiuas.*
6 *Benedictinorum Ordine, ac Regulis plures aliæ viuunt Religiones.*
7 *Liuellorum vsus apud Benedictinos semper fuit.*
8 *Decretum sanctæ Congregationis authoritate S. D. N. Alexandri VII. quid disponat in hac materia, & eius afferuntur verba*

ARGVMENTVM.

Cassinensis Sacri Ordinis origo ostenditur, eius Abbatum prærogatiuæ recensentur, in quot Congregationes sit diuisus? sub eiusdem Regulis, quæ aliæ viuant Religiones: apud eosdem liuellorum vsus semper adfuit tandem decretum Sanctæ Congregationis affertur.

PRO

Sacro Ordine Caſſinenſi,

AD

Obſeruantiam Decreti ſanctiſſimi D. N. Papæ Alexandri VII. ſub die 22. Maij 1661. & publicati die 11. Aprilis 1661.

FACTVM.

1 ILLVSTRISSIMA, ac ſanctiſſima Religio S. Benedicti, cuius caput Abbas vocatus ab eodem S. Benedicto, inſtituta fuit anno 500. ſub Pontifice Symmachi, cuius corpus eſt in inſigni Monaſterio Caſſinenſi, & antequam S. Benedictus illuc acceſſerit, Eccleſia Caſſinenſis ſuum habebat Epiſcopum, & præcipuè habuit Seuerum, qui interfuit Concilio Lateranenſi ſub Felice III. Papa, quod fuit celebratum anno 487. cui Concilio ſubſcripſit Seuerus tanquam Epiſcopus Caſſinenſis, vt ex *tom. 2. Conciliorum, pag.* 420. de quo Seuero ſcripſit Petrus Diaconus in vita eiuſdem Seueri, poſtquam verò illuc acceſſit S. Benedictus ſcilicet de anno 529. nemo amplius præter Monachos Caſſinenſes Epiſcopus ibi fuit deputatus, & iure: quia S. Benedictus immediatè à Deo illuc miſſus fuit; eique pro populo Caſſinenſi munus Euangelicum demandatum, vt ait S. Gregorius magnus, *lib. 2. Dialog. cap.* 8. & 19. Gordianus in vita S. Placidi Martyris apud Surium *tom. 3. pag.* 749. & refert S. Thomas *in opuſculo* 19. *cap.* 4. Auguſtinus ab Ancona *de poteſt. Eccleſiæ* ad Ioannem Papam 21. *quæſt.* 64. *art.* 1. & ſucceſſiuis temporibus Abbates Caſſinenſes poſt S. Benedictum, licet non eſſent Epiſcopi, iura tamen Epiſcopalia, & omnimodam iuriſdictionem ſemper exercuerunt, & Diœceſim habebant, vt Rota Romana aſſerit in vna Sorana Beneficij 8. Martij 1627. coram Reuerendo D. Merlino, *tom. 1. dec.* 264. vbi Rota habet pro
2 vero Abbatem Caſſinenſem habere iuriſdictionem Epiſcopalem, diſtinctum Territorium, & Archiuium Caſſinenſe publicam fidem facere, & vim ſcripturis tribuere vti publicis, vti ſcripturæ omnes habent, quæ ex Archiuio Epiſcopali deſumuntur, & Eccleſiam Caſſinenſem eſſe veram Cathedralem, & Epiſcopalem, & ſubiectus eſt Abbas Caſſinenſis immediatè S. Sedis Apoſtolicæ, & ex tali Archiuio Cæſar Cardinalis Baronius multa deprompſit, quæ in ſuos annales, & alia opera ingeſſit, & vti tale ſemper per SS. Pontifices fuit tractatum.

3 Hæc inſignis Religio, alias Congregatio hodie diuiſa eſt in quinque Celebriores Congregationes, inter ſe independentes. Prima eſt Italica quæ nunc dicitur montis Caſſini, antea dicebatur S. Iuſtinæ Patauinæ, incepit ab anno 1408. habet per Italiam pluſquam 66. Monaſteria. Secunda Congregatio eſt Germanica & appellatur Burſfeldenſis à Monaſterio S. Thomæ Apoſtoli, & S. Nicolai Epiſcopi in Burſfeldia Diœceſis Moguntinę anno 1420. floret per vtramq; Germaniã: habet pluſquam centũ quinquaginta Monaſteria. Tertia Gallica dicitur Caſſalis Benedicti à Monaſterio in eo Pago, fundato cæpit anno 1516. vt in Bulla Leonis X. habet decem, & quinque Monaſteria Religioſorum, & totidem fœminarum. Quarta Congregatio eſt Hiſpana, dicitur Valliſoletana à Monaſterio in Vrbe Valliſoleti erecto, Congregationis Capite, cæpit anno 1520. & habet pluſquam quadraginta Monaſteria. Quinta Congregatio eſt Luſitana Monaſterij ſancti Martini de Tiboes: cæpit anno 1549. & continet circiter viginti Monaſteria: huius Illuſtriſſ. & Sanctiſſimæ Religionis Abbates vtuntur Pontificalibus, benedicunt Populum, & conſecrant lapides pro Altaribus ex Bullis S S. Pontificum præſertim Pij V. in Bulla 97. 6. Iulij 1565. & Monachos à quibuſcumque cenſuris, & pœnis abſolvunt ex Bulla Pij V. 129. Idus Iunij 1571. de hac S. Congregatione agunt Leo Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis in Chronica Caſſinenſi, cum annotationibus Matthæi Laurentij Hiſpani Monachi Caſſinenſis, & Prioris S. Saluatoris de Caſtellis Neapoli impreſſa anno 1626 Paulus Morigia *de origine Religioſorum, lib. 1. cap.* 23. Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 3. cap.* 2. Emanuël Rodriquez, *quæſtionum Regularium, tom. 1. quæſt. 3. art.* 2. Azorius *part. 1. lib. 12. c. 21. quæſt.* 2. Hieronymus Rodriguez *in Compendio quæſtionum Regularium, reſol.* 123. Illeſcas *in Hiſtoria Pontificia, lib. 3. cap.* 61. *& lib. 6. cap.* 30. Caſſaneus *in Catalogo gloriæ Mundi, p. 4. conſid.* 50. Polydorus Virgilius *de inuentione rerum, lib. 7. cap.* 2. ſub cuius Sanctiſſimæ Religionis Regulis viuunt Camaldulenſes, Ciſtercienſes, P P. Montis Virginis, Gilbeltrini, Floriacenſes, Sylueſtrini, Celeſtini, Oliuetani, & alij de quibus D D. citati. 5 6

Fuit ſemper in pacifica poſſeſſione Congregatio Caſſinenſis vt ſui ipſius alumni tempore profeſſionis, dum omnia renunciant ſeruata forma Conſilij Tridentini *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap.* 16. retineat vnuſquiſque ſi poteſt, annuam quandam præſtationem, quam vulgo liuellum appellant, & ad ſuas impendunt neceſſitates, Superioris habita licentia, non aliter, nec alio modo. Alij aliquas adminiſtrationes bonorum temporalium, ſibi per Parentes relictam, ad certos vſus, cum eiuſdem Superioris pro tempore, habuerunt, alij à Pijs, & prudentibus Teſtatoribus legata, & hæredum inſtitutiones habuerunt, cum pacto tamen, vt nihil Monaſterijs eorumdẽ acquireretur. Alij tandem ex induſtria, & intuitu amicitiæ cum aliquibus Miniſtris &c. acquiſiuerunt aliquam peculij quantitatem, ex qua emptiones fecerunt annuorum redituum ad conſenſum Superioris Monaſterij, quorum filij ſunt, & eorumdem Monaſteriorum nomine emptiones celebrauerunt, quibus etiam Spolia reddiderunt, vt ita dicam, in vita ſolam adminiſtrationem retinentes ad bonum regimen eiuſdem Peculij, Superioribus permittentibus, & ad eorum libitum, & non aliter, nec alio modo. 7

Rebus in hoc ſtatu exiſtentibus ab antiquiſſimis temporibus ſuperuenit nouiſſimè, elapſis menſibus Decretum ſacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium ſuper œconomico ſtatu, & recta bonorum adminiſtratione Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti inſtauranda à Sanctiſſimo D. N. Papa ſpecialiter deputata, in quo Decreto, audito etiam pluries Patre Procuratore Generali eiuſdem Congregationis Caſſinenſis, ſub die 22. Martij 1661. publicato die 11. Aprilis 8

lis

lis eiusdem anni plura determinantur, inter cætera Capita vnum est tenoris sequentis.

Monachis, nec non Abbatibus ipsis annuos reditus, aut alia quæcumque bona mobilia, vel immobilia, licet mediantibus eorum personis acquisita, nedum possidere; sed etiam administrare, vel titulo vsusfructus, depositi, custodire, aut alio quolibet detinere, sub pœna priuationis vocis actiuæ & passiuæ, omninò interdictum sit; sed ea omnia statim Superiori cum cæteris Monasterij bonis incorporanda, & per officiales publicos administranda tradantur.

Neque circa hoc consuetudo vlla, etiam immemorabilis, aut conniuentia, vel expressa licentia Superioris suffragetur, qui tamen Religiosis necessitatibus eorum consulere non prætermittet, quorum respectu ante dicta bona Monasterio acquisita fuerunt, si quando verò contingat, vt aliter per pios testatores, vel alios circa prædicta disponatur, ad sedem Apostolicam habeatur recursus; non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus F. Cardinalis Paulutius Præfectus.

Dixi de pluribus contingi dubitari, quæ in decreto prædicto sunt disposita, & ideò sit.

DISCEPTATIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Sanctissimi D. N. Papæ statum præsentem Sacri Ordinis Cassinensis non comprehendit.*

2 *Leges ad præterita non extenduntur; sed futura respiciunt.*

3 *Possibilitas faciendi actum regulatur ex præsenti tempore licito.*

4 *Decretum quodcumque licet declaratorium, si sit per viam legis ad futura respicit, non ad præterita.*

5 *Lex nunquam trahitur ad præterita iam decisa, & qualiter dicantur decisa.*

6 *Benedictinos posse retinere linellos est decisum per Tribunalia sæcularia, & S. Rotæ Romanæ.*

7 *Lex antiqui Iuris declaratoria, an trahatur ad præterita.*

ARGVMENTVM.

Leges ad futura trahi, non ad præterita, cum certum sit, id etiam in declaratoria legum ampliatur; nunquam tamen leges trahuntur ad præterita, decisa.

PRO

Eodem Sacro Ordine,

AD

Obseruantiam eiusdem Decreti.

FACTVM.

1 RESPONDEO tale decretum respicere tantùm futurum, & acquirenda taliter in futurum, idque ex eo: quia vel consideratur, vt lex, & tunc futurum statum, non præteritum comprehendit ex *l. iubemus Cod. de testamentis cap. finali de constit. l. leges, C. de legibus* Albericus, *lib. 1. statutorum, quæst. 70.* non enim lex noua trahitur ad præterita, vbi agitur de pœna, *d. l. iubemus, §. fin. Cod. de testa-* 2
mentis l. fin. Cod. de Decuriombus l. Comparationes, §. fin. Cod. de fide. instr. Auth. de non alienandis rebus, §. alienationis, d. cap. 2. de constit. Rota apud Card. Caualer. *dec. 125. num. 9.* & Archiepiscopus Bracarensis, *in cap. præterea, num. 3. 28. dist.* & *in cap. ex antiquis 28. dist.* Ioannes Salas *de legibus, quæst. 97. tract. 14. disp. 24. sect. 2.* Rota in Sabinensi Castrimontis Rotundi 18. Februarij 1627. coram Coccino Barbosa, *in d. cap. 2. de constit.* quia quod est licitum à principio, non fit ex superuenienti adiunctione illicitum, *l. 1. §. fin. ff. de acq. poss. l. vnica, §. hoc tantummodo, Cod. de vsu, cap. transformanda*: ergo cum principium talis Ordinis fuerit licitum, non fit postea ex nouo decreto illicitum; sed no- 3
uum deretum spectabit ad futuras administrationes obtinendas: Consequens probatur: quia possibilitas faciendi actū sic regulatur ex tempore, sicuti ex loco, *l. si arrogati, ff. de test. tutela, l. tutor datus, ff. eod. tit. l. vinum, ff. si certum petatur*; sed actus inchoatus tempore licito, si perficiatur eo tempore, quo inchoare non licet ex virtute principij, valet *l. in bello, §. Codicilli, ff. de captiuis l. cum filiusfam. §. hæres ff. de leg. 2.* ergo sic in casu nostro Decretum non ad præterita concessas administrationes; sed ad futura obtinenda extenditur; cum præsertim agatur de priuatione vocis actiuæ, & passiuæ: quo casu nunquàm lex præterita; sed futura comprehendit D D. apud Rotam, & Barbosam vbi *suprà*.

Vel Decretum prædictum sumitur, vt declara- 4
torium præcedentium Constitutionum, & Decretorum alias factorum, & neque trahitur ad præterita, & pendentia, vt quis incidat in pœnam; sed solum quoad futura Rota *d. l. 608. num. 15. p. 2. in recentioribus*; ergo ex hoc capite puto Decret. S. Congregationis voluisse S.P. prouidere ad futuras obtinendas administrationes, non ad præterita, Superioris licentia obtenta, ex illo brocharico legali, legem non trahi ad præterita; sed ad futura, *d. l. leges, Cod. de legibus, §. fin. Auth. de hæred. ab intest. venientibus coll. 9. cap. cognoscentes, cap. vlt. de constit.* quod exornat Tiraquellus *de retract. in præfat. à num. 18. & de iure primogenitur. quæstione 43. num. 17.* Couarr. *lib. 3. var. cap. 13. num. 4.* Nauarrus *in cap. cum contigat de rescriptis, excep. 14.* Sebastianus Medices *de legibus, part. 4. quæst. 33.* Menoch. *de arbitrarijs, casu 185.* Natta *cons. 66. nu. 3.* Bursatus *cons. 214. vol. 2.* Lancellottus Corrados *in templo omnium iudicum, lib. 1. cap. 1. §. 4. verbo legem generalem, num. 7.* Mandosius *in Regulis Cancellariæ Regula 9. quæst. 3.* Gaballinus *milleloquio 607.* Brunorus à Sole *in verbo lex. 13. & in verbo statutum 63.* Morla *in emporio iuris, part. 1. tit. 1. quæst. 6. per totam*, Rodriguez *quæstionum Regul. tom. 1. quæst. 6. art. 17.* Farinacius *in fragmentis, part. 2. in verbo lex, num. 25. cum sequentibus*, Suarez *de legibus, lib. 3. cap. 14.* Card. Tuschus *lit. L, concl. 264.* Rota apud Farinacium *d. 10. num. 15. part. 4.*

Quod adeò verum est, vt lex non trahatur ad 5
præterita, iam decisa, putà per sententiam, rem iudicatam, transactionem, iuramentum, solutionem, quietantiam, præscriptionem, & similia, etiam quod in eadem lege nominatim, & expresse fiat mentio de præteritis, *l. causas, Cod. de*

transact. Bart. *in l. omnes populi, num.* 41. *vers. distingue*, vbi Crotus *num.* 137. *ff. de iust. & iur.* Abbas *in cap. fin. num.* 9. vbi Felinus *num.* 3. *de constit.* Capua *regul.* 6. Cardin. Tuschus *tom.* 5. *lit. L, concl.* 264. *num.* 63. *cum seqq. & concl.* 265. *num.* 13. Alderanus Mascardus *de generali interpretatione statutorum, Regula* 13. *num.* 16. Farinacius *in fragmentis part.* 2. *lit. L, num.* 44. *cum seqq.*

6 sed in præsenti posse Patres tenere libellos ad nutum Superioris, posse administrare bona relicta à sæcularibus est res decisa, non solum per laïcalia tribunalia, sed etiam per sanctam Rotam Romanam, & visis fidibus PP. Benedictinorum; Rota decidit in talibus casibus, posse habere ad nutum Superiorum, &c. *vt infrà* probabimus: ergo hoc decretum ad casus decisos non refertur, sed ad nouas obtinendas administrationes.

7 Neque dicas legem antiqui iuris declaratoriam trahi non solum ad futura, sed etiam ad præterita, *vt in Auth. de filiis ante dotalia instrumenta natis, & auth. de raptoribus mulierum*: ibi, tanquam si lex nostra ab initio cum tali interpretatione promulgata fuisset, & notat Abbas *in c. fin. num.* 8. & ibi Felinus *de constit.* Caldas Pereyra *de potest. eligendi in emphyteusim, c.* 11. *num.* 3. Rota *d.* 142. *p.* 2. *diuers.* Morla *d. q.* 6. *num.* 11. Cardin. Tusch. *d. litt. L, conf.* 264. *num.* 45. *& 51. & concl.* 265. *num.* 4. Mascardus *d. concl.* 13. *num.* 41. Ribadeneira *in libro pro defensione Societatis IESV, capite* 15. Farinacius *d. litt. L, num.* 51. *cum sequentibus.*

Resp. enim in præsenti non agi de lege aliqua declaratiua, quia non aderant neque Regulæ, neque constitutiones, neque Sacri Canones, neque Concilium Tridentinum prohibet talem modum tenendi libellos, administrationis bonorum, vt infrà probabo, ad nutum Superiorum, & cum eorum expressa licentia disponentium, vt *infrà*: ergo non est decretum alicuius iuris antiqui declaratorium. Addo quod Rota, *vt suprà* dixi, etiam declaratoriam respicere futura, & non præterita determinauit: ergo, addo etiam, quod quando esset declaratorium, & vteretur aliquo verbo importante promulgationem noui iuris, nec ad præterita extenderetur, teste communi DD. schola apud Farinacium *vbi suprà, num.* 52. *& n.* 53. limitat etiam quando in decreto declarante adderetur aliquid iuri antiquo, putà si imponeretur noua pœna, vt in præsenti, vbi imponitur pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ grauissima pro Regularibus. Ergò hoc decretum non respicit statum præsentem Congregationis Cassinensis, sed futuras respicit libellorum reseruationes, administrationes in futurum obtinendas, &c. & in hoc nullus poterit oppositum somniari.

DISCEPTATIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Liuelli qui sint, & qui Doctores de eis tractent.*
2 *Liuelli sub decreto Sanctissimi N. Papæ, de quo* suprà *non comprehenduntur.*
3 *Liuelli sunt nomina debitorum, & non sunt neque stabiles, neque mobiles, neque census, seu annui redditus.*
4 *Nomina debitorum veniunt sub appellatione bonorum.*
5 *Nomina debitorum veniunt sub obligatione generali bonorum, & ad propositas leges, Andriolus*, tom. 3. conf. 208.
6 *Nomina debitorum non veniunt appellatione bonorum, si specificè distinguantur mobilia, & stabilia.*
7 *Donatio omnium bonorum mobilium, & stabilium præsentium, & futurorum valet, quia non continet nomina debitorum.*
8 *Legatum omnium bonorum mobilium, & immobilium, an contineat iura, & actiones.*
9 *Iura, & actiones non circumscribuntur loco, & constituunt tertiam speciem inter mobilia, & stabilia.*
10 *Nomina debitorum nec legato mobilium cedunt, nec stabilium.*
11 *Nomina debitorum, quoad effectum exactionis tantum dicuntur de loco creditoris.*
12 *Annui redditus continentur appellatione stabilium.*
13 *Annui redditus quanto tempore præscribantur.*
14 *Legatum annuum limitatur, vel Ecclesiæ factum est vnicum, secùs si particularibus, quia quot sunt anni, tot sunt legata.*
15 *Annui redditus ex contractu debiti vnicam continent obligationem, quod limitatur*, num. 16.
16 *Annui redditus interdum continent multiplicem obligationem.*
17 *Ecclesia si per centum annos annuam præstationem sibi debitam non exigat, sibi non præiudicat in futurum.*
18 *Ecclesia habet restitutionem in integrum, etiam contra præscriptionem centenariam.*
19 *Decisio Regentis Reuerterij* 245. *cum obseruatione D. Regentis de Marinis affertur ad propositum.*
20 *Dictio*, super, *inducit hypothecam, & quando.*
21 *Filius secundò genitus habet hypothecam super feudo pro dicta militia.*
22 *Liuelli causa quod ius habeant Monachi in bonis debitoris.*
23 *Mobilium appellatione quæ contineantur, & in quo differant à se mouentibus.*
24 *Pecunia an veniat appellatione mobilium.*
25 *Pecunia destinata ad emptionem stabilium venit appellatione stabilium.*
26 *Destinatum habetur pro opere perfecto, & completo.*
27 *Pecuniam possidens destinatam pro immobili non tenetur satisdare.*
28 *Narratiua decreti S. P. ponderatur.*
29 *Proœmium legis declat voluntatem legis lateris, & finem legis.*
30 *Assertiua dispositionis declarat mentem disponentis.*
31 *Legis anima, est ratio proœmialis.*
32 *Legis ratione cessante, cessat lex.*

ARGVMENTVM.

Liuelli non sunt mobiles, neque stabiles, sed nomina debitorum, tertiam speciem constituentes inter mobilia, & stabilia, licèt veniant sub

appella-

appellatione bonorum. Redditus annui dicuntur ſtabiles, & differunt, ſi in contractibus, vel in vltimis voluntatibus debeantur, & an Eccleſia illos non exigens per centum annos, ſibi præiudicet, & an habeat Eccleſia reſtitutionem in integrum, contra centenariam præſcriptionem. Pecunia inter mobilia connumeratur, & quando inter ſtabilia. Deſtinatum habetur pro completo. Decreti ratio qualis fuerit in præſenti, & quando ceſſet lex, ceſſante ratione.

PRO

Eodem Sacro Ordine,

AD

Obſeruantiam eiuſdem decreti.

FACTVM.

1 PRo intelligentia, ſuppono vocari Liuellos illas annualitates, ſeu annuas præſtationes quas ſibi reſeruant Monachi, vel Moniales tempore profeſſionis, dum ſuis parentibus, vel aliis bona temporalia deuoluta, & deuoluenda renunciant. Miranda in puncto loquens de Liuellis monialium, *quæſt.9.de Monialibus, art.* 1. Corduba *in ſumma, quæſtione* 54. Lezzana *tom.* 1. *cap.*25. *à num.*4. Tamburinus *de iure Abbatiſſarum, diſp.*8. *quæſt.*6. *num.*4. P.Franciſcus Bordonius *in deciſionibus moralibus, d.*411.hoc poſito,

2 Reſpondeo Liuellos ſub decreto non contineri. Probatur, quia decretum dicit Monachis, nec non Abbatibus ipſis annuos redditus, aut alia quæcumque bona mobilia, vel immobilia, licèt mediantibus eorum perſonis Monaſterio acquiſita, nedum poſſidere; ſed etiam adminiſtrare, vel titulo vſusfructus, depoſiti cuſtodire, aut alio quolibet detinere. Videamus ergo quid prohibet decretum, & Liuelli ſub quo nomine contineantur.

Decretum ergo comprehendit annuos redditus, mobilia, & ſtabilia ex perſonis Monachorum quæſita Monaſterio, ergo non comprehendit liuellos.

3 Probatur quia Liuelli ſunt nomina debitorum, quæ ſibi reſeruant Monachi tempore profeſſionis, non ſunt cenſus, vel annui redditus, & ſic non ſunt hic comprehenſi: quia licèt regula ſit appellatione bonorum ſimpliciter facta, iura, & actiones contineri, *l. bonorum*, vbi Alciatus *ff.de verb. ſignific. l.* 6. *nomen*, *Cod.quæ res pignori, obligari poſſint, l.ſi legatus*, §. *ſi quis*

4 *bona, ff. ad Trebell.* Tiraquellus *in l. ſi nunquam in verbo bona, num.*8. *Codice de reuocat. donatio.* vbi ſi quis leget amico vſumfructum bonorum ſuorum cenſetur etiam legatus vſusfructus nominum debitorum, & in obligatione generali venire nomina debitorum dicit text. *in d. l. nomen, & l. ſi conuenerit, ff. de pignor. actione, & in l. ſi conuenerit, ff. de pignoribus*, Surdus *conſ.*4. *num.*19. & 20. *volum.*1. & *conſ.*436. *num.*5. *vol.*3. Cardin. Mantica *lib.*11. *de tacitis, tit.*4. *num.*11. Rota apud Farinac. *dec.*65. *num.*9. 5
*tom.*1. & *dec.*595. & *d.*770. *tom.*2. *in recentioribus*, Ciriacus *tom.*1. *cap.*110. *num.*17. & 18. *& tom.*2. *cap.*338. *num.*3. & 4. Gaïtus *de creditor. cap.*4. *quæſito* 7. *num.*526. & 327. Thorus *not.*6. *num.*83. & 84. Noguerollus *alleg.*35. *à num.*1.

Sed ſi ſpecificè diſtinguantur mobilia, & ſta- 6
bilia, tunc non veniunt nomina debitorum, quia conſtituunt tunc tertiam ſpeciem, & neque mobilia, neque ſtabilia dicuntur, & ſic in generali diſpoſitione mobilium, & ſtabilium non veniunt, *l. quam Tuberonis*, §. *fin. ff. de peculio, l. à Dino Pio*, §. *in venditione, ff. de re iud.* vnde Iaſon *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb.* dicit quod ſi quis donauerit omnia bona ſua mobilia, & ſtabilia præſentia, & futura, valet 7
donatio: quia ſic teſtandi facultas non aufertur, cum remaneant ſibi nomina debitorum, quæ tertiam ſpeciem faciunt, Guido Papa *d.*191. Regens Reuerterius *dec.*245. ideò non circumſcribuntur loco *l. Caïus, ff. de leg.*2. *l. vxorem*, §. *legauerat, ff. de leg.*3. Soccinus Iunior *conſ.*175. *libro* 4. Aretinus *conſ.*54. Regens Reuerterius *d.*249. *in fin.* Oldrad. *conſ.*219. *in fin.* Bald. *conſil.*432. *lib.*2. In legatis verò eſt quæſtio, an po- 8
ſita dictione vniuerſali omnia bona mobilia, & immobilia lego Antonio, an inquam veniant iura, & actiones affirmant aliqui venire, ita Ferretus ad Guidonem Papam *d.*291. *ex l. alio*, §. *vlt. ff. de alim. & cib. legatis, propter Verbum omnibus*, quia tunc iura, & actiones ad mobilia erunt, mobilia, ad ſtabilia vero erunt ſtabilia; ſequitur Reg. de Marinis *ad Reuerterium, d.*249. *in obſeruationibus*, negant alij, & melius in legato venire, etiam poſita dictione vniuerſali, omnia: ita Arias Pinellus *in rubr. Cod. de bonis maternis, num.*31. Emanuel Coſta *in cap. ſi pater, in verbo bonus ſuis, d. teſtamentis in* 6. poſt Crauettam *in rubr. de leg.*1. *num.*37. Michaël Craſſus *in* §. *legatum, q.*19. *n.*6.

Vnde nomina debitorum iura, & actiones: 9
quia non circumſcribuntur loco, non venire appellatione mobilium, neque ſtabilium, ſed tertiam conſtituere ſpeciem decidit R. Camera, ſummariæ in cauſa confiſcationis bonorum Caroli Bozzuti contra Regium fiſcum, vt dicit Reuerterius *d.*249. & Oldradus *conſ.*219. conſuluit in legato relicto à Rege Galliæ de bonis mobilibus, & immobilibus, non venire iura, & actiones, nec nomina debitorum quod etiam conſuluit, Baldus *conſ.*432. *lib.*2. & ſic generaliter dicunt Marta, *p.*2. *quæſt.*18. *art.*1. *num.*86. Rota Romana *dec.*52. *num.*15. apud Merlinum, poſt tractatum de pignoribus, licèt veniant appellatione bonorum Spirio *conſ.*8. & nec ſtabilia, nec mobilia dicuntur, ſed iura incorporalia 10
Hieronymus de Leo *d. Valentiæ* 190. *num.*4. *tomo* 2. Hinc eſt, quod ſi Titio ſint relicta mobilia, & Sæio immobilia, neutri debentur nomina debitorum, ex Cardinale, *in Clement.*1. *quæſt.*11. *de rebus Eccleſiæ non alien.* Bertacchinus *in verbo, nomen debitoris*, & ſic conſtituunt diuerſam ſpeciem à mobilibus, & immobilibus, Mandell. *conſ.*261. Fontanella *clauſ.*7. *gloſſ.*2. *part.*1. *numero* 15. Magonius *d.*146. Theſaurus *lib.*1. *quæſtionum*,

ſtionum for.quæſt.2.n.3. alter Theſaurus *dec.201. num.6.* Fontanella *clauſ.12. gloſ.2.* & dicuntur cautiones,actiones, & obligationes, *& in l.nominibus, Cod. de action. & obligat.* Gratian. *c.125. num.39.* & dicuntur iura incorporalia, Merlinus *lib.2. quæſt.30. num.2.* Spino *vbi ſuprà, num.4.* quæ cohærent perſonæ creditoris, Bellonus *conſil.74.num.133.* Neguſ. *de pignor.2.part.membr.3. num.23.* & deſeruiunt tales actiones,& cautiones ad conſequutionem eorum debitorum, Thorus *in Codice rerum iudicatarum, caſu 34. num.21.* Gratianus *cap.29. num.23.* qui ait, quod ſolum
11 ad effectum exactionis,actiones dicuntur de loco quo eſt creditoris perſona cuius oſſibus ſunt affixa, & hoc eſt quod dici ſolet, quod hæc iura ſi ſint ad rem mobilem conſequendam, erunt mobilia, ſi ad rem ſtabilem erunt ſtabilia, Decius *conſ.461. num.4. & ſequenti.* Soccinus ſenior *conſ.175.volum.2.* Galillus *lib.2. obſeruat.cap.11. num.11.* Quia qui actionem habet ad rem, videtur ipſam rem habere Berlicchius *tom.2.concl.30. num.30.*latè Thuſcus *pract.concl.litt.A,concl.108.* Guilielmus Antonius Frandeburglius *de reſcriptis moratoriis in corollario iuris ciuilis coroll.14.* qui etiam dicunt quod ad effectum exactionis:iura,& actionis ſunt de loco de quo eſt perſona creditoris,cuius oſſibus ſunt affixa, Colerius *de proceſſu exequutiuo, part.2.cap.3. num.32.* Scheferius *part.2. pract. obſerv. q.10. à num.15. cum ſequentib.* Iacobus Speidellius *in ſuo Theſauro Politico, fol.315. col.1.* Clarus *in §.donatio,q.19. n.5.* Bertazzollus *de clauſulis, clauſ.12. gl.2.* Gutierr. *de iuram. part.1. cap.11.*

12 Hinc licèt annui redditus appellatione ſtabilium contineantur,ex vulgata Clemẽtina,*exiui de paradiſo, §. cumque annui redditus,de verb. ſignificatione.* D.meus Regens de Marinis *lib.1.cap.11. & cap.63.* Gratianus *cap.29.* Regens Reuerter. *d.27.* vbi idem D. de Marinis, & diſputant DD. tales annuæ præſtationes, ſiue per ſtipulationem
13 debitæ, ſiue in teſtamento legatæ, an elapſis annis 30. præſcribantur pro toto tempore,an pro vno anno tantum; de qua re diſputat Regens Merlinus 1.*tom. cap.44.*qui diſtinguit cum communi duos caſus: primus eſt in annuis legatis, & tunc quia conditionaliter debentur, & tot ſunt legata de per ſe, quot ſunt anni quibus debentur, ideò tot requiruntur præſcriptiones, niſi eſſet legatum factum Eccleſiæ, ciuitati, vel alicui pio loco, quia tunc non ſunt plura legata, ſed vnicum, nam non debetur conditionaliter, ſi ſuperuiuat, cum ſemper debeatur; quia nunquam
14 moritur, ideò eſt vnicum legatum: ergo ſi ciuitas, Eccleſia, vel Monaſterium non exegerit,non ſolum pro præteritis, ſed etiam pro futuris annis cenſetur præſcriptio inducta, ac ſi fundus legatus eſſet; & tali tempore contra Eccleſiam præſcribitur, *cap. de quarta,de præſcriptionib.* Auth. *quas actiones, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Rodericus *de annuis redditibus, lib.1. quæſt.17. num.103. per tot.* ſecundus caſus eſt in obligatione ex contra-
15 ctu; & tunc, quia vnica eſt obligatio, & pura, licèt exactio in diem dilata, vel ſuſpenſa ſub conditione purificanda vnica ſufficit præſcriptio pro omnibus annis à die tamen, quo à ſolutione ceſſatum eſt, etiamſi dictum ſit quandocumque, vel ſimile: nam per talem generalitatem verborum, non intelligitur ſublatata præſcriptio 30.vel 40. annorum. Surd. *deciſ.2.* niſi tamen huiuſmodi
16 temporum dinumeratio eſſet facta verbis expreſſis, & ſpecialibus, veluti ſi quis ſoluere promiſerit pro 2.& 3.anno, & ſequentibus; & ad hoc citat plures Regens de Marinis *d.83. in fin. ad Reuerter.* vbi duos iuris articulos pro Eccleſia de- 17
terminat. Primum,quod ſi Eccleſia ſtat per centum annos,& non exigit annuam præſtationem ſibi à Rege v. g. factam, non ſibi præiudicat in futurum ne petat. Secundum,quod Eccleſia habet reſtitutionem in integrum,non ſolum contra præſcriptionem 30.vel 40. annorum, ſed etiam contra centenariam, quia quadriennium ad petendum currit à die ſcientiæ: ergo cenſus ſunt ſta- 18
biles, nomina vero debitorum tertiam conſtituunt ſpeciem.

Hinc cùm dubitaretur in Romana Camera 19
ſummariæ, an fiſcus potuiſſet locare annuas vncias centum quinquaginta ſuper iuribus tertianæ arzurij, ferri & picis conceſſis venerabilibus Monaſteriis S. Dominici, S.Laurentij,& S.Auguſtini à Rege Carolo II. idque ſine interuentu eorundem Superiorum Monaſteriorum: pro parte illorum dicebatur: quod habebant poſſeſſionem, vel quaſi eorum iurium; fuit deciſum pro fiſco,facta relatione in Collater.Concilio,preſuppoſito pro indubitato,quod penes Romanam Curiam, proprietas dictorum iurium, & ius vſusfructus extabant, & Monaſteria ex conceſſione prædicta,ſuper iuribus prædictis non niſi hypotecham habebant: nam quoties aliquis annuus redditus, alicui ſuper aliquo fundo relinquitur, vel promittitur,legatarius,vel promiſſarius, ſtante dictione illa ſuper hypothecam tantum acquirit, *l.Codicillis, §.inſtituto,* vbi Bart. *ff. de leg.2.* nec fuit habita ratio de prætenſione Monaſteriorum, dicentium, quod ſaltem habebant vſumfructum, ad textum, *in l.cum ita,* vbi gloſ. *ff.de vſufruct. legato*: nam fuit dictum, quod Monaſteriis non erant conceſſi omnes fructus Tertiariæ, ſed certa annua penſio ſuper illa, & ſic non poterat dici fuiſſe illis ius vſusfructus conceſſum ex text. *in l. defuncta, §.1. ff.de vſufruct.* ex Bartolo *in l. fundi Trebatiani, ff. de vſufruct. legato, & in l. cotem ferro, §. qui maximos,ff.de publicanis,& ve-* 20
ctigabilus: quia ex verbis conceſſionis clarè apparebat dictas vncias 150. non propria authoritate, ſed à manu Romanæ Curiæ fore capiendas, & ſic ſubintrare diſpoſitionem,*d.l.fundi Trebatiani*, vt bene Regens Reuerterius *d.245.* & ſic quando ſpectari debet annua penſio ſuper certis corporibus dictio (ſuper) aliud non importat quam hypothecam, vt poſt Bartol. *vbi ſuprà* dicit Baldus, *conſ.182. lib.2.* Paulus de Caſtro *conſil.106. lib.1.* Romanus *conſ.338. num.2.* Crauetta *conſ.20. num.10.* Natta *conſ.109. num.10. & conſ.341. lib.2.* Honnedeus *conſ.86. num.3. lib.2.* Iaſon *in auth. Sacramenta Puberum, n.26. Cod. ſi aduerſus venditionem.* Afflictus *dec.162. num.6.* Neguſ.*de pignor. membr.4. ſecundæ partis principalis,num.164. & membro 1.part.3.num.5.* Gigans *de penſionibus, quæſt.51. num.17.* Pariſius *lib.6.de reſignatione beneficiorum, quæſt.2.num.96.* Surdus *conſ.162.num.20.& conſ.245. num.12.& conſ.330.num.29.* Gaitus *de credit.cap.4. quæſito 6. num.279.* vbi multorum authoritate defendit, quod ſi dico mutuo tibi centum ſuper fundo Tuſchulano, tunc fundus illi diceretur hypothecatus, Oſaſchus *d.59.* Mantica *de tacitis, lib.11.tit.3.num.9.* Gratianus *cap.256.n.51.* qui etiam dicit, quod ſi fundus fuiſſet expreſſus cauſa demonſtrandæ, & deſignandæ ſolutionis tantum, tunc non inducitur hypotheca, putà ſi poſt promiſſionem certi redditus, in genere adiiciatur, quod capiantur, & ſoluantur de fructibus talis fundi: quia tunc non datur hypotheca,

ſed

sed si fundus fuerit expressus taxatiuè, & specialiter limitatus, tunc inducitur hypotheca, vt si dicatur promitto decem corbes frumenti annuos super fundo tali, vel de illo, aut ex illo, vt fundat etiam Rugerius Rolandus, *in thesauro iuris emphyteutici, quæst.* 32. *num.* 17. D. Merlinus, *tom.* 1. *contro.*

21 Hinc D D. dicunt quod in feudo nouo, vel antiquo, in quo per mortem feudatarij filius primogenitus successit, habet secundò-genitus hypothecam pro consequntione vitæ militiæ, non ex alio, nisi quia Capitulum Regni 261. talem annuam vitalitiam præstationem secundogenitis decernit super feudo, & sic stante illa dictione *super*, hypotheca oritur D. de Franch. *d.* 714. Theodorus *alleg.* 7. *num.* 3. Galluppus *in methodo feudali, p.* 3. *cap.* 4. *num.* 59. Capaus *de vita militia quæstione* 29. *D.* de Marinis ad Regentem Reuertertum, *d.* 91. *& tom.* 1. *resol. cap.* 89.

22 *num.* 9. *& lib.* 2. *cap.* 81. *num.* 4. & ad Reuerter. *dec.* 245. Ergo annuæ præstationes, seu liuelli non dant Monachis possessionem annuorum reddituum, neque mobilium, neque stabilium, nec hypothecam super bonis generaliter debitoris, & quatenus darent solùm concederent hypothecam; ergo non veniunt sub hoc Decreto prohibiti.

23 Mobilium verò appellatione, de quibus in Decreto, veniunt res aptæ ad mouendum; vnde parua differentia videtur inter res mobiles, & se mouentes, nisi quod omne mouens est mobile; sed non è contra, sicuti dicitur, quod omnis anima est spiritus; sed non è contra, siuè res mobiles sint, quæ de loco ad locum moueri possunt, siuè moueantur à se ipsis, vt homo, siuè ab alijs, vt lapis &c. quarum illæ mouentes, hæ mobiles in specie dici putantur; immobilia dicuntur, quæ moueri non possunt, quæ etiam res soli à I. C. vocantur, *l.* 1. §. 1. *ff. de reiuendicatione*; interdum verò res aliquæ, licet per se mobiles sint, tamen quoad iuris effectum inter immobilia numerantur, Petrus Vessembeccius *cons.* 61.

24 De pecunia verò numerata, quod veniat appellatione mobilium omnes concludunt, & decisum refert Thesaurus *d.* 160. siue pecunia sit in minima, siuè in maxima quantitate, & colligitur *ex l. si chorus* 79. §. 1. *ff. de leg.* 3. Riccius *collect.* 239. latè Tiraquellus *de retract. lignagier*, §. 1. *gloss.* 6. Coppen. *d.* 24. Vessembeccius, *cons.* 61. *num.* 6. Ayrer *in processu historico Iuridico*, *cap.* 10. *obser.* 3. *num.* 12. *& sequenti*, Richonius *to.* 2. *fol.* 193. *vsque ad folium* 246. Berlicchius, *to.*

25 3. *concl.* 30. sed limitant quando pecunia est destinata ad emptionem stabilium: quia tunc venit appellatione stabilis Vvmeserius, *lib.* 1. *obseruationum*, *tit.* 5. *obser.* 4. Colerus *de processu executiuo. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 28. Zasius *in l. si certis, num.* 10. *ff. de verb.* Albertus *de statutis* 2. *part. quæst.* 205. qui ait quod statuto disponente mulierem viro superstitem, marito succedere in dimidia parte bonorum immobilium, eam habere debere dimidiam partem eius pecuniæ, quæ deposita est ad comparationem prædiorum, argumento, *l. cum aurum* 19. §. 11. *vers. quid ergo, ff. de auro, & argento legato*, Consilia Argentoratensia, *vol.* 2. *cons.* 9. *num.* 41. Soccinus senior *cons.* 249. *num.* 22. *vol.* 2. Ioseph. Ludouicus *col.* 48. *num.* 23. *& sequenti*: quia destinatum habetur pro re perfecta; vnde res destinata ponitur in ædificio, perinde ac si esset ea ædificata, *l. ligni*, §. *idem, in verbo si iam concedendo fuerit destinatum, ff. de leg.* 3. *d.l. Si chorus, ff. de leg.*

26 3. vbi pecunia ad mutuum destinata, non venit appellatione mobilium; sed perinde habetur, ac si mutuo iam fuisset data, D D. *in l. cætera* §. *si parauerit ff. de leg.* 1. & maximè, si parum absit à perfectione rei destinatæ, Zasius, *in l.* 41. *ff. de leg.* 1. sic liber nondum Clauicultatus pro compacto, accingendus proximè pro accincto habetur, *l. lege Iulia, ff. de fundo dotali*; vbi glossa sic destinatus ad officium scribæ, vel doctoris sine falsi crimine potest Doctor, vel, scriba appellari, D D. apud Christineum *decisione Belgica, vol.* 1. *d.* 212. *num.* 50. vbi expressè dicit pecuniam destinatam ad emptionem stabilium, reputari pro immobili Iason, *in l. cætera*, §. *sed si parauerit*, *num.* 22. *ff. de leg.* 1. Crassus *in* §. *legatum, quæstione* 19. *num.* 7. Ioseph Ludouicus *concl.* 48. *num.* 33. Decianus *responso* 59. *num.* 13. *lib.* 1. & qui possidet pecuniam 27
destinatam ad emptionem prædiorum, quod non teneatur satisdare sicuti possessor stabilium dicit Ceualios *quæst one* 312. *num.* 2. Berlichius *tom.* 3. *concl.* 30. latissimè Ioannes Iacobus Speidellius, *in suo Thesauro politico-iuridico, fol.* 315. *col.* 1.

Quod vero sub hoc Decreto non contineantur 28
liuelli, patet euidenter: quia in procœmio, & narratiua Decreti proponitur causa; cur S. Congregatio illud ediderit scilicet (ne causa parandi, aut augendi peculium non parua Monasticæ tranquillitatis iactura sæcularibus negotiis implicantur, & pauperes Monasterij tandem, non pauperes Monachi præpostero studio circa terrena latagentes æterna despiciunt &c. quæ quidem verba in assertiua Decreti prolata denotant causam finalem, & mentem loquentis fuisse, ne se-
cularibus negotiis implicentur: quia procœmium 29
denotat causam finalem, & mentem loquentis, *l. fin. ff. de hæred. instit. l.* 1. *ff. ad Macedonianum, l. cum hi*; vbi D D. *ff. de transact.* Molina, *lib.* 1. *de primogenitura*, *cap.* 5. Menochius *lib.* 6. *præsumpt.* 2. qui loquitur in statutis, bullis, rescriptis, sententia iudicis, laudo, inuestitura, contractibus, dispositionibus testatoris &c. Mandosius, *in Reg. Cancellariæ, regula* 15. *quæst.* 2. Ludouicus Gomesius, *in Regulis Cancellariæ, in regula de verisimili notitia, n.* 2. Card. Tuschus, *tom.* 6. *litt. P, concl.* 892. Rota *d.* 187. *num.* 4. 5. *&* 6. *Et dec.* 491. apud Farinacium *part.* 1. *recentiorum & dec.* 167. *& dec.* 213. *& d.* 218. *& d.* 569. apud eundem, *p.* 2. *recentiorum*, Gratianus, *tom.* 5. *cap.* 809. *num.* 8. *&* 924. *num.* 22. & quod ex 30
assertiua dispositionis colligatur mens, & intentio disponentis, & ratio finalis, dicunt D D. per tex. *in l. item quia*, §. *fin. ff. de pactis* Mascard. *concl.* 1284. Guttierez *lib.* 1. *practicarum*, *quæst.* 89. Maceratensis, *lib.* 2. *var. resol.* 43. *& lib.* 3. *resol.* 1. *num.* 59. & *resol.* 15. *num.* 8. Robles, *lib.* 2. *de repræsentatione*, *cap.* 14. *num.* 32. & ex tali procœmio declaratur decisio, *l. cum pater* §. *dulcissimis, ff. de leg.* Secundò quia intentio legislatoris colligitur ex procœmio, seu ex præfatione, Barbatia, *cons.* 1. *lib.* 3. & procœmium dat intellectum toti legi, & sicut corpus ab anima, ita dispositio à procœmiali ratione regulatur, Iason *in l. qui quadraginta, col.* 2. *ff. ad Trebel.* & dicta in præfatio- 31
nibus censentur repetita in dispositione sequenti, latè Mantica, *lib.* 5. *de coniecturis, tit.* 15. *num.* 7. Card. Tuschus *dict. concl.* 891. Menochius *d. lib.* 6. *præsumpt.* 2. ergo si intentio Decreti est, ne negotijs secularibus se implicent Monachi, non comprehendit liuellos, in quorum exactione nullum habent Monachi cum secularibus negotium: quia eis à consanguineis, vel ab illis, ad quorum

Beneficium renunciationes fecerunt, ſoluuntur libenter, & quatenus nõ ſoluantur ſimplici præcepto coram delegato Monaſterij de iuribus ſuis experiuntur ipſimet Procuratores ad lites Monaſterij, ex perſona Monachi liuellarij ; ergo non loquitur Decretum de Liuellis ; ergo ſi Decreti verba non conueniunt, neque eiuſdem diſpoſitio locum habebit, *l.* 4. §. *toties* vbi Paulus *ff. de damno infecto l. quod conſtitutum, ff. de milit. teſtamento, l. ita autem in principio*, vbi Bart. *ff. de adminiſtratione tutorum*, Surdus *d.* 122. *num.* 13. *& conſ.* 152. *num.* 38. *& conſ.* 174. *num.* 8. *&* 179. *num.* 38. Brunorus à Sole *in locis communibus, in verbo, diſpoſitio* 14. Rota *d.* 697. *num.* 7. apud Farinacium, *p.* 1. *recentiorum*, cum ergo ceſſet
32 ratio Decreti, ceſſabit quoque illius diſpoſitio in Liuellis, *argum. l. in omni*, vbi Bart. *ff. de adoptio. l. quod dictum, ff. de pactis, l. adigere*, §. *quamuis ff. de iure patronatus, cap. & ſi Chriſtus de iure iur.* Euerardus *in Topicalegali, loco* 85. Tiraquellus *in tract. ceſſante cauſa, part.* 1. *num.* 11. Antonius Pichardus *in principio, inſt. de milit. teſtamento, num.* 4. *& in princ. inſtit. de lege Falcidia, num.* 28. *& in principio inſtit. de eo cui libert. cauſa bona addicuntur, num.* 41. *&* 42. Robles *lib.* 2. *de repræſentatione, cap.* 6. *num.* 12. *& lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 52. Angrianus, *lib.* 1. *de legibus, contro.* 3. latè Giurba *ad conſuet. Meſſanæ, cap.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 13. *part.* 1. *ex l. Ancillæ*, vbi gloſſ. vlt. *Cod. de furtis*, vbi ſi ceſſat caſus legis, ceſſat quoque diſpoſitio, Cardin. Tuſchus, *litt. L, concl.* 262.

DISCEPTATIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi quicunque vitam communem obſeruare debent.*
2 *Canones prohibentes proprium Monachis qualiter procedant.*
3 *Decretum, de quo in præſenti quid voluerit prohibere.*
4 *Trid.* ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 2. *an prohibeat, & quomodo, habere peculium.*
5 *Poſt Trid. Regulares poſſunt habere peculium ad nutum amouibile Superiorum.*
6 *Regulares poſſe peculium habere poſt Trid. clariſſimè probatur.*
7 *Declarationes S. Congregationis Concilij qualiter procedant.*
8 *Superiores Regularium poſſunt Monachis ſenibus, vel infirmis concedere bona aliqua adminiſtranda.*
9 *Superfluorum vſus à Monaſteriis, vbi votum paupertatis rigoroſè obſeruatur, abeſſe debet.*
10 *Religioſi non reformati an poſſint habere vſum ſuperfluorum.*
11 *Religioſum habere ſuperflua non eſt contra votum paupertatis, ſed contra eius accidentalia.*
12 *Prælatus Religionis an poſſit concedere ſubditis vſum ſuperfluorum.*
13 *Moniales an poſſint habere vaſa aurea, argentea, & ſimilia.*
14 *Pecuniam detinere apud ſe Regularem, inſcio Superiore, non eſt contra votum paupertatis, ſi illam expendat de licentia Superioris.*
15 *Præceptum, ne quis pecuniam apud ſe detineat, quid operetur, & quando.*
16 *Voti paupertatis eſſentia in quo conſiſtat.*
17 *Trid. Decretum*, ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 2. *non inducit nouum ius.*

ARGVMENTVM.

Regulares poſt Trid. ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 2. *poſſunt peculium retinere cum licentia Superioris, neque in hoc Sacræ Congregationis declarationes aliquid prohibent. Vſus ſuperfluorum non repugnat ſubſtantiæ voti paupertatis; ſed accidentibus; vnde Superior poterit permittere illa Regularibus. Pecuniam detinere Regularem apud ſe non eſt contra votum paupertatis; ſed illam expendere ſine licentia Superioris, & quid poſito præcepto prohibitorio? Voti paupertatis eſſentia in quo conſiſtat aſſeritur.*

PRO

Eodem Sacro Ordine,

AD

Obſeruantiam eiuſdem Decreti.

FACTVM.

PRo intelligentia ſuppono omnes 1
Religioſos, cuiuſcumque Religionis, teneri vitam communem obſeruare in victu, veſtitu, lectiſterniis, & aliis diſtributis à Superiore : ſic habetur in Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 2. iuxta *declarationem Sacræ Congregationis*, factam authoritate Vrbani VIII. in Decreto de electis, & Apoſtatis, quam refert P. Lezzana, *tom.* 1. 6. *num.* 8. *ex ſacris Canonibus ex cap. non dicatis*, 12. *quæſt.* 2. *& cap. Monachi, & cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachorum*, dicitur, vt nihil habeant Monachi de proprio, 2
quod D D. dicunt procedere independenter à Superiore; vnde permitti poteſt à Superioribus habere peculium Card. Bellarminus, *tom.* 1. *lib.* 2. *de Monachis, cap.* 20. Suarez *tom.* 3. *de Religione, lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 30. Antonius Perez *in Reg. S. Benedicti, cap.* 33. *à num.* 14. *vſque ad num.* 42. Superioribus enim licitum eſt licentiam dare retinendi peculium ſuis ſubditis. Innocentius *in cap. inſinuante, num.* 20. qui Clerici, vel Monachi, Ioannes Andreas, *in cap. non eſt obligatorium, à num.* 6. *de Reg. iuris in* 6. vbi ait non eſſe illicitam conſuetudinem aliquarum Religionum, vt ſingulis Monachis certa portio ad ſuos vſus neceſſarios aſſignetur, quod approbatur ab Abbate, *in cap. cum ad Monaſterium, num.* 8. *de ſtatu Monachorum & conſ.* 88. *part.* 1. Sylueſter *in verbo Abbas, quæſt.* 3. *à* Sanchez *in ſumma, lib.* 7.

cap. 17.

cap.17. à Suarez *de Religione, tom.3. lib.8. capite* 14. quia hoc non est aliud, quam superiorem applicare de bonis Monasterij necessaria Religiosis; quod sine dubio licitum est, Nauarrus, Sanchez, & alij quos refert, & sequitur Lezana *tom.1. cap.6. num.22.* Graffius, & alij apud eundem Lezanam, & hoc credo voluisse prohi-
3 bere decretum de quo in præsenti, scilicet ne Superiores permittant Monachis suis administrationem bonorum Monasterij quæsitorum eisdem, sed iam Monasteriis incorporata: quia vnusquisque assumeret sibi vnum Territorium in administrationem, & hoc esset causa agendi peculium, se implicare negotiis Secularibus, non autem prohibere voluit Liuellos, & alia de quibus *infrà.*

4 Post Concilium verò Tridentinum *sess.25. de Regularibus, cap.2.* Est quæst. an Religiosi, qui non habent speciale statutum in contrarium, vt Patres Carmelitæ discalceati, possint habere annuos redditus, & census vitalitios, & particulare peculium ad proprios vsus honestos, etiam indeterminatos, dependenter tamen à voluntate Superiorum.

Ratio dubij est, quia Concilium videtur dicere administrationē bonorum Monasteriorum ad solos Officiales eorundem spectare ad nutum Superiorum amouibiles, per quæ verba disponitur non licere Superioribus, etiam bonorum Conuentuum administrationem, nisi solis Officialibus, putà Oeconomis, seu Procuratoribus, aut Can-
5 cellariis ad eorum nutum amouibilibus committere: ergo post Concilium non licere Prælatis Regularibus talem administrationem, & vsum peculij concedere, & ex hac ratione dubitandi, sic concludunt. Zerola *in prax. Episcopali, part.1. in verbo, Moniales,* Nauarrus *de restitutione, lib.3. c.1. punct.3.* Suarez *tom.3. lib.8. cap.14. n.18.* qui putant Concilium Tridentinum condere nouum ius, vt possint Regulares post Concil. Trident. habere peculium: contrarium tamen verissimum est, scilicet post Concilium Tridentinum, licere Prælatis concedere peculij vsum suis subditis ad vsus licitos, & honestos, ad nutum tamen ipsorum Prælatorum amouibilia, neque Trident. obstat: quia non inducit nouum ius, sed renouat sacros Canones, vt scilicet non liceat permittere independenter à Superioris licentia, &c. quia administrant ad bonum Religionis, quia particularis Religiosi bonum, censetur bonum totius communitatis, ita post Trident. docent Perez *in Regula S. Benedicti, cap.33. num.25.* Ledesma *de statu Religioso, cap.4. concl.3. dub.13.* Sanchez *lib.7. cap.22. à num.11.* Miranda *in Manuali, tom.1. quæst.28. art.8.* Ioannes de la Cruce *lib.1. de statu Religiosorum, cap.3. dub.2. concl.4.* Rodriquez *quæstionum Regularium tom.2. q.115. art.4.* & Ledesma citat pro hac opinione Ioannem Gallum, quem ait interfuisse Concilio Tridentino, nec vnquam intellexisse quòd illo decreto huiusmodi annui redditus prohibiti fuerint; ita etiam dicit Laurentius de Peyrinis *tom.1. de subdito, quæst.2. cap.20.* Villalobos *in summa, p.2. tra.35. dub.30.* Fagundez *tract.2. de præceptis, lib.8. cap.6. num.13.* Riccius *part.4. dec.340. num.12.* Faber *de restitut. lib.4. sentent. dist.15. quæst.2. disp.45. cap.5. num.125.* Genedus *de paupertate Religiosa, dub.9. num.4.* Garcia *in politica Regulari, de voto paupertatis, cap....* Bartholomæus à sancto Fausto *lib.8. quæst.30.* & decidit sacra Rota Romana in vna Aquilana Prioratus 1. Februarij 1584. quæ est *prima part. diuers. decisione* 772. omnino videnda.

Hoc idem tenent Vidal. *de paupertate, num.29.* 6
Pellizzarius *tract.4. cap.2. num.196.* Diana *p.1. tract.6. de paupertate, resol.32.* nouissimè Frater Antonius à Spiritu Sancto, Lusitano Carmelita discalceatus, *in suo directorio Regularium, tract.3. disp.4. sect.2. n.74.*

Ratio est, quia etiam in arctissimis Religionibus, Religiosi possident aliqua mobilia sibi concessa, & deputata pro suis particularibus vsibus, vt sunt vestes, libri, imagines, & alia huiusmodi, quibus ipsi vtuntur sine violatione voti paupertatis: ergo neque ipsum violant habendo peculium, seu annuos redditus pro suis vsibus, & necessitatibus assignatos. Consequentia patet, quia ex eo Religiosi non peccant contra votum, retinendo illa mobilia: quia retinendo illa dependenter à voluntate Superioris, neque dominium, neque proprietatem habent super illis: ergo idem debet dici de peculio, & annuis redditibus; siquidem illa habent dependenter à voluntate Superioris.

Neque in contrarium obstant aliquæ declara- 7
tiones sanctæ Congregationis Concilij, de quibus Quaranta *in verbo, casus,* in quibus prohibetur Prælatis concedere Religiosis suis subditis licentiam possidendi tales annuos redditus: quia tales declarationes sunt intelligendæ eo modo, quo diximus de Concilio, cum non possint magis obligare, quàm ipsum Concilium, vt bene Peyrinus *vbi suprà, in responsione ad* 2. & sic consuetudo non est damnanda illarum Religionum, in quibus Regulares habent assignatos annuos, & certos redditus ad victum, & vestitum, vt bene P. Diana *d. resol.* 2. Neque est prohibitum Superiori concedere Monachis senibus, vel infirmis, 8
ac de Religione benemeritis aliqua bona ab ipsis administranda, vt sunt aliquæ villæ, vel salubriores ad nutum reuocabiles, cum conditione, vt certam pensionem Monasterio soluant, vel aliquid simile onus expleant, & de aliquo disponant in suos honestos, & pios vsus tantùm, vt bene Nauarrus *in comment.2. de Regularibus, num.15. & 18.* Miranda *d. art.8.* Sanchez *d. cap.22. numero 13.* Tamburinus *tom.1. disput.22. quæst.5. num.9.* & sic videntur profiteri Monachi, scilicet cum tali licentia retinendi pro suis necessitatibus aliquod peculium, vt post alios Tambur. *disp.22. quæsito 7.*

In illis verò Religionibus in quibus Religiosi 9
votum paupertatis cum rigore obseruant, non erit licitum habere superflua, neque Prælatus poterit ea permittere, vt scilicet habere vasa argentea, aurea, gemmas, annulos, vestes sericas, picturas pretiosas, scriptoria curiosa, & alia huiusmodi, & si de facto habeant, peccant mortaliter contra votum paupertatis, Lezzana *tom.1. cap.6. n.15.* Cardin. de Lugo *de iust. disp.2. sect.7. num.131.* Sanchez *lib.7. cap.17. num.21.* Frater Antonius à Spiritu sancto, *tract.3. disp.4. sect.2. num.87.* at in illis Religionibus, in quibus longæua consuetudo explicuit votum paupertatis non extendi ad huiusmodi superflua: potest id permitti Card. de Lugo *vbi suprà,* & de Religionibus non reformatis absolutè posse, tenet Bordon. *to.1. resol.43.* 10
num.45. Moronus *responso 86. num.95.* P. Graffius, & alij apud Bordonum *num.45.* Cardin. de Lugo *disp.3. de iust. sect.7. num.132.* Peyrinus *de subdito, quæst.2. §.9. num.5.* Moronus *n.96.* Frater Antonius à Spiritu sancto *vbi suprà, n.89.* quia hoc non esset contra substantiam voti pau- 11
pertatis, sed tantum contra accidentalia eius, in

quibus Superiores poſſunt diſpenſare, cùm non ſit diſpenſare in proprio, neque proprium permittere, ſed accidentia voti relaxare: tum quia ſic obtinuit talis Religionis conſuetudo à Prælatis ſcita, & tolerata, ſed conſuetudo legitimè introducta facit ceſſare Regulam, prout dicit pertinentia ad votum non eſſentialia, ſed accidentalia: ergo. Probatur minor, quia conſuetudo poteſt inducere quicquid poteſt Princeps, *l. quiſquam, ff. de diuerſ. & temp. præſcriptio. l. de quibus, ff. de legibus, cap. ſuper quibuſdam, §. præterea de verb. ſignificatione*, Moronus *reſp.* 3. *num.* 8. *& ſequentibus*, ſed S. P. poteſt prędicta concedere: ergo idem potuit conſuetudo introducere.

12 Neque dicas Prælatum non poſſe concedere hanc facultatem, cum non ſit dominus, ſed tantùm diſpenſator bonorum Monaſterij, & ius non tribuit illi hanc facultatem, eo quod eſt illicita; tum quia eſt reprobata in Trident. & à Clemente VIII. in ſua Bulla *de reformat. Religionum, n.* 18. & idem cenſuit ſacra Congregatio, teſte Lezzana *vbi ſuprà*.

Reſpondeo enim Prælatum poſſe adminiſtrare ſuperflua pro toto Conuentu in communi: ergo poterit hanc ſuperfluitatem concedere in particulari; ad authoritatem Tridentini, Clementis, ac ſacræ Congregationis, dico cum modernis Diſcalceatis Carmelitanis, *vbi ſuprà, num.* 100. reſtringi, & loqui tantum de Religionibus reformatis. Neque dicas conſuetudinem non poſſe dari contra legem, quia daretur præſcriptio cum mala fide. Reſpondeo enim in hoc differre præſcriptionem à conſuetudine, quòd præſcriptio, vt dicit ius alterius ſibi acquirere non admittere malam fidem; conſuetudo autem, vt plurimum malam fidem ſupponit, & præſertim cum eſt contra legem, & ideò in eius præſcriptione non requiritur bona fides.

13 Vnde collige plures Moniales poſſe habere, non ſolum peculium, & annuos redditus, ſed etiam vaſa aurea, argentea, annulos, medalias, margaritas, veſtes ſericas, tapetes, ſcriptoriola, quæ omnia in omnibus ferè Monialium Conuentibus, non reformatis, inſpicimus, & in pluribus Religionibus virorum, non reformatorum, videmus Religioſos etiam obſeruantiſſimos habere Imagines magni valoris, ſcriptoriola, & alias res pretioſiſſimas, videntibus, & non contradicentibus Prælatis; quæ omnia tam in Prælatis, quàm in tot viris grauiſſimis, & litteratiſſimis condemnare, arduum, & difficile eſt; ergo dicendum eſt, poſita tali legitima conſuetudine introducta, poſſe eos vti, &c.

14 Neque contra votum paupertatis faciunt illi Religioſi, qui detinent pecuniam apud ſe in notabili quantitate, inſcio ſuperiore, dummodo illam non expendant ſine licentia tacita, vel expreſſa ſuperioris, ita Vidal. *de paupertate, num.* 49. Paſqualigus *dec.* 451. *tom.* 2. Sanchez *lib.* 7. *Moralium, cap.* 19. *n.* 50. Bartholomæus à ſancto Fauſto quem refert, & ſequitur Cardinalis de Lugo *de iuſt. & iur. diſp.* 3. *ſect.* 8. *num.* 150. Diana *part.* 1. *tract.* 6. *reſol.* 41. Ratio eſt, quia ille, qui retinet pecuniam apud ſe prędisè non facit actum, qui ſit contra paupertatem religioſam: quia illa retentio, ſecundum ſe præſcindendo à dominio, & proprietate, non eſt contra votum paupertatis, cum ſit ſolum quidam actus materialis, non habens formam contrariam voto: ergo in hoc caſu non eſt iudicandus proprietarius. Et confirmatur: quia dominium illius pecuniæ pertinet ad illum, qui tales pecunias dedit in depoſitum tali Religioſo, vt debito tempore, & cum licentia Superioris, illis vteretur: ergo Religioſus illas retinens nullo modo habet dominium ſuper illis: ſed, vt ſuppono, eſt merus depoſitarius, vt bene Frater Antonius à Spiritu ſancto, *tract.* 3. *diſput.* 4. *ſect.* 2. *num.* 106. *& ſequenti*, qui *num.* 128. 15
ait, quod etiam poſito præcepto obligante ſub mortali, ne Religioſi habeant pecunias in depoſito, modo quo ſuprà, ſiue intra Conuentum, ſiue extra, ſed quod omnis pecunia, ſi quæ fuerit, tradatur depoſitario communi Monaſterij, vel Prælato, neque Religioſus operabitur contra votum paupertatis: quia ſi prohibitio ſit facta à Prælato inferiore, cenſetur habere licentiam à Prælato Superiore; ſed ſi ſit facta à Prælato Superiore prohibitio, tunc cenſetur operari de licentia Superioris Prælati, qui eſt S. Pontifex, vel iure naturali dictante vnicuique licitum eſſe ſibi in neceſſariis prouidere, quod ius naturæ ſine dubio præualet cuicumque iuri humano, & ita conſuluiſſe plurimos ſapientes teſtatur Pellizzarius *tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 312. quibus adhæret Frater Antonius *loc. cit. n.* 115.

Ex quibus infertur primò rationem, & eſſen- 16
tiam voti paupertatis conſiſtere in abdicatione dominij priuati bonorum temporalium, *cap. non dicatis* 12. *quæſtione* 2. ibi, non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia, *cap. cum ad Monaſterium 6. de ſtatu Monachorum*, vbi Innocentius III. ait, prohibemus directè in virtute obedientiæ, ſub obteſtatione diuini Iudicij, ne quis Monachorum proprium aliquo modo poſſideat. Trid. *etiam ſeſſ.* 25. *cap.* 2. *de Regularibus*, ait nemini Regularium, tam virorum quàm mulierum, liceat bona mobilia, vel immobilia, cuiuſcumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquiſita, tanquam propria, aut etiam nomine Conuentus poſſidere, vel tenere, ſed ſtatim ea Superiori tradantur, Conuentuique incorporentur; vnde diſponitur Religionem in communi poſſe bona temporalia poſſidere, in particulari minimè, non tamen repugnat habere Regulares peculium dependenter à voluntate Superioris, quia vſus talis peculij non repugnat naturæ voti paupertatis DD. *vbi ſuprà*.

Infertur ſecundò poſt tale decretum Concilij 17
ex communi opinione DD. & etiam ex ſacra Rota, *vt infrà* permitti vſum peculij, eo modo, quo dicebamus, & licèt Vaſquez *de redditibus, capite* 3. *dub.* 2. *numero* 15. dicat Concilij decretum non fuiſſe receptum, tamen verius eſt noluiſſe Concilium inducere nouum ius; ſed ſolum innouare ius antiquum, illudque in memoriam reuocare: ergo, quando ait non licere Prælatis concedere bona ſtabilia, etiam ad vſum, & vſumfructum, loquitur; vel de conceſſione, quæ fiat abſque iuſta cauſa, vt dicunt Nauarrus, & Peyrinus *vbi ſupra*, vel de ea, quæ fit ad vſum, & vſumfructum iuris, & non ſolum facti, vt explicat Beia, *parte quarta, caſu* 17. & hoc etiam ſenſu ſunt interpretandæ variæ declarationes relatæ in contrarium à Quaranta *in verbo, caſus, numero* 6. vt bene Pellizzarius *in Manuali Regularium, tractatu* 4. *cap.* 2. *ſectione* 2. *numero* 25.

DISCEP

DISCEPTATIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Decretum, de quo in præsenti duo damna notabilia Ordini Cassinensi operaretur, si vt sonat verbo tenùs intelligeretur.*

2 *Monachi Benedictini possunt habere legatum cum pacto, quod nihil acquiratur Monasterio.*

3 *Sacra Rota Romana approbauit legatum factum Monacho cum pacto, vt Monasterium nihil prætendere posset.*

4 *Legatum census factum domui professæ Societatis IESV qualiter fuerit in Rota interpretatum.*

5 *Legatum de quo suprà per Sacram Rotam iterum fuit admissum ad fauorem Monachi.*

6 *Donatio facta Monacho cum pacto, quod nihil habeat Monasterium, qualiter fuerit interpretata per Sacram Rotam Romanam.*

7 *Hæreditas relicta Monacho in sui libera facultate disponendi per Sacram Rotam fuit approbata.*

8 *Monachus qualiter disponat de talibus bonis, posito pacto, vt Monasterium non se intromittat.*

9 *Legatum relictum Monacho, cum pacto ne se intromittat Monasterium, si aliter fiat remanet penes hæredem.*

10 *Monachus, vel Procurator Monasterij cum licentia Superioris comparere poterit ad tale legatum consequendum.*

11 *Monasterio competit mandatum de manutenendo pro bonis possessis à Monacho professo.*

12 *Donatione facta Monacho est reuocabilis, quousque sequatur ratificatio Superioris, & vt iterum consentiat donans.*

13 *Monachus licet Cappuccinus non patitur, nisi minimam capitis diminutionem.*

14 *Regula est forma substantialis Religionis, & in quo differat à constitutionibus.*

15 *Benedictinus vigore Regulæ potest habere peculium ad libitum Superioris amouibile.*

16 *Monachi possunt dicere de nullitate professionis, si Regulæ alterentur.*

17 *Prælati Regulares licèt sint Generales, non possunt cogere subditos ad id, quod est contra Regulam.*

18 *Decreta Reformationis Religionum debent acceptari ab omnibus Monachis, vt singulis, non vti vniuersis.*

19 *Regulæ sunt quasi ossa, & neruus Religionis.*

20 *Monachi cogi non possunt ad obseruantiam reformationis Regulæ propter maiorem perfectionem.*

21 *Bulla Pij V. cogens Conuentuales ad obseruantiam apud Hispanos, cur facta fuerit.*

22 *D. Bordoni* decisio 411. *ad propositum adducitur.*

23 *Res Deo dicatas interdum Monachi ad vsus profanos conuerterunt.*

ARGVMENTVM.

Decretum de quo in præsenti duo damna Ordini Cassinensi operaretur. Monachi Benedictini possunt habere legatum cum conditione, vt nihil acquiratur Monasterio, & hoc tum à M. C. V. tum à Sacro Concilio, tum à S. Rota Romana pluries fuit practicatum, & hoc non solum in legato, sed etiam in hæreditate. Regula à Constitutionibus Ordinis in quo differat? Prælati Regulares non possunt aliquid præcipere Monachis quod est vltra Regulas, & hoc casu possent Monachi dicere de nullitate professionis. Reformationis decreta debent à singulis vti singuli peti.

PRO

Eodem Sacro Ordine;

AD

Obseruantiam eiusdem decreti.

FACTVM.

DVo damna considerari in hoc decreto, de quo agimus notabilia; Religioni Cassinensi imminentia, si hoc illud comprehenderet. Liuellos, cæteraque administrationes bonorum, extra ea, quæ sunt Monasterio incorporata. Primum est temporale: Secundum spirituale; vtrumque destructiuum huius sanctissimæ Religionis, quoad temporalia, & spiritualia. 1

De primo damno temporali probatur: quia cum certum sit apud omnes, & pluries practicatum: Primò scilicet per S. C. Neapolitanam apud Præsidem de Franchis, *d.* 718. potest secularis facere legatum Monacho cum pacto, & non aliter, vt nihil Monasterio acquiratur, loquendo de similibus Religiosis: vnde Religioso S. Benedicti fuit taliter factum legatum, & dicit doctissimus Præses: tam per M. C. V. quam per S.C. fuisse iudicatum pro validitate legati, non obstante præcepto, mandante Abbatibus, vel Prælatis, ne quid permittant Monachis ad vsum in vita. 2

Secundò Sacra Rota Romana apud Burattum, *d.* 584. ait quod Monacho fuit relictum legatum cum pacto, vt Monasterium, vel Religio non posset aliquid prætendere, & dictum fuit valere: quia Monachus est capax annui redditus ab aliquo relicti, quoad administrationem, & vsum, cum scientia tamen, & licentia Superioris, Rota *dec.* 216. *num* 12. & 14. *p.* 2. *diuers.* Nauarrus 3

conſ. 75. *num.* 49. *lib.* 3. *de Regularibus*, & præcedente licentia Superioris, & talis voluntas relinquentis, vel promittentis declaratur; vt Monaſterium, vel Superior permittat conniuentibus oculis percipere Monachum, & conuertere debet in vſus pios, vel librorum, ſeu veſtimentorum Monachi, & ſic ex mente S. Congregationis, & de ſoluta conſuetudine Sylueſtrinorum; Caſſinenſium dicit Rota coram Buratto, *d.* 484.

4 *num.* 13. & eadem Rota coram Buratto, *d.* 295. ait legatum cenſus ſcutorum mille relictum domui Profeſſæ Societatis Ieſu, cuius quoad retentionem non eſt capax, cum renunciauerit diſpoſitioni, *Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de Regularibus* intellexit, vt cenſeretur factum ad finem vendendi cenſum, & pretium conuertendi in neceſſitates Religioſor. & per Superiores Benedictinos concedi poſſe ex inueterato vſu Religionis, vt habeant adminiſtrationem talium relictorum, vt benè Cæſar Carena, *reſol.* 199. & in ſimili argumentatur Rota, *d.* 584. *num.* 13. apud Burattum.

5 Tertiò Cum quædam coniuges ingreſſæ fuiſſent Religionem, & maritus ad Beneficium vxoris promiſiſſet ſoluere libras mille viginti ſingulo anno, ad effectum de eis diſponendi ex eius liberalitate, ita tamen quod de eis vxor diſponere valeat ad eius libitum, & in eis ipſæ Reuerendæ Moniales ſe ingerere non poſſint, ſed earum diſpoſitio ad ipſam pertineat: quia vero vir recuſabat ſoluere vxori ſub prætextu, quod non valebat conditio, fuit reſponſum valere, & ſeruandam ex Bartolo, *in Auth. excipitur, num.* 2. *Cod. de bonis, quæ liberis*, formans caſum de legato relicto Monacho cum conditione; vt ad eum non ad Monaſterium pertineat, ita quod nihil iuris quæratur Monaſterio, atque dictum legatum ſubſiſtere, & intelligendum eſſe, vt relictum ita quæratur Monacho; vt Monaſterium patiatur Monachum eo relicto potiri, eo modo, quo poteſt, conniuentibus oculis, nihilque iuris afferentis vtilitatem, eo caſu intelligi Monaſterio quæſitum: quam Bartoli doctrinam ſequuntur communiter D D. apud Sanchez *in ſumma, lib.* 7. *cap.* 17. *num.* 4. vbi loquitur de relicto Monacho, ita vt nec ad Monaſterium pertineat, nec Superior poſſit in eo ſe intromittere: Molfeſius *in ſumma, tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 20. *num.* 49. & 50. Tamburinus *de jure Abbatiſſarum, diſp.* 8. *quæſt.* 5. Hieron. Rodriguez *quæſtionum Regularium, reſol.* 48. Diana. *p.* 3. *tract.* 20. *de dubijs regularibus, reſol.* 34. Lezzana *in ſumma*, *tom.* 1. *cap.* 6. *numero* 34.

6 Quartò Rota Romana apud Burattum, *d. dec.* 584. *tom.* 2. *n.* 12. & 13. poſtquam affirmauerit Monachum Ordinis Sylueſtrinorum eſſe capacem annui redditus, quoad adminiſtrationem, & vſum, cum ſcientia, & patientia Superioris, & in hoc Concilium Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regularibus, cap.* 2. nihil innouaſſe circa hanc capacitatem, decidit donationem factam Monacho cum cõditione, & clauſula, quod Monaſterium, vel Religio non poſſit aliquid prætendere, de iure ſuſtineri, & validam eſſe, declarans vlterius verba prædicta ita debere intelligi, vt voluntas promitentis ſit, quod Superior permittat conniuentibus oculis, dictum Monachum percipere annuos redditus ſibi donatos: vt ſic voluntas teſtatoris poſſibili modo ſeruetur Mantica, *lib.* 3. *de coniecturis, tit.* 50. *n.* 1. & verba diſpoſitionis accomodantur conditioni perſonæ, vt benè Sanchez *d. cap.* 17. *num.* 4.

7 Quintò facit quod de anno, 1606. fuit in Rota diſputatum coram doctiſſimo Peña de quadam Teſtatrice, quæ filium ſuum fratrem Fabianum hæredem fecerat, cum poteſtate, quod de prædicta hæreditate ad arbitrium ſuum, abſque ſui Superioris, & Conuentus licentia, tamquam homo liber diſponeret proinde ac ſi frater S. Franciſci (cuius erat Religioſus) non eſſet, fuit inquam dubitatum, an potuiſſet libere diſponere, & cum frater Fabianus vigore dictæ facultatis dediſſet quoddã petium Territorij quibuſdam ſecularibus, quorum poſſeſſionem acceperunt ſeculares illi, & Fratres S. Franciſci prætendebant ſuccedere, & ſuper dicto prædio ius habere; Rota dixit non valere donationem factam à Fr. Fabiano: quia illa verba important, vt nihil acquiratur Monaſterio, quoad vtilitatem, non reſpectu iuris, & ſic ſenſus eſt, quod Monaſterium permittere debet conniuentibus oculis, illum Monachum, cui relictum fuit habere adminiſtrationem relicti, ſicuti ſeruus habere dicitur proprium, *l.* 5. *ff. de manumiſſ.* ad quem effectum Monachus haberur pro ſeruo, Seraphinus, *d.* 724. *num.* 9. & intelligitur quod talis Religioſus poſſit habere adminiſtrationem illius relicti in caſu licito videlicet, vel diſpenſando ad pios vſus, quod eſt licitum Religioſo, *cap.* 2. *de Teſtamentis in* 6. vel conuertendo ſibi relictum ad vſum veſtimentorum, vel librorum: & idem dicit Antonius de Butreo, *in d. cap. Monachi, num.* 10. & ſi Superior nollet conſentire, vt talis Religioſus haberet adminiſtrationem putat Abbas *in d. cap. Monachi de ſtatu Monachorum*, tale relictum non valere: ſequitur Rota coram Peña *d.* 1214. *numer.* 7. Et ſic Sacra Rota intellexit Abbatem; *conſ.* 44. *num.* 3. *lib.* 2. vt ſcilicet talis Monachus poſſit diſponere de ſibi relictis, non quantum ad proprietatem; ſed quantum ad vſus pios, & licitos ſecundum arbitrium boni viri, & hoc ſenſu intelliguntur Canones, quod Religioſi nihil in perpetuum habere poſſint, vt eadem Rota intellexit in recentioribus, *part.* 2. *dec.* 302. & coram Peña, *tom.* 2. *dec.* 1214. *in fine*, & ſic Rota approbauit Monachum poſſe retinere hæreditatem cum illo pacto relictam, & ſic facta diſpoſitione taliter, & non alio modo ad Beneficium Monachi, ſi Superior aliquid prætendat erit irrita, & hæredibus teſtatoris debetur; vndè non eam tenentur ſoluere Monaſterio, vt poſt alios Moronus *reſponſo* 46. *num.* 33. & alij *ſuprà* citati, & hoc eſt quod dicunt Abbas *conſ.* 42. *vol.* 2. Franch. *d. dec.* 718. Graffius *part.* 1. 9 *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 41. quod ſcilicet ſi Teſtator reliquit legatum Monacho, & voluit, quod nihil acquiratur Monaſterio, alioquin nullum eſſet legatum, tunc ſi non conſentiret Superior, vt Monachus retineat legatum, illud non valet, & nihil erit ſoluendum, ſed remanebit penes hæredem grauatum, vt bene Verrecelli, *tract.* 3. *tom.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 4. poſt plures, quos allegat, & 10 hoc caſu poterit comparere Monachus per ſe, cum licentia Superioris, & eius conſenſu, vt bene Antonius de Virgilio, *de legitimat. perſonæ*, *cap.* 23. *num.* 4. & poſſet Monaſterium comparere ex perſona Monialis, nec ob id repelli poteſt à conſecutione dictæ annuæ præſtationis, nomine eiuſdem Monialis, vt ait Carena, *reſol.* 199. *num.* 19. 11 & dari Monaſterio mandatum de manutenendo pro bonis poſſeſſis à Monacho profeſſo: quia Monachus profeſſus, non ſibi, ſed Monaſterio poſſidere poteſt aliquam rem, ait Rota apud Peñam *tom.* 2. *d.* 1264. & poſſe Religioſum de talibus bonis ſuccurrere Fratri ſuo egeno dicunt Sanchez *in ſumma, lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 19. Portellius,

lius, *in dubijs Regularibus in verb. Parentes*, Verrecelli *tract.* 1. *tom.* 1. *quæst.* 5. *&* 6. Ergo ecce damnum Monasteriis illatum in temporalibus: quia nec habebit Monachus, nec Monasterium. E contrà verò cum non repugnet voto paupertatis habere bonorum administrationem cum licentia Superioris, ex Rot. Rom. *d.* 772. *part.* 1. *& d.* 216. *num.* 12. *&* 13. *part.* 2. *diuersorum*, licet non possit dispensare Abbas quoad dominium, & proprietatem, poterit tamen dispensare quoad vsum, Reg. Tappia *in Auth. ingressi, cap.* 3. *num.* 35. P. Graffius, *part.* 2. *decisionum lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 23. & sic poterit dispensare, vt retineat peculium, vt proprium; sed quoad administrationem, vt bene Rota apud Farinacium, *d.* 246. *to.* 2. *inter posthumos*, ideóque acquiritur Monasterio; sed sibi vsum facti ad nutum Superioris amouibilem ex Nauarro, *Comment.* 1. *de Regularibus, num.* 23. Moranus *d. responso* 46. *n.* 25. qui agit de donatione facta per matrem cuidam Monacho, qui tamen non habebat Superioris licentiam, & fuit dictum talem donationem esse reuocabilem, quousque non sequeretur ratificatio Superioris, & etiam sequuta ratificatione, nisi etiam ipse donans iterum consentiat, vt post Hostiensem, & alios Canonistas, docet Cenallos, *quæst.* 446. *num.* 13. etiamsi iuramento contractus firmatus sit Monaldus, *cons.* 30. *vol.* 2. qui dicit, *num.* 14. non satis esse Prælatum non contradicere; sed opus est, vt contractum approbet, vt post alios Moronus, *vbi suprà.*

13 Ergo maximum affert Decretum prædictum damnum, cum certum sit Monachum, licet Cappucinum non pati, nisi minimam capitis diminutionem; vnde si haberet aliquam pensionem annuam sibi concessam à Rege, vel ab alio, & fiat Monachus, poterit talem pensionem renunciare cui voluerit, vt benè Regens Reuerterius, *d.* 492. Regens de Ponte *cons.* 159. *lib.* 2. Regens de Marinis, *lib.* 1. *cap.* 166. & in addit. ad Reuerterium, *d. decis.* 492. *per totam*: at posito Decreto prædicto, non possent talia fieri legata, & donationes, & si fierent, non acquirerentur Monachis; sed remanerent in Beneficium venientium ab intestato ipsorum disponentium testatorum &c. ergo Decretum illud graue damnum infert Monachis: quia redderet illos incapaces habendi amplius legata, & dispositiones sub istis conditionibus, cum Religio sit in immemorabili possessione habendi ea, talibus appositis conditionibus, vt ex fidibus Pattum Cassinensium Sacra Rota decidit, teste Carena Buratto, & aliis de quibus *suprà.*

14 De secundo damno, quod afferret Decretum prædictum patet: quia Monachi professi fuerunt sub illa regula; Regula verò est anima Religionis, seu forma substantialis ipsius Religionis, & dicebat Nazianzenus, quid est Monachus? est qui viuit, & Regulæ, & Deo; vnde Prælatus non potest dispensare super regulam, nisi quantum illi à Regula permittitur, vel à Priuilegio, vel à iure Innocentius, *in cap.* 2. *de eo qui furtiuè Ordines recipit, & in cap. fin. de postulatione Prælatorum*, S. Thom. 1. 2. *quæst.* 7. *art.* 4. Peyrinus *tom.* 1. *de subdito, quæst.* 1. *cap.* 8. §. 5. *col.* 1. constitutiones verò, seu statuta Religionum sunt ordinata ad regulæ obseruantiam, & pertinent ad perfectionem, seu complementum Religionum, vt bene in Monasteriis Cassinensis Congregationis refert P. Lezzana *consult.* 6. loquens de quibusdam constitutionibus super Regulam S. Benedicti, factis, in quodam Capitulo Generali, & à Papa Vrbano confirmatis, si potuissent Superiores dispensare: ex Regulis vero huius Sacri Ordinis, *cap.* 33. 15
ex permissione Abbatis licitum est habere ad nutum tamen Superioris, & *num.* 9. dicitur ne possint expendere pecunias sine licentia Superioris; ergo signum est posse retinere cum licentia eiusdem, & expendere & de acquisitis solùm dicitur, quod Superiori reuelent &c. *& cap.* 59. *de filijs nobilium* habetur posse Nobilem donare occasione filij Monasterio bona, & filio suo reseruare vsumfructum: ergo &c.

Ergo Benedictini qui fecerunt professionem sub hac Regula, secundum quam Regulam, teste Antonio Perez Benedict. *in Regulas S. Benedicti, tom.* 1. *cap.* 33. *dub.* 1. *num.* 22. *& sequenti*, possunt Monachi, Superioris permissione, habere aliquid peculium, scilicet administrationem 16
bonorum &c. quando alterantur Regulæ, & obseruationes earumdem possent de nullitate dicere Professionum: quia sub hac lege contraxerunt, & non aliter, non enim potest Monachis præcipi, nisi id, quod est secundum regulas, siue expressè, & directè ad eam pertineant, siue implicitè, & indirectè, vt docent S. Thomas *in quodlibeto* 10. *art.* 10. *& in* 2. *dist.* 44. *quæst.* 2. *art.* 3. 2. 2. *quæst.* 104. *art.* 5. *ad tertium*, S. Bonauentura, *in* 2. *dist.* 44. *art.* 3. *quæst.* 2. Nauarrus *in manuali, cap.* 23. *num.* 39. Rodriquez *tom.* 3. *quæstionum Regularium, quæst.* 19. *art.* 3. Cucchas *inst. Canonicarum, tit.* 1. *num.* 121. Corduba, *in Regula S. Francisc. cap.* 10. *quæst.* 2. *puncto* 6. Toletus *de septem peccatis, cap.* 16. Tappia *in Auth ingressi, in verbo ipso ingressu, cap.* 1. *num.* 41. *&* 59. *de Sacros. Eccles.* Sanchez *lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 15. Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 4. *dubio* 8. *num.* 54. Molfesius *in summa, part.* 1. *tract.* 9. *cap.* 5. *num.* 62. *& in proœmio ad consuetudines Neapolitanas, quæst.* 4. *num.* 16. *&* 17. Oldradus *cons.* 16. Turrecremata *in cap gesta, in fine dist.* 74. & alij cum glossa, *in cap. relatum in verbo, electus ne Clerici, vel Monachi, cap. integritas, in verbo, voti* 32. *quæst.* 1. *& d. cap. gesta in verbo crescere, dist.* 74. Pasqualigus *quæstionum Cano. centuria* 1. *quæst.* 81.

Ideò Prælati Regulares, etiam Generales non 17
possunt cogere subditos, vt ad Indos causa conuersionis proficiscantur: quia hoc excederet præscriptum Regulæ, Emanuel Rodriquez, *tom.* 2. *cap.* 9. *num.* 5. *& tom.* 3. *quæstionum Regularium, quæst.* 19. *art.* 7. Lopez *part.* 1. *instructorij, cap.* 56. quod extenditur quoties mittuntur ad loca, vbi periculo vitæ exponuntur, Lessius, *lib.* 2. *de iust. cap.* 41. *dub.* 9. *num.* 74. *&* 75. cum sit supra Regulam, vt ostendit Corduba *in Regula sancti Francisci, cap.* 10. *quæst.* 2. & S. Franciscus *in sua Regula, cap.* 12. loquens de missione suorum ad infideles, id reliquit arbitrio Fratrum, cum licentia Superioris; vnde S. Bernardus, *lib.* 1. *de præcepto, & dispensatione, col.* 4. ait Prælati iussio, vel prohibitio non prætereat terminos professionis, nec vltra attendi potest, nec contrahi citra, nihil mihi Prælatus prohibeat horum, quæ promisi, nec plus exigat quàm promisi, vota mea nec augeat sine mea voluntate, nec minuat sine certa necessitate, & paulo infrà: Monentes eos non cogentes ad celsiora, condescendentes eis, cum necesse fuerit ad remissiora; quod fallit in Religiosis Societatis Iesu, teste P. Fragosio, *tom.* 1. *de Republica Christiana, disp.* 9. §. 5. *numero* 133.

Vnde Decreta pro Regularium reformatione 18
edita à Clemente VIII. & ab Vrbano VIII. quæ dicunt, vt nullus ex fratribus, etiamsi Superior

perior sit, bona stabilia, aut mobilia, aut pecuniam prouentus, census, eleemosynas, siue ex concionibus, siue ex lectionibus, aut pro Missis, tam in propria Ecclesia, quàm vbicumque celebrandis, alióve ipsorum iusto labore, & causa quocumque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conuentus possidere possint, sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conuentui incorporentur, de quo decreto Pellizzarius *tract.4. cap.2. sect.2. num.24.* talia inquam decreta, Capitula, & statuta reformatoria antiquæ obseruantiæ necesse est, vt Monachi misissent consensum conuentualiter congregati ad ea acceptanda, vt in Rota Romana coram Dunnozzetto de anno 1629. *d.302. in nouissimis*, ab an. 1626. vsque ad annum 1630. & coram Verosp. *d.525. apud Rubeum, tom.5.*

19 Cum enim regulæ sint quasi ossa, ac nerui Religionum, vt sine illis non possint consistere, ideò tunc Religio suum primum retinet vigorem, quando viget obseruantia Regularum; at si secus sit, erunt solum nomine Religiosi: vocantur enim Regulares ab obseruantia regularum, & Religiosi, eo quod sint quasi relegati ad obseruanda, non solum Dei præcepta, sed etiam consilia contenta in propria regula; vnde sanctus Bernardus *cap.321. ad Fratres de sancto Anastasio*, sic scribit. *Rogo vos Fratres, & multum obsecro sic agite, & sic state in domino dilectissimi, solliciti semper circa custodiam Ordinis, & Ordo custodiat vos: & Prouerb.3.* habetur: *Custodi legem, atque consilium, & erit vita animæ tuæ*, & Bossius *in speculo Monachorum*, ait: *si parui pendis constitutiones, & ordinationes sacræ Religionis, quantumvis paruæ sint, Monachus non es*, & sanctus Bonauentura *in tract. de sanctis, c.3.* ait quod in hoc differunt Religiones obseruantes, & reformatæ à relaxatis, & inobseruantibus, quod in illis puniuntur transgressores regularum, in his verò negliguntur, nec vlla ratione coërcentur, vt latè Rodriquez *to.3.q.47. art.3.* Pellizzar. *to.1. tract.1. cap.5.* Lezzana *de reformatione Religionum, per totum.*

20 Neque possunt Monachi ad obseruantiam cogi reformationis regulæ factæ, præcisè propter maiorem perfectionem, ac rigorem: quia secundum omnium sententiam, de qua Pellizzar. *de voto, cap.4. sect.3. quæst.1. & 5.* non possunt Prælati Regulares subditis præcipere, nisi ea, quæ sunt iuxta regulam, siue directè, siue indirectè: Ergo si præcipiatur aliquid, quod ad regulam nullo modo spectet, non tenetur obedire, & ad inducendam obligationem prædictam, non sufficit consensus Capituli, sed requiritur, vt omnes, & singuli consentiant iuxta regulam iuris. Quod omnes tangit ab omnibus debet approbari: imò neque Papa poterit eos cogere ad arctioris vitæ regulam obseruandam, quam prima fuit, & antiqui instituti consuetudo, quia peculiaris potestas, quam habet Papa in Religiosos oritur ex propria voluntate ipsorum, qua ipsi veluti supremo Generali, voluntariè voto obedientiæ se adstrinxerunt; sed dicta potestas iuxta limites talis voti est restricta: ergo non extenditur ad præcipiendum, nisi in illis, quæ sunt iuxta regulam, quamvis aliàs Papa à Deo acceperit absolutam iurisdictionem in Religiosos, quatenus fideles, vt bene P. Sanchez, & alij apud Pellizzarium *de reformatione Religionum, tract.1. cap.5. sect.vltim. num.31.*

Neque dicas quod Pius V. per Bullam editam 21
anno 1567. iussit omnes Franciscanos Conuentuales, seu Claustrales in Hispania degentes ejici à propriis Conuentibus, & transire ad aliquam Religionem mendicantium, quæ erat multo arctior sua professione; idque parte non citata quod est contra ius naturæ: ergo excedit potestatem Papæ, iuxta text. *in cap.1. de causa poss. & proprietatis*, vbi dicitur: nec nos contra partem inauditam aliquid possumus definire.

Respondeo enim quod Pius V. re maturè considerata, & perpensis multis scandalis ortis in Hispania ex modo viuendi, quem profitebantur Religiosi, iisque probatis ac notoriis sententiam illam tulerit, considerans id esse necessarium, ad hoc vt illi obseruarent vota substantialia religionis, quæ professi fuerant: & in tali casu citatio partis omitti potest à supremo Principe, vt ait Bald. *in l. nec causas, num.3. Cod. de appell.* & Nauarrus *cap.25. num.10.* & Bordonus *cap.2. de profess. quæst.41.* ait, quod profitentes Regulam Minorum non possunt cogi transire à Conuentualibus, v. g. ad Obseruantes, & probat: tum quia nemo cogitur crescere, *cap. gesta 74. dist.* tum quia, etsi Conuentuales, & Obseruantes profiteantur eandem regulam: non tamen ad illam tenentur eodem modo: nam Conuentuales profitentur illam relaxatam variis indultis Pontificum; Obseruantes verò iuxta primæuum ipsius rigorem, sequitur Pellizzarius *vbi suprà, numero 32.*

Hinc P. Bordonus *decisione morali 411.* querit 22
an consuetudo inducta à monialibus habendi, & exigendi Liuellos per seipsos extirpari possit ab Abbatissa, & dicit quod Abbatissa debet talem consuetudinem tolerare, si non est facta pernicioſa Monialibus præsertim si bene cognoscant Moniales non esse bene affecta s circa hanc reformationem, sed si sit pernicioſa; vt quia Moniales abutantur suis liuellis in vanis vestibus, vel donando Secularibus, tunc Moniales tenentur obedire, &c.

Negari enim non potest (verba sunt Henrici 23
Petrei *in tract. de Monasteriis, pag.747.*) exempla eorum non deesse, qui res Deo dicatas deuastare, atque diripere, cœnobia inuadere, eorumque census in vsus profanos conuertere, & muneris, atque officij sui immemores, epulis, & crumenis tantùm intenti litterarum, & pauperum penitus obliti, Christi partem confidenter deuorare ausi fuerint: sed male, concoxerint, ac verè sed serò nimis experti fuerint Fundatorum deuotas execrationes graui affectu non caruisse, Lambertus Danzus *lib.3. de politico Christiano, cap.3. nostræ ætatis*, Ribaldos, siue mures aulicos appellitat, qui res prædiaque Ecclesiæ Dei deuotioribus cultoribus iuuentutis institutioni, & pauperum subsidio dicata, arrodunt, corrodunt, interuertunt, & impetrato à Principe pragmatico præscripto, seu diplomate, sibi appropriant, inque priuatos vsus transferunt, eosque in Deum, Ecclesiam, & omne ius peccare graviter censet, Schurfius *cons.45. num.11. cum sequentibus, centuria 1. & cons.9.* quod enim semel Deo dicatum est, amplius ad vsus profanos transferri non debet: sed talia oblata, & relicta debent ad alium pium vsum conuerti, *l. legatum 16. ff. de vsufruct. legato, cap. quæ semel 19. quæstione 3.* Leuitici 37. *vers.28.* Cothman *cons.100. num.18. & 19. volum.2.* ne forte per oblationem Deo, Ecclesiæ, vel pauperibus dedicatarum sacrilegium committatur, quod meretur pœnam excommunicationis

Nouella

Nouella 8. *cap.* 10. *cap. nullo liceat* 12. *quæst.* 2. Vessembechius *conſ.* 37. *n.* 7. *vol.* 1. non tamen ſub prætextu œconomiæ temporalis ſunt Monachi ſpoliandi ſuis facultatibus, & priuilegiis, vt bene Gaſpar Kilok, *de ærario, lib.* 2. *cap.* 83.

DISCEPTATIO LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Monachus poteſt cum licentia Superioris recipere hæreditatem in confidentiam, vt exequutor teſtamentarius.*
2 *Quod procedit ſiue exequutio ſola Monacho commiſſa ſit, ſiue diſtributio.*
3 *Licentia Superioris debet eſſe expreſſa, vel tacita, & quomodo hæc exemplificetur.*
4 *Licentia Superioris conceſſa pro exequutione, an poſſit reuocari.*
5 *Prælatus Regularis, qui dedit hanc licentiam non poterit amplius ſe intromittere.*
6 *Hæredis inſtitutio quando poſſit conferri in alterius arbitrium.*
7 *Regularis exequutor relictus in teſtamento, poteſt cogi ad declarandum quid ſit facturus, niſi ſit Sigillum Sacramentale, vel naturale intermedium.*
8 *Regularis Superior non poteſt cogere ſubditum exequutorem, vt applicet bona Monaſterio ſuo, niſi poſtquam declarauerit.*
9 *Religioſus eligens ſeipſum poterit ei à Superiore auferri talis facultas eligendi.*
10 *Apoſtatæ cui acquirant tempore Apoſtaſiæ.*
11 *Apoſtata ad Religionem rediens bona quæſita tempore Apoſtaſiæ debentur Monaſterio.*
12 *Epilogus omnium dictorum in quinque dubijs antecedentibus.*

ARGVMENTVM.

Monachi poſſunt recipere hæreditates in confidentiam adminiſtrandas cum Superiorum licentia: quæ licentia ſuffi cit etiam tacita, & an poſſit cogi Regularis, vt declaret opus ad quod eſt ordinata hæreditas diſtribuenda. Apoſtata cui acquirat, & quid ſi poſt Apoſtaſiam ad Monaſterium reuertatur.

PRO

Eodem Sacro Ordine,

AD

Obſeruantiam eiuſdem Decreti.

FACTVM.

1 RESPONDEO affirmatiuè quia licet Regulares non poſſint eſſe exequutores teſtamentorum, tamen cum licentia Superioris petita, & obtenta, poſſunt eſſe, vt eſt textus *expreſſus in cap. finali de teſtamentis in* 6. ibi Religioſus exequutor ab alio in ſua voluntate vltima deputatus, non poteſt cum velle, vel nolle non habeat, huiuſmodi officium ſuſcipere, niſi à Superiore ſuo, petita ſuper hoc licentia, & obtenta; quod idem diſpoſuit S. P. *in Clementina vnica, de teſtamentis*, ibi (quod vtique non poſſe, niſi à Superiore ſuo ſuper hoc petita licentia, & obtenta ſuſcipere) gloſſa *in d. cap. finali in verbo Religioſus*, vbi omnos Canoniſtæ, & apud Hiſpanos eſt lex 2. *tit.* 10. *p.* 6. Abbas & alij *in cap. tua nobis, de teſtamentis*, vbi Couarr. Ioannes à Canibus *in tract. de executoribus vltim. vol. part.* 1. *num.* 29. 30. & 31. Ceuallos *quæſt.* 88. & *quæſt.* 404. Gratianus *cap.* 123. in quo Sacrum Concilium Trid. nihil innouauit, teſte Vega *in ſumma, par.* 2. *cap.* 114. *caſu* 6.

Quod procedit ſiue exequutio ſola Monacho 2
relicta ſit, ſiue ordinatio, diſtributio, electio, & diſpoſitio commiſſa ſit; quia in vtroque caſu officium exequi, & ſuſcipere Regularis poterit cum licentia Superioris obtenta, tum quia iura ſupracitata ſimpliciter loquuntur, tum quia obtenta licentia Regularis velle, & nolle ad illud exercendum ex Superioris licentia; ergo neque executionem, neque diſtributionem, neque electionem, neque diſpoſitionem poterit Regularis recipere, non obtenta tali licentia, vt bene Carpius, *lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 20. qui ſubdit hoc procedere, tam in diſpoſitione pia, quàm profana. Quæ tamen licentia debet eſſe expreſſa, niſi ſit tacita, quæ 3
reſultet ex eo quod vidit, & tacet Superior Regularem exequi commiſſionem vltimæ voluntatis, hoc enim ſufficeret ex doctoribus citatis non tamen requiritur in ſcriptis, D D. *vbi ſuprà*: ergo cum in præſenti ſit licentia habita, & pluries exequutus effectus, nulla erit difficultas; & talis licentia; neque poterit derogari; neque conceſſa reuocari, & ſi deneget exequi cogetur, ità Baldaſſ. Thomaſius *de exequutore teſtamenterio, tit.* 4. *num.* 25. alij tamen dicunt Superiorem poſſe hanc licentiã ſemel conceſſam reuocare ſuo Regulari, etiam re non integra, licet iuſte non fa- 4
ciat ſine cauſa gloſſ. *in Clementina vnica de teſtamentis in verbo obtenta* vbi Abbas *num.* 3. Imola, *num.* 8. Angelus *in verbo exequutor, num.* 31. Sylueſter *in verbo teſtamentum, il.* 20. Molina Theolog. *de inſtitia & iure, diſp.* 247. Rodriquez, *tom.* 3. *quæſtionum regularium, quæſt.* 70. *art.* 1. Sanchez *in ſimili de mat. lib.* 3. *diſp.* 36. *num.* 9. tùm quia talis licentia eſt mere gratuita, omninò dependens à voluntate concedentis; ergo ad libitum poterit reuocari, tum quia non habet nolle, vel velle Regularis poſita reuocatione, quæ tamen reuocatio erit Religioſo intimanda *ex l. ſi forte* 17. *ff. de officio Proconſulis*, latè Sanchez, *tom.* 3. *de man. diſp.* 30. *num.* 11. & 13. Superioris verò nomine ille venit, qui habet Regularem immediatè ſubiectum, poſt alios Carpius, *d. lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 18. *cum ſequentibus.* Hæc opinio Romani *conſ.* 409. & *ſingulari* 242. eſt vera, qui ait aliter acceptam executionem eſſe validam, parte non opponente, quod ſequitur Bellettus, *part.* 1. §. 4. *num.* 9. quia verior eſt ſententia eſſe nullam executionem ſuſceptam ipſo iure; tum quia in iuribus citatis adeſt verbum (non poteſt, tum quia licentia Superioris requiritur pro forma, tum quia non habet voluntatem ſufficientem, & ſic actus corruit ſine voluntate facientis, vt bene poſt alios Carpius *d. cap.* 50. *num.* 21. *cum ſequentibus.*

Et ſic nota quod quando Prælatus Regularis 5
dedit

dedit hanc licentiam, non poterit ſe intromittere in hæreditate, ita vt aliter, quam arbitrio Religioſi diſtribuantur bona hæreditaria, etiam ſi teſtator id non prohibuiſſet: quia executoris officium eſt munus perſonale, & non tranſit ad Monaſterium Bart. *in ſuis quæſtionibus diſputatis, quæſt.* 12. Sanchez *in ſumma lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 21. quod a fortiori procedit, ſi adeſſet prohibitio cum annullatione inſtitutionis &c. & ne mireris, quod
6 hæredis inſtitutio videatur commiſſa in voluntate hæredis: quia ad pias cauſas poteſt hoc fieri, *cap. cum tibi de teſtamentis, l. id quod pauperibus, Cod. de Epiſcopis, & Cler.* Sanchez *lib.* 4. *conſiliorum, cap.* 1. *dub.* 65. Clarus *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 6. Lugo *de Iuſt. & jur. diſp.* 24. *n.* 342. Diana *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 127. Layman, *lib.* 3. *tract.* 50. *cap.* 2. *num.* 7. ex Innocentio, Abbate, Claro, & alijs docet, quod ſi teſtator dixit committo omnia bona mea arbitrio, & diſpoſitioni Titij, tunc Titius erit ſolo nomine hæres, & merus executor; vnde totam hæreditatem erit obligatus in pias cauſas erogare.

7 Quod ſi non adſit ſigillum ſecreti naturalis, aut Sacramentalis cogi poterit Religioſus, vt declaret opera pia, in quæ voluit teſtator ſua bona diſtribuere Cardin. de Lugo, *diſp.* 24. *num.* 336. imo etiam ſi teſtator prohibuiſſet exigi rationem, ab executore à ſe deſignato, adhuc poterit Iudex Eccleſiaſticus ab ipſo exigere talem declarationem, vt eſt tex. *in Auth. de Eccleſiaſticis titulis,* §, *pro redemptione*. gloſſa, Abbas, & Couarr. *in cap. tua nobis, de teſtamentis*, Molina *tract.* 2. *diſp.* 251. quia pertinet talis declaratio ad bonum publicum, quod Teſtator non poteſt impedire, quod ſi ſub Sigillo naturali, vel Sacramentali id commiſiſſet, neque poterit; neque tenetur declarare Sanchez, *lib.* 4. *Conſiliorum, cap.* 1. *dubio* 49. Lugo *de Iuſt. diſp.* 24. *num.* 334.

8 Neque poterit Prælatus Regularis compellere Religioſum cui commiſſa eſt diſtributio in opera pia, vt det totum, vel aliquid ſuo Monaſterio, licet, vt bene Sanchez, *lib.* 6. *Summæ, cap.* 11. *num.* 59. poſſet ſuo Monaſterio elargiri; Ratio eſt, quia, inſtituto hærede Religioſo, & adiecto, vt in opera pia diſtribuat hæreditatem, tunc hæres eſt ſolo nomine, & re vera merus exequutor; ergo ſicuti Monacho nullum ius competit ad bona hæreditaria, ita neque competit Monaſterio, niſi poſtquam Religioſos elegerit Monaſterium; ſed ad electionem Monaſterij cogi non poteſt, quia, vt docet Sanchez, *d. cap.* 11. *n.* 21. munus exequendi, ſeu eligendi eſt perſonale, & competit Monacho, & non tranſit dd Monaſterium, neque in electione piorum operum, Prælatus ſe intromittere poteſt, vt bene Verrecelli, *tom.* 1. *tract.* 3. *de obligatio. Iuſtitiæ, quæſt.* 33.

9 Quod ſi Religioſus eligat ſeipſum, & in ſuam vtilitatem conuertat, quod relictum fuit diſtribuendum in opera pia tunc poterit Prælatus auferre, & in communes vſus Conuentus expendere Sanchez *lib.* 6. Sūmæ. *c.* 11. *n.* 61. quia licet Prælatus nequeat ſe intromittere in electionē piorum operum, tamen poſt factam electionem in Beneficium ipſius Religioſi, poterit illi auferre: quia tunc eſt acquiſitum ius Monaſterio, cum Regularis quicumque acquirat ſuo Monaſterio, excepto caſu Apoſtaſiæ; quo caſu, licet ex conſtitutione Regni, quæ incipit Apoſtatantes Federici Imperato-
10 ris, bona Apoſtatantium pertinent ad Monaſterium; vt ait Regens Reuerterius, *dec.* 426. eo modo quo explicat D. Reg. de Marinis ad Reuerter. *d. dec.* 426. tamen ex Bullis Pontificijs acquiritur Cameræ Apoſtolicæ Molfeſius, *p.* 4. *de ſucceſſ. ab inteſtato, quæſt.* 64. *num.* 48. Epiſcopus Maranta, *p.* 2. *reſponſo* 42. quod ſi acquirat tempore Apoſtaſiæ, & deinde reuertatur ad Religionem, & in ea decedat; bona tunc temporis acquiſita ſpectant ad Religionem, ita communiter DD. cum Suarez *de Religione, tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 29. Sanchez, *in ſumma. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* 9. & 31. Rodriquez, *quæſtionum Regularium tom.* 1 *quæſt.* 30. *art.* 12. Hieronymus Rodriquez, *in compendio quæſtionum Regularium, reſol.* 11. *num.* 11. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 1. *quæſt.* 51. *art.* 7. Portellius *in verbo Apoſtata, num.* 7. Santarellus *de Apoſtaſia, cap.* 3. *num.* 23. à S. Fauſto *in Theſauro Religioſorum, lib.* 8. *quæſt.* 56. *num.* 2. Cherubinus ad Bullam 43. Gregorij XIII. *quæſt.* 1. quia conſtitutiones Pontificiæ nempe 43. Gregorij XIII. quæ incipit Officij noſtri, & 19. Pij IV. quæ incipit *eſſe decernimus*, & 29. Pauli III. Quas refert Miranda vbi *ſuprà*, ſtatuentes bona Apoſtatæ ſpectare ad Cameram Apoſtolicam, loquuntur in duobus caſibus: primus eſt quando Apoſtata ob illicitam negotiationem illis bonis illicitè acquiſitis priuatur. Secundus caſus eſt quando decedit extra Clauſtra; ergo non extenduntur ad alios caſus, & ideo nec bona illicita negotiatione quæſita ſpectant ad Cameram, quando Apoſtata non eſt illis vita priuatus; ſed reuocatus ad Religionem Rodriquez, *tom.* 1. *quæſtionum Regularium, quæſt.* 30. *art.* 12. Miranda, *tom.* 1. *quæſt.* 51. *art.* 7. Verrecelli, *tom.* 1. *tract.* 3. *quæſt.* 35. *numero* 3. contra Suarez *vbi ſuprà, cap.* 2. *numero* 29. 11

Ergo clarè apparet decretum ſanctiſſimi Alexandri VII. non obligare præſentem ſtatum Ordinis Caſſinenſis, nec comprehendere Monachorum Liuellos, nec diſpoſitiones factas in beneficium Monachorum, cum pacto, vt nihil acquiratur Monaſteriis, nec poſt Concilium eſſe prohibitum peculium ad nutum Superiorum habere Monachos, grauiſſimumque damnum temporale, & ſpirituale decretum allaturum Ordini Caſſinenſi, ſi aliter loqueretur decretum; nec prohibitum eſſe Monachum habere adminiſtrationem, & executionem alicuius piæ diſpoſitionis, &c. 12

DISCEPTATIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Monachi Benedictini qualiter debeant huic decreto obedire.*
2 *Caput vltimum decreti eſt Palea.*
3 *Obreptio decreti eſt cauſa reſcribendi Superiori.*
4 *Decreta, Leges, & ſanctiones quæcumque iuſta ex cauſa non obſeruantur, ſed poteſt Superiori reſcribi.*
5 *Textus* in cap. ſi quando de reſcriptis, *adducitur.*
6 *Textus* in cap. cum teneamur 6. de præb. *adducitur.*
7 *Textus* in Auth. de mandatis Principum, §. deinde, *adducitur.*
8 *Textus* in Auth. vt nulli iudicum, §. & hoc vero, *adducitur.*
9 *Textus* in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam, *adducitur.*

10 *Superiorē*

10 *Superioris Præceptum in dubio qualiter, & quando præsumatur iustum.*
11 *Nouitas qualiter prohibeatur, & adducuntur plures authoritates, quibus damnatur.*
12 *Nouitas etiam in melius damnatur.*
13 *Cassiodori sententia improbantur nouitates.*
14 *Nouitates à SS. Pontificibus, à Canonibus, à SS. Patribus, & à Philosophis, & à Politicis damnantur.*
15 *Papæ Symmaci authoritas celebris adducitur contra nouitates.*
16 *Nouitates fugiendi causa, ius naturale, & diuinum non obligat, & adducitur exemplum.*
17 *Decretum continens repugnantiam, vel insolitum præsumitur falsum.*
18 *Legis verba qualiter interpretanda.*
19 *Decretum, de quo suprà, quacumque ex parte accipiatur, non est obseruandum, nisi quoad aliqua.*
20 *Maiora damna sequi possent ex hoc decreto, quàm ex permissione Liuellorum.*

ARGVMENTVM.

Nouitates ex omni iure prohibentur, etiam in melius, & qualiter; tum à Philosophis, tùm à Sacris Canonibus, tum à Sanctis Patribus, tum à Pontificibus, tum à Politicis, & quare? Benedictini qualiter decreto, de quo suprà, *obedire debeant; & maiora damna oriri possent in sacro Ordine Cassianensi ob Decreti, de quo* suprà, *obseruantiam quàm è contra. Nec esse nouum in similibus casibus rescribi Pontifici: immò teneri subditos; maxime quando Decretum continet repugnantiam insolitam, & multo magis quando præsumitur contra voluntatem, petentium obtentum, vel si esset Palea.*

PRO

Eodem Sacro Ordine;

AD

Obseruantiam eiusdem decreti.

FACTVM.

1 RESPONDEO obedire Pontifici, sed non teneri hoc decretum exequi, & adimplere, sed eo suspenso, rescribatur sacræ Congregationi de inconuenientiis, & damnis publicæ vtilitati contrariis, & ex eo secunda iussio, & responsio expectetur, & hoc est obedire in præsenti: cum enim hoc decretum in vltima sui parte Palea quædam sit, non apposita per Capitulares diffinitorij, qui capita fecerunt pro statu œconomico, ipsi enim non adjunxerunt, nec apposuerunt illud vltimum circa administrationem bonorum Monasterio quæsitorum, vt ipsis Patribus notum est, sed fuit appositum ab alio Patre, qui curam habuit, talia capita scribendi, & sic est Palea textus ille additus ab vno, & non à Capitulo definitorio stabilitum ad exemplum Cardinalis Prothopaleon Gratiani discipuli, qui habens in manibus decretum Gratiani Monachi Cassinensis, tanto studio compositum addidit de suo nonnulla capita, quæ videns Gratianus ait Palea hæc non est de tritico meo, Palea est, vt bene Sebastianus Medices *p. 3. de legibus, quæst. 3. num. 13.* & alij cum Barbosa *in principio decreti*: sic ergo fecit talis Pater, addidit suo marte Capitulum, de quo in Definitorio loquutum non fuerat: ergo non est verisimile, quod si S. P. & sacra Congregatio pro statu œconomico fuisset certioratus super tali capite, quod non à Patribus factum fuerat, sed ab alio adiunctum confirmatum fuisset, argum. text. *in cap. si quando de rescriptis*, ibi: quia *patienter sustinemus, si non feceris, quod prauum nobis fuerit insinuatione suggestum.* Ergo obreptio, vel surreptio est causa sufficiens ad supersedendum in executione litterarum Apostolicarum, & & rescribendum, & facit text. *in cap. cum teneamur, de præb. & dignit. in 6.* Couarr. *pract. cap. 36. num. vltim.* Zerola *in verbo litteræ Apostolicæ*, Genedus *quæstionum canon. quæst. 45. num. 9.* Bonacina *disput. 1. de censuris, in Bulla Cœnæ, quæst. 15. part. 4. §. 2. fol. 113.* Ergo posito, quod non fuerit petitum per definitorium à Pontifice, neque per definitorium appositum vltimum caput decreti, sed superadditum à tertio quodam Patre, S. P. & sacra Congregatio sunt de hoc certiorandi, cum præsertim præuideatur imminens futurum damnum Ordini Cassinensi, tam benemerito sanctæ Sedi Apostolicæ: ad exemplum eorum, quæ dicunt communiter DD. cum Anguiano *de de legibus, contr. 5. num. 37. cum seqq.* Maceratensis *lib. 2. var. resol. 72. n. 19.* ergo debet suspendi executio decreti, vt S. P. certior fiat de incommoditatibus, & scandalis, atque aliis, quæ in Ordine possunt oriri, si talia decreta obseruarentur: quia non fuisset S. P. permissurus, si per sinceram, iustamque narrationem certò sciret, quanta incommoda orirentur: & hoc est de quo lamentabatur S. Pontifex *in cap. in iuuentute*, §. *cæterum*, ibi: *cæterum, quia procurator instabat compulsi fuimus, non tam iuris necessitate, sed importunitate petentis*, de purgatione canonica, cap. suæ, de præb. ibi: *quæ per ambitionem nimiam, per quam non concedenda multoties concedimus*, cap. fin. de præscript. in 6. & in extrauaganti execrabilis de præb.

Ideóque SS Pontifices, & Imperatores determinarunt, vt existente iusta causa, sua decreta non adimpleantur, & in primis. 4

S. Pontifex *in cap. si quando 5. de rescriptis*, si quando (inquit Pontifex) *aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animum tuum exasperare videntur, turbari non debes, qualitatem negotij, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum nostrum diligenter adimpleas, aut per litteras tuas: quare adimplere non possis rationabilem causam prætendas: quia patienter sustinemus si non feceris, quod prauum nobis fuerit insinuatione suggestum.*

6 Secundò, *ex cap. cum teneamur 6. de præb.* ibi: *ſi mandatum noſtrum pro alicuius prouiſione receperis, qui aliud beneficium habeat, de quo valeat commodè ſuſtentari, niſi forte in litteris ipſis de hoc mentio habeatur, aut ſi non poteſt ei ſine ſcandalo prouideri, æquanimiter ſuſtinemus, ſi pro ea mandatum noſtrum non duxeris exequendum.*

7 Teriò ex text. *in Auth. de mandatis Principum, §. deinde competens*, ibi: *Si quis autem, cui tale aliquid iuſſum eſt, veniat; omnino non reſpicias eum, niſi ſacram noſtram pragmaticam oſtendat formam pro hoc ſcriptam, tunc ſuſcipiens quidem talem formam, non autem aliquid agens ex ea, antequam ad nos nuntians ſecundam præceptionem noſtram ſuſcipias*, vbi gloſſa *in verbo nuncians*, ita ait: [& hoc eſt contra miſeros Prælatos, qui timent in tantum litteras domini Papæ, vt non audeant reclamare, quod facere non debent, vt hic dicitur, neque per hoc deſeruiunt legi: imò ſeruiunt propter hoc Papæ, vel Principi, vt *C. de appell. l. fin. in fine.*]

8 Quartò facit textus mirabilis *in Auth. vt nulli iudicum, §. & hoc vero*, ibi: *ſi vero huiuſmodi in ſcriptis iuſſio publicum reſpicit, inquirat, cum & ſi quidem non lædatur Fiſcus, quæ in ea comprehenſa ſunt, adimpleat; ſi vero ad læſionem eſt Fiſci, nihil ſuper ea omnino agi: nunciare vero nobis primum, & ſecunda noſtra fiat de hoc iuſſio: ſi vero præcepta, & cuiuſlibet iudicis ſint, & priuſquam inſinuentur hæc, aut præcipientem, aut ad quem præcepta facta ſunt, contigerit remoueri de ſingulo ſic, qui factus fuerit Iudex hæc ſuſcipiat, & exigat, ſi legitimè facta ſunt: ſi vero contra legem, aut contra publicum facta ſunt, hæc pro non ſcriptis eſſe iubemus, &c.*

9 Quintò facit textus *in l. finali, Cod. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam*, cuius ſunt verba: *omnes cuiuſcumque maioris ſcilicet minoris adminiſtrationis, vniuerſæ noſtræ Reipubticæ Iudices monemus, vt nullum reſcriptum nullam pragmaticam, ſanctionem, nullam ſacram adnotationem, quæ generali iuri, vel vtilitati publicæ aduerſa eſſe videantur, in diſceptationem cuiuſlibet litigij patiantur proferri, ſed generales ſacras conſtitutiones modis omnibus non dubitent obſeruandas, &c.* concordat textus *in cap. Paſtoralis de fide inſt. l. vniuerſa Cod. d. pec. Imperat. offerend. l. nec damnoſa C. eod. tit. l. iubemus, C. de ſacroſ. Eccleſ. l. 1 Cod. de petit. bonor. ſublatis, lib. 10.*

10 Ergo hoc decretum eſt obediendum, non tamen exequendum, & adimplendum, ſed eo ſuſpenſo, reſcribatur ſacræ Congregationi de inconuenientiis, & damnis publicæ vtilitati contrariis; licèt enim præceptum Superioris in dubio præſumatur iuſtum, gloſ. *in cap. quid culpatur in verb. iniquitas 23. q. 1.* gl. *in c. ad omnes de temp. ordinationum, & in cap. ex tenore*, vbi DD. *de ſent. excomm. &* gl. *in c. 2. de maior. & obed.* Farinacius *in prax. criminali, q. 97. caſ. 1. & 2. num. 26. lib. 3.* tamen talia præcepta poſſunt licitè ſuſpendi, & differri, quoties maius damnum timetur ex iis, quàm ex dilatione, quæ fit donec appareat de vera talis præcepti iuſtitia, latè Palatius Rubeus *in libello de beneficiis vacantibus in curia, §. 3. & 4.* Gened. *in collect. ad decretum col. 3.* Barboſa *in collect. ad text. in d. cap. ſi quando de reſcriptis*, & vbi adeſt cauſa ſuperſedendi in exequutione reſcripti non incurrit quis illius cenſuras, vt probant Abbas *in d. c. ſi quando, n. 2.* Zabarella *quæſt.* Ripa *n. 17.* latè Palatius Rubeus *in lib. de beneficiis vacantibus in curia, §. 7. & §. 12.* Barboſa *in d. c. ſi quando in addit.* Maranta *diſt. 1. num. 19.* Felinus *in d. cap. ſi quando, n. 20.* vbi ampliat, etiamſi Papa mandet ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt de communi Farinacius *lib. 3. criminalium, q. 97. caſu 2. n. 4.* Barboſa *vbi ſup.*

11 In primis ergo ſupplicabitur S.P. & ſacræ Congregationi ne permittat hanc nouitatem in ſacro Ordine Caſſinenſe, nam ſanctus Auguſtinus *epiſtola 118. c. 5.* ait: *ipſa quippe mutatio conſuetudinis, etiam quæ adiuuat vtilitate, nouitate perturbat*, & Prouerb. *c. 22.* habetur. *Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt Patres tui*, & Deuteronomij, *c. 8.* habetur. *Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi*, & Iob. *c. 8.* dicitur: *Interroga enim generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum memorias*, & Hieremias *c. 6.* dicitur: *State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea*: Ergo effectus nouitatis eſt perturbatio quietis publici ſtatus, & nouum omne, & incognitum quod eſt, ſuſpectum eſt,: & maxima reprehenſione eſt dignus, qui nouitates introducit capite hæc autem ſcripſimus 33. dicit etiam ſi bono animo id fieri dicatur, nam teſte Luciano lib. 1. variar. hiſtoriar.

12 *Sapè numero etiam mutatio in melius, maiorum malorum ſolet eſſe principium*, latè Menoch. *lib. 5. præſumpt. 34.* Regens Valenzuela *con. 24. tom. 1.* Morotius *reſp. 99.* Vnde Franciſcus Balduinus *in §. ſed naturalia, n. 24. & 25. inſtit. de iur. natur.* ait: *quod periculoſa eſt omnis in Republica mutatio legum, nam eam ſequitur repentina quædam, & morum, & vitæ mutatio*, & ideò l. C. *in l. penult. ff. de conſt. Principum*, ait: *In rebus nouis conſtituendis euidens eſſe vtilitas debet*: plura Bonadilla *in politica, lib. 1 æ. 5. n. 9.* nam ſemper nouitas eſt nociua Reipublicæ, & ſcandali nutritiua: vnde S. Leo Papa *lib. 12. epiſtolarum, epiſt. 82. ad Anaſtaſium, c. 20.* ait: *ſi ea deſtruerem quæ Anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor ſed verſor eſſe iuſtè comprobarer*, teſtante veritatis voce, *in c. ſi ea deſtruerem 25. quæſt. 2.* ibi: *nulla poſſunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari, &c. & cap. 3.* ibi: *Nec prætermitti poſſet hoc quod antiqua Patrum inſtitutio.*

13 Facit celebris ſententia Caſſiodori *lib. 2. epiſt. 4. Delectamur vetuſtatis inuento, & ſequi regulas conſtitutas libenter amplectimur: quia locus ſurreptionibus non relinquitur, quoties rationabiliter conſtituta ſeruantur*, & repetit Caſſiodor. *lib. 10. epiſtol. epiſtola 25.*

14 Facit etiam notabilis locus Eraſmi à Cochier. *in ſuo Theſauro politico, p. 1. lib. 1. c. 5.* ibi: *Maiorum enim inſtituta tueri, ſacris Cæremoniis, quas retinere ſapientis eſt*: & eſt notabilis locus Diœceſij *lib. 52. Hiſtoriarum*, de quo Petrus Gregorius *lib. 33. Syntagm. c. 7. num. 8. & lib. 8. de Republica, c. 2. num. 14.* D. Ioannes de Solorzano *lib. 2. de iure Indiarum, c. 16. num. 76.* ibi: *Deum ſemper, & vbique cole, vt moribus Patriæ eſt receptum, ad eundemque cultum alios compelle, &c. quia ex nouitatibus, conturbatio populorum oritur: & ſeditiones, atque diſcordias ſæpè numero generari per nouitates*: dicit text. in cap. cum conſuetudine, de conſuetudine iuxta illum Hippocratis Aphoriſmum, *omnes mutationes periculoſæ.* Et ſanctus Gregorius Papa *in c. 12. 25. q. 2.* ait: *eſt omnino conueniens, vt quæ ordinata fuerint, vel rationabiliter deciſa nulla in poſterum debeant refragatione turbari*, & repetit *in cap. 1. 35. q. 9.* ibi: *omnibus modis Eccleſiaſticæ diſciplinæ, vel moderationi conueniens eſt, & quæ rationabiliter ordinata fuerint, vel deciſa nulla in poſterum debeant refragatione turbari, & in c. 3. 25. q. 2.* ibi: *Nulla poſſunt iniquitate conuelli, nulla*

nouitate

nouitate mutari,&c.& idem Papa Leo IV. *in cap ideo 25.q.1.*ait: *quod verò dicitis nostris temporibus seruari debere,quæ à meis quoque,prædecessoribus tradita,atque custodita sunt,absit à me, vt statuta maiorum cum Sacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam : quia mihi iniuriam facio , si fratribus meis iura perturbo,&c.*& S.Pontifex *in c.quod dilecto de consanguinitate,& affinitate*, ait : *vnde in hac parte consultius duximus multitudini,& obseruatæ consuetudini deferendum , quam aliud in dissensionem, & scandalum populi statuendum, quadam adhibita nouitate*, & probat text. *in c.consuetudinis de consuetudine* , ibi : *plerumque discordiam pariunt nouitates : nouitas enim, teste Chrysostomo* , homilia 9. ad Corinthios , c. . *omnium animos effundit , ea verò acerbitatem maiorem affert , quæ priscorum rituum fundamenta effringit,ac leges radicitus euellit , &c.* Quia semper nouitates Rempublicam lædunt, vt ex Aristotele refert Patricius , *de Republica lib.3. tit.1.num.44.*quod latè probat Menoch.*lib.5.præsumptione 34.*

15 Vnde Symmachus Papa hanc veritatem agnoscens in quadam Epistola ab eo scripta , & missa Episcopis Franciæ , sic dixit. *Sedis Apostolicæ instituta solicitant , vt de concordia vniuersalis Ecclesiæ peruigili cura tractemus , quæ in eo præcipuè efficacius adolescit , si ea quæ à Patribus statuta sunt, ætas subsequens reuerenter obseruet* : quam epistolam refert P. Azorius *lib.3.moraliuum c.36.* & ex hoc dicunt omnes Regem , etiam iniustè possi-

16 dentem Regnum aliquod , non teneri illud restituere : si ex ea damnum aliquod , aut periculum aliquod timeatur in suo statu , atque si magna damna , inde consequeretur Respublica : vt latè D. Ioannes de Solorzano *de iure Indiarum, lib.3. cap.5.à num.25.* ex qua doctrina dixit Nauarrus, *in cap. cum minister 23.qu.1.* retentionem Regni Nauarræ non fuisse peccaminosam , ex eo quia per talem restitutionem apperiebatur via Gallis maxima inferendi damna Regnis Hispaniæ per montes Pyrineos , vt bene Salorzanus *vbi suprà, num.29.*& ideò gloss.*in c.in istis 4.dist.in verb.iudicent,per textum,*ibi ait : *Cum ergo Papa vult condere Canones Episcopi possunt contradicere , & dicere : Canonistæ non conuenit consuetudini Regionis nostræ,&c.*

17 Secundò poterit supplicari S. P. hoc decretum continere repugnantiam : quia dicit Monachos Cassinenses itinerantes non debere expensis Monasterij iter facere , vt in alio Capitulo habetur , ergo si non permitteret liberam Liuellorum administrationem , contineret repugnantiam : ergo hoc rescriptum non præsumitur de Liuellis cogitasse , quia contineret repugnantiam , rescriptum enim continens repugnantiam,& inconsueta censetur de falso suspectum,nec exequendum,sed supersedendum Felinus *in c.1.à num.16. de rescript.* & facit textus *in cap.in memoriam 19.dist.* Abbas

18 *in c.7.& cap.ex parte de officio delegati* , cap. *cum instantia de censib.c.ex parte de Cappellis Monachorum l.sacri* , vbi gloss. & Baldus *c.de diuersis rescriptis,* vbi glossa magna, *in verb.confirmat de confirm.vtili,vel inutili.* Romanus *cons.378.*Mandosius *super regulis Cancellariæ de infirmis , quæst.16. num.8.* Mascardus *concl.1275.à num.3.* Curtius iunior *cons.174.* per textum *in c.quamvis de rescriptis in 6.* Mascardus loco citato , ergo cum verba legis, & huius decreti sint intelligenda,ne contineant repugnantiam : sunt Legislatoris verba trahenda ad sensum : etiam improprium , in quo sit lex iusta , & rationabilis : quia hæc præsumitur mens legislatoris , vt post alios Merola *disp.6. de legibus,c.9.dub.2. num.13.* Ergo non comprehendunt Liuellos , sed administrationem bonorum Monasterij,non esse Monachis concedendam, etiam ad nutum Superiorum.

Tertiò poterit supplicari S. P. quod vel tenere hos Liuellos est contra regulam, vel secundum regulam , vel præter regulam ; si contra regulam, quomodo permittitur Benedictinis aliis , Oliuetanis scilicet Sylueſtrinis Cistercienſibus,Celestinis, &c. qui vt *suprà* dicebamus sub eadem regula Sancti Benedicti viuunt , & solum cum sacro Ordine Cassinense talis introducitur nouitas. Secundum regulam (vt verè esse *suprà* probauimus) non poterit introduci hæc nouitas: quia Monachi sub hac regula professi fuerunt : ergo non alteranda alioquin , vt probauimus, erit locus dicendi de nullitate professionis, si præ- 20 ter regulam : ergo erit manutenendus hic vsus ad tollenda maiora , in quæ possunt Monachi incidere , & quis scit ? si pro suis necessitatibus, non tam facile,& opportunè à Superioribus subueniendis non existiment Monachi sibi licere , Cruces , & vasa argentea Monasteriorum accipere : nonne DD. hoc docent ? Et quis scit si Missas à laïcis dicendas non accipiant ad effectum, de quo *suprà*,& pro Monasteriis non applicent ? Ponderemus ergo,consideremus, videamus, trutiemus quæ maiora damna possent oriri ex hac permissione , an ex contraria prohibitione,& sane discet qui sine passione , & rancore iudicabit maiora mala Ordini sacro Cassinensi futura esse ex tali reformatione, quam ex simpiici permissione parui peculij vniuscuiusque Monachi ad Superioris complacentiam semper habiti.

Iulius Caponus.

DISCEPTATIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua hic.*
2 *Census factus, & constitutus a duobus, vno tantum supponente corpus valet.*
3 *Ratificatio qualiter retrotrahatur ad tempus contractus.*
4 *Ratificatio non retrotrahitur stante nullitate contractus ob consensum deficientem.*
5 *Rotæ decisio 351. apud Duardum de censibus adducitur.*
6 *Rotæ decisio 30. apud Duardum adducitur.*
7 *Duardi locus adducitur, in præsenti.*
8 *Census impositio inualida qualiter conualidetur.*
9 *Census nulliter constitutus , perceptione fructus an conualidetur.*
10 *Ratificatio qualiter contractum nullum confirmet.*
11 *Ratificatio , & mandatum an confundentur.*
12 *Tutoris authoritas non conualidat contractum ex post facto.*
13 *Ratificatio quando validet contractum.*
14 *Possessio nulliter capta , quando ratificetur.*
15 *Ratificatio an possit probari per Testes.*
16 *Statutum loquens de ratificatione non habet locum in mandato.*
17 *Ratificatio inducitur re , verbis & consensu.*
18 *Ratificatio , vt inducatur an requiratur scientia actus.*

ARGVMENTVM.

Census ratificatione an conualidetur, & quando, à duobus impositus, vno supponente corpus, an, & quando valeat, & ratificatione quando, & qualiter contractus confirmetur ex tunc etiam possit ratificatio probari per Testes, & an requiratur scientia, vt inducatur. Ratificatio à mandato qualiter differat.

Neapolitana

Census.

FACTVM.

1 SVPPONITVR pro facti specie quod Iulia Magdalena Iouene fecerit instrumentum emptionis annuorum introituum in anno 1650. Ioanni Berardino Prospero, & Clerico Petro Turbulo, qui quidem Ioannes Berardinus interuenit; tam suo proprio, & principali nomine, quam pro parte Francisci Mariæ, & Annibalis Turboli, & venditio fuit annuorum ducatorum quadraginta quinque pro Capitali ducatorum quingentorum ad nouem pro Centenario, & idem Ioannes Berardinus ratificationem promisit dicti Annibalis, & Frãcisci Mariæ, qui Annibal, & Franciscus Maria ratificauerunt eodem anno 1650. Nunc mortuo Ioanne Berardino, & Francisco Maria remanente Annibale Clerico intendens dicta Iulia agere contra Annibalem Clericum aliis iam mortuis in Curia Archiepiscopali Neapolitana, opponitur à Parte non posse instrumentum hoc liquidari contra Clericum; quia tempore celebrati contractus quando pecunia intercessit, & corpus suppositum pro contractus censuarij validitate, iuxta Bullam Pij V. tunc non suppositum corpus Annibal. Quando verò Clericus Annibal ratificauit, non interuenit corporis suppositio; ergo dicit Clericus Annibal, sumus in Tribunalibus Ecclesiasticis, vbi iudicari debet secundùm Bullam Pij V. non poterit hoc instrumentum liquidari: contrà me replicat actor quod hæc est vis ratificationis, vt scilicet contractum à principio valere faciat ex tunc non ex nunc.

E contra verò pro parte D. Iuliæ Magdalenæ Iouene firmiter assero instrumentum de quo suprà posse ac debere liquidari contra dictum Clericum Annibalem, oppositis à parte non obstantibus.

Primò quidem quia supposita validitate con-
2 stitutionis census à Patre facta cum filio vno tantũ supponente corpus scilicet patre, & filio insolidum obligatis, ac ratificante contractum suo nomine gestum, quod posse fieri omnes dicunt ex Mastrillo, *d.* 141. *part.* 2. excepto Surdo, qui contrarium consuluit 421. & 511. à cuius opinione omnes recedunt; cum sufficiat ad obligationem duorum insolidum acquirendam vnius tantummodo corporis suppositio, quod & in terminis Bullæ Pij V. explicat Censius, *p.* 2. *de censibus, cap.* 191. *num.* 13. *cum sequenti*; quicquid Surdum sequutus dicat D. Hodierna, *tom.* 1. *contr. for. contr.* 43. *&* 44. *à num.* 31. qui licet allegauerit pro suo Cliente, tamen non obtinuit, & sic dicebat Præs. de Franchis, quod in decisionibus nolebat videre quid decisum; sed Processum, multo magis in allegationibus, consiliis, & quæstionibus Forensibus videre vellem processum, an factum de quo ibi, fuerit illud quod nunc controuertitur: sane nunc controuertitur, quod Pater se, & filium obligauit in venditione annuorum redditum, suppositit corpus Pater, fecit filius ratificationem, ad nihilum aliud tenetur creditor, nisi vt agat adueniente tempore contra vtrumque insolidum iure exequutiuo, ob non solutionem tertiarum.

Secundò facit: quia ratificatio retrotrahitur, 3
& æquiparatur mandato, *c. finali de iure iurando in 6. cap. ratihabitio, de Reg. iuris, in 6.* Gaillus, *lib. 2. obseru. cap.* 47. *in fine* Rota Genuæ *dec.* 92. Ioannes Baptista Costa *de retrotractione, casu* 4. *cap.* 8. *& cap.* 18. *eod. cap.* 8. Cardin. Tuschus *litt. R, concl.* 21. Alex. Trentacinquius, *lib. 2. in tit. de procurat. resol.* 9. vbi multipliciter intelligit, & limitat Camillus Borrellus, *part.* 1. *tit.* 66. *num.* 239. Gratianus, *tom.* 4. *cap.* 706. *num.* 9. *&* 10. *& tomo* 5. *cap.* 926. *nun.* 19. quod ampliatur etiam in requirentibus speciale mandatum, *l. quod si de speciali, ff. de minoribus, cap.* 1. *de homicidio in 6. cap. finali, de iuramento, in 6.* Tiraquell. *de retract. lignager*, §. 11. *gloss.* 10. *nu.* 61. Surd. *cons.* 60. *num.* 14. *& dec.* 231. *num.* 10. Card. Tusch. *d. concl.* 21. *num.* 6. Trentacinq. *d. resol.* 9. *num.* 2. Gratian. *cap.* 704. *num.* 25. dummodo res sit integra, alias secus Trentacinquius *vbi suprà, num.* 7. Cardin. Tusch. *vbi suprà num.* 23. Polydorus Ripa *obseru.* 124. Barbosa *axiomate* 197. *num.* 27. Thesaur. *dec.* 7. Osaschus *d.* 119. *num.* 26. dummodo actus non sit nullus ex defectu consensus &c. quia quod nulliter contractum est, nequit ratificari, Osasch. 4
d. dec. 119. *num.* 26. Surd. *cons.* 244. *num.* 50. *cum seq. & cons.* 183. *num.* 34. *&* 35. Trentacinquius vbi *suprà. num.* 8. Card. Tuschus *vbi suprà, conclusione* 24. Costa & alij *vbi suprà*: ergo cum contractus à principio valuerit, ex suppositione corporis facti per Patrem Annibalis, accedente Annibalis postea ratificatione quoad eius præiudicium hoc habebitur pro sufficienti, vt liquidetur via ritus, quod patet ex actis processus inter Marchionem Tauiani cum illis de Perrino vbi fuit producta liquidatio facta per illos de Perrino contra Iuliam Farnesiam Matrem, & Baliam Principis Auetrani ob instrumentum annuorum reddituum, suo tempore non solutorum, in quo instrumento suppositit corpus Iacobus de Franchis, Pater hodierni Marchionis, & promisit ratificationem faciendam per D. Principissam Auetrani quæ postea ratificauit, & contra eundem fuit liquidatum, & nunc pendet lis in S. C. inter illos de Perrino actores, & hodiernum Marchionem Tauiani filium quondam Iacobi.

Tertio facit Rotæ decisio apud Duardũ *de cens.* 5
d. 351. ibi minus facit alia prętẽtio nullitatis: quia non constat de mandato illius, qui nomine Pomponij dict. cõsensum exhibuit: quia tollitur omnis scrupulus ex ratificatione postea ab eodem Pomponio facta; nam ratificatio æquiparatur mandato in illis actibus, qui requirunt speciale mandatum vt ait Rota apud Duardum *vbi suprà n.* 3.

Quartò

6 Quartò facit pulcherrima, & punctualis deciſio apud Duardum *dec.* 30. vbi quidem Canonici dederant mandatum vni Canonico ſumendi cenſum ſuper bonis Eccleſiæ: ita fecit Canonicus, & fecit cæteros poſtea ratificare, fuerunt omnes Conuenti ad ſoluendum vigore obligationis Cameralis fuit diſputatum, an poſſent taliter ex æquo, & fuit dictum quod ſic, eſt deciſio cenſualis apud Duardum *vbi ſuprà* ponderanda, *num.* 70. ibi cum ſufficeret mandatum duorum Canonicorum vni ex Canonicis, & ratificatio reliquorum ſubſequuta ad tradita per Iaſonem, *conſ.* 54. *num.* 12. *lib.* 1. & per Puteum *d.* 114. *n.* 4. *& ſequent. lib.* 2.

7 Quintò facit Duardus de cenſibus, §. 1. *quæſt.* 19. *num.* 32. *verſ. nihilominus*, vbi ait quod ſecundum veriorem opinionem lapſus quinquennij in minore ſcilicet poſt minorem ætatem ratificante contractum cenſualem à minore celebratum, etiam ſi nullus fuerit, ex defectu cuiuſcumque ſolemnitatis, vt poſt Cencium, Soccinum, Pariſium, Ruerium, Menochium, Beroum, & alios concludit, niſi tamen dolus interceſſerit in tali contractu, *& num.* 35. ait quod licet nulliter cenſum conſtituat ſuper propriis bonis ſine cauſa iuſta ſollemnitates ſtatutarias à iure requiſitas non ſeruando, nihilominus ſi factus maior penſiones ſoluat, cenſetur ratificaſſe contractum

8 Cēſualem, ita vt conualidetur præcedens impoſitio inualida, *l. ſi præteritus ff. de bonis poſſ. contra tab. l. ſi proponis*, §. 1. *ff. de inoffic. teſtament.* Natta *conſ.* 45. *n.* 10. *vol.* 1. Menoch. *conſ.* 561. *n.* 12. *& ſequent. vol.* 2. & poſt Cenciū & alios dicit Duardus *vbi ſuprà n.* 35. qui *n.* 37. addit hoc in Regno Neapolitano, & Siciliæ procedere etiam quia ex pragmatica Regis Alphonſi, & Bulla Nicolai V. contra inſtrumentum cenſuarium nulla poteſt opponi exceptio ad impediendam ſolutionem, niſi ſit exceptio ſolutionis vel omnis alia, quæ oriatur ex ventre contractus, quod verò de minore ratificante cenſum latè dicunt Cenc. *quæſt.* 15. & Salgadus *in ſuo Laberyntho p.* 2. *cap.* 10. *num.* 28. *& ſequent.*

9 Sextò facit Gratianus qui vt pote I.C. Romanus in terminis Bullæ Pij V. loquitur, ſecundùm quam loquitur Cencius, & Duardus *vbi ſuprà* ait; ergo Gratianus, *cap.* 488. *n.* 8. *&* 9. quod Cenſus dato quod eſſet nulliter conſtitutus, tamen ſi fructus cenſus ſoluit, cenſetur ratificatus contractus adeo, vt de illius nullitate amplius diſputari non poſſit, & ait quod cenſetur actus nullus ratificatus tam in eo, qui ex illo ſoluit quàm in eo, qui ex illo recipit ſolutionem, quaſi quod illud factum implicitè habeat conſenſum vtriuſque partis in tali ratificatione: quia æquiparatur verbis gloſſ. *in l.* 1. *in verbo ratam Cod. ſi maior factus alienationem ratam habuerit*, adeò vt talis ratificatio retrotrahatur ad tempus contractus, ac ſi ab initio validus fuiſſet Decius *conſ.* 31. *num.* 3. *ex l. fin. verſ. ſed ſi Cod. ſi maior factus ſine Decreto:* &c. Alexander *conſ.* 117. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 5. Gratianus *d. cap.* 488. *num.* 11.

10 Neque dicas quod poſita nullitate contractus nulla datur ratificatio quæ poſſit retrotrahi Bart. *in l. obſeruare, qu.* 1. *ff de Officio Proconſulis*, Decius *in l. quod ab initio ff. de reg. iuris* Caſſadorus *d.* 5. *de iure Patronatus* Gratianus, *cap.* 124. poſt Surdum *dec.* 246. Duardum *d.* 278. *a n.* 19. quod enim nihil eſt nequit ratificari Paulus de Caſtro, *in l. bonorum, ff. rem ratam haberi* D. Merlinus, *lib.* 1. *cap.* 68. *a num.* 10. Francol. *dec.* 302. *num.* 11. ratificatio enim alienationis ſupponit eam validam, alias eſſet alienatio; at certa eſt concluſio quod ratificatio alienationis non eſt alienatio ſecundùm Baldum, *in l. cum pater* §. *liberis, ff. de leg.* 2. *& in l.* 3. §. ſed vtrum *ff. de minoribus*, Regens de Ponte *conſ.* 131. *tomo* 2. Affli&tus *d.* 285. *num.* 19. Francus *dec.* 105. *num.* 6. Marcianus *conſ.* 16. *num.* 12. Ideò in tali ratificatione quæ fit ratione promiſſionis de ratificando non requiritur aſſenſus, vt indicatum teſtatur Affli&tus *d. dec.* 285. *num.* 10. *&* 19. Capicius Latro, *dec.* 56. *num.* 6. Camillus de Medicis *conſ.* 135. *num.* 11.

Reſpondeo enim falſum aſſumi contractum de quo in præſenti nullum, vt diximus in prima probatione aſſerti, cum Maſtrillo, & aliis, ſemper tamen obſeruandum puto, quod dupliciter fieri poteſt ratificatio primo quidem de actu valido, & tunc ſufficit interuentus defectus, qui non interuenit à principio, & operatur, vt præſentia partis eſſet à principio Rota apud Mancinum *de iuramento*, *p.* 4. *effectu* 61. *num.* 7. Gratian. *cap.* 470. *num.* 25. & hoc eſt quod dici ſolet ratihabitionem æquiparari mandato, ac ſi proceſſerit mandatum de obligando, *l. ſi pupilli*, §. *item ſi procurator ff. de negotijs geſtis*, Verall. *d* 58. *par.* 2. Regens Rouitus *dec.* 3. *n.* 16. Anneus Robertus, *lib.* 3. *rerum iudicatarum, c.* 17. & ratificatio, & mādatum confunduntur: quia ratificatio continet in 11
ſe mandatum, & mandatum ratificationem, *l. Iulianus*, *ff. qui ſatisdare cogantur.* & procedunt à pari *l. ſi mandauero, ff. mandati*, Menochius *conſ.* 443. *num.* 6. *lib.* 5. Gratianus, *cap.* 505. *num.* 47. *&* 50. in præſenti vero ſufficit ratificatio, & ſuperueniens conſenſus, vt patet ex pluribus relatis per Alexand. *conſ.* 113. *num.* 18. *lib.* 6. & latè Decius, *conſ.* 31. & talis actus valebit ex tunc ſcilicet à tempore, quo fuit factus ſecundo modo quando actus eſt nullus, & inualidus, & tunc requiritur vt omnia ea interueniant, quæ ſunt neceſſaria in confectione actus, *l. ſi vt proponis, Cod. de nuptijs*, *l. nuptiæ*, *ff. de ritu nuptiarum*, gloſſ. *in l.* 1. *Cod. ſi aduerſus tranſact.* Surd. *dec.* 159. *num.* 7. *&* 21. & Rota apud Gratianum, *cap.* 865. *num.* 48. ſic Tutoris authoritas ſi defecerit 12
in contractu alienationis bonorum Pupilli, & poſtea ſuperueniat Tutoris ratificatio contractum non conualidat: quia debebat à principio cauſa cognita fieri, Reg. de Marinis *lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 9. *cum ſequentibus.*

Et hoc eſt quod dici ſolet, quod ſi contractus 13
nullitas dependet à ſolo conſenſu partis, ſufficit ratificatio; ſed ſi ex extrinſecis qualitatibus, tunc nihil operatur ratificatio ſuperueniens, quia defectus non dependet à ſolo conſenſu partis, Surd. *conſ.* 128. *num.* 112. *&* d. 33. *num.* 15. *& conſ.* 18. *num.* 123. *vol.* 1. Regens Valenzuela, *conſ.* 177. *à num.* 53. Franchus *d.* 163. *num.* 9. Rolandus à Valle *conſ.* 65. *num.* 52. *vol.* 4. Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 4. *gloſſa* 3. *part.* 1. *à num.* 23. Gutierrez, *lib.* 2. *pract. quæſtionum, quæſt.* 76. Vaſquius *de ſucceſſ. creation. lib.* 1. §. 4. *num.* 24. Molina, *lib.* 4. *de primogenitura, cap.* 7. *num.* 11. Salgad. *in ſuo Laberynt. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 53. *&* 54. *& num.* 113. *& de ſuppoſitione ad ſanctiſſimum*, 2. *p. cap.* 3. §. 1. *a num.* 15. *cum ſequentibus*, ſic poſſeſſio nulliter capta ſi deinde ratificetur valebit tanquam ex nunc non tanquam ex tunc Gratianus, *cap.* 571. *num.* 6. *& ſequent.* ſic filiusfam. ſi contrahat in poteſtate patris, & deinde ratificēt, valebit ex nunc non ex tunc tanquam ex nouo contractu, Regens de Marin. *tom.* 1. *cap.* 62. *num.* 6. *& tom.* 1. *cap.* 302. *per totum*; cum ergo contractus de quo agimus à principio valuerit, poſita ratificatione Annibalis,

illud

illud Corpus suppositum à patre sufficiens fuit pro filio insolidum obligato : ergo poterit contra filium clericum incusari instrumentum, vt oblitio Cameralis contra Canonicos fuit incusata, de qua Duard. *vbi suprà.*

15 Pro complemento duo aduerto, primum quidem quod ratificatio potest probari per testes, quamvis statutum dicat non posse mandatum probari testibus, sed per scripturam, Decius *in cap. 2. colum. 2. num. 11. de prob. & conf. 296. num. 4.* Surd. *conf. 54. num. 10.* Bald. *in l. obseruare in 2. lectura, ff.*

16 *de offic. Proconsulis*, statutum verò loquens de mandato non habet locum in ratificatione quia est fictum mandatum, argument. *l. 3. §. hæc verba, ff. de negotiis gest.* Asinius *in praxi iudiciaria, c. 5. §. 19. num. 5. fol. 272.* & faciunt similia notata per Ananiam *conf. 64.* vbi Ludouicus Bologninus quicquid alias mandatum, & ratificatio procedant à pari, *l. si mandauero in principio, ff. mandati.* Menochius *consil. 443. numero sexto, libro 5.*

17 Secundò aduerto quod ratificatio inducitur re, verbo, & tacito consensu *l. Paulus respondit ff. rem ratam haberi*, latè Gratianus *c. 490. num. 14.* Farinacius *q. 107. num. 203. cum sequentib.* inducitur verò stante scientia ratificantis scilicet ratificando

18 ea, quæ per eum gesta sunt, & sufficit in genere cogitare de actu ad hoc vt dispositum trahatur ad illum actum in specie ignoratum, *l. sub prætextu 29. Cod. de transact.* Alexander *conf. 146. num. 12. lib. 50.* Gratianus *c. 505. num. 16. & 17.* latè Regens de Marinis *tom. 2. c. 167. à n. 8. cum sequentib.*

Quare, &c.

DISCEPTATIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Furtum in Monasterio N. commissum asseritur, & castigandum.*
2 *Fures confessi, & conuicti, qualiter puniantur.*
3 *Confessio iudicialis spontanea an ratificanda.*
4 *Confessus sponte mitius puniendus.*
5 *Furtum qualiter puniatur pœna ordinaria.*
6 *Furtum qualiter puniatur pœna extraordinaria.*
7 *Confessus mitius punitur, & quando.*
8 *Delictum in genere, nisi probetur, nulliter agitur.*
9 *Delicti corpus in furto, qualiter probandum.*
10 *Confessio extraiudicialis qualiter probanda.*
11 *Denuncians pro loco, an præsumatur delinquens, & quando.*
12 *Testis de auditu alieno qualiter probet.*
13 *Indicium an oriatur ex supelletium scilicet translatione de loco ad locum.*
14 *Custodi dicenti rem sibi traditam in custodiam fuisse furatam incumbit onus probandi.*
15 *Indicium remotum quale sit in furto.*
16 *Culpa custodis quid operetur in furto.*
17 *Conclusio pro consilio in præsenti.*

De eadem re.

1 *Indicia ad torturam qualiter probanda.*
2 *Indicia insufficientia de per se qualiter vniantur, ad probandum.*
3 *Tortura contra Ecclesiasticos qualiter inferatur, & quibus indiciis.*
4 *Indicia plura remota, quæ sint in præsenti.*
5 *Indicia corruunt non probato delicto in genere.*
6 *Delicti corpus non suppletur per confessionem Rei.*
7 *Furtum quando criminaliter agitur qualiter probandum.*
8 *Confessio spontanea nihil probat non existente delicto in genere.*
9 *Furtum domesticum qualiter puniatur.*
10 *Furti pœna qualis inter Ecclesiasticos, & Regulares.*

ARGVMENTVM.

Furtum in Monasterio commissum, qualiter probari debeat? quid ex confessione spontanea, & indicia qualiter esse debeant probata; & quid non existente corpore delicti, & quomodo plura indicia insufficientia comũgantur ad probandum, & tortura qualiter, & quando sit inferenda in hoc casu, & pœna furti inter Ecclesiasticos, & Regulares qualis sit.

Neapolitana Furti.

FACTVM.

1 DVo furta præsupponuntur facta in venerabili Monasterio N. de Neapolitan. vnum in mense Octobris 1655. in bonis, quondam Nicolai Condescerei, Commensalis habitantis intra Monsterium prædictum à multis annis, & fuit furtum tale commissum in pluribus vasis argenteis, ad vsum mensæ, &c. *n. 34.* cum quibusdam aliis rebus, quod furtum fuit commissum à Fratre N. Infirmario, cuius erat curam habere eiusdem Nicolai, & cum eo conuersabat singulis diebus, simulque à Fratre N. qui surripuerunt vasa prædicta argentea, vulgo *piatti, bacili*, &c. & in simul quamdam quantitatem pecuniarum in auro consistentium, ac argenti : quæ bona intus quamdam tubaleam adduxit secum Frater Ignatius, & post modum duxerunt in Coquinam Fratrum, ex qua deinde Frater Vincentius accepit, & inter ligna abscondit, quæ dum abscondebat vnum cecidit inter ligna, & post aliquot dies idem Frater Ignatius abscondit intus Sacristiam, & F. Vincentius accepit illud vas, quod ceciderat inter ligna, & abscondit intus cameram suam, quod postea fuit repertum in eadem camera à Patre Vicario Conuentus, occasione inquisitionis, quæ sub die 29. eiusdem mensis fiebat à Patre Vicario alterius furti, de quo *infrà*, & intus eamdem cameram fuerunt alia bona inuenta eiusdem quondam Nicolai, & etiam in camera F. Ignatij, aliæ res eiusdem quod furtum fuisse ab eisd. commissum

missum, scilicet à Fratre Vincentio, & F. Ignatio nulli dubium est, etenim de hoc indiciati sunt, conuicti, & confessi, & de delicto in genere iam constat, de indiciis contra eos, & de rebus apud eosdem existentibus repertis ante capturam; vnde non potest euitari grauissima pœna eis imponenda, considerando qualitatem, & modum procedendi in furto prædicto: scilicet quod quando miser moribundus eis commissus ad custodiam corporis, animam agebat, tunc ipsi miserabiles, & pessimi Religiosi surripiebant intus Monasterium eiusdem bona, in graue damnum animæ illius, si miser ille aduertisset, & in damnum, & scandalum religionis.

2 Quo posito, cum pro dicto furto fuerint indiciati, confessi, & conuicti, partes iudicis erunt in condemnando, Iulius Clarus *in §. fin. qu. 65.* Farinac. *de Reo confesso, q. 81.* Quia confessio facit rem notoriam, & manifestam *l. 1. Cod. de confessis*, & confessio prædicta sufficit ad condemnandum, etiamsi processus prædictus esset nullus, ex Innocentij doctrina *in c. qualiter, & quando, il 2. num. 7. de accusat.* Iulius Clar. *vbi sup. quæst. 55.* & posita tali confessione non est curandum de ordine iudiciario, *cap. 1. de accus. in 6.* vbi communiter Canonistæ, Farinac. *n. 66.* & sufficit ad condemnandum, etiamsi non præcesserint indicia sufficientia, gloss. & communiter DD. *in c. 1. de accus. in 6.* & seruatur in praxi, teste Farinac. *q. 81. n. 14.* Pater Camerin. *in sua praxi Regularium criminali, quæst. 83. n. 6.*

3 Quæ confessio iudicialis spõtaneè facta non indiget ratificatione, dummodo non fuerit expresse reuocata, Bart. & DD. *in dict. l. vnica, Cod. de confessis*, Clarus *in §. fin. q. 65.* Farinac. *dict. q. 81. num. 8.*

4 Puniendus ergo erit grauiùs, non mitiùs, vt pars prætendit in suis defensionibus, quia licet sponte confessus mitius sit puniendus ex Farinac. *de Reo confesso, q. 81. num. 184. & 187.* tamen id procedit quando esset simpliciter confessus, non verò quando conuictus, & confessus, vt in præsenti, & ita dicunt Canonistæ *in cap. at si clerici de indiciis*, vbi Abbas, Felinus, Berous, & alij Canonistæ, Tiraquell. Follerius, Bertazzolus, & alij, quos sequitur Farinac. *quæst. 81. num. 171.* Pater de Bictis *in praxi criminali canonica, quæst. 83. num. 27.*

5 Pœna verò Furti ordinaria pro prima vice secundum sacros Canones est tum in clerico, tum in Monacho, vt deponatur ab ordinibus, & impeditur promouendus, & in Monasterium ad agendum pœnitentiam detruditur, *cap. de his 50. dist. c. Presbyter 81. dist. c. si quis clericus 27. q. 4. cap. tuæ de pœnis.* Farinac. *in fragmentis, in verb. clericus, num. 316. & in tit. de furtis, quæst. 167. num. 9.*

6 Ego tamen sum voti esse condemnandos ad pœnam carceris formalis per tres annos decurrendos à die carcerationis in hoc eodem Monasterio, quæ etiam de iure canonico dari solet in pœnam, Bossius *de carcere, num. 2.* verùm quia est grauis pœna erit infligenda per Patrem Generalem, vel per Patrem Prouincialem, consilio Peritorum: & huius ratio est, quia pœna huius furti (vt Aduocatus etiam partis contrariæ affirmat) esse deberet pœna triremium.

7 Ergo ob confessionem factam mitior pœna poterit infligi, scilicet carceris formalis per tres annos, tum ad veram huius sceleris punitionem, qui deliquerunt tum contra iustitiam eorum officij, quod tenebantur custodire, & curare infir-

mos: tum etiam contra iustitiam furripiendo bona aliena, & in hoc eodem conuentu ad terrorem aliorum: cum præsertim in vno mense in hoc Conuentu duo furta præsupponantur commissa, & sic vt sciant alij à talibus facinoribus abstinere in hoc Conuentu, iustum erit hos tales in eodem Conuentu per tres annos carceratos detinere in eodem Monasterio. Exilij enim pœna est minima, triremium grauissima, carceris per tale tempus est mediocris pœna: saluo semper meliori iudicio Reuerendissimi Patris Generalis, cui libenter obediam in his, & in omnibus.

Circa secundum verò furtum, quod à P. Prioris conquestu factum fuisse asseritur ducatorum quadrigentorum sunt aliqui nominati, circa quos per singulos decurrendo, antequam ad eos deueniam, qui sunt nominati: dico non constare in hoc furto de delicto in genere, quia nullus testis dicit de quantitate positiua pecuniæ, quæ existebat prius in domo P. Prioris: quia testes *fol. 4. & fol. 18.* dicunt nescire numerum præcisum pecuniarum, sed quod erat ibi quantitas pecuniarum, & quod P. Prior eas in suo scrinio, seu scriptorio conseruabat, & de quantitate dicunt audisse à P. Priore. Deponunt etiam testes de suspicione eorum, qui cum Priore solebant conuersare: ergo non constat de delicto in genere, quod est necesse ante omnia constare: deponunt de fractura ianuæ, & quod Pater Vicarius pecuniam numerabat remansam in camera Prioris. Quæ omnia cum non probent existentiam antecedentem ante furtum commissum, non est probatum delictum in genere, ad notata per Farinacium vbi *suprà*, Gaball. *casu 255.* aliósque apud Farinacium *vbi suprà, q. 2. num. 123. à num. 20. vsque ad num. 30.* Camerin. *in prax. quæst. 12. num. 16.* 8

Quia ergo non constat de delicto in genere, seu de corpore delicti, ideo cessant omnia, quæ contra hos miseros delinquentes pro hoc secundo furto imponuntur, & quatenus ad illud indicium contra P. Vincentium, quod erat furtum commissum in domo P. Prioris, manifestaturum, hoc indicium, non constito de delicto in genere, non facit ad rem. Addo quod probatur, talis confessio per duos testes singulares laïcos, fugitiuos, & refugiatos pro debitis intus Monasterium, etsi non est probatum indicium prædictum. Erat enim confessio extraiudicialis probata per duos testes taliter qualificatos, scilicet laïcos refugiatos pro debitis, contra Regulares; vnde non est indicium probatum, vt bene Mascard. *concluf. 894.* Farinac. *de testib. q. 37.* P. de Bictis *de indiciis, q. 61.* & Clarus *in §. fin. quæst. 22.* & non fuit confessio de delicto commisso, sed de cooperatione ad delictum detegendum: Ergo quia erat taliter facta, non probata per testes contestes, nec constito de corpore delicti, nulla est habenda ratio: ex notatis à Farinac. *q. 82. num. 45. & q. 64. num. 45.* & tales contestes necesse est, vt sint idonei, & legales, Farinac. *d. quæst. 82. num. 46.* & etiam rogati, & non quod fortuitò audierint, gl. *in c. de his 3. q. 9.* Per quam glos. hoc esse mirabile dictum ad eludendum indicium ex confessione extraiudiciali, dicit Berous *in c. at si clerici, numero 136. de indiciis*, & Farinac. *d. q. 82. num. 47.* ait huic doctrinæ contradictorem non reperisse: sequitur de Bictis *q. 84. in praxi canonica crimin. in fine.* 9

Circa verò conquestum P. Prioris contra Patrem Fælicem, & contra P. Gulielmum Lectorem. Miror sane de tali conquestu: querelat Pa- 10 11

trem Felicem sub prætextu, quod fuit primus denuntiator; vana sanè prætentio: quia si constaret de delicto in genere, oritur aliquale indicium quando quis denuntiat Curiæ delictum, & instat contra aliquem procedi, at in casu nostro non est denunciatio furti apud Iudicem facta, sed est simplex quædam conuocatio quorumdam Patrum, quos vocauit, eis malum tradendo nuncium, quod transiens per locum, & dormitorium Patris Prioris, viderit Cameram apertam, & fracturam ianuæ suæ Cellæ, vt bene Farinac. *de indic. quæst.* 52. *num.* 93. *& seq. & de furtis, quæst.* 176. *num.* 86.

12 Quidam Pater *fol.* 37. qui olim fuit subditus in eodem Monasterio eidem Patri Felici; nunc verò est assignatus in Monasterio N. dicit quod dum veniebat Neapolim propè Miletum audiuit à duabus mulieribus, quòd si carceraretur Frater Felix, furtum commissum in Camera Prioris detegeretur. Mira sanè res! audiuit à duabus fœminis, nec eas nominat; ergo testis de auditu alieno, quod nullum facit, nec præsumptionem, vt post omnes Farinac. *quæst.* 69. *num.* 14. & debuisset nominare eas, à quibus audiuit, & vt nominatæ essent omni exceptione maiores. Farinac. ad saturitatem, *num.* 85. Camerinus, *quæst.* 49. *de testibus, num.* 26. ergo videte animositatem Fratris huius, quando enim agitur contra Prælatum, vt est Pater Felix Superior in actu Calabriti, requiruntur vrgentissimæ probationes, Clarus. *in* §. *fin. quæst.* 6. *& quæst.* 7. Farinac. *quæst.* 9. *n.* 50. de Bictis, *quæst.* 13. *num.* 8.

13 Dicunt Patrem Felicem, dum esset Prior septem annis circiter, aliqua supellectilia ex Conuentu S. Mariæ misisse ad Conuentum N. sed quid ad hoc? non enim est furtum prouidere de aliquibus supellectilibus Conuentum illum fundatum ad bonum Religionis, & commodum Fratrum, quæ supellectilia, vt Testes ipsi deponunt, vix ascendebant ad summam ducatorum viginti de Regno, quod nihil ad præsentem inspectionem pertinet: non enim accepit ad malum vsum, &c. Sunt ergo meræ malignitates Fratrum paruipendendæ.

14 De Patre Lectore indicula dicit, Pater olim Prior, denuncians furtum: dicit enim, (& hoc alij deponunt) quod antequam furtum committeretur in Cella Patris Prioris, dixit male facere Priorē in propria Camera tenere pecuniam, & quod debebat tenere in capsa communi ex ordinibus, & statutis Religionis, & etiam quod dixerit: Quid si furriperetur talis pecunia? Rationabiliter Pater olim Prior lamentatur de Patre Lectore: quia hic posuit eum in culpa. Et nunc videamus, cui sit culpa huius furti attribuenda scilicet Patri Priori olim Conuentus: quia furtum non est casus fortuitus, semper enim committitur cum culpa eius, qui rem furatam retinet: si enim benè domum clausisset, & si pecuniam posuisset in communi ærario, furtum hoc non fuisset commissum: de communi Farinac: *de furtis, quæst.* 169. *num.* 12. & Custodi tenenti aliquam rem in custodiam, si dicat rem sibi furto subtractam fuisse; non creditur, nisi probauerit, siue agatur, siue excipiatur, *l. si creditor, Cod. de pignor. act.* Mascard. *concl.* 829. etiam si cum iuramento deponat; & licet posset pro Patre Priore dici furtum commissum fuisse cum fractura, & sic non erit sibi imputandum, tamen in hoc est culpa, quod non tenuerit pecuniam in communi ærario. Vndè meritò multi Patres suspicionem conceperunt de Priore quod furtum commiserit, vt in processu, vel de illis, qui secum conuersabant. Et ego dico quòd Pater Prior tenetur reddere rationē de pecunia posita in introitu, cum non constet de quantitate ante tempus furti nisi per librū suum. Tanto magis quod erat profecturus ad vindemiam per plures dies; erat Monasterium habitatum à fratribus; à sæcularibus, & aliis. Nonne Patres videtis culpam latam dolo æquiparatam? 2. *l. quod Neruа, ff. depositi.*

Hoc ergo volens aduertere Pater Lector, de- 15
nunciatus fuit, vt suspectus à Priore, sub alijs quibusdam aëreis suspicationibus, quod scilicet non accesserit tunc ad mensam, nisi in medietate eiusdem, quod sanè neque indicium, nec præsumptionem, nec coniecturam, nec suspicionem, nec adminiculum, nec opinionem, nec dubitationem, nec argumentum facit prætensi furti, vt patet hæc omnia definienti; de quibus Mascardus, Farinacius, & alij criminalistæ apud *Patrem Camerinum de indiciis, quæst.* 61.

Nec dicatur Patrem Lectorem negasse id, quod 16
alius contra eum deposuit confrontatione sequuta: quia cum non esset corpus delicti probatum, non poterat inquiri de hoc, tanto magis quod nihil ad rem pertinebat, & tale dictum non est circa delictum principale; sed circa id, quod fieret si furtum fuisset commissum: sciebat enim Pater Lector, quod si fuisset furtum commissum, fuisset fur punitus; vndè non poterat dubitare, quòd si esset factum furtum an puniretur; sed solum dubitare potuit quod Prior fuisset in culpa, vt latè D D. explicantes inconstantiam, vacillationem, titubationem, mendacium, variationem &c. de quibus Farinac. *quæst.* 52. Pater de Bictis, *quæstion.* 47. *& quæst.* 67. qui alios referunt.

Ergo quantum attinet ad Patrem Felicem, & 17
Patrem Lectorem à Patre Priore datos vt suspectos malè actum fuit, nihilque contra eos probatum: sed temere suspicatum. Quantùm verò ad Patres carceratos dico pro primo furto, vt dixi, esse puniendos pœna carceris formalis per triennium decurrendum à die carcerationis: quantum ad hoc secundum furtum ex hactenus deductis non molestandos; Patrem Priorem vt culpatè agentem non dolosè, aliquali pœnitentia puniendum.

De eadem re.

IN causa, quæ vertitur contra Fratres Vincen- 1
tium, & N. pro prætenso furto commisso in Cella Patris Prioris Monasterij eiusdem Ordinis huius Ciuitatis Neapolis alicuius pecuniarum quantitatis, pro posse meo conabor demonstrare innocentiam ipsorum, & contra ipsos non extare indicia, non solum ad torturam; sed neque ad capturam personarum ex *infrà* dicendis.

Nam clarum est in iure indicia ad torturam inferenda debere esse verisimilia, probabilia, non leuia, aut perfunctoria; sed grauiora, & vrgentia, certa, clara; imò, & luce meridiana clariora, vt dicantur legitima ad illam inferendam; Farinac. *in praxi, quæst.* 57. *num.* 3. *& seq.* nam vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum, *cap. vbi periculum de elect. in* 6. & in casu nostro omnia indicia sunt remotissima, incerta, & vaga, vt in facto ostenditur, imò nec concludenter probantur, & de iure quodlibet indicium remotum à delicto debet concludenter, & plenè probari, aliàs si essent mille indicia, nullum facerent

indicium

indicium, vt idem Farinac. (omissis aliis) *dict. loco, num.* 13. *& seq.* & Testes debent esse omni exceptione maiores, vt *num.* 18. & conteſtes, *num.* 33.

2 Nec obstaret si diceretur, quod contra Fratrem Vincentium extant plura iudicia (nam contra Fratrem Ignatium nullum adest indicium) quæ licet per se non essent sufficientia ad torturam, vnum quodque ipsorum quod simul iuncta faciunt indicium ad eam inferendam per regulam, Quæ non prosunt singula, cumulata iuuant, per *l. cum scimus C. de Agricolis, & censitis, lib.* 11. *&* gloss. *in l.* 2. *C. de excus. Tutor.*

Quia respondetur, quod illud procedit, quando separata sunt perfecta in genere suo de per se: sed in casu nostro nulli indicium est perfectum, & ideo non possunt iungi, & si iunguntur nihil operantur, Hippol. *cons.* 20. *num.* 24. Farinac. *dict. num.* 33. *in fine* & regula prædicta procedit in ciuilibus, non autem in criminalibus Marsi. *d. cons.* 20. *n.* 48. Caball. *resol. crimin. casu* 200. *n.* 138. vltra quod si bene processus inspiciatur non adsunt, nisi pauca indicia leuissima, & remotissia à delicto, pro quibus est, quod concludenter essent probata (quod omnino negatur) nullo modo potest deueniri ad torturam: nam indicia ad torturam inferendam debent esse talia, quæ inducant animum iudicis ad firmiter credendum delictum ab illo fuisse commissum, vt communiter per omnes D D. nemine penitùs dissentiente.

3 Vltra quòd cum agatur contra personas Ecclesiasticas non potest deueniri ad torturam, nisi præcedat diffamatio, & sola indicia nō sufficerent latè Marsi. *singul.* 55. vbi testatur alias ex ista doctrina consecutum fuisse in facti contingentia maximum honorem, vt refert Guazzin. *ad defensam reorum, defens.* 30. *cap.* 4. *num.* 7. *in fine*, ac contra Fratem Vincentium non solum non præcessit diffamatio, imò purgata esset, quatenus adesset ex depositionibus Testium ad defensam examinatorum, ex quorum depositionibus fuit probata eius bona fama, & vita, & numquam fuisse inquisitum, quæ tollunt indicia, quatenùs contra eum existerent, etiam quod essent ad torturam sufficientia, vt latissimè docet Rolan. à Valle, *cons.* 16. *num.* 24. 25. *&* 26. *lib.* 1. Gaball. *cons.* 200. *num.* 146. *& plurib. seqq.* & in dubio debet Iudex arbitrari indicia non esse sufficientia ad torturam Cacher. *dec.* 79. *num.* 57. *&* 58. Boss. *in pract. crimin. tit. de indicijs.* quia in criminalibus semper tenenda est opinio, quæ in benigniorem partem tendit, *l. interpretatione, ff. de pœnis*, Gaball. *dict. casu* 200. *num.* 145. Cacher. *vbi suprà, & d.* 80. *num.* 8.

4 Videamus quæso, quæ indicia resultent contra dictum Fratrem Vincentium, & ni fallor, non alia, nisi quòd sit persona malæ conuersationis circa delicta iuuentutis, quod in die, quo præsumitur furtum commissum tardè venisse ad mensam, & quod missos miserit fratri Ignatio, quod nisi mitteret ei pecuniam, furtum prædictum in clarum poneret.

Hæc sunt indicia, quæ resultant ex processu, quæ nullius roboris, & momenti sunt: nam primum est euacuatum per Testes ad defensam, & est valde remotum, nec ex illo potest furtum argui.

Secundum quod tardè venisset ad mensam est remotissimum à delicto, & est probatum illo mane semper adstitisse in Ecclesia ad Missam cantatam, & ad omnes alios actus, & tandem seruiisse vltimæ Missæ, & illicò venisse ad mensam.

Tertium est inuerisimile, & probatur per duos testes singulares, qui nullum faciunt indicium, nam *vt suprà* probatum est quodlibet indicium de per se debet concludenter probari per duos testes conteſtes de loco, & tempore omni exceptione maiores, alias nihil probant.

Et tandem vbi est delictum in genere, quo non 5
probato omnia corruunt, tamquam sine fundamento, & processus est nullus, vulgata *l.* 1. *§. item illud, ff. ad Syllanianum:* Iulius Clarus, *quæst.* 4. *num.* 1. Honded. *cons.* 107. *num.* 9. *vol.* 1. vbi testatur, quod est conclusio iuris indubitata, vt non possit deueniri ad aliquem actum, nisi priùs constet de corpore delicti, Petrus Gaballus, *cent.* 255. *num.* 3. vbi post alios, quos allegat dicit, si per testes de delicto esset conuictus, & est communis opinio omnium scribentium.

Imò non suppletur corpus delicti per confes- 6
sionem inquisiti, cum quis non sit Dominus membrorum suorum, *l. liber homo, ff. ad leg. Aquiliam, & l. non tantum, ff. de pœnis*, Boss. *de delictis, num.* 15. vbi dicit hoc nullam habere difficultatem, in tantum quod confessio non affert præiudicium confitenti, nisi verificetur corpus delicti, & debet confitens absolui, Iul. Clar. *q.* 55. *num.* 10. *in fine.*

Et in delicto furti quando criminaliter agitur 7
delictum in genere debet concludenter probari, Cranet. *cons.* 244. *in princ.* Boss. *tit. de delictis, num.* 17. *& seq.* quem sequitur Mascard. *de probat. concl.* 30. *num.* 7. *in fine, lib.* 2. & locus, in quo præsumitur furtum commissum debet visitari authoritate Iudicis à Notario Curiæ ad inspiciendum cum testibus hostij cassæ, seu parietis fractura, & testes de super examinare, Peregrin. *in tract. de citatione reorum, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 57. Marc. Antonius Macerat. *lib.* 3. *resol.* 20. *num.* 1.

Ac etiam probari, quod tempore furti pecunia fuerit in loco, in quo furtum factum fuit, Marsi. *cons.* 8. *num.* 4. Grammat. *cons.* 54. *num.* 2. Foller. *in pract. crimin. in verb. capiat informationem, num.* 12. Mascard. *de probat. concl.* 829. *numero* 4. *lib.* 2. & communiter D D. alias delictum in genere non diceretur probatum.

Et ex his speratur pro dicto prætenso furto inquisitos esse liberandos.

Quò vero ad aliud furtum, pro quo sunt spon- 8
tè confessi, etiam non præcedentibus legitimis indiciis, neque etiam pro delicto in genere: est contra eos mitiùs agendum, dum furtum sponte confessi fuerunt, si furtum potest appellari.

Nam ante omnia est considerandum, quod sponte sunt confessi furtum prædictum absque delicto in genere, & absque probationibus contra ipsos: ex quibus oritur clara iuris conclusio, non solum esse mitiùs puniendos; sed etiam sine dolo deliquisse, Farinac. *de Reo confesso, & conuicto: quæst.* 81. *num.* 180. *vers. Amplia V.* & certum est mitius agi debere cum sponte confesso, quàm cum conuicto, vt idem Farin. *dict. loco, num.* 184. *&* 187.

Accedit, quod cum furtum sit domesticum 9
etiam mitiùs punitur, stante etiam quod non concurrunt requisita ad furtum, inter quæ est contrectatio rei alienæ de loco ad locum inuito domino; nam bona furata non fuerunt extracta à loco, & sic à Monasterio, & licet D D. in furto domestico magnæ quantitatis dicant posse agi criminaliter, tamen quoad punitionem debet furtum extra ordinem puniri, *l. respiciendum, §. furta domestica, ff. de pœnis*, & numquam pro vnico furto

poteſt deueniri ad pœnam ordinariam ; ſed extra ordinem punitur, vt communiter per omnes ſcribentes ; ergò cum tractetur contra perſonas Eccleſiaſticas, contra quas pœna ordinaria eſt pœna triremium etiam ad tempus, vt probat Epiſc. Ricc. *dec. Curiæ Archiepiſcopalis dec.* 199. *n.* 4. *part.* 4. ſi eſt minuenda pœna, vt in caſu noſtro, non poteſt tractari de pœna Triremium, quæ eſt ordinaria, ſed de aliqua alia mitiori pœna, vt deciſum refert idem Riccius *d. dec.* 169. tanto magis quia bona ſubtracta ſponte fuerunt exhibita cum magna punctualitate. Ex quibus omnibus arguitur non adfuiſſe dolum, nec animum furandi : & ita, &c.

DISCEPTATIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*
2 *Sex genera perſonarum ad correctionem percutere poſſunt clericum, & quæ ſint.*
3 *Turbantes Officia diuina ſi expellant, in Canonem non incidunt expellentes.*
4 *Maſculi canebant antiquitus in Choro cum fœminis.*
5 *Clericus excommunicatus vitandus, & alij turbantes Officia diuina expelli poſſunt.*
6 *Expellentes licèt Sæculares ſint non incurrunt in cenſuram.*
7 *Elueti, & alij ad arcendam turbam ſi clericum percutiunt non ſunt excommunicati, & quando.*
8 *Clerici ſeniores poſſunt ad correctionem percutere iuniores clericos.*
9 *Conuerſi Regulares ſi percutiantur Zelo Religionis non ſunt excommunicati percutientes.*
10 *Prælati Regulares percutientes ſubditos cauſa correctionis non ſunt excommunicati.*
11 *Percuſſio ex correctione, quando principaliter dicitur facta.*
12 *Percuſſio ex odio principaliter facta non excuſat ab excommunicatione.*
13 *Superiores Religionis poſſunt ſibi ſubditos verberare, & quando.*
14 *Regulares, & Superiores Eccleſiaſtici an debeant ſubditos per laicos verberare, torquere, &c. an per ſeipſos.*
15 *Conſuetudo qualis ſit in hoc recepta.*
16 *Textus* in Capit. vniuerſitatis vigeſimoquarto de ſententia excommunicationis, *explicatur.*
17 *Monachi ſe ſe percutientes à quo ſint abſoluendi.*
18 *Textus* in c. Monachi de ſent. excommunic. *declaratur.*
19 *Excommunicatus an, & quando poſſit abſoluere ab excommunicatione.*
20 *Regulares hodie abſoluunt ab omnibus percuſſionibus reſpectu ſuorum ſubditorum.*
21 *Regularis vnius Religionis ſi percutiat alium alterius religionis à quo abſolui debeat, & quid ſi alterius Monaſterij, ſed eiuſdem Religionis.*
22 *Mulieres ob percuſſiones clericorum abſoluuntur ab Epiſcopis.*
23 *Delicati percutientes clericos à quibus abſolui debeant.*
24 *Moniales ſe ſe percutientes à quibus abſoluantur.*
25 *Magiſtri, Laïci, Clerici, & Nouitiorum percutientes Diſcipulos non ſunt excommunicati.*
26 *Magiſtri Nouitiorum etiamſi percutiant contra Ordinem regulæ, vel Superioris præceptum non ſunt excommunicati.*
27 *Dominus famulum clericum ſi percutiat, non eſt excommunicatus ſi ad correctionem.*
28 *Propinqui percutientes clericum ad correctionem non ſunt excommunicati.*
29 *Pater filium in ſacris an poſſit percutere ſine excommunicationis pœna.*
30 *Anus Mater, & alij an ad correctionem percutere poſſint clericum in ſacris.*
31 *Magalij pulchra affertur doctrina ad hoc.*
32 *Concluſio diſcurſus affertur pro P. Magiſtro de quo agimus.*
33 *Percuſſio qualis eſſe debeat ad correctionem.*
34 *Percuſſio ad correctionem quando, & quo tempore fieri debeat.*
35 *Graſſij Conſilium* 1. de ſent. excommunic. *adducitur ad propoſitum.*
36 *Textus* in cap. peruenit 17. de ſententia excommunicationis, *adducitur.*
37 *Leuis percuſſio quando dicatur.*
38 *Calcibus percutere clericum in Platea eſt leuiter percutere.*
39 *Sacerdotem in facie cum pugno percutere quando ſit leuis percuſſio.*
40 *Percutientes ad correctionem ſi modum excedant an ſint excommunicati.*
41 *Percuſſio grauis quando dicatur in Præceptore caſtigante diſcipulum.*
42 *Pueri excommunicati ob percuſſionem Puberes facti à quo abſoluantur.*
43 *Hoſpites in nouitiatu exiſtentes quando gaudeant priuilegio Canonis.*

ARGVMENTVM.

Correctio perſonarum Eccleſiaſticarum, quibus perſonarum generibus permittebatur antiquitus quibus hodie. Percuſſio ſubditorum Prælatis, quando ſit licita ſine metu excommunicationis, & quando incidant in Canonem, Si quis ſuadente Diabolo 17. quæſt. 8. *Et quid ſi Regularis percutiat alium alterius Religionis? Et quid in Monialibus ſeipſas percutientibus? Et quando percutientes abſoluantur per Epiſcopum? Et explicatur quandonam percuſſio dicatur ad correctionem, & quibus competat.*

PRO

Explicatione Textus cum glossa, *in cap. cum voluntate, de sententia excommunicationis*,

AN

Magistris Nouitiorum sit permissum ad correctionem Nouitios verberare, sine metu excommunicationis, & quando dicatur ad correctionem verberatio.

FACTVM.

1 QVIDAM P. Magister Nouitiorum maximæ bonitatis, & integritatis Relig. N. Nouitium dyscolum pluries admonuit, vt in rebus suæ Religionis addiscendis inuigilaret, ac statum perfectionis assequeretur, quadam die alapa percussit eundem ob defectum ante se patratum: dicebant Patres incurrisse P. Magistrum in excommunicationem Canonis, *si quis suadente Diabolo* 17. *q.* 4. quæsitus de voto firmiter dixi nullam incurrisse excommunicationem.

2 Quod sane probatur primò quia ex gl. *in c. cum voluntate, §. finali, in verbo de familia, de sententia excommunicationis*, sex genera personarum enumerantur, quibus licitum est percutere ad correctionem sine vlla excommunicatione. Primi generis sunt illi, qui habent officium in Ecclesia ejiciendi turbantes officium diuinum. Secundi generis sunt Seniores alij Clerici respectu iuniorum. Tertij generis sunt Prælati respectu suorum subditorum. Quarti generis sunt Magistri respectu Discipulorum. Quinti generis sunt domini respectu illorum clericorum, qui sunt de eorum familia. Sexto propinqui, vt Parentes, vel alij sub quorum cura sunt ipsi Clerici, quod benè ponderat Toletus *in summa, lib.* 1 *c.* 34. *num.* 2. De Leone *de offic. confess. recollect.* 5. *folio* 437. Barbosa *in d. cap. cum voluntate*, & alij *infrà* citandi.

3 Sub primo genere continentur qui titulo Officij expellunt ab Ecclesia turbantes Officium diuinum, vt sunt Præfecti, Sacristæ, Ostiarij, & similes, & omnes alij, qui non habent officium, vel Prælationem super eum, quem eiiciunt. *c. veniens* 16. vbi Abbas *de sent. excommunicationis*, per quem textum habetur, quod Sacerdos, qui vt liberius possit in Ecclesia diuina Officia celebrare, Regulares vel clericos qui ludendo turbant, vel impediunt diuina Officia, manibus appositis transeundo nolentes egredi, cogit extra Ecclesiam manere, non incurrunt excommunicationem, ex quo text. *in verb.* (*quædam Monialis*) colligit Gratianus *c.* 470. *n.* 38. quod masculi canebant antiquitus cum fœminis in Choro: ergo percutiens clericum turbantem Officium diuinum non est excommunicatus: quia talis non facit suadente Diabolo, vt post alios Carolus de Grassis *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 165. Barbosa 5
in d. c. veniens 161. *num.* 3. Quod sanè procedit non solum quando expellitur clericus excommunicatus vitandus, qui eo ipso sua præsentia turbat Officium, sed quandocumque alio modo turbat diuna Officia, & licet textus *in d. cap. veniens*, loqui videatur de Sacerdote, tamen intelliguntur alij clerici expellentes: immò, & Sæculares etiam si non sint vel Magistri, vel Propinqui, putà laïcus sacrista Oratorij, confraternitatis, &c. post
alios Leone *de censuris, recoll.* 5. *num.* 273. quia po- 6
terunt clericum expellendo percutere sicuti laïci Eluetij, vulgò *Alabardieri* ratione Officij coërcēdi turbam siue in Ecclesia, siue extra Ecclesiam si non ex proposito, sed casualiter ad illum finem accidit clerici percussio, non sunt excommunicati, quod si Eluetij id faciant ex proposito scilicet intendentes clericum verberare essent excommuni- 7
cati, Coninchus *de sacramentis, disp.* 14. *dubio* 15. *n.* 193. Fragosius *de Republica Christiana, tom.* 2. *lib.* 1. *disp.* 26. §. 1. *num.* 29. Sayrus *de censuris, lib.* 3. *c.* 28. *num.* 17. Squillante *de Priuilegiis clericorum, c.* 6. *n.* 48. Turrian. *de censuris, lib.* 3. *disp.* 29. *dub.* 4. Diana *p.* 9. *tract.* 4. *resol.* 22. Auila *de censuris, p.* 2. *c.* 1. *disp.* 3. *dub.* 17. An verò Eluetij, Ostiarij Principum, & similes arcentes turbam si clericum percusserint non casualiter, sed affectatè, & ex odio sint absoluendi ab Episcopo pro qualibet percussione, & qualiter ad Sedem Apostolicam sint mittendi, disputant DD. Canonistæ, *in cap. si verò de sent. excomm.* & Casuitæ cum Diana *p.* 9. *tract.* 4. *resol.* 55. & cum P. Alphonso de Leone *de censur. recollect.* 5. *à n.* 459.

Sub secundo genere personarum sunt Seniores 8
respectu aliorum inferiorum clericorum, & licet aliqui putent, permitti Clericis senioribus percutere inferiores, quando perturbarent diuina Officia, id falsum tamen est; quia si esset verum glo. *vbi suprà*, malè enumerasset casum istum vt diuersum à primo: ergo dicendum est senioribus Clericis licere simpliciter corrigere iuniores, vel quia ipsi inferiores deficiunt in seruitio Ecclesiæ, vel Chori, vel quia ipsis senioribus, non obtemperant in illis quæ sibi mandantur ratione seruitij Ecclesiæ, vel etiam quia illis denegant debitum respectum, & honorem, & hoc significant quod dicunt DD. seniores clericos posse zelo deuotionis percutere clericum inferiorem, vt bene Syluester, *excommunicatione* 6. *n.* 6. *vers.* 12. Reginald. *lib.* 1. *n.* 229. qui dicit quod finis talis correctionis debet esse emendatio, vt post Molinam, P. de Leone *recollect.* 5. *n.* 276. id tribuit etiam laïcis senioribus.

Sic conuersi Religiosi, qui gaudent canonis 9
Priuilegio, eos si percusserit quis, est excommunicatus, Nauarrus *in manuali, c.* 22. *n.* 79. Suarez *de censuris disp.* 22. *sect.* 1. *à num* 10. Garsia *de beneficiis, p.* 1. *c.* 4. *n.* 11. Frater Paul. Berti *in* 1. *p. praxis canonica criminali Regularium, tit.* 1. *c.* 3. Henriq. *in summa, lib.* 13. *de excommunic. q.* 49. §. 1. *in Comment. litt. C.* Coninchus *de Sacram. & censuris. to.* 2. *disp.* 14. *n.* 164. & priuilegio fori, ac exemptionis à potestate Sæculari, & à Tributis gaudent, vt latè Flores de Mena, *lib.* 2. *var. quæstionum iuris, quæstione* 11. *n.* 149. Barbosa *in c. non dubium, n.* 2. *de sententia excomm. & in c. Parœcianos* 9. *num.* 2. *de sent. excomm.* si à senioribus Religiosis percutiantur bono zelo correctionis causa, excommunicationem non incurrunt percutientes, *vt ex d. c. cum voluntate* 54. §. *si qui, de sent. excomm.* Carolus de Grassis *effectu* 9. *num.* 224. Bellettus *parte* 1. *de fauore clericor. canonis*, §. 20. *nu-*

mero 3. dummodo correctio ſit moderata, alias ſecus.

10 Sub tertio genere continentur Prælati habentes iuriſdictionem quoad forum externum, non ſolum quando procedunt vt iudices, ſed etiam quando procedunt corrigendo, vt Patres: vnde Magiſter, & Prælatus poterit percutere clericum etiam in ſacris conſtitutum cauſa correctionis ſine periculo excommunicationis, Maſcardus *de prob.concl.* 996.*n.* 19. Bellet.*d.* §. 2 *n.* 7. Nam Abb. Monachum ſuum corrigere poteſt, & debet Menochius caſu 364. *num.* 11. & 12. Barboſa *in d. cap.cum voluntate*, §. *ſi quis in fine*, *de ſententia excommunicationis*: Ergo quis percutiat clericum cauſa correctionis, & diſciplinæ, habens legitimam facultatem, & poteſtatem ad percutiendum, modo non ita excedat modum in percutiendo, vt exceſſus pertingat ad culpam mortalem, & modo non percutiat principaliter ex odio, vel ira, vt ait S. P. *in c. ex tenore* 1. *de ſent. excommunicationis*, *& in c. vniuerſitatis*, *& in c. cum voluntate de ſent. excommunicationis*, ſi verò leuiter tantummodo excedat excuſari poteſt ab excommunicatione: quia excommunicatio ſupponit

11 peccatum mortale. Dixi modo non percutiat principaliter ex odio, vel ira, quia ſi principaliter ex odio percutiat, non excuſetur ab excommunicatione: nam talis percuſſio dicitur fieri ſuadente Diabolo cum peccato mortali; ſecus dicendum eſt, ſi principaliter percutiat cauſa correctionis, etiamſi fortè admiſceatur peccatum mortale interni odij: nam illa externa percuſſio non eſt ſacrilega, ſed iuſta cum principaliter fiat cauſa correctionis ab eo qui poteſt illã infligere, quamvis ex malitia percutientis admiſceatur peccatum mortale odij, Molina *diſp.* 56. *num.* 10. Angelus *in verbo excommunicatio*, *n.* 8. Auila *dub.* 15. *caſu* 1. Filliucius, & alij quos ſequitur Bonacina *diſputatione* 2. *de cenſuris extra Bullam cœnæ*, *q.* 2. *p.* 6. *ſect.* 4. *n.* 4.

12 Dixi modo non percutiat principaliter ex odio, vel ira, quia ſi ſimpliciter ex odio percutiat, non excuſatur ab excommunicatione: quia talis percuſſio fieri dicitur ſuadente Diabolo, cum peccato mortali, ſecus ſi principaliter percutiatur cauſa correctionis, etiamſi forte admiſceatur peccatum mortale interni odij: nam illa interna percuſſio non eſt ſacrilega, ſed iuſta cum principaliter fiat cauſa correctionis ab eo, qui poteſt illam infligere, quamvis ex malitia percutientis admiſceatur peccatum mortale odij, Molina, Angelus, Nauarra, & alij apud Bonacinam *vbi ſupra*, *num.* 4. Caſtrus Palaus *tom.* 6. *diſp.* 3. *punct.* 23. §. 3. *n.* 6. Diana *p.* 9. *tract.* 4. *reſol.* 21.

13 Vnde infertur Superiores Religionis poſſe ſibi ſubditos verberare, quia habent poteſtatem gubernandi, & hoc pœnæ genus bono communi frequẽter conducit, communiter DD. cum Bonac. *vbi ſup. n.* 4. *in fi.* an verò debeant percutere titulo correctionis per ſeipſos, an verò per alios quæſtio eſt, & dico debere Religioſos propriis manibus verberare, niſi vrgeat neceſſitas, & quando ea occurrit, non debet id per laïcum præſtare, ſed per clericum, vel Monachum, alioqui inquit text. *in cap. vniuerſitatis*, *de ſentent. excommunicationis*, tam præcipiens, quàm verberans incurrit in cenſuram *de cap. vniuerſitatis*. Gordonus *in ſumma*, *tom.* 2. *lib.* 7. *q.* 13. §. 4. *num.* 38. & dubitat Angelus, an ille alius poſſit eſſe vnus ex conuerſis, & dico poſſe id fieri; immò de generali conſuetudine percutiunt per alios clericos, vel per laïcos ad ſui libitum, Turrianus *de cenſuris*, *lib.* 3. *diſp.* 29. *dubio* 3. Megala *p.* 3. *inſtr. confeſſ. lib.* 4. *cap.* 1. *q.* 2. *n.* 5. Coninch. *diſp.* 14. *dub.* 15. *n.* 191. Auila *p.* 2. *c.* 5. *diſp.* 3. *dub.* 12. Diana *p.* 9. *tract.* 4. *reſol.* 22. vnde Magiſtri percutere poſſunt clericos diſcipulos per laïcos ſine vlla pœna cenſuræ, quia talis percuſſio non eſt violenta *cap.* 1. *de ſentent. excommunicationis*, & de iure poſitiuo talis Prælatis, & iudicibus Eccleſiaſticis permiſſa eſt, ne clericos vel Religioſos corrigant mediis laïcis, *d. c. vniuerſitatis de ſent. excomm.* cui diſpoſitioni magna ex parte derogatum eſt *in cap. vt famæ de ſent. excomm. & in c. ſi clericos eodem tit. in* 6. & ſic dicit Caſtrus Palaus *tom.* 6. *diſp.* 3. *puncto* 23. §. 3. *num.* 12. Diana *p.* 9. *tract.* 4. *reſol.* 23. de tortura verò an ſit clericis inferenda religioſis per Miniſtros laïcos quæſtio eſt, dicit gloſ. *in c. fin. diſt.* 35. non poſſe clericum torqueri per laïcum vnde Præpoſitus dicit eſſe notandum propter Officiales, qui torquent clericos per laïcos, & malefaciunt, quia excommunicationem incurrunt, & plures ſequuntur gloſſam de quibus Stephanus Aufrerius *de poteſt. laicali ſuper Eccleſiaſticos*, *regula* 3. *fallentia* 12. Diaz *in ſua pract. cap.* 126. & ibi Lopez *in additionib.* Marta, *p.* 4. *de iuriſdict. centuria* 2. *caſu* 132. *num.* 6. ratione tamen conſuetudinis contrarium ſeruatur, immò inhoneſtum eſt clericos, vel Regulares tale vile miniſterium exercere Suarez *de cenſuris diſp.* 22. *ſect.* 6. *num.* 44. Coninchus *de Sacramentis diſp.* 14. *dubio* 15. *num.* 91. Laiman *lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 2. *c.* 50. *num.* 9. & in hoc errat Marta *vbi ſupra*, qui dicit clericos poſſe ligari à laïcis, ſed eſſe torquendos à clericis: nam vt bene Diana *p.* 9. *tract.* 4. *reſolutione* 30. ſicuti torqueri clericos per laïcos eſt actus iniurioſus, ſic etiam ligari ergo Marta non eſt in hoc audiendus, & licet P. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 17. *diffic.* 22. *num.* 6. dicat peccare mortaliter Superiores torquentes, & corrigentes clericos per laïcos, tamen rectius loquuntur, P. de Leone *de confeſſione recollect.* 5. *num.* 265. Portellus *in dubiis Regularibus*, *in verbo correctio*, *numero* 47. Diana *p.* 9. *tract.* 4. *reſol.* 30. nullum eſſe peccatum mortale.

Ne dicas obſtare textum *d. cap. vniuerſitatis* 24. *de ſent. excom.* vbi *Celeſt. III.* ait: quod laïcus qui Abbate mandante, & ex cauſa Regularis diſciplinæ percuſſit Monachum tam ipſe quam Abbas ſunt excommunicati, maxime ſi odij cauſa fiat.

Reſp. enim primò ibi non correctionis cauſa percuti ſed odio, vt patet ibi maximè.

Reſpondeo ſecundò textum ibi non aliud probare, niſi Prælatum Religioſum debere ſuos Religioſos per ſe verberare, ſi poteſt, aut ſi non poteſt per alium clericum, aut Monachum (ſub quo comprehenduntur omnes veri Religioſi quos etiam vocant Conuerſos, & contra eos aliquos bene notat Suarez *tom.* 5. *de cenſuris*, *diſp.* 22. *ſect.* 2. *num.* 42. quare de iure loquendo, ſi hoc faciat per laïcum (niſi fortè neceſſitas excuſet, vt ait Suarez *ſect.* 1. *num.* 47.) tam verberans, quam mandans erit excommunicatus, Nauarrus *conſ.* 42. *de ſentent.*, *excomm. & in Comment. de Regularib. n.* 52. Suarez de Paci *in prax. p.* 5. *c.* 16. *n.* 49. Salzed. ibi, *cap.* 126. Pegna *p.* 3. *Commentario* 110. Farinac. *in praxi criminali*, *q.* 41. *n.* 15. Aldereſa *de religioſa diſciplina tuenda*, *lib.* 2. *c.* 17. *à num.* 10. Rodriquez *tom.* 3. *quæſtionum Regul. q.* 1. *art.* 8. Zabedus *d.* 83. *num.* 8. Riccius *in praxi reſol.* 155. Coninchus *de Sacramentis & cenſuris*, *diſput.* 14. *num.* 190. vbi etiam ait quod licet text. *in d. c. vniuerſitatis* 24. loquatur de ſolis Prælatis Religioſis

giosis communiter tamen D D. illum extendunt ad omnes Prælatos Ecclesiasticos quoad hanc partem, quod non possint suos Clericos verberare per laïcos, sed vbi adest consuetudo fieri poterit Rodriquez *dict. art.* 8. Suarez *disp.* 22. *sect.* 1. *n.* 48. Zerola *in praxi Episcoporum part.* 1. *in verbo excommunicationis causa efficiens*, §. 8. qui ait, quod cum hodie non bene sciant, Clerici ligare soluere, & erigere Clericum torquendum possunt Ordinarij locorum torquere eos per manus laïcorum: quia ita passim introduxit consuetudo, de qua Clarus, *in* §. *finali*, *quæst.* 64. *num.* 15. Sayrus *de censuris*, *lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 26. quæ castigatio debet esse moderata, moderatio verò iudicis arbitrio relinquitur Menoch. *casu* 364. *à num.* 11. Barbosa, *in d. cap. vniuersitatis* 24. *in fine de sententia excommunicationis.*

17 Nec est prætermittendum in præsenti Monachos si se ipsos percusserint non esse mittendos Romam ad Sedem Apostolicam, sed Superior illos poterit absoluere, *cap. Monachi* 2. *de sent. excommunicationis* Rodriq. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 20. *art.* 2. Bellettus *part.* 1. *disquisit. Clericalium*, *in tit. de fauore Clericali*, §. 3. *num.* 3. Carolus de Grassis *de effectu Clericatus*, *effectu* 9. *numero* 166. Bonacina *disput.* 2. *quæst.* 4. *part.* 3. *num.* 1. vbi dicit; Abbatem, Priorem, Guardianum seu præpositum Monasterij seu alium quemcumque dummodo sit Monasterij Superior, posse ab excommunicatione absoluere pro violenta manuum iniectione, in similes Regulares suos subditos absoluere, & addit prædictos Monasterij Superiores posse non solum per seipsos, verum etiam per alios absoluere: ita Cariolanus, *de casibus reseruatis*, *p.* 2. *casu* 10. *de iudice Regularium*, §. 10. *num.* 20. *pag.* 804. intelligendo de percussione leui, vel mediocri: quia enormis reseruatur Papæ qualis est mutilatio, effusio sanguinis, percussio Episcopi, vel Abbatis, *d. cap. Monachi* 2. *de sent. excommun. cap. cum illorum* 38. *& cap. Canonica* 50. *distin.*

18 Et licet textus ibi dicat *in d. c. Monachi* illa verba (se in claustro percusserint) tamen, talia verba non ponuntur quasi innuant, quod si extra Claustra se percusserint, ab Episcopo, & non à suo Prælato sint ab soluendi, sed quia sæpius hoc in Claustrum contingit vt ait Caïetanus Capuccinus, *in d.* §. 10. *num.* 22. Rodriquez *art.* 22. vbi etiam aduertit quod si aliquis Superior percusserit suum subditum, potest ipse secundum Priuilegia absolui ab alio Sacerdote subdito suo electo ab ipso in confessarium, etsi subditus, & Prælatus ad inuicem se percusserint, & in Conuentu non sit alius qui eos possit absoluere, possunt se ad inuicem absoluere Cariolanus, *d.* §. 10. *num.* 17. Diana *part.* 9. *tract.* 4. *resol.* 52. qui aduertit, quod licet de iure communi excommunicatus non possit alium excommunicatum maiori excommunicatione absoluere ex notatis, *in cap. audiuimus* 24. *quæst.* 1. in casu tamen necessitatis vbi non est alius Religiosus qui possit eos absol-
19 uere potest excommunicatus alium excommunicatum absoluere, & idem Cariolanus *num.* 26. resolut percutientem excommunicatum incurrere in excommunicationem: quia excommunicatus retinet ordinem ratione cuius inducta est immunitas; ergò durante causa durat effectus. Aduertit etiam Rodriquez, *quæst.* 20. *art.* 19. quod si Prælatus regularis non sit Sacerdos, & nullus alius sit Sacerdos Regularis in Conuentu, vel si sit, est excommunicatus, aut aliter impeditus poterit eius subditus absolui ab Episcopo à minore læsione Clerici, P. Bordonus *tom.* 1. *cons. Regularium resol.* 28. *num.* 49 Bossius *discept. Moralium*, *de iurisd. Episcop. discept.* 1. *dub.* 19. *num.* 190. *& sequent.*, hodie tamen ferè omnes Religiosi ab- 20
solui possunt à suis Prælatis à percussionibus etiam enormibus, & corrigitur text. *in cap. Canonica*, *& cap. cum illorum*, *de sententia excommunicationis*, *in* 6. quod Priuilegium à Clemente IV. fuit concessum Prælatis Ordinis Prædicatorum, & eorum Vicariis, Sayrus *de Censuris*, *lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 13. Rodriquez, *tom.* 1. *quæstionum Regular. quæst.* 20. *art.* 12. Fragosius *de Republica Christiana*, *tom.* 2. *lib.* 1. *disp.* 2. §. 3. *nu.* 55. *& seqq.* Tamburinus, *de iure Abbatum*, *tom.* 2. *disput.* 54. *quæst.* 11. *num.* 2. *&* 3.

Imò si Regularis percutiat Regularem alterius 21
Religionis potest absolui à proprio Prælato, quando percussio non fuit enormis, præsente tamen Prælato eius qui passus est iniuriam, vt eam condonet, ac pœnam in satisfactionem definiat vt colligitur, *ex cap. cum illorum de sent. excom.* quod si Religiosus vnius Monasterij percutiat alium eiusdem Ordinis; sed alterius Monasterij tunc dicit Bordonus, *tom.* 1. *consiliorum*, *resol.* 28. *num.* 47. quod iniuria fit Prælato offensi: vnde sine eius consensu non debet absolui percutiens, nisi daretur absolutio à Prouinciali, vel Generali sequitur Diana, *part.* 9. *tract.* 4. *resol.* 50. & quia suprà dixi Regulares Prælatos posse hodie absoluere suos subditos Regulares ob manus violentas in Clericum, etiam si sit Sedi Apostolicæ reseruata, vt post alios Castrus Palaus, *tom.* 6. *disp.* 3. *puncto* 23. §. 4. *num.* 10. Bossius *discept.* 1. *dub.* 19. *num.* 198. P. Bordonus *vbi suprà*, *num.* 10. Ne dicas ob tale Decretum Clementis VIII. de anno 1601. & 1602. vno alterius declaratiuo in quo Papa sibi reseruat excommunicationē ob percussionem Clerici, iuxtà Canonem *si quis* 17. *quæ.* 4. iuxtà iuris dispositionem, ideſt quando percussio est mediocris, & enormis derogando quibuscumque Priuilegiis, & litteris Apostolicis. Respondeo enim tale Breue esse contra Confessarios Regulares, qui prætextu suorum Priuilegiorum absoluebant ab omnibus reseruatis personas sæculares; vnde nihil contra nos, qui loquimur de absolutione inter ipsos regulares exercenda; ergo nihil disponit de Regularibus. Vt respondit Sacra Congr. apud D D. citatos; imò possunt Prælati Regulares absoluere Nouitium ab excommunicatione incursam propter percussionem Clerici ante ingressum Religionis vt contra Tiraquell, *de retr. lignagier*, §. 1. *gloss.* 8. *num.* 31. dicunt Layman, *lib.* 1. *tract.* 50. *p.* 2. *cap.* 5. Sayrus, *lib.* 3. *de censuris*, *cap.* 28. *num.* 14. Alterius *tom.* 1. *disp.* 16. *cap.* 1. Quod si contingat Nouitium in Canonem incursum egredi à Religione non facta Professione, est quęstio an reincidat in excommunicationem, & dico non reincidere cum Bordono, *to.* 1. *Consiliorum Regularium*, *resol.* 28. *num.* 56. contra multos, qui dicunt reincidere, de quibus Castrus Palaus, *tom.* 6. *disput.* 3. *punct.* 23. §. 4. *n.* 10. Bossius *discept.* 1. *dubio.* 19. *num.* 192. Barbosa *in cap.* 20. *do sententia excommunicationis*, *num.* 50.

Quia tamen cautum est mulieres ab excommu- 22
nicatione ob violentas manuum iniectiones in Clericos absolui posse ab Episcopo, quia periculosum est peregrè proficisci, & se virorum cætibus immiscere, Tiraquell. *in l.* 10. *connubiali gloss.* 1. *part.* 10. *num.* 33. Sayrus *de censuris*, *lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 18. Bonacina *disput.* 2. *de censuris*, *quæst.* 4. *puncto.* 5. *num.* 3. Carolus de Grassis *effectu* 9. *num.* 119

num. 119. Bellettus *de fauore Clericali Canonis*, §. 3. *num.* 17 etiam ſi fœminæ ſint Diuites, vel ſui iuris, & aptæ ad conficiendum iter, ideo gloſſ. *in cap. mulieres 6. in verbo (& ita delicati)* obſeruat, quod delicati, qui ſcilicet laborem accedendi ad ſedem Apoſtolicam ſuſtinere nequeunt, *(quod iudicis arbitrio remittitur*, vt ait Gloſſa *in verbo laborem d. cap. mulieres)* poſſunt ab Epiſcopo abſolui ob excommunicationem incurſam ob percuſſionem enormem in Clericum, verùm certificato prius Summo Pontifice de ſtatu perſonæ, & veritate negotij, vt ſecundum eius Conſilium de commiſſo ſcelere corrigi valeant Bellettus, *d.* §. 1. *n.* 23. Barboſa *in d. c. mulieres, n.* 3. moniales vero ſi ſeipſas ad inuicem vel conuerſas ſuas, aut Clericos percuſſerint abſolui debent ab Epiſcopo in cuius Diœceſi eſt, ſitum Monaſterium, *cap. de Monialibus* 33. *de ſententia excommunic.* Silueſter *in verbo abſolutio il* 4. Marius Alterius *de cenſuris, tom.* 1. *lib.* 3. *de excommunicatione, cap.* 50. Bellettus *in diſquiſ. Clericali, part.* 1. *in tit. de fauore Clericorum Canonis*, §. 3. Bonacina *de cenſuris, diſput.* 1. *quæſtion.* 8. *puncto* 3. *num.* 5. & ideo mulieres cuiuicumque conditionis ſint, ſi inciderint in excommunicationem propter manus violentas in Clericos, poſſunt abſolui ab Epiſcopo Tiraquellus, *de legibus connubialib. l.* 10. *gloſſ.* 1. 1. *part. num.* 33. Sayrus *de cenſuris, lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 18.

Sub quarto genere perſonarum, continentur Magiſtri, & quidem tam Clerici, quam ſeculares Bonacina, *tom.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 3. *puncto* 6. *ſect.* 4. *num.* 4. & alij apud D D. *in d. cap. ex tenore de ſent. Excom.* & præſupponentes DD. poſſe Magiſtrum Nouitiorum percutere Nouitium titulo correctionis quærunt; an ſi in Religione adſit ſtatutum vt Prælati cauſa correctionis Nouitios, vel Monachos non percutiant an inquam ſi Magiſter nouitiorum percutiat, contra talem ordinationem incurrat in excommunicationem? Et dicunt non incurrere; quia per talem prohibitionem non poteſt auferri priuilegium iuris quod eſt poſſe corrigere diſcipulum: hinc infert doctus P. Diana, *part.* 9. *tract.* 4. *reſol.* 41. quod quamuis Prælatus alicuius Religionis per ſe, vel per alium Religioſum verberaret Subditum delinquentem contra conſuetudinem ſuæ Religionis prohibentem ne illum percutiat, non incurrit in cenſuram; quia non agit contra ius commune, ita Auila *de cenſuris, part.* 2. *cap.* 50. *diſp.* 3. *dub.* 13. *ſeq.* poſt alios Bonacina *vbi ſuprà.*

Sub quinto genere perſonarum continentur Domini reſpectu famulorum Clericorum, & pro Domino intelligitur quilibet Paterfamilias reſpectu eorum qui ſunt de ſua familia, & ideo non eſt opus quod talis ſit ſeruus, ideo Magiſter Triremis ſi Clericum percutiat damnatum ad Triremis non incurrit in cenſuram, ſi illum percutiat, ſicut reliquos remigantes propter pertinentiam ad ſuum officium; nam id facit tamquam Miniſter, ſeu exequutor Prælati, qui damnauit illum ad Triremes; ſed ſi percutiat ex odio erit excommunicatus, ſic ſi rixando vnus cum tali Clerico condemnato ad Tritemes illum percutiat qui non erat degradatus realiter, neque eſt incorrigibilis putat Auila quod ſit excommunicatus: ita ille, *par.* 4. *de cenſuris diſp. vnica, dub.* 1. *concl.* 1. eſt tamen Auila in opinione, quod damnati ad Triremes vti incorrigibiles non gaudeant Priuilegio Canonis; ſed contrariam tenent alij gaudere cum Diana *part.* 9. *tract.* 4. *reſol.* 17.

Sub ſexto perſonarum genere continentur propinqui; vnde Pater correctionis gratia filium Clericum in minoribus percutiens non incurrit in excommunicationem text. eſt, *in cap. cum voluntate, de ſentent. Excom.* & quod de Patre dicitur ad omnes extendunt habentes curam corrigendi, Menoch. *lib.* 6. *præſump.* 14. Riccius & alij apud Barboſam, *in cap. ſi quis ſuad. Diabolo.* Sola quæſtio eſt an Clericum in ſacris pater ſi verberauerit incurrat in excommunicationem? Affirmat gloſſ. *in d. cap. cum voluntate in verbo, inferiorum graduum:* quia ſacer ordo liberat à Patria poteſtate, quod attinet ad effectum caſtigationis; nam ab aliis effectibus Patriæ poteſtatis ſacer Ordo non eximit; ſed ſolùm Epiſcopalis, vel Cardinalitia Dignitas, & ita cum gloſſ. tenẽt Molina, *diſp.* 228. *to.* 1. *tract.* 2. & Layman *lib.* 1. *tract.* 50. *p.* 2. *c.* 50. *num.* 8. Villalobos *in ſumma tract.* 7. *difficult.* 22. *num.* 5. alij & melius docent cum S. Antonino, Syluestro, Nauarro, Auila, Suarez, Fagundez, Filliuccio, Caſtro Palao, Coninchо, Baunio, Valentia, & aliis apud Dianam, *part.* 9. *tract.* 4. *reſol.* 1. probabiliter non incurrere excommunicationem percutientem Patrem filium in ſacris: quod ſequitur P. Alphonſus de Leone, *recoll.* 5. *de cenſuris, num.* 280. & quod de Patre dicimus in Auo locum habet, ſi talis filius ſit in eius poteſtate, vt bene de Leone *vbi ſuprà.* Matri non conceditur talis facultas, nec aliis propinquis, loquendo de propinquis in ſacris alij putant cum P. Marcello Magalio, *part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 15. ex conceſſione textus, *in d. cap. cum voluntate*, §. *final. de ſentent. excom.* concedi dictis ſex generibus perſonarum, de quibus *ſuprà* cauſa correctionis percutere Clericos; ſed non in ſacris verum dici, quod ſi percutiant Clerici in Sacris cauſa correctionis non incurrunt hanc excommunicationem cum *in Can. ſi quis ſuad. Diab.* ad contrahendam d. excommunicationem requiratur quod percuſſio fiat ſuad. Diab. & ſic cum dolo qui non interuenit, quando percuſſio ſimpliciter fit cauſa correctionis, quod probabiliter docet P. de Leone, *d. collect.* 5. *num.* 282.

Ergo ſi Clericis ſenioribus licitum eſt percutere Clericos iuniores, ſi Magiſtris Secularibus, & regularibus, ſi dominis, ſi habentibus curam gubernij &c. quomodo poterit P. Magiſter Nouitiorum dici, quod incurrerit excommunicationem Canonis ob alapam Nouitio datam? Errant ſanè qui hoc dicere velint etiamſi ob ſtatutum vel contrariam ordinationem ſit dictum nouitium non poſſe percuti à ſuis Superioribus; nam adhuc correctionis cauſa de qua *ſuprà* viget.

Quod ſi dubitetur qualis debeat eſſe talis percuſſio facta ad correctionem?

Reſpondeo quod non debet eſſe ex odio, & iniquitate ita Toletus, *in ſumma, lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 4. *dubio* 3. Tabiena *in verbo, excommunicatio* 5. *num.* 7. Megala, *part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 14. Ego tamen dico quod tales perſonas ſi principaliter percutiant ad Correctionem, & ſecundario ex ira, & odio non incurrunt in excommunicationem, ita Nauarrus, Syluester, Sayrus, & alij apud Bonacinam: quia licet percutiant ira commoti, non incurrunt excommunicationem, *ex cap. veniens*, vbi Ancharanus *notab.* 1. *de ſentent. excommun.* etiam ſi ſit vehemens ira: quia attenditur, quod venit principaliter, non quod venit acceſſorie *l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi certum petatur*, imò Molina, *tom.* 4. *diſp.* 5. excuſat etiamſi principaliter tales perſonæ percutiant ex odio cuius Molin. verba refert Belon. *rec.* 5. *n.* 284

34 Certum.

34 Certum tamen est, quòd ad hoc, vt dicta percussio excusetur fieri debet tempore quo percussus merebatur correctionem, putà si est Magister tempore, quo illum docebat, vel monebat; aut si est pater vel senior tempore quo ei proterue respondebat, vel renuebat monitionem: quia hoc sufficit, vt excusetur ab incursu censuræ, quia potius causa facti, quàm factum ipsum considerari debet, *cap. cum dilecti de accus. l. verum, ff. de*
35 *furtis*, & ideò P. Graffius *cons. 12. de sententia excommunicationis, tom. 20.* Loquitur de Præceptore, qui etiam erat Parœcus, & pugnis, & virga pluries percusserat Subdiaconum scholarem non desistentem à responsionibus, ac continuante percussionem etiam in Ecclesia, ad quem locum fugerat, & probat Graffius non fuisse excommunicatum, nec in dubio censetur dicta percussio facta principaliter ex odio, & ira sequitur de Leone *de censuris recollect. 5. numero*
36 *285. & sequenti*, & est notandus text. *in cap. peruenit 17. in verb. tua fratetnitati*, qui dicit, quod leuis iniuria iudicanda est arbitrio Episcopi, qui ex circumstantiis personarum, locorum, temporum, modi percussionis, & læsionis arbitrati petendo, vt bene Bellettus *§. 3. num. 34.* Sayrus *cap. 38. num. 5.* addens communiter leuem censeri percussionem, quæ fit à Magistro, Prælato, Patre, Domino, &c. in discipulum clericum (ex odio non ex correctione) in filium, aut seruum; vnde Bonacina relatus à Barbosa *in d. c. peruenit*,
37 *num. 4.* ait leuem percussionem regulariter dici illam, quæ fit pugno, palma, manu, pede, digito, baculo, vel lapide, quæ nullam carnis maculam reliquit, vel quæ fit absque scissione membri sine fractione dentis siue euulsione multorum capillorum, & sine effusione multi sanguinis, nisi ratione loci, vel personæ possit hæc leuis per-
38 cussio censeri grauiter iniuriosa; veluti si quis manum iniiciat in faciem alicuius grauis personæ impingendo alapam, aut si in platea, vel coram populi frequentia percutiat, Barbosa *vbi supra*, immò Diana *p. 9. tract. 4. resolut. 9.* dicit quòd calcibus percutere clericum in Platea dicitur leuiter percutere in Ordine ad absolutionem, & addo quod si fiat ad correctionem nulla est censura, vt *supra* dixi, sicuti Maceratensis *lib. 3. var.*
39 *resolut. 11.* loquens de percutiente Sacerdotem in facie cum pugno, ex qua percussione exierunt de ore ipsius aliquæ guttæ sanguinis fuisse excommunicatum, sed fuit leuis iudicata percussio Papæ, & ideo ab Episcopo absolutus fuit non enim erat modus corrigendi nec à persona quæ tenebatur corrigere.

40 Quanta verò debet esse talis percussio quæstio est, hoc est an per hoc quod tales personæ excedant modum percussionis incidant in hanc excommunicationem, putat glossa *in d. c. vniuersitatis in verb. fieri debeat, de sententia excommunicationis*, quod solum leuis, & moderata castigatio est permissa dictis personis, & habetur expressè *in d. c. cum voluntate*, *§. fin. eod. tit.* ibi subditos, vel scholares leuiter percusserint; excommunicationis sententiam non incurrunt, ergo si excesserint, percussio est grauis, & incurrent in excommunicationem verùm non ex qualibet excessu in modo percussionis ratione correctionis est quis excommunicatus, sed tantùm ex notabili excessu attingente culpam mortalem incurritur excommunicatio; post alios Bonacina *vbi supra, sect. 4.*
41 *num. 4.* erit ergo grauis iudicandus ex qualitate personæ percutientis, & percussæ aliisque circumstantiis de quibus supra: vnde P. Graffius *vbi supra cons. 6.* loquitur de quodam præceptore qui clericum scholarem percussit, & incurrisse dicit in excommunicationem: primò quia non verberauit illum animo docendi, sed ex odio, vindicta, vel alia causa non iusta, cum nec eo tempore illum docebat, neque monebat: ergo non fuit intuitu disciplinæ. Secundò ex genere instrumenti quo vsus fuit dictus Præceptor illum castigando, quia non ferula, vel molli cingulo, sed baculo verberauit, & ex parte corporis percussa; quia non percussit manu dando palmatam, vel spatulas, aut aliam partem in qua Præceptores solent percutere; sed caput, & faciem.

Dico tandem duo: Primum quod pueri ex- 42
communicati ob percussionem post pubertatem si petant absolui, per Episcopum absolui possunt; quia rigor est mansuetudine temperandus propter defectum ætatis, in qua fuit commissa, *c. Pueris, §. vlt. de sent. excomm.* Bellettus *disp. cleric. p. 1. de priuileg. clericorum canonis, §. 3. num. 10.* vnde mitius quis punitur ob defectum ætatis, *d. c. fin.* Tiraquell. *de pœnis temperandis, causa 7.* Gomesius *tom. 3. var. cap. 1. à num. 62.* Clarus *in §. fin. q. 60.* Riccius *parte 3. collect. 1845. & in praxi fori Ecclesiastici dec. 600.* Barbosa *in dict. cap. fin. num. 3.*

Secundum quod illi qui recipiuntur, vt No- 43
uitij sed ante tempus, & contra formam constitutionum religionis, licet non sint Nouitij tamen, quia viunt habitu non Seculari in Ordine ad vitam religiosam dicuntur personæ duo dicatæ, & gaudent priuilegio canonis, Portellius *in verb. manus violentæ, num. 6.* DD. *in c. Religioso de sentent. excomm. in 6.* Lezzana *p. 1. cap. 24.* Bartholom. de Vecchis *in praxi Nouitiorum disp. 10. dub. 10.* Bonacina *tom. 1. disp. 2. q. 3. punct. 6. sect. 3.* Peregrinus *ad constitutiones Theatinæ religionis, part. 2. cap. 5. §. 6.* & de hospitibus in nouitiatu receptis mutato habitu sæculari, docet P. Alphonsus de Leone *recollect. 5. num. 25.* Lauretus de Franchis *in controu. inter Episcopos, & Regulares, q. 4. folio 366.* Pasqualigus *decisione 424.* Diana *par. 6. tractatu 8. resolutione 7.* Sperellus *decisione 10.*

DISCEPTATIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Facti species narratur, de qua in præsenti.*
2 *Beneficia per promotionem ad Episcopatum vacant ipso iure.*
3 *Beneficia vacant per promotionem, sed adepta possessione.*
4 *Beneficia per promotionem quibus iuribus dicantur vacare.*
5 *Beneficia non vacant per promotionem ad Episcopatum titularem.*
6 *Beneficia per promotum ad Episcopatum, renunciari debent apud Hispanos, & quibus.*
7 *Beneficiorum retentio data promoto, non operatur nouam prouisionem; sed impedit, nè vacent Beneficia.*
8 *Beneficiorum retentio quid operetur data Episcopo.*
9 *Beneficia promoti ad Episcopatum, prius non erant reseruata.*
10 *Cancellaria Apostolica quid obseruet cum Beneficijs promoti ad Episcopatum.*

11 *Beneficiorum vacatio daretur, nisi retentio promoto concederetur.*
12 *Beneficia promoti dicuntur vacare per obitum.*
13 *Ius patronatus per Promotum possessum nullum recipit præiudicium, data per Papam retentione.*
14 *Vacatio Beneficiorum Promoti quando fiat verbaliter, & quando cum effectu.*
15 *Beneficia Promoti vacant ante adeptam possessionem ad effectum ne possint renunciari.*
16 *Regula 15. Cancellariæ quo sensu Beneficia reseruauerit.*
17 *Beneficia translati de vno ad alium Episcopatum quando vacent.*
18 *Episcopatus an vacet per affectionem aliorum Beneficiorum.*
19 *Episcopus si habet tenuem Episcopatum, an possit habere Beneficia simplicia.*
20 *P. Girunda*, tom. 2. lib. 8. disput. 5. c. 2. *affertur ad materiam nostram.*
21 *Beneficia Promoti si postea in partibus moriatur, an sint Pontifici reseruata.*
22 *Textus* in cap. cum in cunctis, §. cum verò de electione *adducitur, & explicatur.*
23 *Beneficia Promoti vacant, quatuor concurrentibus, & quæ sint.*
24 *Beneficiorū promoti collatio quando est facienda.*
25 *Pensio an extinguatur per promotionem ad Episcopatum.*
26 *Pensio an extinguatur, si Episcopus ad illam Ecclesiam promoueatur, vbi pensionem habebat.*
27 *D. Fagnanus* in cap. de multa, de præb. *affertur ad materiam.*
28 *Beneficium quibus modis potest vacare, & qualiter.*
29 *Beneficium qualiter vacare debeat, vt conferatur.*
30 *Beneficium vacans per promotionem dicitur vacare de iure, & non de facto, & an possit prouideri.*
31 *Possessio de facto in Beneficio vacato de iure, an & quando impediat collationem.*
32 *Possessio penitus incolorata, & incolotata; sed non penitus, quæ sit.*
33 *Possessionis distinctio, de qua supra, an sit admittenda.*
34 *Possessio, de qua in præsenti est colorata, & titulata in Beneficio vacante de iure, non de facto.*
35 *Beneficium, de quo in præsenti posita retentione numquam vacauit.*
36 *Promotus ad Episcopatum non potest renunciare Beneficia.*
37 *Beneficia promoti possent conferri nulla expectata sententia declaratoria, nisi esset retentio.*
38 *Episcopus promotus teneretur in conscientia dimittere Beneficia, nisi adesset retentio.*
39 *Beneficia Abbatis an vacent per Abbatiam assumptam.*
40 *Beneficia nullo modo vacant per retentionem concessam.*
41 *Retentio Beneficiorum à promoto obtinetur per supplicationem.*
42 *Beneficia promoti in partibus infidelium, non vacant, & quare.*
43 *Beneficia promoti non vacant, si non potuit obtineri possessio.*
44 *Episcopus si non impetret dispensationem, vt consecretur post tres menses, Beneficia pro tali tempore non vacarent.*
45 *Dispensatio in vno extenditur ad connexa, & quando & explicatur tex.* in c. licet de elect. in 6. à Reg. de Marinis to. 2. c. 168.
46 *Translatio vnius ad aliam Ecclesiam quando facta censeatur.*
47 *Fermosini authoritas* in d. c. cum in cunctis *adducitur.*
48 *Pensiones etiam vacant per promotionem, nisi detur retentio.*
49 *Beneficium non potens habere in titulum, poterit habere in commendam.*
50 *Commenda cur ita dicta, & quotuplex sit?*

ARGVMENTVM.

Textus in cap. cum in cunctis §. si verò, de electione, & in extrauaganti ad Regimen de præb. *ac Regula Cancellariæ* 15 Concil. Trid. sess. 7. c. 9. & sess. 23. de reform. c. 2. *declarantur. Beneficia, & pensiones promoti ad Episcopatum vacare per promotionem asseritur, ac possent conferri, nisi obstaret retentio, & possessio colorata, imò titulata in ipso promoto, non habita retentione, vacarent verbaliter per Decretum de vacando; sed realiter capta possessione per Episcopum: vnde non vacarent si esset promotus in partibus infidelium. Episcopus an sit capax Beneficij obtinendi, & quando? Reseruata an dicantur Beneficia promoti, vt vacent ex tunc quo promouetur? an vacent per obitum? Beneficia quibus modis dicantur vacare, & si vacent de iure, & non de facto an possint conferri, aliaque vtilia; & necessaria traduntur.*

PRO

Episcopo Nicoterenensi,

AD

Intellectum, & explicationem tex. *in cap. cum in cunctis, §. cum verò, de electione.*

FACTVM.

ILLVSTRISSIMVS Dominus meus D. 1
Franciscus Biancolella, dum olim esset Canonicus Auersanus, propter maxima Beneficia, quæ in Catholici nostri Regis deuotione patrauit, obtinuit, inter alia, Beneficium simplex sanctæ Mariæ Magdalenæ nuncupatum in Regia Camera summariæ Abbatiam ad præ-

sentationem

sentationem Regiam sibi concessam, tandem fuit à Summo Pontifice Papa Clemente IX. in Episcopum creatus Ciuitatis Nicoterensis, & quia per Episcopatum debuissent vacare omnia, quæ habebat, fuit per Sanctissimum concessa retentio, idq; etiam ante consecrationem, vt in Bulla expedita vndecimo Kalendas Septembris, 1667. sicque fuit expedita Bulla sui Episcopatus, & die sequenti Breue retentionis venit Neapolim, & notitiam habuit per Excellentissimum Proregem fuisse factam collationem dict. Beneficij in personam alterius, quasi quod per assumptionem ad Episcopatum vacauerit dict. Beneficium; vnde posita vacatione videtur S. Pontificem concessisse nouam gratiam in præiudicium Regaliæ suæ Catholicæ Majestatis, quòd sanè fieri non potuisse certi iuris est; pro parte verò Episcopi dicendum est omni iure Beneficium prædictum sanctæ Mariæ Magdalenæ numquam vacasse, posita retentione per Pontificem concessa, per quam nulla fit noua prouisio, nulla noua gratia; sed solùm tollitur obstaculum, ne vacet Beneficium prædictum: hoc enim est, quod facit retentio concessa à Papa; vndè videndum est, vtrùm in tali Beneficio Regio, posito, quod Papa dederit retentionem, vt de facto dedit, sit offensa Regalis iurisdictio.

2 Pro Episcopo respondendo dico, nullam esse Regalem iurisdictionem offensam: quia, vt benè Barbosa *de potestate Episcopi, part. 3. alleg. 57. à num. 66.* Beneficia per promotionem ad Episcopatum ipso iure vacant post adeptam possessio-
3 nem dicti Episcopatus, & consecrationem sequutam, *cap. cum in cunctis, §. cum verò, de elect.* Concil. Trid. *sess. 7. cap. 9. & sess. 23. de reformat. cap. 2.* Garsia *part. 1. cap. 6.* Seraph. *d. 110. per totam,* vbi ait, quod de iure communi ad inducendam vacationem Beneficiorum per assumptionem ad Episcopatum, duo requiruntur, primum est adeptio possessionis Episcopatus; Secundum consecratio eiusdem, vndè possent dict. Beneficia tanquam vacantia conferri, non expectata consecratione, post alios dicit Barbosa, *num. 68. vbi suprà,* sed concessa prorogatione, seu retentione obtenta, nullo modo dicuntur Beneficia vacare.

4 Et sicut vacant per promotionem ad Episcopatum quæcumque Beneficia non aliundè, nisi vigore: iurium supracitatorum, non autem vigore Bullæ Iulij III. incipientis *Sanctissimus in Christo Pater* quam sibi figurauit Nouarius *in summa Bullar. part. 1. fol. 82.* quia dicta Bulla non est inter 24. Bullas dicti Iulij III. *in tom. 1. Bullar.* prout neque est in alia Bulla 26. dicti Iulij III. de qua *in appendice in Bullario, tom. 3.* iure ergo, de quo *suprà* disponente, vt Beneficia vacent per
5 promotionem ad Episcopatum per D D. multipliciter conclusio prædicta limitatur, præsertim in Episcopatibus titularibus, ideſt in partibus infidelium. Secundò quando conceditur Episcopo retentio; in Hispania verò per antiquissimam consuetudinem: vsu introductum est, quod pro-
6 motus ad Episcopatum de iure patronatus R. Coronæ renunciare debeat Beneficia, quæ ante promotionem obtinebat in fauorem personæ à Catholico Rege assignatæ cui, & non alteri Pontifex confert, ita Barbosa *vbi suprà,* qui tandem concludit, quòd si quis promotus sit cum retentione Beneficiorum, si deinde moriatur in partibus dict. Beneficia censerentur reseruata, vt de illis solus Papa possit disponere, in quo dubio scripsimus alias contrarium, & obtinuimus.

Secundò loco facit pro conclusione, de qua 7
suprà, id quod docet Lotterius *de re Benef. lib. 3. quæst. 26. num. 50.* vbi ait, quod Beneficium vacat per promotionem ad Episcopatum, subdit postea, *num. 58.* quod propterea consueuit, vt concedatur retentio, per quam non confertur de nouo Beneficium, vt quidam existimabant antiquitus; sed impeditur vacatio, vt benè Couarr. *pract. quæst. cap. 36. num. 12.* vnde subdit Lotterius, quòd si promotus in Episcopatum incumberet adhuc possessioni propter hanc possibilitatem impetratæ retentionis, teneretur eum citare, & cum eo gratiam iustificare, qui Beneficium obtinuisset, *cap. licet Episcopus, de præb. in 6.* quod intelligit Lotterius, nisi esset Beneficium consistoriale, cum igitur in præsenti obtinuit retentionem Episcopus, de quo agimus, omni iure debemus dicere Beneficium non vacasse: igitur non benè prouisum.

Probatur tertiò per ea; quæ notat Nouarius, 8
part. 1. in summa Bullarij, fol. 82. vbi postquam dixerit Beneficia per promotionem ad Prælaturam, vtpotè vacantia, tuta conscientia retineri non posse: subdit deinde, quod expeditis litteris dispensationis licita erit talis retentio, vt per Nouar. Fratrem, *in conclusionibus iuris Pontificij, in tit. de Benef. concluſ. 1.* per Paris. *de resignatione Beneficiorum, lib. 3. quæst. 31. num. 76.* per Gonzales *in regul. 8. Cancell. gloss. 15. num. 53. & gloss. 51. num. 15.* Borrellus, *in summa decis. in tit. 21. num. 84.* Garsia *de Benef. part. 1. cap. 6.* Barbosa *dict. p. 3. in alleg. 57. num. 71.* Squillante *de priuilegijs Episcoporum, part. ....* & subdit Nouarius, quòd licet vacent Beneficia per promotionem ad Episcopatum non tamen vacant ipsa Officia; vnde promotus ad Episcopatum retinebit Officium Protonotariatus, vt ait Achilles de Grassis, *decis. 1. de elect.*

Probatur quartò, quia priùs per promotio- 9
nem ad Cathedralem Ecclesiam de iure Beneficia, quæ quis obtinebat, non erant reseruata; sed poterant ordinari, Collatores illa conferre, *cap. cum in cunctis, §. cum vero de electione*, gloss. *in Clem. 1. in verbo collatio, vt lite pendente*, Simonetta *de reseruatione Beneficiorum, quæst. 52.* Quintilianus Mandosius, *in regulas Cancellariæ, quæst. 15.* vsu tamen postea deberent vacare in Curia, & præter consuetudinem superuenit extrauagans, *quæ incipit Regimen, de præb* confirmata per Regulam 1. Cancellariæ, *vbi* sunt reseruata Sedi Apostolicæ, & putant aliqui vacare post conseruationem; sed nullo modo præsumuntur vacare, nisi adepta possessione, vel nisi promotus fuerit in mora, & per eum steterit, quominus illam caperet.

Propterea Cancellaria obseruat, quod vnà cum 10
Bullis Episcopatus expeditionem faciat pro retentione Beneficiorum, cuius si expressa mentio facta non fuerit, non potest amplius fieri, & ideo formatur argumentum priora Beneficia per promotionem non vacare; sed tantùm per apprehensionem possessionis, & duo inferunt. Primum quod si promotus ad Episcopatum non adeptus est possessionem, debet restitui suis prioribus Beneficiis: quia per ipsum non stetit, quominus adipisceretur possessionem suæ Ecclesiæ, non esset durum, & plane inauditum debere aliquem pati pœnam, cum crimen non commiserit; Secundum dicunt D D. cum Mandosio *ad Regul. 1. Cancell. quæst. 41. num. 50.* Regulam illam de Beneficiis vacantibus per promotionem non pertinere, adeoque qui ad Episcopatus apud infideles exi-

cuntes promouentur, cum eorum poſſeſſionem ex quavis diligentia aſſequi minus poſſint, vt etiam tradit Gigas *de penſionibus, quæſt.* 56. ideò ſolebat dicere Ioſeph Ferrerius Referendar. vtriuſque ſignaturæ vir inſignis, & abbreuiator de parco maiori, quod per promotionem tantum non dicuntur vacare, ſed de ſtylo decernuntur vacare, quem ſequitur Germonius, *de indultu Cardinalium, §. ſi verò, num.* 25.

11 Quapropter quando per textum *in cap. cum in cunctis, §. cum verò de elect.* dicitur vacare beneficia promoti in Epiſcopatum, intelligitur, niſi Papa det retentionem, conceſſa verò retentione, tam de iure, quàm de facto ceſſat vacatio, & ſic vigore gratiæ retentionis titulus beneficij non innouatur, ſed prorogatur, *l. ſed etſi manente, ff. de procurat. l.* 2. *§. etſi Iudex, ff. de iudiciis*, retentio nihil aliud eſt, quàm reſeruatio quædam iuris antiqui, *cap. dudum, il* 2. *in fin.* vbi Abbas *num.* 16. *de elect.* Pureus *dec.* 430. *lib.* 2. cuius indicium eſt, quia in retentione, nec promoto noua fit collatio, nec ei traditur noua poſſeſſio: vnde aduenientе morte Epiſcopi, beneficia dicuntur vacare per obitum, vt latè Marcheſan. *in commiſſ. ſuper Eugeniana, num.* 12. *fol. mihi* 465. & ideò inſignis Couarr. *pract. c.* 36. *num.* 12. Lotter. *lib.* 3. *q.* 26. *de beneficiis, num.* 58. *cum ſeqq.* qui dicunt, quod per retentionem Epiſcopatus conceſſam de beneficiis non confertur de nouo beneficium, ſed impeditur vacatio, provt in ſimili nullum damnum facit Patronis retentio, quam dat Summus Pontifex *de beneficiis iuriſpatr.* Electo in Epiſcopum, quia Papa impedit nè vacent, non autem aufert nouam prouiſionem, quia ſi eſſet noua prouiſio deberet derogare Papa iuri præſentandi pro ea vice, at non facit; quia non eſt 13 noua prouiſio, ſed impedimentum ne vacent, vt bene inſignis Couar. *vbi ſupr.* & ſequitur *in punct. de iurepatr. laïcali*, Lambertinus *p.* 3. *lib.* 2. *quæſt. principali, art.* 19. quia Papa diſpenſat, vt retineat, nihil de nouo conferendo, ſed quod habebat in titulum, vt haberet in commendam, & durante commenda durat adhuc beneficium, Lambertinus *vbi ſuprà*, qui ſe remittit *ad quæſtionem* 6. *principalem* 14. Ergo vacant talia beneficia deinde per obitum, non verò per promotionem, quicquid dicat Cochier. *in reg. Cancell.* 24. *numero* 26.

14 Probatur quintò, ex inſigni Doctore Ferdinando à Caſtro Palao *tractatu* 13. *diſput.* 6. *puncto* 2. §. 50. *à num.* 1. qui ait, quod decretum vacationis, locum habet capta poſſeſſione, & ſic à die promotionis, vacant vigore decreti, quod eſt vacare verbaliter, & informe, ſed à die captæ poſſeſſionis propriè, & cum effectu vacant, & à prima vacatione decretali, & verbali firmiter, non poſſunt prouideri, ſed ſolum ſub conditione, quando prouiſio effectum ſit habitura, aut niſi per ſe ſteterit, quominus ſit habitura effectum prouiſio ipſa, ita Garſia *p.* 11. *de beneficiis, cap.* 6. *à num.* 6. Aretius, & alij apud Barboſam *alleg.* 57. *num.* 28. & apud Caſtrum Palaum *vbi ſupra, punct.* 2. §. 10. *num.* 1. dicuntur verò talia beneficia 15 vacare ante poſſeſſionem adeptam ad effectum, vt non poſſint alteri renunciari: quia à puncto prouiſionis non poſſunt renunciari, extrauaganti *ad regimen de præb.* Caſſadorus *dec.* 2. & 3. *de conſtit.* Garſia *vbi ſuprà, num.* 10. & in hoc ſenſu dici ſolet, *ex regula* 15. *Cancell.* Omnia beneficia promouendorum eſſe reſeruata Sedi Apoſtolicæ, nec reſignari, nec permutari poſſe à principio electionis, quod in Hiſpaniis non ſeruatur, quia electi ad Epiſcopatum ſua beneficia reſignant, ad fauorem illorum, quos Rex optat, cum derogatione tamen ſupradictæ regulæ, Garſia *d. part.* 11. *c.* 6. *num.* 37.

Quod ſi de vna Eccleſia ad aliam quis tranſlatus ſit, ſpectato iure communi, vacat Prior, eo ipſo, quod tranſlationi à Pontifice fuerit datus aſſenſus, licet ſecundam poſſeſſionem non acceperit, *cap. in apibus*, §. *tranſlat.* 7. *quæſt.* 1. *cap. quanto de tranſlatione Epiſcoporum*, quod procedit litteris expeditis, & Capitulo oſtenſis, vt *in extrauaganti inuncta, de electione inter communes*: Nam ante illarum expeditionē, & litterarum Capitulo oſtenſionem prima Eccleſia non vacat, & ſecundam adminiſtrationem non habet, Gonzalez *in gloſſa* 5. *num.* 49. §. 1. *num.* 48. Barboſa *allegat.* 57. *num.* 21. & talis tranſlatio debet eſſe fructifera: quia ſi Epiſcopatus ſit ex ſolo titulo, nullius beneficij vacationem inducit, Nauarrus *conſ.* 14. *de electione*: Barboſa, Pariſius, Gonzalez, & alij, de quibus Caſtrus Palaus *d. punct.* 2. §. 50. 17

An verò Epiſcopatus vacet per obtentionem aliorum beneficiorum, etiam ſimplicium, quæſtio eſt dicit Abbas *in c. cum infrà, de conceſſione præbendæ*, & Nauarrus *in conſilio* 14. *de electione in* 2. *editione*, Garſia *part.* 11. *cap.* 4. *num.* 41. negatiné, quia nullibi reperitur hoc diſpoſitum, at putat Caſtrus Palaus, quod per obtentionem cuiuſlibet beneficij vacaret Epiſcopatus: quia quodlibet beneficium eſt incompatibile cum Epiſcopatu, *ex d. c. Cum in cunctis*, & ex Trident. *ſeſſ.* 7. *c.* 4. etſi per promotionem ad Epiſcopatum vacant beneficia: ergo non eſt capax beneficij, & quod collatio beneficij facta Epiſcopo ſit nulla patet, *ex c. eum qui, de præb. in* 6. 18

Iterum inſurgit quæſtio, an ſi Epiſcopus habeat tenuem Epiſcopatum, poſſit habere beneficia ſimplicia, affirmat Leſſius *lib.* 2. *cap.* 34. *numero* 139. quia nullibi reperitur cautum Epiſcopum non poſſe habere beneficium, poſita tenuitate Epiſcopatus. Secunda opinio eſt probabilior, quod non poſſit obtinere beneficium, ſeclusa Pontificia diſpenſatione: quia incompatibilitas non tam reſpicit primum ingreſſum, quàm etiam perſeuerantiam in eodem beneficio: ergo, &c. ita poſt Garſiam, dicit Caſtrus Palaus *vbi ſuprà*. 19

Probatur ſextò ex doctiſſimo Patre Girunda, *tom.* 2. *de Epiſcopo, lib.* 8. *diſp.* 5. *c.* 20. *num.* 7. vbi fundat vacationem fieri per promotionem ad Epiſcopatum, ex Oldrado *conſ.* 14. & Calderino *in conſ.* 1. *de tranſlatione Prælatorum*, Gigan. *de penſionibus, quæſt.* 56. Caſtro Palao *d. tract.* 13. *de beneficiis Eccleſiaſticis, diſp.* 2. *punct.* 17. *folio* 312. *verſ. quin, & reſeruat*, explicando Regulas Cancellariæ beneficia reſeruantia, ait beneficia omnia, quæ ab Epiſcopo poſſidebantur per promotionem ad talem dignitatem, omnino vacare, ſubdit tamen, niſi per priuilegium Sedis Apoſtolicæ concedatur retentio beneficiorum, ſimul cum Epiſcopatu, quia tunc poterit etiam talia beneficia reſignare: quia iam reſeruatio ſuſpenditur, & de beneficiis, tanquam de re propria diſponit, etſi moriatur Epiſcopus etiam in partibus poſt talem conceſſam facultatem, eſt quæſtio an ſint reſeruata illa beneficia ſic retenta per priuilegium Sedis, putat Simonetta *de reſeruatione beneficiorum, quæſt.* 27. *num.* 26. quòd remaneant reſeruata: quia talis reſeruatio videtur intelligi de beneficiis quocumq; tempore vacatis, ſed Doctus Caſtrus Palaus probabilius ait non 20 21

comprehendi

comprehendi sub dicta reseruatione, quia tunc illa beneficia non vacant per promotionem ad Episcopatum, cum potius Episcopatus vacet, sed vacant per obitum Episcopi: ergo in reseruatione per promotionem ad Episcopatum comprehendi non possunt, vt bene Castrus Palaus *disputatione 2. puncto 17. folio 312. columna secunda.*

22 Vacant ergo beneficia per assumptionem ad Episcopatum *d. cap. cum in cunctis*, §. *cum verò de electione*, Trident. *sess.7. cap.9. & sess.23. c.2. de reformat.* quod extendunt DD. ad pensiones, de quibus Barbos. *allegat.57. num.73.* & quando Papa confirmat electionē de stylo Curiæ declarat Papa, quod *in dict. puncto* vacant beneficia: quia tamen contingere potest, vt à possessione accipienda impediatur, ideò bene Girunda dicit quatuor requiri ad inducendam vacationem prædictam de iure beneficiorum obtentorum, scilicet prouisionem, confirmationem, consecrationem, & possessionis assecutionem, vt *in d. c. cum*

23 *in cunctis.* Romanus *cons.335.* & Papa solet dicta beneficia facere, ne vacent, tanquam ex retentione concessa, etiam non expectata consecratione, Mandosius *de beneficiis vacantibus per promotionem, quæst.4.* Ferretus *cons.53.* Cassadorus *decis.2. de constit.* vnde absolutè dici solet, quod talia beneficia non vacant, nisi capta possessione per illum, qui assumptus est ad Prælaturam, vt decisum *in vna Panormitana beneficiorum, coram Accorambono 9. Ianuarij 1548.* apud Mandosium *vbi supra*, & apud Verallum *dec.40. p.1. & in vna Senensi, 13. Iunij 1573.* coram Decano, & plura refert Parisius *de resignat. beneficior. lib.5. q.1. num.78.*

24 Vnde post Vgolinum dicit Girumna *vbi suprà, num.9.* quod collatio beneficiorum prædictorum, non potest habere effectum ante promoti consecrationem, atque Episcopatus possessionem, & quousque non adipiscatur eam, non debeat amittere propria beneficia, *c. si quis iam translatus 21. q.2. cap. si quis Episcopi 92. dist.* vbi glos. *in verb. vbi prius*, quæ ait, quòd etiam si beneficia prius à Promoto possessa, essent alteri collata, debent Promoto restitui, si adeptus non fuerit veram possessionem ille, qui promotus fuit ad Ecclesiam, eiusdem scilicet Ecclesiæ, ad quam pro-

25 motus fuit, & eodem modo extinguitur pensio per promotionem ad Episcopatum, nisi habeatur à Pontifice, prout solet communiter haberi licentia eas retinendi, idque stylo Curiæ seruatur, Gigans *de pensionibus, q.56.* & fuit decisum apud Caputaquensem *dec.305. p.2. & dec.304. & 400. & 401. d. part.2.* Estque communis sententia apud Azorium, Vgolinum, & alios, quos sequitur Girunda *vbi suprà, n.10.*

26 Quod si Episcopus habebat pensionem super aliqua Ecclesia, & illam adeptus sit in titulum, si deinde ad aliam transferatur de Pontificis facultate illam pensionem retinet, vt ait Gigans *de pensionibus, quæst.49.* quando à Papa coactus est ad aliam, vt transferatur, secùs si voluntariè se abdicauerit: quia tunc illam pensionem non habet amplius, quod probatur ex variis adductis à Gigante *vbi suprà*, relatis à Girunda *vbi suprà, numero 11.*

27 Vnde D. Illustrissimus Fagnanus *in cap. de multa, de præb. num.12. vers. ex hoc infert notabiliter*, vt beneficia promoti ad Episcopatum in partibus infidelium, minimè vacent, cum per eum non stet quo minus possessionem Episcopatus assequatur, quod fundat post Mandosium, Nouarium, & alios dicit Garsia *part.11. cap.6. num.14.* per promotionem ad Episcopatum, & adeptam possessionem vacare beneficia priùs obtenta, sed post sex menses præfixos ad munus consecrationis suscipiendæ *d.c. cum in cunctis*, §. *si verò de electione*, glos. *in c. de multa in vers. post receptionem*, & Innocentium *num.1. de præb.* quia electus, & confirmatus in Episcopum, non est Episcopus, nisi sit consecratus, quod non est ita in Archidiacono, vel alio in dignitate constituto, vt bene Fagnanus *in dicto capite cum de multa, de præbend. numero 14.*

Sed dicas pro parte contraria tale beneficium 28 vacauit per promotionem, ergo potuit à collatore conferri.

Pro solutione difficultatis suppono, quod beneficium potest multipliciter vacare, primo de iure, & de facto, vt quando moritur beneficiatus, & hoc casu debet conferri personæ idoneæ, *c.20. de institut. cap. suprà, c. Graue de præb.* secundo modo potest vacare de facto, & non de iure, vt cum quis fuit beneficio spoliatus, *c. ad Audientiam, & c. Abbas de his quæ vi, &c.* Tertio vacat de iure, sed non de facto, vt in casu, *c. litteras de conces. præb.* vbi per assecutionem secundi beneficij in eadem Ecclesia vacat primum de iure; sed non de facto, quia possessor facto ipso, illud non dimisit, & scilicet præbenda, vel beneficium vacet ipso iure per assecutionem secundi incompatibilis, *c. de multa, de præbend.* Nihilominus in extrauaganti *execrabilis* Ioannis XXII. habetur, quòd possessor facto ipso absque moræ dispendio, tenetur primum dimittere in manibus Ordinarij, alioquin vtroque priuatur, & fieret inhabilis ad beneficia, & Ordines: vnde colligunt DD. quandóque facilius amitti dominium, quàm possessionem, regulariter autem difficilius perditur dominium, quàm possessio, *ex l. si quis, in §. differentia, ff. de acquir. possess.* quia vt bene Ancharanus *in notab.7. d.c. litteras de conces. præb.* Dominium consistit in iure, possessio in facto: & sic facto non perditur iuris dispositio, *l. denique, l. non vtilem, ff. ex quibus causis Maiores*, Fagnanus *in dict. c. Litteras, num.16. de conces. præb.* Hoc posito,

Respondeo primo quod sicuti quando benefi- 29 cium non vacat, neque de iure, neque de facto, non potest conferri, quia esset collatio beneficij viuentis, & sic si scienter patiatur quis se instituti in beneficium viuentis, expelli debet, *c.1. de conces. præb.* & deponendus est, *c. in primis 2. quæst 1.* glos. *in d.c. 1. in verb. pollendi*, si verò ignoranter, excusabitur conferens, sed tenebitur ei, cui nulliter contulit ad simile beneficium conferendum, *c. præsentiam 7. quæst.1.* Fagnanus *in d. cap. litteras, num.29. & 30.* ita quando vacat de facto, & non de iure, vt in casu spolij, conferri non potest, sed restitui primo possessori, *c. reintegrandæ 3. q.1.*

In casu verò, quo vacat de iure, & non de fa- 30 cto, vt in casu, quo vacat per promotionem (non data retentione, &c.) & dicitur vacare de iure, eo quod ius ipsius vacationem inducit, sed non vacat de facto, quia possessor ipso facto non cessit beneficium, vt *in d. cap. litteras*, ibi (non de facto, de iure tamen vacare noscatur) & hoc casu post antiquos distinguit, Fagnanus *in d. c. litteras de conces. præb. num.32.* quod si factum nullum habet colorem iuris, & tunc non obstante detentatione facti conferri potest, *c. Proposui de conces. præb. d.c. de multa, de præb.* aut factum non habet aliquem colorem iuris tenendi, & tunc conferri

non poteſt, *d.cap.litteras, c.Cum noſtra,de conceſſ. præb.* vnde purum factum,quod in ſola detentatione conſiſtit, collationem non impedit, nec impetrationem,factum verò quod aliquod iuris habet, vtrumque impedit.

31 Dicitur autem factum purum,& nihil iuris habere, quando nullum colorem iuris habet, illud verò dicitur habere iuris colorem, quando habet authoritatem Iudicis, vel alium colorem iuris: putà, quia poſſeſſor cauſam habet ab illo, qui etſi iniuſtè eligat ad præbendam, tamen habet poteſtatem eligendi, vel conferendi, ex notatis per Ioannem Andream *in c. poſt electionem in 2. reſp. in verb. perſonæ idoneæ, num.4. & in c. Propoſuit* §. *ſi ſuper,de conceſſ. præbendæ*, & per Fagnanum *in dict.c. Litteras, num.32.* Ratio verò diuerſitatis ea eſt, cur ſcilicet in poſſeſſione colorata aliud ſit tenendum,quàm in nuda detentatione facti tantum,quia ſi poſſeſſio habeat cauſam à iudice, vel ab aliquo colore iuris, factum iudicis, tuetur Prætor, *l.1.§.1.& 2.ff.quod cum falſo tutore*, pro quo ſemper eſt præſumendum, & iuſtè poſſidet, qui iuris authoritate poſſidet,*l.iuſte, ff.de acquir.poſſ.* Ideóque talis poſſeſſor, vel ex indulgentia Sedis Apoſtolicæ,quam oſtendit Electoribus, vel conferentibus, & ſi reperiatur iuſta, non poteſt cogi ad renunciandum, & eſt inualida collatio, ſed ſi reperiatur iniuſta cogi poterit ad reſignandum, & facta reſignatione poterit fieri collatio, vt *in d.c.cum in cunctis*, §.*finali*, *& c. Propoſuit* §.*finali*, *de conceſſ. præbend.* notat Fagnanus *in dicto capite litteras,de conceſſione præbendæ.*

32 Alij tamen cum Imola *in d. c. litteras num.15.* relati à Fagnano *num.35.* cum præbenda vacat de iure, & non de facto dicunt, quod interdum poſſeſſio eſt penitus incolorata, interdum eſt incolorata, ſed non penitus, interdum eſt colorata. In primo caſu, quando poſſeſſio eſt penitus incolorata, non impeditur impetratio, nec etiam collatio,non ſolum Ordinarij, ſed etiam delegati, ad notata per textum *in c. de multa*, §. *is quoque*, *& cap.extirpandæ*, § *alioquin,de præbendis*, *c. Cum in cunctis*,vbi gloſ. penultima *de electione*, eſt autem poſſeſſio penitus incolorata, quando poſſidens nullum habet titulum, nec etiam habuit, vel ſi habuit, fuit illo priuatus per ſententiam iuris, vel hominis, vt *in dict.* §. *in quoque*, & notat gloſ. *vbi ſuprà.* Idemque videtur, ſi habet titulum ab illo, ad quem non ſpectat originaliter, nec accidentaliter, per ea, quæ habentur *in c.illa ne Sede vacante* : Non tamen poterit poſſeſſor ſua poſſeſſione priuari, niſi priùs eo citato, & de iure illius cognito, *c.licet Epiſcopus,de præb. in 6.* In ſecundo caſu, quando poſſeſſio eſt incolorata, ſed non penitus; putà ſi quis habeat titulum ab eo ad quem originaliter ſpectat, licet poteſtas ſit accidentaliter tranſlata in alium, tunc talis poſſeſſio non impedit impetrationẽ,nec collationem Ordinarij, exequutor tamen conferre non poteſt antequam coëgerit poſſeſſorem ad dimittendum, & hic eſt caſus ſecundùm Ancharranum *in d.c. Litteras,de conceſſ.præb.*& notabiliter notat Ioan. de Imola ibi, *num.16. colum.12.* Vnde quia Archiepiſcopus,de quo ibi originaliter poterat conferre primam vacantem per aſſecutionem ſecundæ, ſed accidentaliter poteſtas ad Papam fuit deuoluta, vt in dicta littera patet, & per hoc per confirmationem, quam conceſſit Archiepiſcopus, conceſſio non remanſit penitus abſque colore.

33 Sed quia talis Imolæ diſtinctio de poſſeſſione penitus non colorata, & non penitus colorata ſubtilis potius, quàm vera, Fagnano *vbi ſuprà, num.36.* viſa fuit, ideò ait, quod impetratio beneficij vacantis de iure; ſed non de facto, qui ab alio poſſidetur ſit valida, ſi poſſeſſor nullum habeat colorem tenendi,& nihilominus exequutor Apoſtolicus conferre non poteſt, priuſquam cogat detentorem ad cedendum de facto, vt *in d. c. litteras,de conceſſ.præb.*

Cum ergo in caſu noſtro non ſolùm concurrat poſſeſſio colorata: immò etiam clara, & vera, immò, & titulus vigore facultatis Pontificiæ, per quam conceditur retentio, & de facto conceſſa fuit, poſita poſſeſſione, & titulo nulliter collatio facta fuit eiuſdem beneficij; & dato, quod non adfuiſſet retentio, tamen concurrebat poſſeſſio, quæ non vacabat, niſi poſt adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus,quæ cum non fuiſſet ſequuta, repertur beneficium collatum contra omnia iura mundi, & conſulere debet ſuæ conſcientiæ talis beneficiatus, ex *ſuprà* dictis, quia poſſidet beneficium viuentis. 34

In tertio verò caſu, quando poſſeſſio eſt colorata, collatio Ordinarij valet, ſed impetratio beneficij non facta mentione talis poſſeſſionis eſt inualida, vt eſt text. ſecundùm communem intellectum *in dict. cap. cum noſtra de conceſſione præbend.* Fagnanus, qui remittit ſe ad aliam diſtinctionem.

Reſpondeo ſecundò beneficium vacauit: ergo potuit conferri: vacauit, poſita retentione nego, non exiſtente retentione, concedo; quia poſita retentione perinde eſt, ac ſi cum effectu nunquam vacaſſet, ſed in præſenti habemus retentionem, & gratiam conceſſam: ergo nulla datur vacatio. 35

Ex quibus infertur primò, promotum ad Epiſcopatum non poſſe renunciare beneficia, quæ priùs habebat ad fauorem alicuius, ita Hojeda *de incompatibilitate beneficiorum, p.1. c.4. n.11.* Rebuffus *in concordatis, in tit.de mandatis Apoſt.* §.*vltimo*, & ratio eſt, tum quia qui nullum ius habet ſuper aliquod,de illo deponere nequit, ſed promotus ad Epiſcopatum nullum ius habet, ad beneficia prius poſſeſſa, re ipſa nunc vacantia: ergo, &c. Tum quia cum ipſo iure vacent,ideò non poſſunt alienari per Baldum in Auth. *Inceſtas, Cod. de Inceſtis nuptiis.* Collectaneus *in c. de quibuſdam,colum.1. de pœnitent.* Pariſius *conſ.20. num.57. & conſ.65. num.67. volum.3.* Idem Pariſius *de reſignatione beneficiorum, lib.1. quæſt.1. & quæſt.80.* Caldacinus *in tit. de tranſlatione Prælatorum,conſ.1.* quæ rationes cum præbent de iam completè promoto, contrarium videtur dicendum de perfectè non promoto,vel non omnino admiſſo in Conſiſtorio. 36

Sequitur ſecundò dicta beneficia conferri poſſe, nulla expectata ſententia declaratoria, neque citato poſſeſſore, ita Bald. *in d.c.cum in cunctis in princ. de electione*, & *in c.1. de fraudis, ſine culpæ admiſſione*, Abbas *in cap. acceptis,de reſtitutione ſpoliatorum*, Cardinalis *in Clement.1. notabitali 15.de pœnit.* Mandoſius *ad Lappum,allegatione 16.* 37

Infertur tertiò teneri Epiſcopum in conſcientia beneficia prius poſſeſſa, conſequuto Epiſcopatu dimittere, quæ ſi de facto retineret ad reſtitutionem obligaretur fructuum, ex communi ſententia apud Tiraquellum *in l. ſi nunquam, in verbo,reuertatur, num.291. & 292.* & apud Pariſium *lib.3. de reſignatione,quæſt.1. num.81.* & 82. ſed hoc non ſequitur ex ratione, qua iſti mouentur 38

uentur: quia nimirum ad pœnam, ad quam quis damnatus fuerit, obligatur in conscientiæ foro, etenim pœna, vt pœna, & propriè sumpta supponit culpam, *l. sancimus, Cod. de pœnis*: neque imponi potest absque culpa, *l. absentem, ff. de pœnis*, est enim pœna supplicium, quo quis ob delictum afficitur, estque punitio delicti, ex cõmuni Theologorum sententia, sed ratio, qua moueri debemus est: quia sicuti contingit, cum quis re sua ipso iure priuatur, de re ipsa deponere non potest, ita in casu nostro, cum quis per promotionem ipso iure beneficiis ante habitis priuatur, atque amittere promotum in Episcopatum per promotionem, vel translationem, & possessionem ciuilem, & naturalem: ergo non poterit renunciare, vt ex omnibus, & ex Rota decisum refert Parisius *vbi suprà, num.* 82. qui ait neque promouendum posse renunciare beneficiis, quæ antea habebat, per regulam 21. Cancellariæ Sixti V. quem D. Parisius *num.* 83. transcribit, ergo ex hac iuris carentia, qua laborat, qui promotus est, ad Episcopatum, oritur obligatio restitutionis, si perceperit, vel retinuerit fructus, qui ipsius non sunt.

39 Doctrina verò supradicta ampliatur in Abbatibus, quorum beneficia vacant ante benedictionem, post tamen pacificam possessionem, ita Abbas *in cap. quanto de officio Ordinarij*, Oldradus, & alij apud Parisium, *vbi suprà, num* 96. vbi disputat, quid de duobus beneficiis curatis, num illa sint incompatibilia, & alterum vacet per consecutionem alterius, vt in canonicatu, & dignitate Ecclesiastica & an sint incompatibilia, latè Girunda *dict. lib.* 8. *disp.* 5. *num.* 18. *fol.* 394. *tomo* 2.

40 Limitatur verò primò, quando Papa concedit promoto retentionem beneficiorum ad petitionem Promoti, ita Gigans *de pensionibus, quæst.* 56. *num.* 4. Rebuffus *de dispensationibus, de non residentia, num.* 77. Caputaquensis *dec.* 303. *p.* 2. Mandosius *in regula de beneficio vacante per promotionem, quæst.* 4. *num.* 4. etenim in hoc casu ex dispensatione Pontificis, potest retinere Prælatus, vel renunciare beneficia, cum possit Papa facere, vt quis habeat plura beneficia, glos. *in cap. quia in tantum de præbend.* & *in c. dudum, il* 2. *de electione*, Speculator *in tit. de dispensationibus*, §. *dicendum*, Lambertinus *de iure patron. part.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 7. *principali, art.* 50. & Doctores communiter *in dict. c. de multa de præbend.* Nauarrus *in manuali, cap.* 25. *num.* 12. Hojeda *de incompatibilitate, part.* 2. *cap.* 22. *& vltimo*, & sic dari solet simplex beneficium in commendam, vacans per resignationem, quæ sæpè admittitur, attenta præsertim fructuum tenuitate beneficij, seu fructuum tenuitate Episcopatus & ob nonnulla alia remedia, &c.

41 Talis retentio petitur per supplicationem ad partem, hoc modo.

Beatissime Pater,

Supplicat B. V. deuota vestra Creatura N. Episcopus N. qualiter per suam promotionem ad Episcopatum N. vacauerint tria beneficia, quæ habebat ante talem promotionem, scilicet beneficium sanctæ Mariæ Magdalenæ intus Ecclesiam Cathedralem Auersanam de iure patronatus laïcali, & beneficium sancti Laurentij intus Ecclesiam Parœcialem Frignani maioris dictæ Auersanæ Diœcesis, & beneficium Sancti Nicolai intus Parœcialem Sancti Alpidij eiusd. Diœcesis, ad præsens supplicat S. V. vt dignetur, sua beneficia prædicta eidem N. Episcopo, per eum quoad vixerit etiam cum Ecclesiam N. in titulum, vel in commendam, etiam ex concessione, & dispensatione Apostolica retinere, quorum fructus non excedunt S. de Camera 24. de qua re post alios ponit Girunda *vbi suprà, num.* 16.

Limitatur secundò in Promotis ad Episcopatum in partibus infidelium, cuius ratio est, quia maximè contra æquitatem esset, cum taliter promoti possessionem consequi non possint suorum Episcopatuum, neque obligentur ad aliquam diligentiam, ad eas assequendas, cum frustra adhiberetur, argument. *l. finalis, ff. quis ordo in possessionem seruetur, l. stipulatio*, §. *Diuus, ff. vt legato nomine caueatur*: nam cogerentur abdicare à se beneficia, quæ vacarent, non intercedente possessione Episcopatus cum effectu, ad quem ille electus est, neque promotus dici potest in mora ad illam possessionem adipiscendam, vt bene Abbas *in cap. cum in cunctis citato*: ergo cum nullam possessionem Episcopatus tales promoti habere possint, nulla poterit considerari incompatibilitas cum beneficiis, quæ prius habebant, & ideo tales Episcopi vulgariter appellari solent, nullatenentes, & differunt ab aliis Episcopis, quoad hoc Baldus *in Auth. licentiam, Cod. de Episcopis, & Clericis*, Ripa *in responso* 3. & 5. *de legibus, lib.* 1. & licet Zabarella *in Clementina in plerisque de electione*, & Rebuffus *super concordatis in tit. de mandatis Apostolicis, in* §. *statuimus*, docuerit vacare beneficia etiam per promotionem in partibus Infidelium, tamen contrarium dicit Mandosius *in regula* 27. *Cancellariæ, quæst.* 4. Hojeda *de incompatibilitate beneficiorum, p.* 1. *c.* 4. Anastasius Germonius *de indultu*, §. *si verò, num.* 26. Parisius *lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 89. Vgolinus *de pot. Episcopi, c.* 1. §. 20. *num.* 3. & dixit Rota *in vna Panormitana beneficior. coram Accarambono* 9. *Iunij* 1548.

Limitatur tertiò, si Episcopus non reciperetur à Populo, vt bene Vgolinus *vbi suprà*, ratio est eadem, cum ad vacationem beneficiorum, prius obtentorum, possessio requiratur, quæ tamen dari dicitur, cum possessor, neque de iure, neque de facto per litem aliquam turbatur, ita glos. *in cap. Commissa*, §. *animus de electione*, Abbas *in cap.* 1. *de confirmatione vtili, vel inutili*:

Limitatur quartò, quando promotus non posset percipere fructus Episcopatus sui, etiamsi illius possessionem pacificè adeptus esset: quia tunc posset fructus beneficiorum prius obtentorum percipere, sic glos. *in c. si tibi concesso in verbo, vacare de præbend. in* 6. Cardin. Tusch. *littera B, concl.* 2. *num.* 24. *& 26.* Ancharanus *consil.* 328. apud quos alij. Ratio est, quia decet, ne priuetur, & patiatur dispendium beneficiorum antea adeptorum, qui nullo potitur emolumento proprij Episcopatus, vt bene Girunda *vbi suprà, num.* 20.

42

43

Quod si Episcopus à Papa dispensationem impetret: vt vltra sex menses à iure præscriptos consecratio differatur, vtrum talis dispensatio, ad beneficiorum retentionem extendatur, quæ à die consecrationis proprie vacare deberent, vt dixi *in dict.* §. *cum verò, d. cap. cum in cunctis*, vt notat Girunda *vbi suprà, num.* 7. & duas inuenio DD. sententias, prima non prodesse ad retentionem beneficiorum, ita post alios Germonius, *de indultu Cardinalium*, §. *si verò, num.* 18. sequitur Barbosa *alleg.* 57. *num.* 29. qui limitat, nisi dispensatio fuisset concessa motu proprio. Secunda opinio dicit

44

talem

talem diſpenſationem ſuffragari, ne vacet, durante tempore diſpenſationis ad conſecrationem faciendam, qui non eſt ita ſtrictè diſpenſatio intelligenda, vt non extendatur ad acceſſoria, & inſeparabilia, ſic quando, Papa diſpenſat, cum minore ad Beneficium Parœciale, diſpenſat etiam,
45 nè teneatur ordinari intra annum in Sacerdotem nec incurrit pœnam, textus *in cap. licet Canon. de electione, in 6.* cuius ratio eſt: quia neceſſariam habet connexionem, ætas in qua ille ad dictum Beneficium iam diſpenſatur cum ineptitudine ad Sacerdotium incundum intra annum, ita Decius *in dict. cap. cum in cunctis, § cum verò de electione*, ſic pariter cum diſpenſatur ad plura Beneficia, cenſetur diſpenſatus ad non reſidentiam in vtroque; ſed in vno tantùm, vt bene gloſſa, *in cap. non poteſt, in verbo retinere de præb. in 6.* Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 1. num. 19.* & nota ad Textum *in d. cap. licet, de electione in 6.* quòd Clericus qui obtinuit Parœciam, tenetur infra annum Sacerdotem fieri; aliàs elapſo anno requiritur noua collatio: verum ſi infra annum vellet Parœciam permutare cum ſimplici Beneficio poſſet, etiam inuito Epiſcopo, vt latè Regens de Marinis, *tex. 20. cap. 168.*

Sed ſic eſt, quod vacatio Beneficiorum ante poſſeſſorum à Promoto, connexionem habet inſeparabilem, cum dilatione culpabili conſecrationis, qualis non eſt habita per legitimam diſpenſationem; ergo diſpenſatio ne poſt trimeſtrem conſecratio fiat, extenditur etiam ad retentionem Beneficiorum antea adeptorum; vnde Innocentius *in cap. de multa à num. 2. de præbend.* communiter receptus docet minimè vacare talia Beneficia conſecratione dilata ob mortem Epiſcopi promoti, quod à culpa ſit immunis, at non minus culpa vacat, dilatio conſecrationis per legitimam diſpenſationem Papæ, ergo.

46 Ratio eſt: quia non dicitur quis tranſlatus, niſi ſecundæ Eccleſiæ poſſeſſionem acquiſierit per adminiſtrationem Eccleſiaſticorum Beneficiorum, vel alias, vt *in c. ſi quis Epiſcopi 92. diſt.* & notat gloſſa *in cap. ſi quis iam tranſlatus 22. quæſt. 2.* & eſt ſimile in prouiſo, cuius Beneficia non vacant ante illius conſecrationem, & adeptam poſſeſſionem Eccleſiæ, *dicto capite cum in cunctis, §. cum verò de electione, capite licet Epiſcopus de præbend. in 6.* ita vt interim conferri non poſſint, vt eſt deciſum, *in cap. poſt electionem*, iuncta gloſſa *in verbo confirmationem de conceſſ. præb.* & voluit gloſſ. *notabilis, in cap. ſi tibi conceſſo in verbo vacare, de præb. in 6.* per illum textum, vt etiam poſt conſecrationem, & adeptam poſſeſſionem, ſi fructus Epiſcopatus non percipiat Promotus, ex eo quod propter aliquam cauſam ad certum tempus debeantur alicui, conferri non poſſint; ſed ab eodem interim, poterunt retineri, & quamuis in Curia Romana ſernetur, ne Beneficia electi, & in Curia conſecrati, etiam ante adeptã poſſeſſionem, illicò conferantur, tamé hanc conſuetudinem eſſe damnabilem dicit Ioan. Andreas *in Clem. 1.* in gloſſa *in verbo collatio, vt lite pendente*, & Romanus, *conſ. 345. num. 17.* ſed Epiſcopo inuito, quæri non poteſt ſecundæ Eccleſiæ poſſeſſio, cum animum requirat, *l. 1. §. adipiſcimur, & l. quamuis, §. infans. ff. de acquir. poſſ.* ergo nec de inuito fieri poteſt tranſlatio, vt bene Fagnanus *in pr. decretalis, 2. part. in cap. quanto de tranſlatione Epiſcoporum; num. 30.*

47 Vndè doctus Fermoſinus, *in dict. cap. cum in cunctis, §. cum verò de electione*, explicando textum, ait, quod omnia Beneficia vacant per promotionem ad Epiſcopatum, dummodo tamen ſit adeptus poſſeſſionem Epiſcopatus, quòd fallit in illo, qui promotus eſt ad Epiſcopatum in Terris Infidelium, ad quod citat Garſiam, *part. 11. cap. 6. num. 44.* & Barboſam *in dicto, cap. cum in cunctis, num. 29. in fine, & alleg. 57. num. 74.* eo quod tunc nullos fructus percipiunt electi de Epiſcopatibus, & idem Garſia latè agit de aliis modis vacationis, putà per aſſecutionem alterius per matrimonium, & per alios modos, & pro *d. textu in cap. cum in cunctis*, plura notat Riccius, *collect. 866. vbi* ait non vacare ante conſecrationem, & niſi à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis.

Subdit idem Fermoſinus vacare penſiones, at 48
hodie ob retentionem, quam obtinent tales Promoti, non vacant nec Beneficia, nec penſiones, pro quo expeditur Breue Pontificium, & addit Fermoſinus promotum in Hiſpaniis ad retinendum Beneficium Regium, vel penſionem Regiam requiri Regium aſſenſum, qui aliquando fuit conceſſus, & interdum denegatus, vt refert idem Fermoſinus, *dict. cap. cum in cunctis, §. cum vero.*

Pro coronide addo ex Pyrrho Carrado, *in* 49
praxi de diſpenſationib. c. 3. lib. 6. quòd inhabilis ad Beneficium obtinendum in titulum, habilitatur interdum per commendam, quæ ſolet appellari diſpenſatio palliata; nam commenda quoddam eſt depoſitum, donec Papa aliter de Beneficio commendato diſponat, & interim tenetur procurare commendatarius, ne Beneficij bona diſſipentur, cum illud ſibi detur in cuſtodiam, & adminiſtrationem ex Gonzalez, *in regula 8. gloſſ. 5. §. 8. num. 38.* quæ commenda duplex eſt alia 50
temporalis, alia perpetua, ſiue, vt dici ſolet, altera in vtilitatem Eccleſiæ, & altera in vtilitatem ipſius commendatarij, Garſia *part. 4. cap. 4. num. 7.* quæ quidem commenda in fauorem Eccleſiæ, nihil aliud eſt, niſi quoddam depoſitum temporaneum ad nutum reuocabile pro vtilitate Eccleſiæ, donec de Rectore, ſeu Miniſtro Eccleſiæ perpetuo prouideatur, *cap. finali de electione in 6.* & talis commenda ad tempus non dat ius, ſed quandoque reuocari poteſt, Mandoſius, *in regula 32. quæſt. 7. num. 4.* Rebuffus, *in praxi Beneficiorum in tit. de commenda, num. 50. fol. 205.* & idoo, qui non eſt habilis ad obtinendum Beneficium in titulum: poterit illud obtinere in commendam à S. Pontifice, & interdum Beneficium Regulare datur à Papa in commendam perpetuam Clerico Seculari, quod quidem quomodo ſit faciendum latè tractat Corradus, *d. lib. 6. c. 3.* qui ponit modum ſupplicandi, & pluta requiſita neceſſaria.

Quare &c.

DISCEPTATIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Mulierum ſexum fauorabilem, & cur dicatur mulieres non eſſe ad Dei imagines creatas, remiſſiuè.*
2 *Factum de quo agitur, affertur.*
3 *Inſtrumentum ſtipulatum de non ſoluendis fiſcalibus, affertur.*
4 *Immunitas quibus modis poſſit concedi.*
5 *Immunitas eſt odioſa.*

6 *Alexandri* consil. 30. vol. 5. *punctuale adducitur.*
7 *Vniuersitas cum Principis assensu, potest immunitatem concedere suo ciui.*
8 *Immunitatis concessio quando sit contra publicam vtilitatem.*
9 *Vniuersitas quando immunes suos Ciues possit facere.*
10 *Immunitas ex causa concedi potest, & quando.*
11 *Immunitatis concessio facta ab Vniuersitate, an Fisco præiudicet.*
12 *Immunitas pluribus casibus ab Vniuersitate conceditur.*
13 *Prouinciæ Rector, an potuerit remittere exactiones.*
14 *Exactoris remissio, an Fisco præiudicet.*
15 *Textus* in l. Præses, Cod. de transact. *explicatur.*
16 *Immunitas conceditur ab Vniuersitate tribus concurrentibus.*
17 *Vniuersitatis congregatio qualiter facienda.*
18 *Assensus Proregis quid operetur in immunitate concedenda.*
19 *Vniuersitatis Concilium sufficit ad eam obligandam.*
20 *Vniuersitatis consilium ad donandum non sufficit.*
21 *Vniuersitatis contractus non requirit nomina contrahentium, vt exprimantur.*
23 *Prag.* 8. de administr Vniuersit. *resoluitur.*
24 *Immunitatis concessio est stricti Iuris.*
25 *Immunitas concessa Baroni, an comprehendat fructuum collectores.*
26 *Immunitas Fiscalium à Principe concessa, quid comprehendat.*
27 *Vniuersitas habens immunitatem si soluat, an sibi præiudicet.*
28 *Immunitas non soluendi Vniuersitati concessa, an fiat præiudicium ciuibus soluentibus.*
29 *Immunitas Ciuitatis Gaetæ fauorabilior est, & quare.*
30 *Immunitas concessa Titio, & hæredibus, an comprehendat descendentes ex filia.*
31 *Donatio facta filijs, & filijs nascituris ex eis, quid competat fœminis.*
32 *Immunitas concessa Titio, & suis successoribus, quid si filij diuidantur.*
33 *Immunitas concessa Titio, & successoribus, an comprehendat successores particulares.*
34 *Immunitas no soluendi vectigalia, qualiter acquiratur per præscriptionem.*
35 *Immunitas concessa generaliter, an comprehendat necessaria.*
36 *Vniuersitas immunis à fiscalibus, non comprehendit casum vrgentissima necessitatis.*
37 *Immunitas patris onusti, quid comprehendat.*
38 *Priuilegia Regum Neap. qualia teneatur obseruare Rex Catholicus.*
39 *Bonatenentia à quibus soluitur.*
40 *Barones an soluant bonatenentia.*
41 *Clerici, vel Monachi soluunt bonatenentia.*
42 *Clericus coniugatus soluit fiscalia, & quid vxore mortua.*
43 *Collectarum onus quando bonatenentia dicatur.*
44 *Catastrum qualiter fiat in Regno.*
45 *Hypotheca tacita datur pro collectis.*
46 *Neapolitani soluunt bonatenentia in Regno.*
47 *Ciues vbi numerentur.*
48 *Mulier Neapolitani gaudet illius priuilegijs.*
49 *Vxor Neapolitani est Ciuis loci mariti.*
50 *Vxor dicitur de familia viri, & de eius casata, & non de casata patris.*
51 *Vxor à viro vindicatur.*
52 *Viri domicilium est vxoris.*
53 *Vxor gaudet omnibus honoribus viri.*
54 *Vxor mutat domicilium proprium, & transit in illud viri.*
55 *Ciuilitas quibus modis acquiratur.*
56 *Neapolitana nupta extero, non trahit exteras.*
57 *Neapolitana nupta extero, non habet immunitatem à gabellis.*
58 *Neapolitana nupta extero, an patiatur publicationem bonorum.*
59 *Assensus an possit à Prorege præstari mulieri exteræ Ciui Neapolitano nuptæ.*
60 *Vxor Clerici coniugati qualiter gaudeat priuilegio fori viri.*
61 *Immunitates Neapolitanorum quæ sint.*
62 *Neapolitanus habitans in parte Regni animo non permanendi ibi, vbi sit conueniendus.*
63 *Dohana Apuleæ, an & qualiter cognoscat suos, contra Neapolitanos.*
64 *Neapolitani habitantes in diuersis partibus Regni, habent suum forum.*
65 *Barones, & Titulati Terrarum, an gaudeant foro Neapolitano.*
66 *Neapolitanus qualiter conueniatur in ciuilibus, & criminalibus si alibi habitet.*
67 *Neapolitanus habitans in regno, si foro renunciet: vbi conuenitur.*
68 *Neapolitanus in causis delegatis vbi conuenitur.*
69 *Dohonati Regiæ Dohanæ menepecudum, in quibus causis gaudeant.*
70 *Fori electio, an locum habeant contra Neapolitanos.*
71 *Baro si delinquat in Baronia vbi conuenitur, & quid si sit Neapolitanus.*
72 *Neapolitanus an gaudeat in negotijs Regiæ Dohanæ.*
73 *Neapolitanus per allectionem, vel per incolatum, an gaudeat.*
74 *Arrestum* 146. Dom. Regentis de Marinis *affertur.*
75 *Neapolitanus qualiter pro reditibus, & annuis introitibus gaudeat.*
76 *Text.* in l. vnica, C. de mulieribus, &c. lib. 10. *explicatur.*
77 *Vidua Neapolitani gaudet eiusdem viri prærogatiuis.*
78 *Ducissa Montis Ragonis vti vidua, & Marchionissa Vasti, ad exemptionem fuerunt admissæ.*
79 *Fiscalium, & collectarum exactio, habet viam exequutiuam.*
80 *Fiscalium executio, non habet viam exequutiuam dato aliquo impedimento.*
81 *Negligentia procuratoris nocet principali.*
82 *Restitutio in integrum datur contra negligentiam procuratoris.*

ARGVMENTVM.

Immunitatis concessio an sit odiosa, & an possit ab Vniuersitate concedi Ciui ex causa, etiam in præiudicium fisci? Immunitas, facta ab Vniuersitate, an requirat assensum Regium? Immunitas

conceſſa Titio, & ſucceſſoribus an comprehendat particulares. Bonatenentia à quibus ſoluatur, & cataſtum quomodo fiat in Regno. Mulier Neapolitana an det viro immunitatem, & qualis ſit Neapolitanorum immunitas. Dohana Apuliæ an cognoſcat contra Neapolitanos.

PRO

D. Iulia Meglioríno.

CVM

Vniuerſitate Sinopolis,

Commiſſarius Dom. meus Conſiliarius, & Præſes Hieronymus de Philippo.

FACTVM.

1 MVLIERVM ſexum defendendo, de quo multa Laurentius Beyerlinchius *in ſuo theatro, tom. 5. in verbo, mulier, & tom. 7. in verb. vidua,* Polyan. *in nouiſſima nouiſſimarum*; & Langei, *in verbo, mulier, & in verbo vidua.* Etſi Doctor Anonymus dixerit, mulieres non eſſe homines, contra quem inuehit, *Simon Gediccus* Theologus Germanus, quaſi non ſit facta, & creata mulier ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, vt ait Textus *in cap. hæc imago 33. quæſt. 5.* notato d. Regen. Sanfel. *dec. 358. num. 79.* qui textus eſt *S. Auguſtini*, & cum peteret à me intellectum recolendæ memoriæ *Reg. D. Ioannes de Burgos*, attuli Card. Tuſcrematam dantem verum intellectum ad *Textum.* illum, talem ergo ſexum defendendo in perſona Iuliæ Migliorino conuentæ in Curia Vniuerſitatis Sinopolis Prouinciæ Calabriæ vltra de anno 1667. 22. Martij ab eadem Vniuer-
2 ſitate ad ſolutionem functionum fiſcalium, & nunc in Supremo Tribunali Regiæ Cameræ, puto pluribus iuris concluſionibus eſſe eiuſdem repræſentandam iuſtitiam ad hoc: vt integerrimi tanti Tribunalis Senatores, apud quos cepit iam iuſtitia cognoſci, cum à doctiſſimo, ac nobiliſſimo *Præſide Valero* fuerit ordinatum Vniuerſitati Sinopolis, vt non procederet ad venditionem, & quatenus eſſent bona exequuta vendita, fieret depoſitum de pretio ad diſpoſitionem Regiæ Cameræ, *fol.* 138. à tergo, in fine; pro cuius Decreti obſeruantia Iulia inſtat, & procurator Vniuerſitatis verſa vice inſtat contrario imperio reuocari decretum prædictum, ſit ergo

3 Prima concluſio, Iulia Migliorina nullo pacto tenetur ad ſolutionem Fiſcalium Vniuerſitati Sinopolis. Idque ſtante inſtrumento ſtipulato de anno 1656. in quo Vniuerſitas promiſit, vt ſolueret tanquam bonatenens, non vt cæteri Ciues, *fol.* 34. *& ſeq.* præcedentibus pluribus Parlamentis inſertis *in eodem fol.* 34. *lit. D, & fol.* 43. *litt. E*, nemine diſcrepante, & hoc vigore laudi promulgati à Vicecomite Sinopolis, cui tradita fuerat facultas decidendi differentias antea habitas inter Iuliam, & Vniuerſitatem, ne in poſterum amplius eſſent inter eas litigia, *fol.* 21. *in verbo, laudum.* Idque fuit factum cum interuentu ſex deputatorum pro dicta Vniuerſitate, cum interuentu eiuſdem Vicecomitis, vt ex publicis parlamentis, & inſtrumento ſtipulato 6. Maij, *fol.* 43. at *in verbo, inſtrumentum tranſactionis*, præuio aſſenſu *corroborato*, *fol.* 15. præuio memoriali porrecto S. E. ad Iuliæ inſtantiam, *fol.* 14. & *in verbo, memoriale Regij aſſenſus.*

Quæ omnia geſta iure valida eſſe probantur; 4
Primò: quia immunitas concedi poteſt priuilegio, pacto, conſuetudine, vel præſcriptione; vt latè Gaſpar Kloc *de contributionibus, cap.* 16. *per totam, & lib.* 2. *de ærario, num.* 3. qui ait, quòd licet exemptiones ſint odioſæ, & reformandæ, ex Nouella 43. *de officinis, ſeu tabernis vrbis Conſtantinopolitanæ, cap.* 1. *&* 2. vbi immunem Ciuem odiſſe plebem, & beneficium quibuſdam datum, plebis eſſe iniuriam, vt etiam Textus oſtendit *in tit. de Imm. nemini concedenda*: Guglielmus Ferretus *lib.* 1. *ſelectarum, cap.* 2. Kloc, *de ærario, lib.* 2. *cap.* 47. tamen modis de quibus ſupra poteſt acquiri immunitas ſoluendi functiones, tributa, &c. & hoc fundatur ex celebri *conſ.* Alexandri 30. *vol.* 5. *fol.* 44. pro Vniuerſita- 6
te Caſini in Statu Mediolanenſi, pro illis de Ropis, quibus conceſſa fuit immunitas ſolutionis, & quia Principis interceſſit aſſenſus, fuit dictum, quod valet conceſſio, & ſi Vniuerſitas læſam ſe prætenderet, debuiſſet in iudicio comparere ad proponendam læſionem dictæ conceſſionis, quia tunc cauſa cognita, & annullato pacto, atque immunitate conceſſa erit audienda, nec poterit immunitatem reuocare Vniuerſitas: quia erat facta per contractum, vt benè Alexander *vbi ſup. num.* 17. ſic in præſenti fuit ab Vniuerſitate Sinopolis Iuliæ conceſſa immunitas, & ſoluit ducatos mille, & ducentos ergo; quod ſequitur Loſeus *de iure Vniuerſitatis, par.* 3. *cap.* 10. *num.* 32. ergo licet *in lib.* 10. *Cod. tit.* 25. ha-
7 beamus immunitatem nemini concedendam, tamen ſicuti Principis eſt illam concedere in eius ſupremæ poteſtatis ſignum, Camillus Borrellus *de præſtantia Regis Catholici, cap.* 33. *à num.* 3. quia cum ſit diſpenſatio legis ad eum pertinebit, qui legem condidit, *l. fin. Cod. de legibus*, ita ad Vniuerſitatem vigore pacti ſpectabit, & quia im-
8 munitas ſemper cenſetur eſſe contra publicam vtilitatem: quia tractatur de multorum præiudicio, cum facilius ſuſtineantur onera; quæ portantur à pluribus, & inter multos diſtribuuntur, quàm quæ à paucis; Gaball. *caſu* 290. *num.* 22. Surd. *conſ.* 140. Garſia *de nobilitate, gloſſa* 1. *numero* 42. *ex leg. vnica, Codice Theodoſiano ſi ob reparationem &c.* quod tamen cauſa oneroſa conceditur, vt in præſenti, validè ab Vniuerſitate 9
conceditur, & licet Ciuitas non poſſit ſine Principis permiſſu concedere talem immunitatem, Bart. *in l.* 2. *ff. de iure immunitatis*, Borrellus *vbi ſuprà, num.* 33. Tiraquellus *in l. ſi vnquam, in verbo, Donatione largitus, num.* 32. Purpuratus *conſ.* 156. & 371. Romanus *conſ.* 252. Rolandus *conſ.* 5. *lib.* 1. Hippolytus Riminald. *conſ.* 25. *num.* 56. *lib.* 1. Natta. *conſ.* 304. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 419. *num.* 19. *lib.* 3. Petra *de poteſt. Principis, cap.* 32. *dub.* 2. *num* 8. & 9. Loſeus *de Vniuerſit.* 3. *part. cap.* 10. Azeuedus *in Curia Piſana, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 12. & *in addit lit. X.* tamen poſito aſſenſu Principis,

poterit

poterit Vniuersitas illam concedere, adnotata per Borrellum *vbi sub. numer.* 35. latè Consiliarius *pro ærario classi* 9. *ordinatione* 757. *fol.* 451. *cons.* 2.

10 Probatur secundò, ex Amaia *in l.* 1. *Cod. de immunit. lib.* 10. *num.* 37. vbi ait omnes D D. dicere Vniuersitatem posse concedere immunitatem ex causa, & ob seruitiorum remunerationem, ad notata per eundem Amaiam *lib.* 2. *observ.* 4. & remuneratio seruitiorum potius dicitur compensatio, permutatio, & titulus oneros*us*, *l. Aquilius, ff. de donationib. l. sed etsi* 25. §. *consuluit, ff. de pet. hæreditatis*, Tiraquellus *in l. si nunquam, in verbo, donatione largitus, num.* 11. Garsia *de donatione remuneratoria, num.* 6. *&* 16. Azeuedus *lib.* 16. *tit.* 10. *lib.* 5. *num.* 9. Barbosa *in l. quæ dotis* 34. *num.* 55. *ff. sol. matr.* Schifordegerus *ad Fabium lib.* 3. *tract.* 26. *quæst.* 1. plures relati ab Osualdo *ad Donellum lib.* 12. *cap.* 2. *lit. O*, quod tamen ita procedit, vt existimet Platea, *num.* 3.

11 *in d. l. euacuatis, Cod. de Decur.* & omnes D D. citati, talem immunitatis concessionem, nullatenus fisco afferre damnum, aut prejudicium, licet in præiudicium Vniuersitatis concessio valeat: vt post Valenzuelam, & alios, dicit Amaia *in d. l.* 1. *num.* 38. & sic intelliguntur iura, *in l.* 1. *Cod. de decretis Decurionum, lib.* 10. vbi exceptis medicis, & Doctoribus litterarum, & liberalium artium, non possunt Decuriones talem immunitatem concedere, *l.* 4. *ff. eodem, l.* 1. *Cod. de his qui vacat, & c. l. immun.* 9. *C. de agricolis, & censitis, l. vnica, C. de præb. salario, &c.* in quibus nec salarium concedere licitum est, exceptis DD. & Me-

12 dicis, sed cum licentia Principis Vniuersitas potest concedere immunitatem, sic poterit ob vtilitatem, quam percipit, vel quando esset in quasi possessione concedendi, & vlterius quando esset ob benemerita: vt bene Amaia *in d. l.* 1. *præsertim à num.* 41. *cum seqq.* Nouarius *in d. l. euacuatis, C. de Decurionibus*, Loseus *d. cap.* 10. *numero* 9. Solorzanus *de iure Indiarum, lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 73.

13 Probatur tertiò, quia Rector Prouinciæ non poterat alicui priuato remittere, quod tributi nomine debebat, alias enim de suis facultatibus soluere compellendus erat (antiquitus enim pertinebat ad Rectorem Prouinciæ tributorum exactio, *l.* 2. *C. de canonis largit. lib.* 11. *l. in fiscalib.* 6. *C. de exact. lib.* 10. sicut etiam ad Vicarium Præfecti, vt *in l. finali, & si quis ff. de publicanis*) ratio est, quia vt bene Imperator *in l.* 2. *C. de fundis patrim. lib.* 10. negligentiæ suæ, & deserti officij

14 pœna exigenda est ab eo, qui debitum officium non compleuit, sed hoc intelligit, glos. *in l.* 3. *C. de annonis lib.* 10. *in verb. compellatur*, & Palea *num.* 3. Valenzuela *num.* 4. Amaia *num.* 41. *& in l.* 29. *C. de Decurion.* & remissio facta ab exactore, non valet in præiudicium fisci, licet valebit in præiudicium ipsius exactoris remittentis, à quo poterit exigere, quicquid ille remiserit, *d. l. finali*, §. *si quis, C. de publicanis*, & sic debitor fiscalis non poterit conueniri primo loco à fisco, nisi exactor qui remisit soluendo non sit, & ita in subsi-

15 dium conuenitur, *l.* 2. *C. de conueniendis fisci debitoribus, lib.* 10. tum quia exactor, & quilibet administrator Reipublicæ, potest per negligentiam præiudicare fisco, vel Reipublicæ *l. aduersus* 5. *C. de vxoris*, neque obstat textus *in l. Præses, C. de transact.* quia ibi loquitur textus in administratore, qui ob gratiam, vel ambitionem, & sic animo donandi transegerit, cum debitore Reipublicæ, quod improbatur, *l. Imperatores, ff. de pactis, l. am-*

bitiosa. ff. de Decretis ab ordine faciendis, Flores de Mena, *q.* 21. *num.* 128. *& seq. & num.* 147. Azeuedus *in l.* 3. *num.* 10. *& in l.* 4. *num.* 6. *tit.* 4. *lib.* 6. *recopil.* at posito assensu Principis, & cum non tractatur de donatione, sed de contractu transactionis, præuio laudo facto ad tollendas Vniuersitatis discordias, cum dicta Iulia, nullus negat pacti validitatem stipulati, & roborati assensu, &c.

Probatur quartò, quia vt bene Nicolaus Antonius Marotta de bonatenentia, *c.* 12. *à num.* 17. 16
tria requiruntur ad validitatem concessionis immunitatis à collectis, & fiscalibus: primò, requiritur causa; secundò, consensus; tertiò, auctoritas, & vno deficiente corruit immunitatis concessio, qui licet dicat, *n.* 19. quod proposita iusta causa à generali Concilio Vniuersitatis, siue per Con- 17
gregationem totius populi, per capita domorum concedi debeat, & non ab ordine Decurionum, ex Bartholo, & aliis, *in l.* 1. *&* 2. *C. de decretis super immunit. lib.* 10. *& in d. l. ambitiosa, C. de decretis ab ordine faciendis*, Nicol. Loseus *de iure Vniuersitatis, p.* 3. *c.* 10. *num.* 2. & sic intelliguntur Gallupp. *in methodo feudali, p.* 5. *in tit. de iure imponendi, collectas, num.* 29. tamen decretum Collateralis Consilij, siue Assensus Regius, quando interponitur pro obligatione bonorum Vniuersitatis tunc non operatur validitatem contractus, 18
sed quando nihil aliud potest importare: tunc operabitur contractus validitatem, late idem Marotta post alios vbi suprà *c.* 12. *num.* 22. *cum seq.* & quando consilium omnes repræsentans obligatur, habetur, ac si omnes ciues se obligassent, latè Armanus Pistorius *lib.* 1. *q. Iuris. q.* 37. *numero* 2. Matthæus Colerus *de processu executiuo, p.* 2. *c.* 3. *num.* 337. Koppem *q.* 60. *num.* 2. Scurfius *cons.* 55. *centuria* 3. Gaballinus *milleloquio* 1000. Cacheranus *dec.* 138. Antonius Eugenius *cons.* 86. Kotman *cons.* 34. *n.* 212. Frideric. Prukman *cons.* 36. *num.* 2. M. Vranius *cons.* 46. *tom.* 2. Modestinus Pistorius *in addit. ad Artmannum, q.* 37. *litt. A, & B*, & quod sufficiat instrumentum fuisse stipulatum in consilio generali, etiamsi non cum 19
omnibus ciuibus, sed cum consilio repræsentante omnes ciues, fuit decisum de anno 1649. per Collaterale consilium in causa Vniuersitatis Foggiæ, vt refert D. Giptius *ad Marchionem Torelli observ.* 116. *n.* 19. & in præsenti fuerunt fides præsentatæ, quod tali modo non solum Vniuersitas Sinopolis, sed aliæ solitæ sunt obligari, & licet ad donandum non sufficeret talis consensus, ad notata per Loseum *p.* 3. *c.* 10. *n.* 1. *argum. l. per fundum* 11. *ff. de seruit. rusticorum*, tamen vt bene 20
Alexand. *d. cons.* 30. *num.* 17, *vol.* 5. *fol.* 45. non potest talis concessio ex hoc capite reuocari, quia interuenit consensus Domini? ergo dico assensus Principis, & in dicto consilio non solum apparebat fuisse factam concessionem immunitatis cum dicto assensu, sed etiam stipulatum fuisse instrumentum, quæ concessio cum recepisset solemnitatem, effectus est actus irreuocabilis, argument. *l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo, l. sicut, Cod. de act. & oblig. c.* 1. *de prob.* & talis concessio transiuit in contractum per quandam compositionem inter partes factam, quod totum est in casu nostro.

Hinc ad faciendum contractum cum Vniuer- 21
sitate sufficit, vt fiat à Sindico, Electis, Commissariis Ciuitatis, qui totum populum repræsentant, ex glos. *in rubr. C. quæ sit longa consuetudo*, Bart. *in l.* 2. *in fin. & in l. procuratores, C. de Decurionibus, lib.* 10. quia consilium repræsentans totum populum, potest omnia facere, quæ totus populus, vel

maior pars illius poteſt, *l. nominationem, C. de Decurion. lib.* 10. Abbas *in c.* 1. *de Syndico*, vbi ait non
22 requiri, vt exprimantur nomina ſingulorum interuenientium, maxime in Caſtro populoſo, & interuenire debet aſſenſus Principis, eiuſque Collateralis Conſilij, concluſionem illam à maiori partem ciuium factam, vel faciendam, approbans, quibus non concurrentibus omnis obligatio, quæ ab Vniuerſitate fieret, eſſet de vento, vt *in pragm.* 10. & 11. *de adminiſtr. Vniuerſit.* latè Regens de Marinis *libro* 1. *cap.* 77. & *lib.* 2. *capite* 59. & *in additione ad Reuerterium, deciſione* 1777.

23 Neque obſtat *pragmat.* 8. *de adminiſtrat. Vniuerſitat.* vbi prohibetur quælibet donatio facta ab Vniuerſitate, niſi roboretur aſſenſu Regio priùs habito, etiam quod fiat ſaluo aſſenſu Regio, &c.

Reſpondeo enim, quòd ibi non annullatur actus ſed ordinatur officialibus locorum, vt in talibus caſibus, quibus ad hoc congregantur, capiant informationem, ad finem puniendi contrauenientes debitis pœnis, &c. & certiorare Proregem, & imponitur pœna ducatorum mille officialibus contrauenientibus, vt in *dict. prag.* 8. *de adminiſtrat. Vniuerſ. in fin.* & non annullatur actus, neque procedit in caſu noſtro, vbi ſumus in contractu, & tranſactione ob cauſam litium, & immunitatem conceſsam ab Vniuerſitate præuia pecunia, &c. & tandem quia de anno 1648. *ex pragm.* 15. *de adminiſtrat. Vniuerſit.* datur licentia ſe congregandi pro expediente aſſumendo ſoluendi fiſcalia, etiam ſine aſſenſu Regio, quem ſufficit adeſſe, & poſteà interuenire: vt ibi *in prag. tom.* 2.

24 Non nego tamen immunitatis conceſſionem eſſe ſtricti iuris, vnde immunitas conceſſa vni perſonæ, pro fructibus bonorum ſuorum, ſi ad alium pertineat fructuum collectio, emptionis, vel conductionis titulo, mutatione perſonæ, mutatur rei conditio, *argum. text. in l. Paulus alias incipit per Procuratorem ff. de acq. hæred. & in l. finali in fine, C. de inoffic. teſtam.* Reg. Reuerterius *deciſ.* 32. Theſaurus *dec.* 116. Regens Rouitus *deciſ.* 71. Genuenſis *in practicabilibus quæſtionibus, q.* 212. Capiblancus *de Baronibus, c.* 85. *à n.* 12. *cum ſeq.* Reg. de Marinis *lib.* 1. *var. c.* 169. & *lib.* 1. *c.* 99. Marta *par.* 4. *centuria* 1. *caſu* 13. Rouitus *vbi ſu-*
25 *prà*, qui quærit an immunitas conceſsa Baronibus in Dohana huius Regni pro fructibus, qui in bonis feudalibus ſunt collecti, comprehendat eorum collectores, & reſpondent negatiuè, ſi ſoluunt conductores mercedem Baronibus in pecunia, ſed ſi feuda teneant ad partem fructuum, tunc pars tantum fructuum ad Baronem ſpectans erit immunis, pro reliquis ſoluit gabellam, latè idem Reg. de Marinis *ad Reuerterium deciſ.* 548.

26 Hinc cum fuiſſet conceſſa immunitas ſoluendi functiones fiſcales Ciuitati Puteolorum à Rege Ferdinando Primo, idque ad beneplacitum (quod fuit dictum extinctum per mortem Regis, ad Textum *in c. ſi gratiosè de reſcript. in* 6. *& cap. litteris eodem tit. & cap. finali, de offic. deleg.*) & eſſet diſputatum in Regia Camera, an comprehenderet immunitatem à donatiuo, fuit dictum, quod non, ex Reg. Reuerterio *dec.* 38. præſertim quia de obſeruantia illud ſemper ſoluit, ad notata ibi, & Reg. Moles *dec.* 3. *in tit. de donat.* ait, quod immunitas conceſſa, ſemper intelligitur ſalua ſolutione dona-
27 tiui, niſi de eo fiat ſpecialis mentio, & quando Vniuerſitas habens priuilegium, ne ſoluat fiſcalia, neque donatiua, illa ſolvit per aliquod tempus decem annorum, v. g. ſibi præiudicat in ſolutione, Regens de Marinis *ad Reuerterium d. deciſ.* 38. ſed ſi Vniuerſitas habet priuilegium non ſoluendi aliquam 28
gabellam, & poſtea apparet aliquos ex ciuibus gabellam ſoluiſſe, non cenſetur ſublatum priuilegiũ, quia ſingulares perſonæ, non poſſunt renunciare priuilegio conceſſo populo in præiudicium Ciuitatis, *cap. enim omnes, de conſtit.* Reg. de Marin. *vbi ſup. & in obſerv. ad deciſ.* 33. Regentis Reuerterij.
29 Verùm immunitas conceſſa Ciuitati Gaëtæ, ab omnibus oneribus ordinariis, & extraordinariis, etiam à donatiuis, fuit declarata, etiam pro impoſitione à militibus Regni ſubſtentandis, ad relationem *Regentis de Marinis* de anno 1655. legatur *Reuert. dec.* 130. vbi adeſt decretum Dom. de Marinis.

Sic conceſſio immunitatis functionum fiſcalium 30
facta Titio, & hæredibus ſuis, tranſit ad filium, & ex filia deſcendentes, quia appellatione hæredum, & ſucceſſorum, veniunt hæredes, tam de iure Prætorio, quam ciuili, *l. ſtipulatio iſta*, iuncta Gloſſa, *in verb. ſucceſſorum ff. de verb. oblig.* ſecus ſi conceſſa eſſet immunitas Titio, & Generi ſuo, ac poſteris, quia tunc non veniunt deſcendentes per lineam fœmininam, ex textu ſic intelligendo *in l.* 1. *§. finali, ff. de iure immunitatis, & l. vacatio, ff. de muneribus & honoribus*, ſecus ſi fiat conceſſio Titio, & hæredibus ſuis, ac ſucceſſoribus in perpetuum, quia tunc veniunt omnes etiam per lineam fœminam deſcendentes, vt notant Canoniſtæ *in proœmio ſexti Decretalis, §. ſane, & in Clementina dudum, de ſepulturis*, Fuſarius *q.* 345. ſic vocatis filiis, quod veniant tam maſculi, quàm fœminæ, dicitur, *in l. ſi quis ita ff. de teſtam. & in l. ſi ita ſcriptum ff. de leg.* 2. *l. qui duos, & l. ſernis, ff.* 31
de leg. 2. quæ iura licet loquantur in vltimis voluntatibus, tamen locum habent, etiam in contractibus lucratiuis, ſed an procedant quando ſunt actu maſculi, tradit R. de Marinis *lib. c.* 68. vbi ait, quod in dicta donatione facta filiis, & filij, ex eo maſciturij, contemplatione matrimonij maſculis, & fœminis, fœminæ non admittuntur ad portionem, ſed ad paragium tantum tantum, ſcilicet vſque ad quantitatem legitimæ poſſe ſuccedere, idem in antefato cum pacto, vt ſuccedant filij vti filij, non autem vti hæredes, & ſic iudicaſſe Sacrum Concilium, refert de Marinis *ad Reuerterium dec.* 97. & latiſſimè idem Reg. Reuerterius *dec.* 345. vbi R. de Marinis *in addit. & reſol.* 126. *tom.* 2. *à num.* 28.

Et cum fuiſſet conceſſa immunitas cuidam Co- 32
ſentino, pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, non ſoluendi fiſcalia carolenorum 15. nunc 41. mortuo patre, filij diuiſerunt inter ſe, fuit dubitatum an quilibet inſolidum haberet totam immunitatem, an filij pro rata, & omnes ſimul totam? fuit per Regiam Cameram deciſum, omnes inſolidum habere eandem immunitatem, Regens Reuerterius *deciſ.* 281. & addit D. Regens de Marinis, quod talis immunitas tranſit ad
33 ſucceſſores vniuerſales, non autem ad particularem, niſi adiecta eſſet dictio vniuerſalis (quibuſcunque) quia tunc continetur ſingularis ſucceſſor, R. de Marinis *lib.* 1. *c.* 169. & *lib.* 3. *c.* 159. & *ad Reuerter. dec.* 345.

Et immunitas non ſoluendi vectigal, in rebus
34 ad Fiſcum incorporatis, poteſt acquiri per præſcriptionem immemorabilem in Regno, vel centenariam appellatam, in aliis verò rebus fiſco non incorporatis, ſufficit præſcriptio quadraginta annorum, vel minor etiam in caſibus à iure Statutis, vt benè Reg. de Marinis *in add. ad Reuerterium deciſ.* 309.

35 *cis. 309. in addit.* sic immunitas concessa alicui Vniuersitati ab omnibus oneribus, tam ordinariis, quam extraordinariis, non extenditur, vt non debeat soluere aliquam gabellam, impositam pro refectione viarium, pontium, &c. Reg. Moles *q.* 7. *de iure fiscalium*, vbi similiter refert decisum per
36 Regiam Cameram, Vniuersitates Regni immunes a functionibus fiscalibus, non esse immunes à mœniorum refectione, & *quæst. seq.* per Regiam Cameram fuit decisum, immunitatem concessam ab oneribus ordinariis, & extraordinariis quibuscunque, etiam imponendis, non comprehendere casum vrgentissimæ necessitatis, ex Text. *in l. 1. C. vt nemini liceat, in empt. specierum se excusare, lib. 10. & in l. iubemus*, vbi DD. *C. de Sacros. Ecclesiis*, Regens de Marinis *in add. ad Reuerterium dece. 439. per tot.* sic immunitas concessa patri ob numerum 12. liberorum, ex dispositione *l. si quis Decurio, Cod. de Decurionibus, lib. 10.* eidem non prodest, respectu onerum per Vniuersitatem contractorum prius, quam talis exemptio superueniret, & sicuti numerus li-
37 berorum deficiens patri, non nocet quoad immunitatem adeptam, ita numerus liberorum superueniens, quoad munera suscepta, ei prodesse non debet: vt idem operetur propositum in proposito, quod operetur oppositum in opposito, ad Textum *in l. finali, §. si filius, ff. de leg. 3. & in cap. 2. de constit.* Reg. Constantius *in l. si quis Decurio, n. 11. & 12. C. de Decurio. lib. 10.* qui notat quod in dies in Regia Camera Summariæ expediuntur prouisiones, vt pater 12. liberorum, non gaudeat immunitate, quoad æs alienum contractum, ante acquisitionem immunitatis sic in bonis peruentis ad Clericos oneribus affectis, Reg. de Marinis *ad Reuerterium dec. 438. per totam.*

38 Omnia tandem, & quæcumque priuilegia concessa à Regibus Ferdinando I. & II. Aphonso, & Federico de Domo de Aragonia, non tenetur Rex noster Catholicus obseruare, licet fuerint legitimi possessores Regni, sed tantum tenentur habere rata gesta per Aphonsum I. cui legitimè successerat Rex Catholicus ex fratre nepos, ita Loffredus *cons. 4. num. 18. & cons. 21. num. 12.* Regens Reuerterius *dec. 286.* Regens Moles *dec. 10. art. 8. in tit. de iure Deuolutionum*, idem Regens Reuerterius *dec. 553.* vbi Regens de Marinis *in additione.*

39 Secunda conclusio bonatenentia tenentur soluere omnes, qui in alio territorio bonatenent, Nicolaus Marotta *de collect. seu bonatenentia, c. 3. num. 3.* quam euitare nullus possessor potest, secundum Campagnam *in c. Regni, in Kalendis Maij num. 13. de appretio fol. 182.* Ludouisius *dec. 279.* etiamsi sit priuilegiatus, vel Neapolitanus, *prag. 4. de immunit. Neapolit. concessis, promulgata de anno 1539.* immò, & Barones ipsi qui sunt Do-
40 mini terrarum, & feudorum, tenentur ad eam soluendam, vt post Francum dicit Nouarius *decis. 86. num. 12.* Capiblanc. *tom. 2. de Baronibus, cap. 89. num. 19. fol. 282.* & colligitur ex Rouito *in d. prag. de appretio in rubr. num. 54.* & etiam Clerici, vel Monachi, latè Marotta *c. 1. num. 3. &*
41 *c. 5. num. 6. & 19. de bonis peruentis ad eosdem Ecclesiasticos, & Ecclesia*, Gaillus *lib. 2. obseru. c. 52. num. 12.* & quia non possunt de persona adstringi legis prouisio est, quod sequestrentur fructus, vt post Baldum, & Paulum de Castro fundat Sessa *dec. 7. num. 15.* Gallus *vbi suprà, num. 2.* Campagna *super Clem. de vita, & honest. Clericorum,*
42 *post. c. Regni 12. num. 161.* Clericus tamen coniugatus soluit fiscalia, collectas, & gabellas, sed mortua vxore gaudet, vt cæteri clerici non coniugati, neque clericus coniugatus gaudet, *c. Odoar. num. 29.* Nouarius *q. 88.* & immunes esse à collectis clericos, & alias personas Ecclesiasticas, latè dicit Consiliarius *pro ærario, classi 3. ordinatione 98. & classi 6. ordinatione 565. & classi. 7. ordinat. 601. & 603. & class. 10. obseruat. 795. per totum.*

Itaque onus collectarum in Regno bonate- 43
nentia appellatur, & à tenentibus bona in territorio debetur: est enim hoc vocabulum vsitatum in Regno, cum regula sit, vt verborum proprietas, ex communi vsu loquendi sumatur, & est onus reale, & possessione bonorum sequitur, Duardus *de censibus, §. 3. q. 39. num. 2. per* text. *in l. finali, §. patrimonium, ff. de muneribus*, Capiblancus *in pragm. 10. de Baronibus, num. 12.* Glorisius *in 1. resp. p. 2. num. 27.* Cencius *de censibus,* 44
p. 1. c. 1. q. 3. art. 1. num. 10. l. si conuenerit, §. si fundus, ff. de pign. act. & ad hunc effectum fit catastum, & appretiantur bona, *c. Regni 199. sub tit. de modo, & forma appretij*, per Regem Carolum II. editum, & per aliud Capitulum 355. per Regem Robertum editum, *in tit. de modo, & forma appretij*, & dum fit catastum debent citari omnes Ciues, 45
& possessores bonorum, qui si consentiant bona in catastum describi, tunc oritur tacita hypotheca super bonis ipsorum, & dicuntur tacite pro collectis obligati, glos. *in l. 1. ff. in quibus causis* 46
pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur, & aliter facta accatastatio, nullum generat præiudicium. Sicque Neapolitani contribuunt in solutione fiscalium soluendo bonatenentiam, Rouitus *in d. pragm. 4. de imm. Neapol.* vbi refert sic decisum per Regiam Cameram, Reg. Moles *decis. 5. de functio. fiscalibus*, & DD. *de Regno in pragm. de iuribus, & functio fiscalibus*, & illi Ciues qui non habitant in Ciuitate, numerantur in loco vbi habi- 47
tant, vt practicari refert Danza *in tit. de immunit. Neapol. c. 2. num. 23. tom. 2.* Nouarius *in d. prag. 4. de imm. num. 3.*

Tertia conclusio. Iulia Megliorina pro tempo- 48
re quo nupta fuit cum D. Carolo Ruffo Neapolitano, scilicet vsque ad annum 1633. non tenetur ad functiones fiscales, ex quo eius vir vtpotè Neapolitanus non tenebatur: quia Ciues Vniuersitatum Regni, & Vniuersitates soluunt sanè functiones ordinarias, & extraordinarias pro numero foculariorum, *ex pragm. 1. de iuribus, & functionibus fiscalibus*, & etiam de iure communi, *ex l. si functiones, Cod. de donat.* & soluunt semper licet sint diminutæ, Reg. Moles *decis. 3. & 5. de funct. fiscalibus in manuscriptis*, etiamsi vnus de Vniuersitate esset in loco, Moles *dec. 32. in fine*, Nouarius & Rouitus *in d. pragm. de functionibus fiscalibus.* Neapolitani tamen soluunt vti bonatenentia, non vti Ciues, & hoc etiam in vxore Neapolitani, quia vxor dicitur Ciuis loci mariti, *l. vnica, C. de Mulieribus, & in quo loco, lib. 10.* 49
l. finali, §. item rescripserunt 3. ff. ad municipalem, l. penult. ff. de iurisd. omn. iudicum, l. mulieres 13. C. de dignit. lib. 10. l. exigere 65. ff. de iudiciis, Tiraquellus *ad leges connubiales, l. 1. à num. 27.* Brissonius *de ritu nupt. pag. 180.* Osuald. *ad Donellum, lib. 17. c. 12.* Gutierrez *cons. 7. num. 8.* Narbona *in l. 20. gl. 2. num. 163.* Oterus de Pascuis *c. 4. n. 14* Carleualius *q. . num. 65.* Cuiacius *lib. 4. dissert.* Modestini *in l. 14. de sponsalibus*, vnde vxor eius Ciuitatis erit vbi est maritus, quia per 50
matrimonium, ita vxor vnitur viro, vt vnum corpus constituat, *Genesi c. 1. c. idonei 4. q. 3.* latè Solorzanus *de Parricidio lib. 2. c. 13.* & mulier dici-

tur de familia viri, *l. quicunque* 10. *C. de re milit. lib.*10. & fit de caſata viri, & non gaudet priuilegio caſatæ patris, ſecus in vidua, Amendola
51 *ad Francum dec.*363. vbi Riccius *in addit.* & ea ratione vindicatur à marito, argum. *l.*1. §.2. *ff. de rei vendic.* Oſualdus *c.*21. & facit text. *in c.*1. *de ord. cognitionum, c. ex tranſmiſſa* 8. *ex cognit.*10. *de reſtit. ſpoliatorum.*

52 Secundò probatur, quia domicilium viri eſt domicilium matrimonij, *l. mulierem* 5. *ff. de ritu nuptiarum, l.*6. *C. de donat. ante nuptias, l. cæterum* 4. §. *mulieri ff. de vſu, & habito*, vt ſponſa de futuro nondum mutat domicilium, *l. ea quæ* 30. *ff. ad municipalem*, & licèt mulier ſortiatur domicilium viri: tamen maritus non ſortitur ratione mulieris, licet leges partitæ indiſtinctè aſſerant ratione matrimonij ſortiri, Narbona, & alij apud Amaiamin *tit. de incolis, l.*1. *num.*31. & propterea mulier ex perſona mariti, non ſolum acquirit nobilitatem, & forum ſortitur, ſed ab eo honores ſumit, & eorum conditione ita afficiuntur, vt ſi nobiles ſint mariti, nobiles ſint vxores, ſi plebei,
53 plebeiæ reputantur, etiamſi ipſæ aliàs eſſent nobiles, & vno verbo dicunt, eorum ſplendore clareſcunt, vilitate obſcurantur priuilegiis omnibus gaudent, & legibus adſtringuntur, *vt in l. finali, C. de incolis, lib.*10. *& l. mulieres, C. de dignit. lib.*10. *d. l. vnica, C. de mulierib. & in quo loco, lib.*10. *l. medicos* 7. *l. Grammaticos* 11. *Cod. de profeſſ. & medicis, l. finali, C. de Comitibus conſiſtorialibus, l. filij* 12. *ff. ad municipalem, l. fin. C. de iniuriis, Auth. de nuptiis*, §. *non tamen* 36. Nouella 105. *c.*2. *ſeu Auth. de Conſulibus*, §. *ſi autem*, & faciunt textus *in l.*3. *l. odicimus* 7. *C. de murilegulis*, & apud Hiſpanos plures eſſe leges, refert Amaia *in d. l. finali, C. de incolis, lib.*10. Antonius Picchard. *de nobilit. communicata, num.*15. & 17. & Amaia *in d. l. finali, C. de incolis, num.*2. & in cauſa etiam criminali, mulierem ſequi forum viri, latè fundat, & deciſum refert Amaia *in tit. C. de incolis, lib.*10. *de fin. à*
54 *num.*12.

Mutat ergo vxor domicilium proprium, & tranſit in domicilium viri, non è contrà, *d. l. cum quædam puella* 19. *ff. de iuriſdict. omn. iudicum*, & poſt alios Reg. Galeota *controu.*13. *num.*6. *tom.*1. & non ſolum acquirit, ſed efficitur de domo, & domicilio mariti, & id non per fictionem, ſed rei veritate, & propriè, adeò vt comprehendatur in ſtatutis, loquentibus de ciuibus, ſiue de his qui ſunt alicuius Ciuitatis, gloſ. *in l. Ciues*, 17. vbi DD. *C. de incolis, lib.*10. Theſaurus *d. dec.*123. alij dicebant communicari omnia priuilegia, & fauores, modo non diſtrahatur à viri famulatu, vt poſt Bart, dicit Reg. Galeota *d. controu.*13. *n.*33. Regens Rouitus *in pragm.*1. *num.*5. *de ceſſione bonorum*, Antonius Leoncillus *dec. Ferrariæ* 27. D. Hodierna ad Surdum *dec.*330. vbi ſtante ſtatuto, vt forenſis non poſſit acquirere in alieno territorio, vxor forenſis, & aliundè ducta poterit acquirere, Carpanus *ad ſtatuta Meodiolanenſia, c.*454. *num.*5. *& c.*295. *num.*47. Bertazzol. *conſ. ciuili* 31. Franch. *dec.*363. ſed latiſſimè Gratian. *tom.*4. *c.*623. vbi ad partes hanc opinionem tuetur, licet in fine ſubdat aliter fuiſſe per Rotam deciſum, quamvis ſuo tempore pendere dixerit reuiſionem, Paſchalis *p.*4. *c.*2. *num.*3. Theſaurus filius *in addit. ad patrem d. dec.*133. *& lib.*2. *quæſt.*
55 *forenſ. q.*3. *&* 4. Idque ex eo, quod ciuilitas multis modis acquiritur, de quibus Giurba *obſeru.*75. 76. 77. *&* 78. latè dominus Staibanus *tomo* 1. *reſol.*92. *vbi in addit. à n.*60. *cum ſeqq.*

56 Hinc Thorus *in ſupplem. compendij in verbo, mulier, fol.*417. Franchus *dec.*416. *num.*2. *& ſeq. & dec.*363. Carleualius *lib.*1. *diſput.*2. *num.*65. *& 66.* Caracciolus *de foro competenti, q.*14. Sperellus *dec.*157. dicunt mulierem habere omnia priuilegia ſui viri, at è contra Neapolitana nupta, exteros non trahit exteros ad S. C. ſed ſequitur forum reorum, Franchus *d. dec.*416. Nouarius *de elect. fori, ſect.*2. *q.*38. *num.*29. Thorus *in* 57
compend. in verb. Mulier, Nouarius *in l. mulieres, C. de incolis, lib.*10. Riccius *ad Franc. vbi ſuprà*, Scialoa *cap.*28. *num.*7. Neque Neapolitana habet immunitatem à gabellis, nupta extero, quia cum debeat alimentari à marito ſi frueretur
58 hac immunitate, eſſet commodum mariti, non ſuum: vt bene Præſes Canauerra *deciſ.*17. licet non patiatur publicationem bonorum, ex priuilegio Neapolitanorum, Francus *dec.*416. Theſaurus *d. lib.*2. *q.*90. Paſchalis *par.*3. *cap.*10. *num.*64. ſic licet ex *pragm.*17. *de feudis*, non habeant D.
59 Proreges poteſtatem aſſenſum præſtandi alienationibus feudorum, quorum vtile dominium eſt, penes exteros, tamen per rationes ſupra poſitas, poteſt aſſenſum præſtare mulieri exteræ ciui Neapolitano nuptæ in Regno feuda poſſidenti, Reg. de Marinis *lib.*2. *c.*22. *à num.*3. *& c.*30. *lib.*2. *& & cap.*350. *lib.*1. Scialoa *d. c.*27. *de foro competenti*, Boërius *dec.*160. vnde vxor perſonæ priuilegiatæ, habet fori electionem, Nouarius *ſect.*2. *q.*47. & vxor Clerici coniugati gaudet priuilegio
60 fori Clericalis in omnibus cauſis, in quibus Clericus eius vir, gaudet, & gaudere poteſt, Milaneſius *dec.*10. *lib.*1. Franchus *d. dec.*363. Nouarius *in in pragm.*1. *de imm. Neapolitanis conceſſis*, Reg. de Marinis *lib.*1. *c.*350.

Et ideò omnes immunitates Neapolitanis con- 61
ceſſæ, & eorum priuilegiis (quoad Ciuitatem Neapolitanam) de quibus Taſſonus de Antefato, *verſ.*2. *obſeru.*2. Ioſephus Mele *ad Gizzarellum, dec.*19. marito competentes, vxori competunt, vt quod non confiſcantur bona eatum, niſi pro crimine læſæ Maieſtatis, diuinæ, vel humanæ, priuilegio Ciuitatis conceſſo, de quo Reg. Tapia *deciſ.*50 *à num.*6. & quod non poſſint torqueri, ex proceſſu informatiuo, ex priuilegio conceſſo de anno 1504. de quo Reg. Tappia *tom.*1. *Iuris Regni, fol.*271. vbi tradit, quæ requirantur: vt torqueatur, & quomodo concipiatur decretum, & quibus verbis, & an diſpenſatio Prorcgis requiratur, & de immunitate eorum qui degunt in Ciuitate agit, Regens Rouitus *in pragm.*1. *&* 2. *de immunit. Neapolit. conceſſis*, & Nouarius *de electione fori, ſect.*2. *q.*39. de illis verò Neapolitanis, qui commorantur in Regno, & onera recuſant ſoluere, vnde quotidie contendunt, cum officialibus Vniuerſitatis, plures caſus ſunt diſtinguendi.

Primus eſt quando Neapolit. habitat in aliqua 62
parte Regni, ſed animo ibi non permanendi, & iſti non poſſunt conueniri, nec in Regiis Curiis, nec in Regiis Audientiis, & ſi conueniuntur poſſunt in forum declinare M. C. V. vnde dici ſolet Neapolitani trahunt, & non trahuntur, Thorus *in verb. Neapolitani, fol.*346. *colum.*2. Capiblanc. *tom.*1. *de auctor. Baron. in pragm.*8. *part.*1. *n.*128. nec poſſunt eorum foro renunciare, Vrſillus *ad Afflict. deciſ.*41. Capiblancus *tom.*2. *c.*53. *n.*19. Nouarius *dict. q.*38. *ſect.*2. & gaudent etiam iſti pro mercaturis, Thorus *vbi ſuprà*, excepta Dohana menepecudum Apuleæ, quæ cognoſcit 63
Neapolitanos prædictos, Reg. de Ponte *de Regalibus impoſitionibus*, §.8. *num.*49. *&* 50. Nouarius *de elect. fori, q.*38. *num.*30. *& collect.*225. *num.*17.

&

& Neapolitanorum priuilegium locum habet, etiam contra miserabiles personas, quas trahũt, & ab illis non trahuntur, Viscunte *ad Franc. dec.* 416. Nouar. *d. q.* 38. *n.* 11. *& collect.* 725. *n.* 13. & isti etiam soluunt pro bonis extra Neapolim possessis *prag.* 2. *de immunit. Neapolit. concessis*, & tam ciues allecti, quàm effecti Neapolitani soluunt in omnibus vti bona tenentes, Capiblanc. *in d. prag.* 8. *p.* 2. *num.* 130.

64 Secundus est casus in Neapolitanis, qui habitant per diuersas Regni partes, cum mutauerint domicilium, & alibi habitent, & gaudent vti tales, DD. *vbi suprà*, etiam ratione administratæ tutelæ, verùm isti contribuunt ad onera extraordinaria vniuersalia vti ad salarium medicorum: Nouarius *p. 1. q. forens. q.* 75. Regens Rouitus *in prag.* 2. *de imm. Neapol. conces.* Capiblancus *tom.* 1. *prag.* 12. *n.* 17.

65 Tertius est casus, de Neapolitanis, qui reperiuntur extra ciuitatem Neapolit. vti sunt Barones, & Titulati Terrarum, in quibus semper habitant qui licet Barones sint, tamen dicuntur Neapolitani, prout etiam comprehensiuè loquendo, dicuntur alij Barones, quamvis Neapoli non sint nati, nec allecti, nec alio modo effecti, Capiblancus *vbi suprà*, & isti Ciuitatem Neapolitanam retinere videntur, si extra Neapolim contrahant conueniuntur in loco contractus, Capic. *dec.* 59. Nouarius *de elect. fori, q.* 38. *num.* 27. *& collect.* 225. *n.* 15. & cum Marchio Triuici in eius Terra deliquisset imponendo manus violentas in alios; per Præsidem Montis fusculi fuit capta informatio, & processum ad citationem, quod potest Præses facere, nam Barones efficiuntur de foro Præsidis illius Prouinciæ, in qua degunt, Capiblanc. *in pragmat.* 12. *num.* 3. *& sequent. de Baronibus.*

66 Itaque semper, quod Neapolitanus transtulit domicilium in alium locum Regni, semper conueniri debet, pro qualibet causa; siue ciuli, siue criminali, siue delictum sit commissum in loco in quo degunt, siue alibi, in M. C. V. & petunt ad eam remitti, *ex d. prag.* 2. *de imm. Neapolit. concessis*, vt notat Carauita *in Ritu* 301. *n.* 5. vbi D. Carolus Petra Nouarius *sect.* 3. *de elect fori, q.* 63. *num.* 17. Carleualius *de iudiciis, lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 658. D. Merlinus *tom.* 1. *controu. for. q.* 99. Danza *de pugna* DD. *tom.* 2. *de immun. conces. c.* 2. *n.* 7. idque procedit etiamsi Neapolitanus delinquens eius foro renunciauerit: secundo, etiamsi delictum esset factum in via publica. Vrsillus *ad Afflictum dec.* 41. quia atrocitas delicti non operatur diminutionem priuilegij, sed solùm augmentum pœnæ: tertio, neque possunt conueniri pro emendatione damnorum clandestinorum, vt contra Capiblanc. *c.* 53. dicit Reg. Tappia *tom.* 5. *iuris Regni, in tit. de homicidiis clandestinis fol.* 83. etiamsi esset causa delegata; quia delegatio non cadit contra Neapolitanos, & procedit conclusio *de qua suprà*, etiam ad casalia, quamuis post delictum casalia sint alienata, Merlinus *dict. cap.* 99. *numero* 12. *& seq.*

67

68

69 In illis verò qui sunt de Dohana menepecudum, quod solùm gaudeant, in negotiis pertinentibus ad Regiam Dohanam, scilicet agentes de caseo, lana, & pecoribus; explicando *cap.* 28. Cardinal. Ant. Perenotti, dicit D. meus Constantinus Cafarus *libro* 1. *quæstionum Peregrinarum, q.* 15. *per tot.* qui pluries decisum refert in R. C. & etiam procedit cum electione fori, ad instantiam

70 viduarum, & aliarum personarum priuilegiatarum, quia electio fori non habet locum, contra Neapoliatanos Danza *de immun. Neapol. to.* 2. *c.* 2. *num.* 12. *& 24.*

Sed limitat primò, quando Neapolitanus est 71
Baro alicuius Terræ, tam ex causa contractus rei sitæ, vel administrationis, quàm ratione delicti, cognoscitur, & punitur ab eodem Iudice, in cuius territorio deliquit, Capicius *dec.* 59. quem sequitur Capiblancus *tom.* 1. *in prag.* 12. *num.* 4. *de Baronibus, & tom.* 2. *c.* 5. *n.* 16. *& seq.* Secundò, non procedit in causis Neapolitanorum dependentibus à negotiis Regiæ Dohanæ, DD. apud Danz. *vbi supra, numero* 16. Tertiò limitatur in Neapolitanis Ciuibus effectis per incolatum, vel per allectionem: quia si isti sint in Regno, ibi conue- 73
niuntur pro quavis causa ciuili, & criminali, Rouitus *in prag.* 2. *de imm. Neapol. n.* 2. Danz. *d. to.* 2. *c.* 1. *n.* 10. Carleualius *de iud. vbi sup. n.* 659. Nouar. *to.* 2. *q. forens. d. q.* 65. & alias limitationes refert, Carauita *in dict. ritu* 301. *num.* 8. Danza *vbi suprà, num.* 8.

Propterea *arresto* 146. apud Regentem Reuer- 74
terium, & de Marinis, fuit decisum Magdalenam Franconem, vti Neapolitanam gaudere debere exemptione à functionibus fiscalibus pro bonis, quæ possidebat Caiuani, de Marinis *ibi*, & de anno 1651. fuit decisum, quod Ciues Neapolitani declarati per Regiam Cameram, virtute suorum priuilegiorum, vti tales non gaudeant, vti alij Ciues orti, vel originarij, siue in hac Ciuitate Neapolitana concepti à 1. die Septembris 1648. pro eorum annuis redditibus; quos possident in Prouinciis huius Regni, vt in *arresto* 656. & R. Rouitus *in prag.* 4. *de immunit. Neapol. conces.* dicit fuisse per Cameram decisum, quòd quoad reddit. 75
tus, & annuos introi tus quos possident, extra Ciuitatem, Neapolitani sunt immunes, & omninò exempti, sed quoad stabilia, quæ habent extra Ciuitatem, semper soluerunt, & soluunt iura fiscalia tanquam bona tenentes, Rouitus, *vbi suprà.*

Neque dicas quòd vxor Neapolitani, sequitur 76
forum viri, gaudet honoribus, & dignitatibus eiusdem: sed quoad onera patrimonialia soluit vbi sunt bona stabilia; per textum *in l. vn. Cod. de mulieribus, lib.* 10. *in quo loco, &c.* vbi Ioannes de Platea, & Lucas de Peña, Tiraquell. *in l.* 1. *connubiali, n.* 28. *& seq.* ex Bart. *in l. origine, C. de origin.* Imolis *lib.* 11. *& l. de Iure, §. idem rescripserunt, ff. ad municipalem*, Thorus *in verbo, Mulier, to.* 2. pro D. Ioanne de Austria Amendola *ad Francum, decis.* 316. ex Paulo de Castr. *cons.* 196.

Respondeo cum gl. *in d. l. vnica*, quod pro bonis suis propriis mulier Neapolitano nupta, soluit in loco originis, de bonis verò dotalibus marito datis, soluit tributa maritus, qui vtpotè Neapolitanus soluit vt bonatenens, non Ciuis, & sic mulier ob viri priuilegium soluet, vt bonatenens, non vt Ciuis.

Quarta conclusio, Iulia Megliorina ab an- 77
no 1632. vsque ad annum 1640. quo fuit vidua Neapolitani, scilicet D. Caroli Ruffi, vti talis non soluere debuit fiscalia, sed vti priùs bonatenentia. Ratio est, quia quandiù vidua fuit, intelligitur idem matrimonium durare, *l. finali, Cod. de bonis maternis, l. cæterum* 4. *§. mulieri ff. de vsu, & habit.* Tiraquell. *de nobilitate, c.* 10. *num.* 9. Petrus Gregorius *lib.* 4 *syntagm. c.* 94. *n.* 11. & ita expressè probatur *in l. filij* 22. *§. vidua, ff. ad municipalem*, iuncta *l. quoties* 3. *ff. de priuilegiis scholarium*, Osualdus *lib.* 17. *c.* 12. *& lib.* 13. *cap.* 21. Oterus de Pascuis *c.* 4. *num.* 36. vbi vidua potest vti Pascuis sicut vir vtebatur, & idem sponsa de præsenti,

præsenti, secus in illa de futuro, *l. ea quæ 32. ff. ad municipalem.*

78 Et ideò de anno 1623. fuit dictum, vt non molestaretur Ducissa Montis Ragonis Aldibrannina pro bonis dotalibus, & idem fuisse decisum in causa Marchionissæ Vasti vidua, & habitante cum Duce Vrbini, de quo Regens Galeota *controuers. 13. in fin.* etenim Marchionissa prædicta prætendebat quod vti nupta Marchioni Vasti Neapolitano, non teneretur ad solutionem quartæ partis fructuum bonorum burgensaticorum in Regno possessorum per exteros, & ipsa dicebat se non teneri tanquam vxor Neapolitani iam mortui; & licet in prima instantia fuisset decisum contra Marchionissam, tamen in gradu reclamationis, per Collaterale Consilium fuit dictum, non teneri, sed gaudere vti viduam Neapolitani, licèt alibi habitantem cum suo patruo, scilicet Duce Vrbini, Reg. Rouitus *dec. 75.* Reg. de Marinis *lib. 1. c. 22. num. 5. & 6.* Reg. Galeota *d. contro. 13. lib. 1.* Carleualius *lib. 1. de iudiciis, disput. 1. num. 682.* Scialoa *de foro competenti, cap. 27. num. 7.* & omnium latissime Henric. Neuennanus *de priuilegiis viduitatis, memb. 3. sect. 6. per totam, fol. mihi 102.* noster Carolus Rota *de priuilegiis mulierum, c. 1. n. 44. 83. & 87. & c. 2. n. 3. & speciali 6. per tot.*

79 Quinta conclusio, licet contra collectarum, & fiscalium debitores, detur via executiua, & lite qualibet pendente, tenetur quis soluere, Thesaur. *dec. 164* immò pendente appellatione, Flores de de Mena *lib. 2. var. resolut. q. 21. num. 154. cum sequentibus*, tamen procedit quando debitum est liquidum, & ipse existit in possessione soluendi, si verò non existat in quasi possessione soluendi collectas, fiscalia, &c. & allegetur alliquid, quod concludit non esse debitorem, audiendus non est exactor, & debet terminus dari, latè Flores de
80 Mena *q. 21. à num. 155.* vbi latissimè & ad hoc facit celebris decisio Giurbæ centesima, in ordine, vbi pendente rescissione instrumenti per plures casus distinguit non posse agi contra debitorem: ergo non poterat contra Iuliam Megliorino agi ex abrupto ad bonorum exequutionem, & venditionem, pendente instrumento, & pacto stipulato in eo, ac Regio assensu vallato: iuxta ergo dominus meus doctissimus, ac nobilissimus Præses Valerus, iussit ne procederetur ad venditionem bonorum exequutorum, & quatenus essent vendita depositum fieret de pretio ad dispositionem Regiæ Cameræ, pro quo decreto pars adduxit comparitionem contrario imperio reuocari, & pro Iulia instat aduocari decreti prædicti.

81 Sexta conclusio, Iulia in compilatione processus, & fuit incuria procuratoris læsa ex quo non fuerunt acta præsentata suo tempore: vnde fuit compilatus processus quasi non audita: ergo ei succurrendum restitutione in integrum, quia licèt negligentia procuratoris in iudiciis commissa noceat domino, latè DD. per illum Textum *in l. 1. §. si Procurator, ff. si quis ius dicenti*
82 *non obtemperauerit*, tamen in integrum restitutio competit domino principali, vt post alios Artmanus Pistorius *lib. 1. quæstionum iuris, quæst. 36. per totam*, Afflictus *dec. 344.* Ioannes Balbus *dec. 158.* Misincerius *centuria 2. obseruat. 2.* Gaillus *lib. 1. obseruat. 45. & 133. num. 5. & 145. numero 4.* Sforza Odus *quæst. 29. per totam*, maximè *art. 4. num. 13. cum seq.* Simon Pistorius *in additione ad dictam quæstionem 36.* quam restitutionem cum pro parte Iuliæ petiisset Aduocatus, fuit iuridicè dictum per dominum Locumtenentem dignissimum Regentem D. Franciscum Ortiz Dom. Commissario, & hoc est etiam verbum faciendum pro Iulia in Regia Camera Summariæ, à quorum DD. Iustitia, & integrirate sperat Iulia sua damna restitui.

Hæc causa fuit transacta cum Regio fisco.

Iulius Caponus.
Bartholomæus Paschalis.
Diomedes Petronsius.

DISCEPTATIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Causa scribendi, & titulum de Nundinis enucleandi, quæ fuit in auctore.*
2 *Casus proponitur qui dedit causam scribendi.*

ARGVMENTVM.

Enucleatur titulus, ff. & Cod. de Nundinis.

PRO

Barone N. nolente accipere in Nundinis, & mercatis.

AD

L. 1. Cod. de Nundinis.

FACTVM.

1 DVbij mihi propositi causa, ad nundinarum materiam spectantis, à paucis tacti, & à pluribus tangendi ob eius frequentiam, tum in foro externo, tum conscientiæ hoc confeci opusculum, necessarium pro dilucidatione, eiusque decisione, totam nundinarum, ac mercatuum farinam, à pluribus molendinis acceptam in hanc vnam coadunaui opellam; vt panis, verè triticeus confectus ad stomachum clientium pertransiens, causet vnicuique in vtroque foro sanitatem; res necessaria sanè, à paucis tacta, pluribus incognita, ac nemine disputante.

2 Casus ergo, dubijque propositio talis est, Baro N. habuit in sua Baronia, feudo, ac Terra, priuilegium à nostro Prorege, faciendi ibi mercatum in qualibet die Mercurij vniuscuiusque hebdomadæ seruaris seruandis, euenit quod cœpit Baro mercatum facere, & pro vnoque Animalis capite quod ibi ducebatur sit vacca, sit sues, &c. exigebat granum vnum, v. g. idque per tres, annos circiter factum fuit, hoc feudum peruenit ad alium Baronem, qui cœpit cogitare, de hoc facto, an scilicet in vtroque foro, posset ipse

accipere

accipere talem impositionem, quo titulo id sibi permitteretur festinanter, inquirere cæpit, suamque tenellam conscientiam consulere cupiebat, non defuerunt, qui prima facie consulti, id denegarunt posse fieri, abstinendumque Baronem, graui censura, ac consilio persuaserunt: Ego tamen nunquam mihi nec alteri persuadere potui id Baroni prohibitum, & quia diuersa ratione, ac methodo, id posse probari, cogitaui, propterea opellam hanc componendam duxi, vt in futurum Baronum omnium sedentur conscientiæ, & ideò, vt ab ouo materia dilucidetur, sit

SVMMARIVM

Primi Articuli.

1 *Nundinæ, & Mercatus quid sint, & an sint synonyma.*
2 *Nundinæ cur ita dicantur.*
3 *Nundinæ specificè acceptæ quid sint, & earum vtilitas.*
4 *Romanorum plura fora antiquitus, pro Nundinis.*
5 *Nundinarum ius concedere ad quem spectabat antiquitus, & ad quem nunc.*
6 *Nundinarum indictio est de Regalibus.*
7 *Nundinas vtiles esse Reipublicæ.*
8 *Nundinarum Regalia non est de maioribus, ideò concessibilis, & dispensabilis.*
9 *Romæ nundinæ qualiter fiebant, & quæ habebant priuilegia.*
10 *Nundinarum priuilegium posse acquiri præscriptione immemorabili certum est.*
11 *Nundinarum priuilegium, & præscriptio dependet à Principe non reuocante.*
12 *Nundinarum priuilegium concessum per viam contractus à Principe, vel titulo oneroso non potest reuocari.*
13 *Nundinæ, quare dicantur feriæ.*
14 *Mercatus qualiter instituatur.*
15 *Nundinis prorogatis, an censeatur prorogata iurisdictio Magistri nundinarum.*
16 *Causæ nundinarum in Curia non expeditæ, an remaneant in Curia Baronis.*
17 *Nundinarum fauore compelluntur non habitantes ad merces deferendas in Nundinis.*
18 *Nundinæ censentur etiam concessæ fauore vassallorum, & ipsis petentibus.*
19 *Nundinarum priuilegium intelligitur sine præiudicio vicinorum, & quando.*

ARGVMENTVM.

Nundinæ, & mercatum quid sint? & an sint synonyma? & cur ita dicantur? vtilia esse Reipublicæ de Regalibus esse, præscriptione immemorabili posse acquiri ius Nundinarum; Prorogatis eis, an censeatur prorogata iurisdictio Magistri Nundinarum? Ostenditur illos, qui ad Nundinas accedunt, securos esse, immunes, &c. Priuilegium per non vsum qualiter amittatur, qualiter etiam possit à Principe reuocari. Locum Nundinarum mutari posse per Principem. Nundinantes immunes esse pluribus ostenditur. Posse aliquid accipi ex singulis quibusque animalibus, vel aliis rebus, consuetudine, ostenditur. In diebus festiuis posse prohiberi per Episcopos; nisi consuetudo sit in contrarium. In Ecclesiis fieri nequeunt, illarum tempore per Officiales acta facta in die festiuo valent.

ARTICVLVS I.

Quid sit Mercatum, quid Nundinæ, & in quo differant?

NVndinæ dicuntur mercatorum conuentiones certo loco, & tempore, mercimoniorum causa constitutæ, vel vt alij dicunt, dicuntur solemnia emporia statutis diebus singulis annis, vel infrà constituta, quæ vulgus ferias appellat; mercatus verò illi sunt, qui octauo quoque die, certo in loco fiunt, Baldus *in l. 1. C. de nundinis*, & sic secundum aliquos nundinæ, feriæ, & mercatus sunt synonyma, quod an verum sit infrà dicetur, dicuntur nundinæ, quasi nouendinæ, quia quovis nono die celebrantur, octo diebus interiectis, quas hebdomadales vocare solemus, plura notant DD. *in l. 1. ff. & Cod. de nundinis*, Anton. Petra *de pote. Principis c. 12. n. 28.* Tulden. *in suo Codice, in titul. de nundinis, num. 3.* Syxtinus *de Regalibus, lib. 1. c. 2. & 6.* Cephalus *cons. 542. n. 3.* Franc. Marcus *dec. 53.* Petrus Greg. Tholosanus *lib. 2. Syntagmatum, c. 16.* Gaill. *lib. 2. obseru. 60.* Bernard. Græueus *pract. conclusionum, concl. 60.* Natta *cons. 512. & sequent.* vbi tractat, quando nundinarum exercitium per non vsum amittatur, Alex. Raudensis *resp. 23. n. 8. volum. 2.* Thesaur. *d. 264. & 39.* Reiger *in Thesauro iuris, in verb. Nundinæ*, Brissonius *lib. 1. c. 15.* Schobect. *5. politicorum c. 17.* Gabriel *tit. 50. colum. 1.* Card. Tusch. *lit. N*, & alij *infrà* citandi, & sic mercatus sunt hebdomadalia, non instituta pro debitis, & gabellis, nundinæ verò specificè acceptæ, longè maiora habent priuilegia, nam mercatus deseruiunt vt vehantur quotidianæ merces, & euehantur, ad huius quotidianæ vitæ conseruationem, Socinus iunior *cons. 31. num. 23. lib. 2.* Decius *cons. 51.* Iason *cons. 147.* Zasius *cons. 14. & 15. lib. 1.* Nundinarum verò finis est, vtilitas societatis humanæ, cui facilius consulitur, & releuatis oneribus vectigalium, quæ mercatores, sæpe deterrent à commercio, dataque securitate, & sub tutela publica extraneis receptis, qui alioquin sibi metuentes nollent nobis communicare, vel vt alij dicunt nundinæ sunt mercatus vnius, vel plurium Prouinciarum: Mercatus sunt nundinæ vnius Ciuitatis, Cuiac. Pacius, & Vessembecius *ad rubr. C. de nundinis.* Quandoque verò Nundinæ, Mercatus, Feriæ, & Emporia, quasi idem nomen sortita sunt, pro Rusticorum præsertim commoditate,

moditate, nundinarum inuentio facta fuit, & ſic apud Romanos erant nonnulla fora, forum Boarium, in quo Boues, & animalia vendebantur; Piſcatorium in quo piſces; Suarium in quo ſues; Olitorium in quo olera, & herbæ vendi ſolebant, quæ fora in vnum poſtea deducta, appellata ſunt, macellum, vt ait Marcus Varro *de lingua Latina, lib.* 4. Alexander ab Alexand. *lib.* 2. *dierum genialium, c.* 12. *& lib.* 5. *c.* 20.

5 Ius nundinarum concedere apud Senatum priùs fuit, vt eſt apud Plinium iuniorem, *lib.* 5. *Epiſtolarum, c.* 4. *&* 14. *ad Valerianum*, vbi narrat cauſam, & ſententiam ex cauſa ortam ob quam, aſſentationis, ſeu modeſtiæ cauſa, ſiue apud Conſules, Claudium Imperatorem publicis legibus ſe ſubiicientem, ius nundinarum in ſua prædia petiiſſe, teſte Suetonio in Claudio, poſtea ius Principis hoc concedere, & à Principe ſupplicari ſolitas conſtat ex Modeſtino *in l.* 1. *ff. de nundinis, d. l. vnica*, vbi hoc voluit Baldus, Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Gallicas, tit. de Magiſtris Artificum, art.* 4. *gl.* 2. Franc. Nothmannus *in tit. quæ ſint regalia, in verb. Palatia*, vbi dicit in lingua Germanica nundinas appellari *plate*, Ant. Capic. *in inueſtitura feudali, §. Feudorum, clauſula, in verb. Mercatis*, Marcus Ant. Natta *conſ.* 511. *& conſ.* 512. *vol.* 3. Ioan. Ferronius *in conſuetudines Turronenſes, tit.* 50. *articulo* 1. Renatus Choppinus *de demanio Franciæ lib.* 1. *tit.* 12. Idem Choppinus *ad conſuetudines Andegauenſes, lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 43. *n.* 7. Petrus Gregorius *lib.* 25. *Syntagmatum, c.* 3. Ioannes Bodin. *lib.* 1. *de Republica, c.* 10. Franciſc. Marcus *dec.* 53. *volum.* 1. *& d.* 415. *vol.* 2. *&* 513. *vol.* 2. *&* 53. *volum.* 1. & propterea dici ſolet, quod indictio nun-
6 dinarum eſt de Regalibus, & Regalia ad Regem ſpectans, quia ſine eius licentia non poteſt fieri, *d. l.* 1. vbi gloſſa *in verb. à Principe, ff. de nundinis*, vbi ait Accurſius, quod nemini priuato licet habere forum, in ſua villa, ſeu caſtro ſine
7 Principis licentia, eſſe autem nundinas, & mercatum maxime vtiles Reipublicæ, textus eſt cum Gloſſ. *in d. l. vnica, C. de nundinis, in verb. locorum*, vbi ait Accurſius, quod ex nundinis loca ineraſſantur, & experientia tanquam mater, & magiſtra atteſtatur, quod conſiderauit textus *in d. l vnica, C. de nundinis*, vbi datur ſecuritas venientibus ad nundinas, quia verò hæc Regalia non eſt de
8 Superioribus, per conſequens eſt conceſſibilis, & præſcriptibilis, ſecundum notata per Rippollam *d. c.* 42. *num.* 14. *cum ſeq. & c.* 43. & apud Hiſpapanos eſt *lex* 3. *tit.* 3. *p.* 5. *iuncta l.* 2. *tit.* 1. *p.* 2. Et plura Cuiacius, Veſſembech. & Iulius Pacius *in parat. ff. & C. de nundinis*, Guilielm. Budeus *in pandectis ad tit. de nundinis*, Alciatus *d. lib.* 4. *diſp. c.* 8. Briſſonius *lib.* 1. *ſelectarum, c.* 15. & eſt *dec. Rotæ Genuæ* 1. Azeued. *in l.* 1. 2. 4. *& 5. de nundinis*, Petrus Gregor. *lib.* 2. *c.* 16. *Syntag. n.* 17. *& lib.* 3. *c.* 9. *n.* 4. *& lib.* 25. *c.* 3. *& lib.* 47. *c.* 25. *n.* 23. Coppinus *de demanio Franciæ, lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 9. Beſold. *in Theſauro pract. lit. N.*

9 Romæ etiam ſtatutæ erant nundinæ, & conueniebant homines ex agris in vrbem, teſte Plutarcho *problemate* 4. quæ nono quoque die fiebant, vnde Feſtus Pompeius ait nundinas feriarum diem ab antiquis vocari, vt ruſtici conuenirent, mercandi, vendendique cauſa, etenim vacabant diebus octo in agris ruſticæ rei, & nono die ad mercatum accedebant, erat enim apud Romanos cura agriculturæ maxima, in nundinis poſtea, eo die propriis negotiis, & mercibus prouiſuri conueniebant, teſte Macrobio, *lib.* 1. *Saturnal. c.* 16. & à 9. die, quo fiebant dictę ſunt nundinæ, Dionyſius Halycarnaſſeus *lib.* 2. *& lib.* 7. Franc. Patric. *lib.* 1. *de Repub. tit.* 7. qui ait dictas fuiſſe nundinas, quaſi nouendinas.

Licèt verò nundinarum priuilegium à Princi- 10
pe dependeat: tamen, poſſe acquiri ex præſcriptione immemorabili certum eſt, ſi enim appareat aliquem dominum, aut aliquam Ciuitatem, atque communitatem præſcripſiſſe ius nundinarum, tunc erit ſeruanda, quia talis præſcriptio vim habet priuilegij, atque particularis, & Regalis conceſſionis, *c. ſuper quibuſdam, §. præterea de verb. ſignif. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſtiua.* Et deciſum in anno 1580. per S. C. refert Camillus Borrellus *de præſt. Regis Catholici, c.* 36. *n.* 14. ad fauorem enim Vniuerſitatis Biſatij, fuit deciſum, vt Syndicus, qui pro tempore erat, in eadem Ciuitate adminiſtraret ſingulis annis in perpetuum, Iuriſdictiones nundinarum S. Vrbani à die 19. menſis Maij per totum diem 27. eiuſdem menſis, cum cognitione cauſarum ciuilium, criminalium, & mixtarum, mero, mixtoque imperio, ex quo per præſcriptionem fuerat id quæſitum.

Verùm hoc totum procedit permittente Prin- 11
cipe, aliàs ipſo reuocante, tam priuilegium, quàm præſcriptio, non operabuntur: vt ex multis pro Marchione Montisferrati, contra Vniuerſitatem Pontiſturiæ, ſubtiliſſimè ſcripſit Natta *conſ.* 511. *& ſeq. vol.* 3. vbi conſuluit, eandem Vniuerſitatem, quæ ſe fundabat in priuilegio, & præſcriptione immemorabili, habere ius nundinarum, poſſe eodem iure priuari à Principe priuilegio, & præſcriptione non obſtante, & quamquam Ioan. Cephalus *conſ.* 342. *volum.* 3. contrarium conſuluiſſet, ſcribens pro eadem Vniuerſitate Pontiſturiæ contra Vniuerſitatem Tridini, fuit tamen iudicatum pro Tridinenſibus; quod tamen ſecus eſt, ſi priuilegium iuris nundinarum, eſſet conceſſum à Prin- 12
cipe, per viam contractus, vel titulo oneroſo dato aliquo pro illius conceſſione, quia tunc reuocatio fieri non poſſet, Bald. *in l. qui ſe patris col.* 8. *Cod. vnde liberi*, Natta *d. conſ.* 512. *vol.* 3. Camill. Borrellus *centur.* 1. *conſ.* 1. Beſold. *in Theſauro pract. lit. N, in fin.* Arniſeus *lib.* 2. *de crim. læſ. Maieſt. c.* 3. *num.* 18.

Solent etiam nundinæ appellari feriæ ruſtico- 13
rum vt ſunt meſſium, vindemiarum, &c. teſte Theſaur. *d.* 39. *cum dec.* 164. Feriæ verò à ferendo, quia quilibet illuc venit cauſa aliquid deferendi, Theſaur. *vbi ſuprà*, quarum conceſſionem, concordant omnes ad ſolum Principem ſpectare, Theſaur. *vbi ſuprà, n.* 4. Capibl. *in prag.* 8. *p.* 2. *n.* 51. *& ſeq. & in* 2. *tom. c.* 39. *n.* 2. *& c.* 47. *n.* 6. de Aponte *in tit. de mercatis, ſeu nundinis, n.* 1.

Mercatum verò poſſe inſtitui ſine Principis li- 14
centia dicunt ferè communiter, quia eſt de iure gentium, vt per DD. citatos à Theſauro *vbi ſuprà*, (quod an verum ſit, dicemus *infrà*,) praxim verò eos conſtituendi, & introducendi docet de Ponte *in tit. de mercatis, n.* 2. Capiblanc. *vbi ſuprà*, Laganarius *ad rubr. de Nundinis*, qui poſt Capibl. *de duobus diſp.* Primò vtrum nundinæ conceſſæ ad certos dies, ſi fiat à Principe prorogatio ipſa- 15
rum, prorogata etiam dicatur iuriſdictio Magiſtri nundinarum, & an cauſæ non expeditæ in Curia nundinarum, remaneant in Curia Baronis, vel tranſmitti debeant ad Curiam ſuperiorem, ſuſtinet Capiblancus *c.* 39. opinionem pro Barone, & eius officialibus appellationis, dicens ad eos pertinere appellationis, grauaminiſque cognitionem 16
pro Regiis verò Officialibus contra Baronem conſuluit Camillus Borellus *conſ.* 86. Minadous *conſ.* 24.

cons.24. quas duas contrarias sententias concordat Laganarius *vbi suprà, num.12.* qui tandem dicit post Thesaurum *vbi suprà*, priuilegium maximum nundinarum esse, vt possint nundinarum tempore compelli, non habitantes ad bona deferendum in locum nundinarum, vel mercatorum, ibique ea vendere, contra text. *in l. nec emere, Cod. de iure delib. & in l. inuitum, iuncta l. dudum, Cod. de contrahen. empt.* 17

Licèt autem feriæ obtentæ sint à domino Territorij, quia tamen respiciunt vtilitatem, & cõmodum ibi habitantium, censentur etiam ab eis obtemptæ, iuxta tradita per Angelum *in l. hæres absens, ff. de iudiciis, §. si quis tutelam*, vbi ait, quod Florentini possunt conuenire venientes ad nundinas Florentinas, quia nundinæ fauore Florentinorum celebrantur Greg. Lopez *in d. glos. fin.* Kipolla *d.c.42.n.21. & 22.* 18

Dicunt verò DD. quod quando conceduntur priuilegia nundinarum, aut mercatorum, illa non admittuntur, si adsint alij mercatus, vel nundinæ eodem tempore in locis conuicinis spatio decem milliariorum, antea concessa, quia præfertur ille qui prius habuit priuilegium, argum. *l. qui prior, ff. de regul. iuris*, Thesaur. *dec.264. in fin. volum.1.* Quod tamen intellige, quando Princeps alias nundinas, & mercatus esse in locis propinquis nesciret, tunc enim procedit prima opinio DD. etenim videtur facta concessio, vt nemini sit præiudicialis, ac citra præiudicium tertij, argum. *l.25. §. merito, ff. ne quid in loc. publ. c. ex multiplici, c. suggestum de decimis*, quando verò Principi non sit obreptum, sed fuerit ei facta assertio de vicino habente idem ius nundinarum, & nihilominus concederet aliud priuilegium, posset illi primo præiudicare, postquam posset regulariter priuilegium expresse reuocare, vt ait Natta *cons.511. & 512. vol.3.* vnde decreuit Senatus Pedemontan. licere Carmognolienſibus habere nundinas, non obstantibus nundinis, quas eadem die habebant Carynatenses, de quibus idem Thesaurus *dict. decis.264.* 19

SVMMARIVM

Secundi Articuli.

1 *Nullus in nundinis conueniri potest prætextu priuati debiti.*
2 *Nundinæ solemnes quæ dicantur.*
3 *Nundinantes tam in accessu, quàm in recessu, & mora sunt securi.*
4 *Suspicione posita aufugiendi, capi potest quis tempore nundinarum.*
5 *Renunciatione posita nundinarum capi potest quis eo tempore, secundum aliquos, sed contrarium verius.*
6 *Nundinarum tempore, potest quis capi ob debitum iuratum.*
7 *Pro debitis contractis in nundinis, capi potest quis nundinarum tempore.*
8 *Exules, & proscripti, an gaudeant nundinarum fauore.*
9 *Contrahentes in nundinis, conueniuntur ibi, quando expresse promiserunt ibi soluere, vel quando ibi pergulam habebant.*
10 *Cessio bonorum non datur pro debitis nundinarum.*
11 *Contractus factus in nundinis, non secuta traditione, quando obliget ad gabellam.*
12 *Furtum, & delicta in nundinis commissa, nullam habent impunitatem.*
13 *Nundinarum tempore conueniri potest quis statuto contrarium disponente.*
14 *Fiscus pro suis creditis agit etiam tempore nundinarum.*
15 *Fori variatio, & electio, an detur in nundinis, & coram Magistratibus ipsarum.*
16 *Appellatio datur à causis, tempore nundinarum decisis.*
17 *Causæ nundinarum eis finitis vbi agitantur.*
18 *Iudex nundinarum, an iudicare debeat solus, ac cum mercatoribus.*
19 *Fori electio, & variatio non datur pro contractibus gestis in nundinis.*
20 *Principalis conuenitur vbi contraxit institor tum generalis, tum particularis.*
21 *Instrumentum potest liquidari in Curijs nundinarum.*
22 *Iurisdictio nundinarum est tempore peritura, & acta currunt per horas.*
23 *Reiuendicatio non potest in causis nundinarum intentari.*

ARTICVLVS II.

An semper in Nundinis persona sit secura, & guidata ob debita.

VT opulentior sit, & liberior nundinarum aditus, & concursus, inductum est, vt in nundinis nemo conueniri possit, prætextu priuati debiti, nec molestiam pati, *d.l. vnica, C. de nundinis*, vbi gl. *in verbo, debebit*, D D. *in l. hæres absen. §. proinde, ff. de iudicijs*, vbi Bart. *num.3.* Barbosa *numero 104. & 111.* Greg. Lopez *in l.3. apud Hispanos, tit.7. part.5.* Parladorus *tom.2. c. vltimo, §.4. n.13. & ex d.l. vnica*, dicit Bart. quod illi, cui sunt concessæ nundinæ, in priuilegium, non possunt venientes mercatores ad nundinas pro debitis molestare, datia, vel pedagia, & mercedem loci exigere, cum enim sint priuilegiatæ, securi esse debent illi, qui ad eas accedunt, ne possint conueniri, secundum ea quæ tradit Bart. *in l.1. ff. ast l. Iul. Maiestatis*, quod *in d.l. vnica, ff. de nundinis*, habetur quare pro absoluto dicitur, quod venientes ad nundinas, nec arresto adstringi debent, nec horum bona in sequestrum cadere, per text. *in d.l.1.* quam explicat Nizolius *allegat.16.* Besold. *pract. concl. lit. N*, Thesaur. *d.39.* cum Cephal. *cons.342. part.3.* Francisco Marco *d.53.* Thesauro *d.264.* quod qualiter procedat de iure Saxonico, latè tradit Author differentiarum iuris Saxonici differentia 44. quod & reportat Sebastian. Neuia *in d. l.1. C. de Nundinis.* 1

Imò illæ solent solemnes nundinæ appellari, in quibus venientes per banna publica affidantur, aliæ verò, quæ de facto fiunt, mercatus vocantur, Capicius *in inuestitura feudali in verbo, mercatus*, quæ sanè nundinarum affidatio, in eo præsertim consistit, vt nullus in mercatibus, atque nundinis possit conueniri, vel molesta aliqua affici, pro rebus quas adducit, vel prætexu priuati debiti eius persona inquietari pro debito inquam quod antea contractum est, vt in Auth. *non fiant pignorationes*, Bart. & Bald. *in d.l. vnica, Cod. de nundinis*, Ioan. Sanzonius *in consuetud. Turonenses, tit.50. art.1. in verbo Fores*, Borrell. *de præstantia Regis Catholici c.36. num.33.* Reiger *in Thesauro iuris in verbo nundinæ*, iuxta text. *in d.l.1. C. de nundi-* 2

nis,vbi omnes D D.quod exponit Mauſonius *de cauſis executiuis ampliat.1.n.15.* Colerus *de cauſis executiuis, p.1. c.3.* quia dicunt nundinarum tempore, non poſſe fieri executionem contra
3 nundinantes,qui tam in acceſſu,quàm receſſu, à creditorum moleſtia ſunt liberi,ideoque neq;perſonæ,neque merces, quas deferunt, arreſtari, vel aliquo modo impediri poſſunt,nec pedagium aliquod,datium, ſeu gabellam, tenentur ſoluere per text. *in d.l.vnica*,vbi communiter DD.& ſic tam venientes ad nundinas, quàm redeuntes ſunt immunes, quia requiritur, vt vtroque tempore, nemo vexetur ex venientibus, Bart. *in l.fin.ff.de ſepulchro violato,ex l.qui mittitur.ff.ex quibus cauſis maiores*, & refert Cancerius *p.3.var.c.3. n.388.* vbi in acceſſu, receſſu, & mora debent eſſe tuti, Bald. *in d.l.vnica*, & talis ſecuritas ſtatim cenſetur conceſſa,quando nundinæ conceduntur:quia ſtatim, quod à Principe conceduntur nundinæ, conceſſa cenſetur ſecuritas ab eodem Principe, Ioannes Firman *de Gabellis,2.p.8.partis principalis,n.19.* Stracca *de mercatura, p.1. n.92.* & ideò in hoc Regno Carolus I. vetuit arreſtari in ſtratis, & in mercatis bona venalia, vt in *c. Regni, item nullus.* Intra ergo dies nundinarum (quod plures fuiſſe,colligi poteſt,*ex l.138. ff.de verb.ſignific.*) hoc eſt,antequam illarum finitarum ſignum, per campanam detur, ſub præ extu ciuilis, vel priuati debiti, non tantum ab illis, qui priuilegium nundinarum impetrarunt; ſed etiam à cæteris mercatoribus conueniri, carcerari, vel arreſtari nequeant, Mollerus *lib.1. ſemeſtrum, cap.12.*

4 Sunt verò aliqui caſus, in quibus quis poteſt in nundinis conueniri. Et

Primus eſt, quando adeſſet magna ſuſpicio, quod debitor præparet ſe ad fugam,nam hoc caſu tempore nundinarum ſiſti poteſt, & compelli,ad ſatisdandum, vt Petrus Pecchius *de iure ſiſtendi, c.7.num.7.* Mauſonius *de cauſis executiuis ampl.1. num.17.* quo etiam tempore agi poteſt ante diem, vt ſoluat Guttierrez *de Gabellis, cap.121. numero 7.*

5 Secundus caſus eſt, quando ſpecialiter renunciatum eſt beneficio, & priuilegio nundinarum, vt fieri ſolet: nam hoc caſu debitoris, & bonorum apprehenſio concedi poteſt, Mauſonius *n.18.* Petrus Pecchius *de iure ſiſtendi,c.9.& c.12.n.2.* Medices *de conſeruanda poſſeſſ.num.404.fol.542.* Daniel Mollerus *lib.1.ſemeſtrum, c.12.* Reyger *in ſuo Theſauro iuris,in lit.N*, Colerus *p.2.de proceſſu, c.3. num.156.* contrarium tamen puto verius,cum Fontanell. *tom.1.dec.233.num.10.*quia licet tunc, ipſe obligatus vigore iuramenti, non poſſet petere guidaticum, tamen ad inſtantiam Vniuerſitatis, cui priuilegium eſt conceſſum, poterit obtineri relaxatio capti, & ſic, vt cautius procedatur in fauorem debitoris eſt procurandum quod Syndicus Ciuitatis inſtet, relaxationem capti,vt aduertit Fontanella *d. dec.333. n.22.* quia renunciatio debitoris,non potuit nocere iuri Vniuerſitatis, argum.text. *in c.ſi diligenti, cum ſimilibus de foro competenti*, illa enim ſecuritas in fauorem Vniuerſitatum,quibus feriæ conceſſæ fuerunt, inducta eſt;cui per tertium præiudicari non poteſt, Mieres *ad Conſtitutiones Regis Petri III. fol.309.*& ſic Syndicus inſtare debet,captos relaxari expenſis ipſius ciuitatis,Fontanell. *d.dec.233. n.20.*Ripoll.*c.42.de Regalib.n.12.*

6 Tertius caſus eſt,in debito iurato,in quo nundinarum tempore conceditur carceratio debitoris, pro quo allegatur Afflictus, & Vrſillus *d.5.* Euerardus *conſ.21.* Dominicus Pecchius *de iure ſiſtendi,vbi ſuprà,n.4.* prima enim opinio docet, quod in nulla generali conſtitutione venit debitum iuratum, vt ſaluus conductus conceſſus alicui non continet debitum iuratum, Afflictus *vbi ſup.* Beſoldus *pract.concl. litt.N*,quod tamen negat Mauſonius *vbi ſuprà,n.50.*

Quartus caſus eſt in debitis contractis in ipſis 7
nundinis, Petrus Pecchius *vbi ſuprà, n.50.* Mauſonius *n.20.ex l.hæres abſens, §.proinde, ff. de iudicijs*,gloſ.*in d.l.vnica,C.de nundinis*,Borrell.*ad Bellugam in ſpeculo Principum rubrica 11.§.viſum eſt, in verb.in contractib.verſ.Octauò limita*, poſt Baldum,Salicetum, & Fulgoſium *in d.l.1.* Tuldenſ. *vbi ſuprà,n.6.* qui verò exules ſunt, & proſcripti, 8
vel qui crimen aliquod contraxerunt nundinarum immunitate non gaudent, quantumvis iniuſtè proſcripti eſſent, donec proſcriptio illa declaretur iniuſtè facta,Baldus *in d.l.1.* Pecchius *num.7.* quia generale eſt, quod priuilegium nunquam extendatur ad ſceleſtos, vt de ſtudentibus loquitur textus *in Auth.habita, C.ne filius*, & pro contractibus, qui fiunt in ipſis nundinis, competit ibidem actio, & exceptio,ac liberè moueri valet, eoque nundinarum loco conueniri poteſt aduena per text. *in d.l.hæres abſens 19.§.proinde,ff.de iudiciis*,gloſ.*in d.l.vnica,in verb.conueniat*,cum certum ſit in iure noſtro, quod ratione contractus, contrahentes ſortiantur ibidem forum *d.§.proinde, cap.fin.de foro compet.c.dilecti eodem tit.c.1.de priuilegiis,in 6.* Barboſa *in d.§.proinde*,quod ita exiſtimatur verum, vt procedat quando contrahentes expreſſe adimplere ibi contractum, ſe obligauerint, ſiue expreſſa pactione conuentum fuerit, vel ſi ſimpliciter contraxerint in nundinis,Tabernulam, pergolam, vel officinam mercantiæ cauſa conductam habeant,tunc enim quamuis expreſſe ibi implere contractum non ſe adſtrinxerint,conueniri meritò potuerunt, *d.§.proinde*, cum gloſſa *in d.l.vnica, Cod.de nundinis*, quod ita intelligit Stracca *de mercatura, tit.quomodo in cauſa mercaturæ procedendum ſit, num.19. & ſeqq.* Barboſa *in d.§.proinde num.111.& 112.* cæterùm ſi in nundinis mercatores pergulam, tabernam, vel officinam conductam non habentes contraxerint ſimpliciter habita fide de pretio, & de implendo ibidem contractu,aut de non implendo,nihil meminerint, tunc tanquam aduenæ contraxiſſe videntur,vt ratione contractus domicilium ibi non ſortiantur per text.*in l.hæres abſens, §.proinde,ff.de iudicijs*, Barboſa,& Stracca *vbi ſup.* Nec intereſt, vtrum ſit habita, necnè fides de pretio dummodo expreſſe non ſit conuentum, vt ibidem ſoluatur, quia vbi ſimpliciter traditur res, cenſetur habita fide de pretio,gloſ.*in l.quod vendidi.ff.de contrah. empt.& in §.venditæ,verſ.emptoris,inſtit. de rerum donat.*

Nec omittas ſcire quod pro debitis contractis 10
in nundinis ceſſio bonorum non admittitur,Chriſtineus *dec.100.tom.3.*

Nec eſt parumpendenda doctrina Guttierrez *de* 11
Gabellis q.7.n.28. vbi tenet, quod priuilegium *l. vnicæ,C.de nundinis*, non ceſſat ſi tempore nundinarum factus fuerit contractus,& non traditio, ſubditque gabellam venditionis factæ in nundinis ſub conditione, quæ poſtea nundinis tranſactis perficeretur, non eſſe ſoluendam,quia adhuc nundinarum priuilegium, locum habet, propter conditionis retrotractionem,ſequitur Barboſ.*in d. l.vnica,C.de nundinis,n.4.*

Quintus caſus eſt,in refutata in ipſis nundinis, 13
Mauſonius *limitat.5.* pro quo allegat Menoch.*de præſumpt.*

præsumpt.lib.5.præsump.29.num.23. & 24. quod etiam ad alia crimina, in ipsis nundinis patrata extendi potest.

13 Sextus casus est vigore statuti contrarium disponentis, vnde licet in Ciuitate Barcinonæ, priuilegium sit, vt gaudeant securitate omnes venientes ad ferendas merces in eandem Ciuitatem, quod guidaticum durat solum spatio 24. horarum, quo tempore durante, non potest quis capi, nisi in casibus relatis per Ripollam *var. resolut. in titul. de execut. censualium à n.191. cum seqq.* tamen in eodem statu, & Principatu Cataloniæ debitores ex causa census, non sunt guidati, in nundinis *ex constit.2.3.* & *4. sub tit. de diuersis rescriptis*, vbi est prohibitum tales obligatos guidare, quod etiam agnouit Cancerius *tom.3.var.c.7.n.244.* Fontanella *tom.1.dec.233.a num.1. cum sequentibus*, & sic tales obligati, venientes ad nundinas, non erunt securi, quin capiantur: immò certum est, posse eos capi, & carceribus mancipari, quousque debitum soluerint. Dixi ex causa census, quia pro aliis debitis essent securi, Ripolla *numero* 28.

14 Septimus casus est in debitis fiscalibus, quia propter illa fit executio, & apprehensio debitoris, vt etiam in debitis ex maleficio: quia talia debita excluso priuilegio nundinarum, exequuntur, & capiuntur in ipsis nundinis, Baldus *in d. l. vnic. C. de nundinis*, Gregorius Lopez *in l.3.tit.7.p.5.* Narbona *lib.9. tit.10. in l.4. glossa 1.* & *2. folio mihi 962.*

15 Quæstio tamen est an in causis nundinarum, & introductis, coram Magistris nundinarum (vulgo detti *Mastri mercati*) qui eliguntur pro administratione iustitiæ, in emporiis, mercatis, seu feriis, de quibus in *pragmat.10.§.85. de off. Iudicum*, & Nouarius *in rubrica de nundinis super pragm.* & Christineus *tom.3. decis.99.* detur variatio fori.

Responsio est affirmatiua, teste Nouario *p.2. de electione fori, q.19. num.20.* quia tales Magistri nundinarum, seu mercatuum, repræsentant ordinarios Officiales locorum, à quibus tempore quo durant mercatus, abdicant iurisdictionem, itavt illi habeantur loco Capitaneorum, per dictum tempus, & eorum Curias repræsentent, & in ipsarum locum subrogentur, vt latè Nouarius *lib.2. quæst. for. quæst.31.* ergo sicuti à Curia, & Capitaneis locorum legitimè fori priuilegium per viam recursus ad suprema Tribunalia datur personis miserabilibus, sic à pari Magistro nundinarum: quia non est assignanda dissimilis ratio, vt bene Portoles *de consortibus, & fideicommisso legali, cap.5. num.14.* quia vbi non potest reddi diuersa ratio, ibi idem ius induci debet, *l. Titio, ff. de verb. l.3.§.1. ff. de iniusto rupto*, cum diuersitas rationis diuersitatem iuris inducat, *l. fin. ff. de ritu nuptiarum, l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verb.* & vbi est diuersa ratio, ibi esse debet diuersa dispositio, *l. si seruus, ff. de statu liberis, l. si ita, ff. de manumissis testam.* Decius *cons.394. num.3.* Surdus
16 *cons.64. num.19.* Accedit, quia à Magistris nundinarum datur beneficium appellationis, Minadous *cons.24.* Borrellus *cons.86.* Capiblancus *suprà pragmat.8. de Baronibus, cap.39. tomo 2.* Nouarius *tomo 2. de grauam. grauam.58.* ergo etiam beneficium electionis fori dari debet habentibus tale priuilegium.

17 Et aduerte, quod causæ nundinarum, scilicet coram Magistro nundinarum agitatæ finitis nundinis, coram ordinario sunt finiendæ, ex Baldo, & Salyceto, *in l. receptitia, C. de constitutione pecunia*, Maranta *part.4. in praxi dist.9. num.71.* Giurba *l.83.n.7.* qui dicit, quod quando illæ redeunt ad Iudicem ordinarium, non eo modo, quo coram Magistro nundinarum agitatæ fuerunt, debent agitari, sed ordinariè, iuxta formam iuris, vt latè Thorus *in voto 25.* In nun- 18
dinis verò Lugdunensibus disputauit Anneus Robertus *lib.2. cap.16.* an scilicet Iudex mercatorum debeat esse simplex Doctor, an verò cum eo debeant esse duo assessores mercatores tempore decreti, & iudicij, & prima facie videbatur dicendum pro mercatoribus, tandem pro Iudice fuit iudicatum periculosum, præiudiciale etiam esset si vna ars suos vellet habere coniudices, &c.

In contractibus verò initis in ipsis nundinis, 19
non datur variatio, nec fori electio: quia in hoc casu priuilegiati, non possunt forum declinare *ex d.l.1. C. de nundinis*, quia daretur absurdum, quod cogerentur negotiatores finitis nundinis persistere in loco nundinarum, ad conueniendos illos, cum quibus contraxerunt coram Iudice ipsorum, vel si forenses forent, petere per loca eorum, vel ad Tribunalia Regia, ad quæ conuolarunt, & sic de facili fraudarentur, vt bene Follerius *ad Marantam in praxi, p.4. dist.9. num.84. qui n.85.* infert contra Salernitanos, qui licet minimè possint conueniri, coram Magistratu nundinarum, ratione tamen contractus gesti in ipsis nundinis, bene conueniuntur vt *suprà* diximus, cum non sit nouum ratione contractus aliquem conueniri, in loco in quo alias conueniri, non posset, *ex d.l. hæres absens, §. proinde, ff. de iudicijs, §. hæc considerantes, & §. si igitur, Auth. Vt omnes obediant Iudici, collect.5. c. fin. de foro compet.* 20
Card. Tusch. *lit. F, concl.483.* Stracca *de mercatura in tit. quomodo in causis mercatorum sit procedendum, p.2.* qui dicit hoc esse verum non solum ratione contractus, quem principalis gessit, sed etiã vbi gessit contractum institor eius, quia talis contractus habetur, ac si fuisset gestus à principali, *d. l. hæres absens, §. apud Labeonem*, & ibi DD. *ff. de Iudicijs*, Boërius *d.114.* Cremensis *sing.77.* vbi extendit ad institorem particularem, Bonos *singul.240.* Carleualius *disp.2. de Iudicijs, q.40.* vbi plures refert ampliationes, & limitationes.

Quæstio etiam est, an in Curiis nundinarum 21
possit instrumentum liquidari via ritus. Affirmatiua responsio est certa, cum Maranta *p.4. dist.9. num.133.* vbi sic dicit practicatum, quia Curiæ nundinarum repræsentant ordinaria Tribunalia, & sunt subrogata in eorum locum, ad determinatum tempus, inde pandectæ, Curiarum locorum debent obseruari pro dictis faciendis, Carraba *de Syndic.p.2.n.156.*

Iurisdictio verò nundinarum est tempore peritura, & acta debent currere per horas, quia in 22
causis, quæ ventilantur in nundinis, proceditur omissis solemnitatibus, & summariè absque omni alio processu iudiciali, immò possunt in Curiis nundinarum acta fieri de nocte, & valent DD. *in l. non minorem, C. de transact.* Maranta *vbi suprà, num.85.*

Quod si eueniat aliqua lis de bonis stabilibus, 23
& fuerit intentata reiuendicatio, tunc nundinarum Magister, vulgò *Mastro mercato*, non debet se intromittere in hoc, nam possidens in paucis horis, priuaretur sua possessione, quod non est concedendum, vt bene Nouarius *tom.2. quæst. for. quæst.31.*

SVMMARIVM

Tertij Articuli.

1 *Priuilegium nundinas faciendi, qualiter per non vſum amittatur.*
2 *Priuilegium per non vſum quando amittatur celebris diſtinctio.*
3 *Priuilegium per non vſum non amittitur, quando per eum non ſtetit qui illud habet.*
4 *Priuilegium per non vſum non amittitur, quando conceſſum eſt Eccleſiæ.*
5 *Priuilegium non ſemper amittitur, per non vſum.*
6 *Princeps poteſt reuocare priuilegium nundinarum, etiamſi per longiſſimum tempus conceſſum fuerit; ſed contrarium verius.*
7 *Princeps ex vi ſupremæ poteſtatis an poſſit priuilegia conceſſa auferre.*
8 *Baro non poteſt auferre nundinarum iuriſdictionem.*
9 *Appellatio ad quem detur à ſententia Iudicum nundinarum.*
10 *Diſtinctio adhibetur ad propoſitum in præſenti.*
11 *Barones non poſſunt in vaſſallos præiudicium aliquod inferre.*
12 *Magiſter nundinarum per quem eligi debeat.*
13 *Priuilegium nundinarum quando poſſit à Principe auferri.*
14 *Reuocatio priuilegij, non ſolum à concedente poteſt fieri, ſed ab eius ſucceſſore.*
15 *Nundinis prorogatis, an prorogetur officium, & franchitiæ.*
16 *Nundinarum locus an poſſit mutari.*
17 *Text.* in l. obſeruare, §. ingreſſus, ff. de off. Proconſulis, *qualiter procedat.*
18 *Locus non poteſt mutari, vbi ſolitæ ſunt functiones exerceri.*
19 *Intereſſe particularium quando conſiderandum ſit necnè, reſpectu publici intereſſe.*
20 *Locum deſignare pro mercatu, ad quem ſpectet, ad Baronem, an ad Vniuerſitatem.*
21 *Tempus nundinarum an poſſit mutari ſine Principis licentia.*
22 Pragmat. 3. & 4. de Nundinis, *declaratur.*
23 *Baro qualiter puniatur, ſi abutatur priuilegio.*
24 *Nundinas, vel mercatum exercens ſine priuilegio qualiter puniatur.*
25 *Neapolitanis ad alia Regna accedere pro nundinis non licet.*

ARTICVLVS III.

An Priuilegium faciendi nundinas, conceſſum alicui Baroni, vel Vniuerſitati, amittatur certo tempore, & an poſſit reuocari per Principem concedentem.

PRiuilegium nundinas faciendi, amittitur, quando impetrans infrà decennium, eo non vtitur, iuxta text. expreſſum *in l. 1. ff. de nundinis*, quod non ſolum in priuilegio nundinarum procedit, ſed etiam in omni alio priuilegio impetrato, iuxta diſtinctionem illam, quam dat gl. *in c. cum acceſſiſſent de conſtit.* vbi diſtinguitur, inter priuilegium impetratum ad aliquid faciendum, vt ad celebrandum nundinas, vel ſimilia, non autem quoad priuilegia impetrata, ad aliquid non faciendum, vti ad non ſoluendum decimas, ad non contribuendum in publica exactione, ad non recipiendum hoſpites, &c. tale enim priuilegium, conſiſtēs in non faciendo, decennio non amittitur, ſed aut triginta, aut quadraginta annis, provt bene Sicardus *in d. l. 1. ff. de nundinis*, quod decidit Senatus Curiæ Belgicæ *tom. 3. tit. 60. dec. 99. numero 5. in fin.* & ſic intelligitur gloſ. *in l. falſo, C. de diuerſis reſcriptis*, Felinus *in d. c. cum acceſſiſſent, num. 25. de conſt.* vbi Abbas *n. 6.* Bart. *in l. Iuſtitiat. §. earum rerum, n. 3. ff. de publican.* Gailius *lib. 2. obſeruat. c. 60.* verum nota quod licet non vtēdo amittat quis priuilegium, *d. l. 1. ff. & C. de nund.* Capicius *d. 134. n. 2.* Alexander *conſ. 21. volum. 5.* Riminaldus ſenior *conſ. 307. & conſ. 588. n. 9. vol. 2.* Hieronymus Gabriel *conſ. 162. vol. 1. & conſ. 151. n. 10. vol. 2.* Franc. Marc. *d. 53. n. 4. vol. 1.* Petr. Gregorius *c. 3. n. 10.* 2

Quod tamen limitatur primò ſi non ſteterit per eum, qui habet priuilegium, quin ipſo vteretur, ſed ex alia cauſa: quid enim ſi poſſe, bello, & ſimilibus impedimentis neceſſariis, ſeu inuitabilibus ſteterit, quominus illud exerceret, quibus caſibus illud non amittitur, argum. *l. Et Atilicinus, ff. de ſeruitutib. vrbanorum*, Abbas *in c. Abbate S. Syluani, de verb. ſignif.* Secundò limitatur non procedere, vbi priuilegium faciendi nundinas eſſet alicui Eccleſiæ conceſſum, tunc enim requiruntur anni quadraginta, vt conceſſione, & priuilegio cadat, *c. de quarta, c. illud de præſcript.* Felinus *in c. cum acceſſiſſent, de conſt.* Tertiò limitatur, non procedere, ſi concedens quid annuum, loco cenſus, & tributi ſibi exigeret, vel reſeruaſſet, tunc enim nundinarum conceſſionarius priuilegio ſibi tributo, nunquam cadet, vel amittet, vt dicit originaliter Albericus de Roſata *in l. de quibus, col. 57. ff. de legibus*, ſequitur Felin. *in d. c. Illud, de præſcriptionibus*, quas limitationes cum aliis, quæ non faciunt ad materiam refert Franc. Balbus *de præſcriptionib. p. 4. & 5. partis principalis, q. 4.* Padilla *in l. falſo, C. de diuerſis reſcript.* Menochius *lib. 6. præſumpt. 41. n. 16. & conſ. 727. n. 13. & con. 1172. n. 15.* Molina *lib. 1. de primogenitura, c. 7.* Maſtrillus *d. 96. p. 1.* Caldas Pereyra *de iure emphyt. c. 15. n. 8.* Decianus *reſp. 66. n. 65. volum. 3. & conſ. 43. n. 35. & reſp. 2. n. 15. lib. 2.* Azorius *p. 1. lib. 5. c. 4. q. 8. & c. 22. q. 8.* Suarez *de leg. lib. 8. c. 33. n. 19.* qui dicunt, quod quando amittitur per non vſum, eſt probandum, quod impetrans vti potuit infrà decennium, & non eſt vſus, & incumbit actori tunc onus, Barb. *in d. l. 1. C. de nund. in fin.* 3

Quia enim ad Principem pertinet nundinas alicui oppido, vel Ciuitati concedere, per conſequens ad eundem pertinet reuocare, prout exemplis fundat Theſaur. *d. dec. 264. n. 3.* quod ampliat etiamſi per longiſſimum tempus hominum memoriam excedens, fuerint exercitæ, vt bene Natta *conſ. 511. & ſeq.* quod tamen non placet Borrello *conſ. 86.* provt nec antea placuit Lucæ de Peña *in l. 1. C. Ne Ruſtici, vel Ruſticani, &c.* quia per immemorabilem præſcriptionem, nundinæ, earumque iuriſdictio acquiritur; communiter DD. teſte Laganar. *vbi ſup. n. 20.* quod ſi Princeps ſuprema eius authoritate, voluerit id facere, tunc incidimus in quæſt. illam, diù diſputatam, vtrum ſcil. Princeps ex vi ſupremæ poteſtatis, poſſit dominium auferre ſine cauſa, de qua DD. *in l. Item ſi verberatū, §. 1. de reiuend.* de qua re Franc. Topp. *de* 6 7

poteſt.

potest. Principis secularis, §.6. qui cum communi affirmat, non posse, quod in puncto consuluit, Alciatus *cons.*23.*lib.*5.Cephalus *cons.*342.*n.*75. Vnde Thesauri assumptum difficultatem maximam patitur, dum vult posse Principem nundinas immemorabili præscriptione acquisitas sine causa auferre : latè Galeota *in responso fiscali*.

8 Non tamen poterit per Baronem auferri nundinarum Iurisdictio, Maranta *in prax.in tit.vt Iudices mercatorum,n.*50. Thesaur.*d.dec.*264. consequenter quando currit causa in nundinis, tunc ad delegantem erit appellandum per text. *in l.*3. 9 *ff. quis,& à quo l.*1.§.*si quis in appell. ff. de appell.* provt in simili, à sententia Syndicatorum, qui ab Vniuersitate dependent, & non à Barone ab eorum decretis,appellandum est,ad superiores, sicque à grauaminibus catapaneorum, seu grassatiorum dicit Franch. *d.*511. & quod in causa nundinarum non appelletur ad Baronem,decisum refert Minadous *cons.*24.

10 Quare distingui debet in proposito, scilicet quod si priuilegium immediatè reperitur concessum à Principe, per quem vel ab Vniuersitate creatur singulis annis Magister nundinarum, tunc sine dubio, ad Regios Superiores appellandum est, quod si non ita sit, tunc non erit appellatio facienda ad eos, sed ad Baronem, Capibl.*de Baronib.c.*39.*tom.*2.

11 Non enim possunt Barones in vassallos præiudicium aliquod innouare,neque sibi appropriare, ac vsurpare,de illis quæ excepta sunt, & Principi reseruata, neque nundinas posse in suis Terris indicere, mercatores immunes,facere, ac in causis mercatorum iurisdictionem alteri delegare, & constituere patticularem iudicem nundinarum ad Principem spectat : Aponte *de potest. Proregis in tit.de mercatis,cap.*39. Solet tamen consentiente Barone, & subditis supplicantibus concedi hoc 12 priuilegium nundinarum per dies à Prorege, capta informatione, quod non fiat præiudicium aliis, & solet committi, eidem Baroni, vt eligat Magistrum nundinarum, in Terris demanialibus verò, solet eligi per Proregem, si non adest particulare priuilegium tributum Vniuersitati, vel particularibus ciuibus, vt exercere possint iurisdictionem durante termino dierum circumscriptorum,ad exercitium nundinarum.

13 In quo etiam sensu loquitur Sistin. *de Regalib. lib.*1.*c.*6.*à n.*3. qui ait non posse per Principem reuocari priuilegium faciendi nundinas, nisi esset concessum ex mera liberalitate,& gratia;tũc enim licitè poterit reuocari, Dec.*cons.*280.*n.*4. Bellonus *cons.*28.*n.*10. Roland.*cons.*13.*lib.*3.*num.*3. & 11. Gabriel *de iure quæsito non tollendo,concl.*7. Cruetta *de antiquitate temporis,p.*1.§.1.*num.*55. Sed si fuerit facta concessio in vim pacti non poterit reuocari, Baldus *in l.qui se patris, C.vnde liberi*, Paul.*in l.digna vox,n.*6.*C.de legib.* Afflictus *dec.*128.*n.*10.Decius *cons.*689.*num.*50. Natta *cons.*589.*n.*11.*tom.*4. Tappia *in l.fin.*2.*p.c.*9.*numero* 10. *de constit. Principum* : quia Princeps ex contractu manet obligatus ex Bartolo,Baldo,Saliceto, Ioan. Igneo, & aliis *in l.Donationes, quas Diuus C.de donat.inter virum*,maximè pecunia interueniente,quia tunc contractus est onerosus,& concessiõ non est gratiosa,& inde est,quod priuilegium pecunia emptum, non potest absolutè per Principem reuocari,Belluga *in speculo Principum, rubr.*36.§.*graue damnum,num.*8.respondendo illis qui dicebant posse reuocari, moti ex textu *in l. Titius,ff.de obsequiis,&c.* Posset verò Princeps ea reuocare etiam concessa, cum pecunia ex iusta causa, per text.*in l.fin.C.si contra ius,vel vtilitatem publicam,c.qua in Ecclesiarum de constit.* Lud. Romanus *cons.*436. Cancerius *tom.*3.*var.c.*4.*de priuilegiis,num.*425.quam reuocationem non solum potest facere qui concessit,sed etiam successor eius, Sixtinus *d.c.*6.*n.*7.*ex c. si is cui,de prab. in* 6. Cynus, Albericus, & alij *in d.l.Digna vox, C.de legib.*Roland.à Valle *cons.*13.*num.*8.Afflict. *d.*128.*n.*11.*in fin.* Natta *cons.*657. & de priuilegiis militibus concessis,quod possint per successores reuocari, dicit Ripolla *de Regalibus, dicto capite.*42.*à num.*42. & Fontanella *tomo.*1. *decis.*138. 14

Quod si nundinæ prorogentur, continuatur 15 etiam officium, & est quæstio, vtrum prorogetur iurisdictio Magistri nundinarum, de qua re Capiblanc.*to.*2.*de Baronib.cap.*47. qui ait, quòd etiam tempore prorogato, sunt mercatores immunes à vectigalibus Fisco debitis.

Nundinarum locus an possit mutari, quæstio 16 est, de qua re Capiblanc.*tom.*2.*c.*16.*n.*9. & aliqui dicunt,quod non, quia locus solitus de iure mutari non potest,per text.*in l.si locus ff.de Iudiciis*,Franc.Marcus *d.*97.& notat Anna *sing.*355. putant alij contrarium, posse scilicet mutari ab Vniuersitate, ita Surgente de Neapoli Illustrata, *c.*11.*n.*38.

Neque dicas obstare text.*in l.obseru.*§.*ingressus,* 17 *ff.de off.Proconsulis*,vbi disponitur quod locus solitus, vnde ingredi solet Præses, debet obseruari, quem text. D D. citant ad propositum, vt locus vnde solet processio Sanctissimi Sacramenti Corporis Christi transire,mutari non possit.& Complatearij dicuntur habere interesse,quod non mu- 18 tetur, vt ille locus solitus honorificetur, igitur locus mercati, non potest mutari ; quia Complatearij habent interesse,quia domus,& hypothecæ, cariùs locabuntur, nec sunt mutanda, quæ ex antiquo solita fuere, per Textum *in leg. minime, ff. de legibus*, iuncta *l. si cui, ff. si seruitus vendicetur.*

Respondeo enim,quod ius electionis loci, stat 19 in facultate ipsius, quæ nunquam ptæuit perscribi, nec est habenda consideratio, interesse particularis, cum vtilitas publica sit attendenda,*l.vnica,*§.*ne autem, C.de cad.tol.* imò decreta, & ordinationes facta à Concilio Vniuersitatis, possunt ab ipsomet reuocari, prout in *l. quod semel, ff.de decretis ab ordine faciendis*, Natta *cons.*512. qui ampliat, etiamsi essent iurata, & assensu Principis roborata; quia nemo potest sibi ipsi legem imponere, vt in *l.si quis in princ.ff.de leg.*1.& ex actibus vniuersalibus nulli ciui ius quæritur, gl. finalis *in l.solet, ff.de off. Proconsulis*, Rolandus à Valle *cons.*50. *num.*70. qui in specie loquitur, consuetudinem non posse, dici inductam, si vniuersitas in certo loco statuerat, vt victualia vendantur, & mercatum, vel nundinæ celebrentur, ita quod non possit locus ille mutari, pront decisum fuit pluries in Ciuitate Salerni, vbi nundinæ fuerunt transmutatæ de loco ad locum,teste Capiblanco *capite* 16.*numero* 18.*tomo* 2.

Ad quem verò spectet designare locum pro 20 mercato ad Baronem scilicet an ad Iuratos, vel Vniuersitatis Gubernatores quæstio est, dicunt omnes non spectare ad Baronem, Ripolla *variar. c.*1.*n.*274. quia posito quod Barones concesserunt,quod in illa Vniuersitate sint Consules,siue Iurati,& quod possint habere consilium, in consequentiam censetur Baronem concessisse,ea omnia iura, quæ ratione administrationis,& annonæ

expediunt

expediunt Villæ, vt ex Bartolo *in l. nulli 7. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* Felinus *in c. cum omnes n. 11. de conſtit.* Guttierrez *de iuram. p. 1. c. 38.* Pertoles ad Molinam, §. *Firmau. 134.* Cancerius *part. 3. var. c. 13. de iure Caſtror. àn. 283.*

21 Tempus verò nundinarum ſtatutum certa die ab Vniuerſitate, ſine aſſenſu Principis mutari non poteſt, nè fiat præiudicium aliis Vniuerſitatibus, quæ forſan eo tempore, vel paulo ante, vel poſt priuilegium habent nundinarum, nam ob conflictum paterentur intereſſe, prout bene Theſaurus *d. dec. 264. n. 4.* De Ponte *de poteſt. Proregis in tit. de mercatis*, Capibl. *vbi ſup. c. 16. n. 19. to. 2.* ſicut etiam in quo nundinæ fieri ſolebant, poſſe mutare Principem nulli dubium eſt, *& ſup.* dicebamus.

22 Vnde per *pragm. 3.* de nundinis confirmatam *per pragm. 4.* diſpoſitum eſt, quod Vniuerſitas, quæ habet priuilegium, & facultatem nundinas faciẽdi, debeat celebrare in diebus ſtatutis, iuxta priuilegiorum tenorem, alias immunitatibus non fruãtur, & ideò ſi priuilegio nundinarum, abutatur erit priuandus priuilegio prædicto, ex regula text. *in c. priuileg. 11. q. 3.* gl. *in l. Iudæos, in verb. temperauerint, C. de Iudæis*, & gl. *in l. libera. ff. de peculio*, Speculator *in tit. de inſtrum. ed. §. 11. n. 9.* Lanarius *conſ. 5. n. 12. & conſ. 14. n. 10.* ſicuti per decennium priuilegium amittit ille, qui eo non vtitur, abutendo Principis concedentis humanitate, & munificentia, *l. 1.* vbi DD. *ff. de nundinis*, Speculator *d. §. 11. n. 9. & ſeq.* vbi alios caſus recenſet, in quibus priuilegium amittitur, & præſertim, in Barone abutente iuriſdictione in vaſſallos, eos ſæuiter,
23 maletractando, moleſtando, indebitè angariando, & iniuriando, extorquendo à miſeris vaſſalis eorum bona, & ſeruitia, aliaque grauamina inferendo, de quo latè Capiblanc. *in prag. 3. num. 49. vſque ad num. 65. de Baronib.* Lanarius *conſ. 50. num. 13.* Deponte *de poteſt. Proregis in tit. de elect. officialium*, §. 1. *à num. 1. cum ſeqq.* poſt Grammatic. *conſ. 10.* Maſſull. *ad Capicium, d. 130.*

Notandum etiam eſt, non licere mercatori vnius Regni ire ad nundinas in Regnis alienis, vt dixerunt Theodoſius, & Honorius *in l. mercatores in princip. C. de commerciis, & mercatorib.* Decian. *lib. 7. criminalium, c. 17. n. 20.* Id fuit diſpoſitum ne ſub mercaturæ colore fiant explorationes, & reuelationes ſecretorum Regni, quæ quandoque iuuant, quandoque nocent, contrarium tamen quaſi die ſeruatur, quia ſub mercaturæ occaſione alienorum Regnorum habemus bona, & merces, quibus vtimur, vt latè Camillus Borrellus *de præſtantia Regis Catholici cap. 36. à num. 46. cum ſequentibus.*

24 Qui verò nullum habet priuilegium, & mercatum, vel nundinas exercet, eſt quæſtio, qua pœna puniatur putant communiter pœna vſurpatæ regaliæ, quæ eſt pœna mortis naturalis cum publicatione bonorum, & iuriſdictionis vſurpatæ, etſi fuerit Vniuerſitas deſolationis pœnam ſuſtinebit, veiuſque ciues perpetuo angarij habendi erunt, Capicius *d. 130.* Deponte *de poteſt. Proregis tit. de elect. Officialium*, §. 1. *n. 46.* Riccius *collect. 1626.* & tenetur etiam pœna falſi, quia verè falſitatem commiſit, faciendo ſe Regiæ poteſtatis participem, & iuriſdictionis dominum, ac etiam Officialem, cum non eſſet, Capicius *dict. deciſ. 130.* & Maſſullus ibidem, Riccius *dict. collect. 1626. part. 5.* De æquitate tamen puniendus eſſet pœna arbitraria, teſte Laganario *in prag. 3. de nundinis in fin.*

SVMMARIVM

Quarti Articuli.

1 *Nundinarum tempore nihil ſolui debet pro gabella, vel alia cauſa.*
2 *Mercatus quodnam priuilegium afferat loco, vbi ſunt.*
3 *Baro, vel Vniuerſitas poteſt aliquid accipere tempore mercati.*
4 *Differentia inter mercatum, & nundinas traditur per DD.*
5 *Mercatus ſunt de iure gentium, neque in illis licentia magis requiritur ſecundum aliquos.*
6 *Princeps poteſt mutare diem nundinarum.*
7 *Differentia ſubſtantialis inter nundinas, & mercatum nulla eſt.*
8 *Text.* in l. vnic. C. de nundinis, *ſic loquitur de mercatu, ſicut de nundinis.*
9 *Nundinæ, & mercatus a pari procedunt.*
10 *Mercatus licet de iure gentium, tamen requiritur Principis licentia, vt in nundinis.*
11 *Hominum coadunationes, quæ non ſunt mercatus fieri poſſunt, ſine licentia, & datur exemplum.*
12 *Venientes ad nundinas hodie poſſunt moleſtari, & contra eos inſtrumenta liquidari.*
13 *Conſuetudo contra* l. vnicam, C. de Nundinis *valet.*
14 *Conſuetudo tribuit iuriſdictionem etiam in priuatis.*
15 *Conſuetudo tribuit merum, & mixtum Imperium.*
16 *Conſuetudo eſt fons omnium iuriſdictionum.*
17 *Imperium duo conſeruant iuriſdictio, & priuilegium.*
18 *Iuriſdictio cognoſcendi extra territorium datur per conſuetudinem.*
19 *Conſuetudo potuit derogare*, l. vnicæ Cod. de Nundinis.
20 *Solitum omnino attendendum, in qualibet materia.*
21 Camilli Borrelli *authoritas adducitur ad hoc, de conniuentia Superiorum.*
22 *Tolerantia Superioris, inducit diſpenſationem, & conſenſum.*
23 *Conſuetudo cum tolerantia Principis habetur pro aſſenſu.*
24 *Conſuetudo facit licitum de illicito.*
25 *Conſuetudo facit delictum non delictum, quando erat delictum ſecundum leges.*
26 *Conſuetudo quamvis praua, iniqua, & iniuſta excuſat a pœna etiam æterna.*
27 *Conſuetudo poteſt plus in bonis Eccleſiæ, quàm Princeps ſæcularis.*
27 *Princeps ſæcularis in beneficio vacante nihil poteſt, ſed à conſuetudine vires poteſt accipere.*
29 *Conſuetudo poteſt pluſquam lex.*
30 *Conſuetudo eſt tacitum pactum, & mores ciuium.*
31 *Conſuetudo eſt fortior priuilegio.*
32 *Conſuetudo legibus contraria, poteſt eſſe rationabilis.*
33 *Legem mutari, & abrogari rationabile eſt, aliquando.*
34 *Conſuetudo ſemper præſumitur introducta cum cauſa, & poſito quod eſt introducta, non eſt neceſſe quærere rationem.*

35 *Doctori*

35 *Doctori attestanti de consuetudine credendum est.*

36 *Doctoris opinio, scientia, & bonitate præditi, tribuit in conscientia securitatem.*

37 *Quod potest per priuilegium haberi, poterit per consuetudinem.*

38 *Baro de quo in præsenti consilio, quid possit facere.*

39 *Successores, qui consuetudinem introductam inueniunt, non debent inuestigare, an licitè, vel illicitè fuerit introducta.*

40 *Speculatiuè dubitans de facto potest operari contrarium.*

ARTICVLVS IV.

An Baro, vel Vniuersitas, priuilegium habens, faciendi mercatum, possit aliquid accipere ex singulis quibusque animalibus, vel aliis rebus, quæ veniunt ad vendendum.

1 VIdetur prima facie dicendum quod non, quia securitas data est, illis qui accedunt ad nundinas, quod nihil debeant soluere, gabellæ, datij, vel pedagij, aut etiam loci nomine, propter eam rationem, quam tradit glossa *in d. l. vnica*, quandoquidem tales nundinæ, impinguant locum, 2 in quo celebrantur eique quamplurima commoda afferunt, & hoc, vt supra dicebamus non solum in accedendo; sed etiam in recessu à mercato, prout benè Bart. *in l. 1. ff. ad l. Iul. Maiestatis*, non venit securè, qui non potest securè recedere, Bart. *in l. Relegati. ff. de pœnis*, tempore enim nundinarum, neque res, neque personæ possunt arrestari, per *tex. in d. l. vnica, in Cod. de nundinis*, Dominicus Pecchius *de iure sistendi, cap. 10. num. 3.* Migon. *ad Consuetudines Annegauenses sub tit. de Baronibus art. 49. num. 4.* & ita in puncto Capicius *in inuestitura feudali, in tit. de clausulis, in verbo mercatum, &c.*

3 Respondent aliqui contrarium, posse, scilicet per Baronem, vel Vniuersitatem accipi.

4 Probant tali modo, quia est differentia inter mercatum, & nundinas, quia mercatus intelligitur de ordinario, siue quotidiano, siue alternatiuo, quod solet esse, aliquibus diebus, singulis hebdomadibus, in aliquibus Ciuitatibus, & Villis, Feria autem illa est, quæ semel, aut bis in anno in Ciuitate, seu Villa celebratur, & sic in nundinis non potest (dicebant ipsi) aliquid accipi, & sic loquitur tex. cum glossa *in d. l. vnica*, at in mercatis secus; Hanc verò differentiam adesse inter nundinas, & mercatum, tradit Baldus *in d. l. vnica, Cod. de nundinis*, quam refert Gregorius Lopez *ad l. 3. tit. 7. partita 5. glossa 1.* & nundinæ sunt de Regalibus, Thesaurus *d. decis. 264.* Camillus Borrellus *de præstantia Regis Catholici, cap. 36.* Natta *cons. 511. & 512. vol. 3.* Petrus Gregorius *lib. 25. syntagm. cap. 3. num. 3. &* 4. Franciscus Marcus *d. 513. vol. 2. & 415.* eò quia continent non solum libertatem congregandi; sed etiam aliquorum iurium, siue impositionum, à quibus solent esse exempti venientes ad nundinas generales diebus designatis. Vndè municipibus, Ciuitatibus, &c. vi Iurisdictionis sibi iusto titulo concessæ emporia hebdomadalia, seu nundinas vulgares etiam absque Domini superioris scientia instituere licet, Matthæus Stephanus *lib. 2. de iurisd. p. 1. cap. 1. membro 2. num. 104.* neque ad emporia hebdomadalia concedenda opus est priuilegijs, alijsque immunitatibus, quæ alias nundinis solemnibus cohærere solent, & non tam mercatus, quam annonæ gratia vsu quodam introducta sunt, Matheuf Vessembechius *in paratitlis, ff. de nundinis, num. 1.* Besoldus *in Thesauro pract. concl. lit. N.*

Augebatur motiuum, ex dictis à Baldo *in d. l. 1.* 5 qui dixit, quod ad huiusmodi ordinaria mercata celebranda, non est necessaria Regis licentia, quia talia mercata non sunt nundinæ, commercia enim hominum sunt de iure gentium, *l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure*, Gregorius Lopez *vbi sup. glossa 4.* Thesaurus *d. d. 264. num. 4.* vndè dicunt, quod priuilegium ex *d. l. 1. Cod. de nudinis*, videlicet, quod merces, & eas deferentes sint securi à qualibet perturbatione iudiciali, aut extraiudiciali, non habebit locum, in deferentibus merces ad mercata, Gregorius Lopez *vbi sup.* qui alios refert, Ripolla *de Regalibus, cap. 42. num. 13.*

Hinc mutatio diei in priuilegio destinatæ pro 6 nundinis, si fieri velit ad Principem pertinet, secus si essent mercatus ordinarij, quia non indigent licentia Regis, cum sint de iure gentium, vbi non sunt franchitiæ, &c. & sic fundat Ripolla *d. cap. 42. de Regalibus à num. 19. cum sequenti*, qui refert in facto, quendam accessisse pro licentia faciendi mercatum, ad Regem, sed ipse dicit, quod non tenebatur accedere.

Sed contra hanc rationem, facit primo, quod 7 nulla substantialis differentia datur inter mercatum, & nundinas: videtur enim vnum, idemque licet sub diuerso nomine, & vulgo Italorum nomine, mercati appellantur, suntque idem, & nundinæ, sicque eiusdem vocabuli, allusio se habet, à communi vsu, & deposita in nundis, locum habere in mercatis dicunt omnes, cum Signorolo Homodeo *cons. 60. col. 2. &* Corneo *cons. 199. vol. 1.* Neuizano *in sylua nuptiali, §. non est nubendum, num. 198. &* Ioanne de Arnono *in topica, cap. 10.*

Secundò facit contra rationem, quia *tex. in d.* 8 *l. vnica, Cod. de nundinis*, vnica determinatione, idem determinat de nundinis, & de mercatis, nec Imperatores ibi posuerunt diuersitatem, ergo cum vna lex determinet, ac respiciat duo nomina, idem significantia debet ea pariter determinare, *l. commodissimè, ff. de lib. & posthumis*, ergo cum eadem determinatio sit facta, tam in rubro, quam in nigro, seruari debet in vtroque.

Tertiò facit contra rationem: quia tam in mer- 9 catis, quàm in nundinis, lites accidunt, & actus iurisdictionales administrātur, scilicet per Officiales mercatus, & nundinarios, qui iurisdictionis actus, non administrantur, nisi per Magistratus, quorum creatio originariè pendet à Principe, *cap. 1. quæ sint Regalia*, ergo absurdum est dicere, potius in vno, quàm in alio requiri Principis rescriptum, sed in omnibus indifferenter dici debet requiri.

Quartò facit contra rationem, quia *Baldi* ratio, 10 quod commercia fiunt in mercatis nihil probat: nam si cōmercia quæ fiunt in mercatis, quia sunt de iure gentium, possunt fieri mercatus sine licentia Principis, per *tex in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure*, sequeretur primo, quod etiam bellum, quod est de iure gentium *d. l. ex hoc iure*, posset fieri sine Principis licentia, quod est absurdum, vt latè Borrellus *de præstantia Regis Catholici, cap. 32.* ergo Baldi ratio nihil probat, & arguendo

ad hominem, ſi poteſt per partem fieri mercatus ſine Principis licentia, quia ibi fiunt cõmercia, quæ ſunt de iure gentium, ergo etiam commercia, quæ fiunt in nundinis, poſſent celebrari ſine licentia Principis, quia ſunt de iure gentium, ergo Baldi dictum non videtur ſuſtinendum.

11 Vbi autem eſſet quędam coadunatio hominum, vt ſolent in ſolemnibus feſtiuitatibus, in quibus accedunt pauperes ruſtici, & mulieres ducentes olera, fructus, gallinas, anſeres, columbas, & alias aues, & comeſtibilia, ante Eccleſiam S. Laurentij, S S. Annunciatæ, &c. tunc non requiritur licentia Principis, & procedit opinio Baldi, at mercatus omnino requirit Principis licentiã, vt probauimus ſupra, & benè Borrellus *d. cap. 36.n.26.* Iure enim antiquo, quando noſtri maiores ad fidem conuerſi fuerunt, non erant tot Eccleſiæ, vt hoc tempore; ſed longius habitantes diebus dominicis, erant coacti ire ad Parœciam, & facere multa millaria, & aliqui paſtores ſe ibi collocabant, caupones coqui, inſtitores, & opifices varij, vt aduenientibus neceſſaria adminiſtrarent; & qui accedebant ad conciones, & Miſſas Epiſcoporum ſummis feſtis in Epiſcopales Ciuitates, Epiſcoporum, & Abbatum, audiendorum cauſa, ibi etiam mercatus, & celebriores fieri cœperunt, quam in Parœciis, & ſic factum eſt, vt ſicuti cantus, lectiones, & alia templi officia, ita etiam mercatus, & negotiationes ementium, & vendentium Miſſæ appellarentur, Beſoldus, *d. litt. N.*

12 Probatur ergo verius tali modo, quia licet attenta diſpoſitione *d.l. 1. Cod. de nundinis,* venientes ad nundinas non poſſint pro quocumque contractu, alibi facto & debito alibi contracto conueniri, ac moleſtari, niſi pro contractũ facto ibidem, vt ſup. diximus, tamen in effectum contrarium ſeruatur, etiam reſpectu liquidationis inſtrumentorum, vt latè Notarius *lib. 2. quæſtion. forenſium, quæſt. 31.* & ſic practicatum refert Maranta *in praxi p.4. verſ. Vt iudicium, num.86.* vbi
13 probat talem conſuetudinem valere, & illam maiorem tribuere iuriſdictionem, ad *tex. in l. 1. de arbitris*, conſuetudinis enim ius tribuit iuriſdi-
14 ctionem etiam priuatis, *l. Item in principio*, vbi gloſſa *in verbo vel perpetua ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis nomine, l. fin. ff. de aqua pluuiali arcendą, cap. cum contingat vbi* gloſſa *de foro competenti.* Franciſcus Marcus *d. 426. tom. 2.* Carrocius *d. 110.* Valerus *in diffe. vtriuſque fori, in verbo Conſuetudo, diffe. 1.* quam tribuit etiam fœminis, *l. cum Prætor, in verbo moribus, ff. de iudiciis*, Roc-
15 chus de Curte *in cap. fin. de conſuetud. in 6.* quæ etiam tribuit merum, & mixtum Imperium, Maranta *conſ. 74. num. 6.* Piaggius *de conſuetudine, q. 8. num. 143.* Decianus *in tract. crim. cap. 27. num. 3. lib. 4.* & iudicatum refert Borrellus *in ſumma deciſionum, in tit. de conſuetudine tomo 1. num. 60.* contra Menochium *conſ. 112. num. 65.* vbi putat verius in perſona aliquam habentem iuriſdictionem ex Felino, *in cap. ſignificauerunt, num. 3. de Iudiciis*, Natta *conſ. 98. num. 12.* Maceratenſis *lib. 1. var. cap. 103. num. 7.* Ratio eſt, quia
16 conſuetudo eſt fons omnium iuriſdictionum, Baldus *conſ. 429. vol. 3.* Crauetta *conſ. 28. n. 7.* Decianus *lib. 4. cap. 27.* Ramirez *de abſoluta Principis poteſtate*, §. 28. extendens ad iuriſdictionem imperioſam, altam, & baſſam, Baldus *in l. etiam, C. de except. rei iud.* quæ iuriſdictionem Regij brachij importat, Burgos *de modo procedendi ex abru-*
17 *pto, n. 10.* Caualcanus *de brachio Regio p. 1. n. 132.* duo enim ſunt, quæ iuriſdictionem conſeruant, & impartiuntur priuilegium ſcilicet & conſuetudo, Surd. *conſ. 465. n. 5.* & ideò conſuetudo dat iuriſdictionem citandi extra territorium, vt bene Felinus *in d. cap. cum contingat, de foro competenti*, Surdus *d. conſ. 465. n. 6.* & dat etiam facultatem co- 18
gnoſcendi extra territorium *l. 3. §. fin. ff. de teſtibus*, Marſilius *in l. fin. n. 23.* vbi Iaſon *n. 18. ff. de iuriſd. omnium Iudicum*, Decianus *d. cap. 27. & c. 29.* Giurba *conſ. 52.* vbi ait conſuetudinem dare iuriſdictionem eam non habenti, illamque augere, & minuere, *cap. conqueſtus 9. q. 3. cap. irrefragabili, §. 1. & c. Dilectus de off. ordinarij in 6.* vbi *DD.* Card. Tuſchus *lit. I, concl. 543. n. 3.* Seſſe *de inhibitionibus, cap. 8. §. 4. nu. 23.* Scoppa *de iure non ſcripto, lib. 3. cap. 1.* Viuius *d. 470. n. 8.* Ambroſinus *de imm. Eccleſiæ cap. 14.* idque priuatiue, etiam ad ſuperiorem, *d. cap. irrefragabili, §. exceſſus de off. Ordinarij*, Mareſcottus *d. lib. 1. var. cap. 54. n. 5.* vbi refert iudicatum in Rota coram Mantica *d. 296.* quod eſt notandum ad declarationem communis, & vulgaris regulæ, vt in dubio iuriſdictio cumulatiuè ad Iudices ordinarios ſit conceſſa, *l. fin. C. vbi cauſæ fiſcales, l. tam collatores, C. de Re Militari l. 1. C. de off. Præf. Vrbis*, latè Romanus *conſ. 393.* Ruinus *conſ. 7. lib. 4.* Ioſeph Ludouicus *concl. 20.* Grammaticus *d. 30.* Myſincerius *centur. 6. obſ. 66.* Sixtinus *de Regalibus, lib. 1. cap. 5. n. 55.*

Sic ergo per conſuetudinem contrariam receſ- 19
ſit ab aula diſpoſitio *textus in d.l. 1.* quoad ſecuritatem euntium ad nundinas, per conſequens receſſit etiam ab aula, quod ibi dicitur de nihilo ſoluendo ratione loci, &c. cum veriſſimum ſit, id
potuiſſe per conſuetudinem introduci: nam ſoli- 20
tum multum iuuat, & omnino attendendum, etiam ad cauſarum deciſionem, Guidon Papa *in proœmio deciſionum*, Affli&tus *d. 79. n. 4.* Oſaſchus *d. 2. n. 6.* Gratianus *d. 237. n. 18.* Raudenſis *d. 6. nu. 67.* quod ſolitum per vnam vicem inducitur Paulus *in l. Mela, §. Sed ſi alimenta n. 4. ff. de alim. & cib. legatis*, Decius *conſ. 441. n. 1.* Ruinus *conſ. 35. n. 3. vol. 1.* Rota *d. 294. p. 1.* Magonius *d. Lucenſi. 14. n. 29.* & non requiritur conſuetudo loci particularis, ſed Regionis, conſuetudo, & vſus ſufficit Decius, & Cagnolus *in l. ſemper in ſtipulationibus, num. 8. ff. de reg. iur.* Boerius *d. 263. nu. 9.* & eſt bonus tex. *in l. ſi prius, n. 17. ff. de aqua pluuiali arcẽda*, Affli&t. *d. 226.* Couarr. *lib. 2. var. c. 17. l. ſi fundus, ff. de euictio.* Affl. 226. Caldas *lib. 3. c. 50. n. 3.*

Probatur ſecundo ex authoritate Camilli Bor- 21
relli *de præſtantia Regis Cath. c. 36. n. 36.* vbi poſtquam dixiſſet, non poſſe in nundinis exigi aliquid ratione pedagij, gabellæ, vectigalis, &c. etiam ratione territorij, vel loci, in quo moram traherent, dixit in Regno malè ſeruari, quia in pleriſque nundinis, ſunt tot exactiones, vt à multis locis ſint nundinæ derelictæ: quia non ſolum non ſeruantur immunitates, ſed nouæ ſolutiones ſunt adinuentæ conniuentibus ſuperioribus, ergo tole-
rantia, & non contradictio inducit diſpenſatio- 22
nem, & conſenſum, Baldus *conſ. 45. & 46. vol. 5.* Antonius Sola *in conſtitutio. Sabaudiæ in proœmio gloſſa 4. num. 40. & 41.* Caſſaneus *in Conſuetud. Burgundiæ, Rubrica 4. §. 7. n. 552.* Rouitus *in prag. 1. num. 26. de Officialibus*, Antonius de Butreo *in cap. non debet n. 8.* & melius in *cap. quia circa, n. 7. de conſang. & affinit.* Crauetta *conſ. 869. vol. 5.* Auendanus *de exequendis mandatis p. 1. cap. 2 num. 29.* Vries *ſuper ritu 135. n. 103.* & hoc caſu non requiri alium aſſenſum poſt alios reſoluit in ſimi- 23
li Theſaurus *d. 57. n. 5.* Sarmientus *de redditibus Eccleſiaſticis p. 2. cap. 6. & p. 4. cap. 1. n. 8.* Felinus *in cap. Eccleſia S. M. n. 81. de conſtitutio* Vrſillus *ad Affli&tum d. 310. num. 13.* & propterea dici

ſolet

24 solet, quod consuetudo de illicito facit licitum, Guttierrez *pract. quæst. lib. 3. quæst. 29. num. 22.*
25 Thesaurus *vbi sup. num. 50.* & consuetudo facit, vt id quod secundum leges est delictum, non sit delictum, Mascardus *concl. 194. num. 11.* & in
26 delictis excusat à pœna consuetudo quamuis praua, iniqua, & iniusta, idem Mascardus *vbi sup. num. 10.* Guttierez *vbi supra num. 21.* & est glossa *in cap. obijcitur, in verbo crimen 32. q. 4.* & similis glossa *in cap. denique in verbo consuetudine 4. dist.* & excusat etiam à pœna æterna, vt post Nauarrum *in cap. consideret, §. tanto, num. 6. de pœnit. dist. 5.* tenet Guttierez *vbi supra num. 13.* vt
27 in simili Princeps sæcularis, non potest facere legem, quod rerum Ecclesiasticarum locatio, facta vltra triennium sit valida, & quod conductor, & locator, non incurrant in pœnas contentas in Extrauaganti *Ambitiosa de rebus Ecclesiæ non alienandis.* & tamen ex consuetudine id posse introduci, ex Nauarro, & Caietano defendit Guttierez *Cano. quæstion. lib. 1. cap. 8.* sicuti quamuis controuersum sit an Princeps sæcularis possit ad
28 manus suas reducere vacans Ecclesiasticum Beneficium, vt pro vtraque parte disputat Thesaurus *d. 131.* tamen consuetudine id posse fieri resoluit idem Thesaurus, *num. 11. cum sequentibus*; sic est difficultas an Princeps sæcularis possit facere legem vsuras permittentem, vt hinc inde argumentatur Thesaurus *d. 57.* quia vsuras exercere peccatum est, & contrarium pertinaciter affirmare, hæresis, vt *in Clementina vnica, §. fin. de vsuris*, tamen vsuræ consuetudine permittuntur, licitè
29 exigantur, vt resoluit idem Thesaurus *vbi supra, num. 4.* & sic si consuetudo potest plusquam lex, si per legem permitteretur Baronibus accipere aliquid in mercatu vtique licebit multo magis consuetudine id permittente, quæ excusat à culpa, & pœna, vt probauimus; nam consuetudo est tacitum pactum, iuxta *tex. in l. venditor 14. §. si con-*
30 *stat ff. com. prædio.* & melior tex. *in l. sed ea quæ 35. ff. de legibus*, Euerardus *in loco à pacto ad legem statutam, vel consuetud. num. 10.* & ait Iustinianus *in §. ex non scripto de iure naturali, gentium & ciuili*, ibi nam diuturni mores consensu vtentium comprobati, &c. quasi dicat, quod consuetudo comprobatur mutuo, atque reciproco consensu vtentium, notat Vrsillus *ad Afflictum d. 310. num. 13.* & sic consuetudine potest introduci, id quod per legem Princeps facere non potest, vndè Bossius *in tit. de Principe, num. 37.* dicit, quod licet Princeps dominus sit legum, non tamen est
31 dominus morum, & consuetudines non esse in potestate Principis, & fortiores esse priuilegiis, & gratiis ipsius dixit Afflictus *in constitutione, duram, & diram, num. 9.* Rota Genu. *d. 17. n. 50. in tract. de mercatura.*
32 Probatur tertio, quia licet attenta vnica ratione, & vnico fine, consuetudo cõtraria legi, non possit esse rationabilis, tamen diuersis respectibus consideratis, poterit rationabilis iudicari, cuius rei plura sunt exempla in Corpore iuris, vt ponit glossa *in cap. nuptiarum 27. q. 1.* glossa *in cap. Hospitiolum 32. dist. n. 5.* quod Episcopus negotia tractet cum capitulo, est rationabile, quia Episcopus, & Capitulum faciunt vnum corpus, *cap. nouit de his quæ fiunt à Prælatis*, & integrum est iudicium, quod plurimorum sententia confirmatur. *ca. prudentiam de off. delegati*, & tamen consuetudo contra talem legem, introduci potest, tanquam rationabilis, attento alio fine, vt videlicet solus Episcopus tractet negotia, & celerius expediantur, *cap. 3. de consuetud. in 6.* & aliquando contingit, quod aliquod sit iustum, & eius contrarium sit iustius diuerso respectu, *l. exigendi*, iuncta glossa *ibi in verbo non iniustè, C. de procur.* & facit *tex. in l. hac lege. C. de pactis conuentis, l. si seruus communis 63. §. quod verò, ff. de furtis*, Abbas *in cap. fin. de consuetud. n. 6.* vbi Roccus de Curte *n. 38.* Isernia *in proœmio Constitutionum Regni col. 9.* & hinc etiam fit quod si ratio, quæ à principio fuit legis condendæ, postea cessa- 33
uerit, & contra talem legem fuerit introducta consuetudo, tunc hæc attenta sua ratione præualebit legi, quia expedit aliquando leges mutari, corrigi, aut abrogari per nouam contrariam legem, aut consuetudinem, pro loci, temporis, aut personarum qualitatibus, & circumstantiis, iuxta tex. *in Auth. de non alien. aut permutandis, §. vt autem, coll. 2. textus optimus in cap. non debet ibi, non debet reprehensibile iudicari de consanguinitate, &c.* Couarr. *in cap. Alma mater 2. p. in princ. num. 2. de sentent. excomm.* Soto *de Iust. & Iure, lib. 1. q. 7. art. 1.* Franciscus Vittoria *relect. 4. de pote. Papæ & Concilij proposit. 3* latè Sayrus *lib. 3. Clauis Regiæ, cap. 11. num. 12.* Antonius Sola *ad Consuetud. Sabaudiæ, glossa 2. n. 24.* Petrus de Gregorio *lib. 7. de Republica, cap. 2. n. 21.* & facit eleganter dictum Ciceronis *lib. 3. ad Atticum epistola 23.* ibi, (Neque enim vlla est lex, quæ non ipsa se sapiat difficultate abrogationis, sed cum lex abrogatur illud ipsum abrogatur quomodo eam abrogari oporteat, & resoluit Arist. *lib. 2. polit.* vbi S. Th. *lect. 12.* ergo licet *tex. l. 1. C. de nundinis* disponat nihil posse accipi, tamen consuetudo contraria est introducta, quæ licet videatur irrationabilis attenta vnica ratione, & vnico fine legis contrariæ, tamen attentis diuersis rationibus, scilicet primo quod talis lex in aliis non seruatur, secundo, quod Barones hodie præsertim in Regno tot oneribus tenerentur, & tot contributiones facere, tot pericula subire, &c. quæ tempore dictæ legis non erant, quorũ tempore cũ non fuerint iura feudalia, & feuda introducta consequẽter de Baronibus non loquitur, & dato quod loqueretur contraria consuetudine in toto Regno receptum est oppositum, teste Borello *vbi sup.* & sem-
per præsumitur consuetudo introducta iusta cau- 34
sa, quando concurrit, cum diuturnitate temporis, Couarr. *lib. 3. var. cap. 13. num. 4. vers. Tertia conclusio*, Vries *ad Ritum 23. p. 1. n. 346.* & posito quod est introducta, non est necesse quærere eius rationem, alioquin multa, & ex his, quæ certa sunt subuerterentur, argum. *l. non omnium, cum l. seq. ff. de legibus*, & licitè potest aliquis vti peccato voluntario alterius ad bonum proprium, secundum S. Augustinum relatum in *Can. Mouet te ibi, ac per hoc qui vtitur fide illius, &c. 22. q. 1.* vbi Archidiaconus *n. 50.* vt contingit in eo qui accipit mutuum ad vsuram, Couarr. *in ca. quamuis pactum, p. 1. §. 1. n. 10. de pactis, in 6.*

Quod verò hæc consuetudo sit in Regno in- 35
troducta testatur in propriis terminis Camillus Borrellus *vbi sup.* consuetudo enim sufficienter probatur per assertionem Doctoris, Bart. *in l. bonorum, n. 4. ff. de bonorum* post Mascard. *concl. 426.* Thesaurus *d. 183. n. 7.* Eugenius *cons. 97. n. 54.* Guttierez *lib. 1. cap. 33. n. 35.* Ceuallos *q. 897. n. 252.* & in casu dubio Doctores de consuetudine testantes sunt consulendi Franchus *d. 329. n. 12.* & opinio Doctoris scientia, & conscientia idonei, 36
& materiam ex professo tractantis excusat in foro conscientiæ ait Nauarrus *in manuali, cap. 27. n. 288. in fine*, Syluester *in summa, in verbo opinio*, Vries *p. 2. n. 3.*

Cum etiam certum sit, quod per priuilegium 37
alicui, potest dari ius faciendi mercatum, & exi-

gendi aliquod ratione gabellæ pedagij, loci, &c. vt non dubitatur, ergo poteſt id fieri ſtante conſuetudine, quia quicquid per priuilegium poteſt concedi poteſt etiam per conſuetudinem, ſeu præſcriptionem acquiri, gloſſa magiſtra *in Can. Catholica*, vbi Præpoſitus, & Germinianus 11. *diſt.* Felinus *in cap. accedens, num. 6. de præſcriptio.* Gregorius Lopez *in l. 2. tit. 7. par. 5.* Ioſeph Seſſe *de inhibitionibus, cap. 8. §. 3. num. 158.* Ceuallos *opinione 897. n. 224.* Belluga *in Speculo Principum, Rubrica 11. §. videndum, nun. 13.*

38 Poterit ergo Baro, de quo in præſenti inueniens conſuetudinem in toto Regno obſeruatam, eam ſeruare: quia iure poterit, & debet exiſtimare, ex aliqua rationali cauſa, introductam contra legem poſitiuam: vt ait Germinianus *in Can. de iſtis, § lex col. 2. verſ. quantum autem ad iſtos,* vbi etiam Præpoſitus *col. 2. 4. diſt.* Abbas *in cap. 1. n. 4. de tregua, & pace*, vbi Felinus *n. 12.* & allegant gloſſam *in cap. de quarta in verbo ſe poſſe tueri de præſcript. & in cap. cura de Iurepatronatus, in verbo legitima,* Excobar *de Ratiocinijs, c. 9. n. 4.* Couarr. *in Regula poſſeſſor 2. p. §. 9. n. 6.* Nec oportet ſucceſſores,

39 ſollicitos eſſe in inueſtigando, an licitè, vel illicitè fuerit conſuetudo inchoata, quia excuſantur obſeruando præteritos mores, vt benè Sanchez *de matrimonio, lib. 7. diſp. 4. num. 14.* Sarmientus *de redditibus p. 4. cap. 1. n. 12.* Soccinus *in c. propoſuit, n. 17. & in cap. Apoſtolicæ, n. 20. de Clerico excomm. vel depoſito,* Baldus *in l. de quibus, n. 59. ff. de legibus,* ergo in vtroque foro Baro de quo in præſenti tutus eſſe debet poſito ſolito, & totius Regni conſuetudine, etenim qui dubitat ſpeculatiuè de aliquo

40 facto, v.g. poſſidet quis bona fide rem, mox incipit dubitare an ſit res ſua (quod eſt dubium ſpeculatiuum) vt certior fiat, & dubium non vincitur, poterit ille retinere rem, & practicè non dubitare, quia melior eſt conditio poſſidentis *ex Regula 62. de Reg. iuris in 6.* vt benè Summa Dianæ *in verbo Conſcientia dubia*, & idem *Diana p. 4. tract. 3. reſol. 2.* qui dicit id procedere in omni materia iuſtitiæ, &c.

SVMMARIVM

Vltimi Articuli.

1 *Mercatus fieri nequit in diebus feſtis.*
2 *Epiſcopi poſſunt prohibere nundinas, & mercatus diebus feſtiuis.*
3 *Tex.* in cap. 1. de ferijs, *an conſuetudine poſſit abrogari.*
4 *Conſuetudo celebrandi nundinas in die feſtiuo valet.*
5 *Cauſæ faciendi mercatum in die feſto, quæ ſint.*
6 *Epiſcopus poteſt præcipere ne fiat mercatus in die feſtiuo.*
7 *Nundinæ in Eccleſijs fieri nequeunt.*
8 *Acta facta per Officiales tempore nundinarum in die feſtiuo, valent.*

ARTICVLVS vltimus.

An Nundinæ, & mercatus in diebus feſtiuis fieri poſſint?

1 COmmunis eſt concluſio in diebus feſtiuis mercatum fieri non poſſe, ex *cap. 1. de ferijs*, quem exornat Layman *lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 6.* & alij apud Barboſam *tomo 1. in collect. d. cap. 1. de Ferijs, n. 20.* & eſt *Bulla Pij V.* quæ incipit *Cum primum*, & decretum Sac. Congr. Concil. Tridentini, vbi dicitur Nũdinas, mercatus, & profanas negotiationes Dominicis, & feſtiuis diebus ſanctificandis, & obſeruandis, ſub præcepto fieri non licet, & ideò Epiſcopi poſſunt prohibere, 2
nundinas, & mercatus, qui etiam ex antiqua conſuetudine celebrantur, prout cenſuit Sacra Congragatio, teſte Gratiano *d. 71.* Quaranta *in verb. dies feſtus,* Bellettus *in diſquiſit. clericali. p. 1. in tit. de fauore Clericorum reali, §. 5. n. 30.* & aliud decretum refert eadem Sacra Congreg. apud Barboſam *vbi ſup.* Fagundez *lib. 1. de præceptis, cap. 12.* quod quidem decretum refert idem Barboſa *de poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 105. & de poteſt. Parœci, cap. 6. num. 12. & in collect. Apoſtolicarum Deciſionum, in verbo Dies feſti collect. 355.*

Ego verò, vt rei veritatem attingam; (omiſſis pluribus, quæ de feſtiuitatibus, a ſitiquæ legis poſuit Camillus Borrellus *de præſtantia Regis Catholici, cap. 36. à num. 56. cum ſequentibus*) dico eſſe quæſtionem inter *D D.* an *tex. in cap. 1. de feriis*, prohibens mercatum, & nundinas in die feſtiuo, conſuetudine poſſit excuſari, quæ pluribus in locis vigere videtur; & in hac quæſtione prima opinio dicit conſuetudine non excuſari, ita Hoſtienſis *in ca. 1. de feriis*, quem ibi ſequitur Abbas *num. 50.* aſſerens eſſe conſuetudinem pranam, & irrationabilem, Butreus *num. 3.* Rocchus *in cap. fin. in principio, num. 14.* Rebuff. *in tract. de conſuetudine, num. 44.* Secunda opinio eſt contraria, ſcilicet conſuetudine excuſari, ita Bald. *in l. Quadraginta, Cod. de Feriis,* Franciſcus Marchus *deciſ. 410. p. 1.* Caietanus *2. 2. q. 112. art. 4.* & iterum in *Summa, in verbo Feſtorum violatio*, Nauarrus *in manuali, cap. 13. n. 8.* Suarez, & alij apud Ricciullum, *lib. 6. cap. 24. n. 8.* qua poſita quæſtione.

Dico primo, quod mercatus, qui celebrantur 4
ſemel, vel bis in hebdomada, ſi incidant in die feſto, tunc vel præueniuntur, vel transferuntur in ſequentem diem, vt ait Franciſcus Marcus *d. 568. p. 1.* verùm conſuetudo celebrandi nundinas in die feſto, valida eſt, quia obſeruantia feſto, valida eſt, quia obſeruantia feſtorum eſt de iure Eccleſiaſtico, cui per contrariam conſuetudinem ritè introductam, poteſt derogari, *cap. 20. de feriis,* Baldus *in l. Quadraginta Cod. de feriis, & conſ. 166. lib. 5.* Franciſcus Marcus *d. 410. p. 1.* Caietanus *2. 2. quæſt. 122. art. 4.* Nauarrus *in manuali, cap. 13. num. 8.* Sotus *de iuſt. lib. 2. quæſt. 4.* Maranta *in Speculo diſt. 16. num. 92. & 94.* vbi Follerius *in additio.* ſicuti poteſt Epiſcopus ex iuſta cauſa concedere licentiam faciendi nundinas in die feſto, Bart. *de repreſaliis p. 9. principali q. 4.* Gratianus *d. 21. num. 12.* cauſæ verò eſſe 5
poſſunt, publica neceſſitas, vel ad conſulendum, ruſticis, & pauperibus, qui non poſſunt aliis diebus operas ſuas deſerere ſine diſpendio, *l. 2. ff. de nundinis*, non tamen conſulendo, vel licentia extendi poteſt, vt Miſſa omittatur, quia mercatus facultatem audiendi Miſſam non excludit, Suarez & alij apud Ricciullum *lib. 6. lucubrationum forenſium, cap. 24. num. 12. & 13.*

Dico ſecundo poteſt Epiſcopus præcipere, ne 6
in diebus feſtiuis, fiant nundinæ, etiamſi ex antiquo fieri conſueuiſſent, vt ex Bulla Pij V. quæ eſt quinta in ordine, §. 7. Gratianus *d. 21. num. 5. 6. 7. & 8.* & ſic in facti contingentia fuiſſe determinatum per Sacr. Congregat. in mercatibus, qui fiebant in Ciuitate Neapolitana in feſto Sanctiſſ.

ctiſſ. Annunciatæ, & in feſto Pentecoſtes in Eccleſia Spiritus Sancti, ſcribunt de Ponte *de poteſt. Proregis de mercatis, num.* 10. Gratianus *d.* Marchiæ 21. *à num.* 17. cuius decreti verba refert Ricciull. *d. lib. 6. var. lucubrat. cap.* 24. nec nundinæ, vel mercatus poſſunt fieri in Eccleſiis Eſaïæ, *cap.* 56. Ieremia, *cap.* 7. *cap. Decet de imm. Eccleſiarum in 6. cap. Eyciens* 88. *diſt. Panuinus de viſitat. p.* 1. *q.* 7. Fuſcus *de viſit. lib.* 2. *cap.* 58. Borrellus, *cap.* 36. *in fine.*

7 Acta verò facta per Officiales iuſtitiæ, in nundinis valent, Maranta, *part.* 4. *diſt.* 16. *num.* 83. Carau. *in ritu* 80. *num.* 4. Mandoſius *de commiſſ. c.* 13. *quæſt.* 9.

8 Et hæc ſatis dicta ſint pro articuli veritate ad dilucidationem totius *tit. ff. & C. de nundinis.* Ad laudem, & gloriam SS. Triadis, B.M.V. Ianuarij, aliorumque meorum protectorum. Scripſi ſub die 7. Martij 1659.

Iulius Caponus.

DISCEPTATIO XCII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Capitulum mortuo Vicario, Epiſcopo tamen abſente in remotis, conſtituere poteſt Vicarium.*
3 *Tridentini Decretum* ſeſſ. 24. cap. 16. *expenditur.*
4 *Vicarius à capitulo electus debet eſſe Doctor, alias nulla erit electio, ſi fiat de non Doctore, exiſtente Doctore in capitulo.*
5 *Theologus poterit eligi Vicarius à Capitulo etiam exiſtente Canoniſta.*
6 *Vicarius capitularis non eſt de neceſſitate vt ſit de gremio; ſed congruum eſt vt talis ſit.*
7 *Parœcus poterit eligi Vicarius à Capitulo, quando curam habet in eadem Eccleſia Cathedrali.*
8 *Vicarius Capitularis non eſt neceſſe vt ſit in ſacris.*
9 *Abſentia in remotis æquiparatur morti.*
10 *Epiſcopo Capto à Turcis, vel ab Hæreticis, Capitulum facit Vicarium.*
11 *Vidua dicitur mulier, & habet electionem fori, quando virum habet abſentem.*
12 *Textus* in cap. fin. §. ſanè de teſtamentis in 6. *exornatur.*
13 *In Remotis exiſtens aliquis quando dicatur.*
14 *Defenditur opinio à Beroo.* conſ. 23. vol. 1.
15 *Beroi Conſilium procedit, & bene refragante Epiſcopo, ſicuti loquitur etiam Sbrozzius.*
16 *Mortuus, & abſens æquiparantur in iure noſtro.*
17 *Argumentum à veriſimili validum in iure, & quando.*
18 *Eccleſia habens Epiſcopum inutilem dicitur viduata.*
19 *Expreſſum in iure etiam dicitur, quod cum alio expreſſo eſt æquiparatum.*
20 *Officialis conſtitutus in caſu abſentiæ alterius, cenſetur electus in caſu etiam mortis illius.*
21 *Iuriſdictio Epiſcopi, mortuo eodem infra octo dies eſt penes totum capitulum, non penes primam dignitatem.*
22 *Capituli auctoritas tranſit in Vicarium capitularem, non tamen in illis, quæ requirunt ſpeciale mandatum.*
23 *Capitulum poterit limitare Iuriſdictionem Vicario, quem conſtituit, & reſtringere ſibi numerum octo dierum.*
24 *Capitulum remouere non poteſt Vicarium ſemel electum ſine cauſa.*
25 *Capitulum purgare non poterit moram poſt octo dies etiam re integra.*
26 *Iuriſdictio Epiſcopi infra illos octo dies non eſt penes Archidiaconum.*
27 *Vicarius Epiſcopi, eo in remotis exiſtente, multa facere poterit; ſic & Capitulum, eodem exiſtente in remotis.*
28 *Legati, & Vicelegati circa collationes Beneficiorum maximam habent auctoritatem, & quomodo.*
29 *Vicariatus Officium an haberi, obtinerique poſſit mediante pecunia ſine labe Simoniæ.*
30 *Doctrina modernorum in materia Simoniæ vt periculoſa reijcitur.*
31 *Adminiſtrator, & ſuperintendens Epiſcopatus Vicarium conſtituere poteſt, ſed non ſi fœmina ſit taliter ſuperintendens.*

ARGVMENTVM.

Tridentini Decretum ſeſſione 24. cap. 16. *expenditur. Capitulum mortuo Vicario, Epiſcopo tamen abſente, facit Vicarium. Vicarius à Capitulo electus debet eſſe Doctor, & quando, & an Theologus poſſit eligi, & an de gremio Capituli, & an poſſit eligi Parœcus, & an ſit neceſſe vt ſit in ſacris? Abſentia in remotis æquiparatur morti, & quando dicatur in remotis? Officialis electus in caſu abſentiæ quando dicatur electus in caſu mortis? Iuriſdictio Epiſcopi qualiter eo mortuo tranſeat ad Capitulum? Vicariatus causâ pecuniam dare ſimonia eſſet.*

Auerſana Vicariatus Capitularis.

FACTVM.

MORTVO iam Vicario Generali 1
Auerſanæ Diœceſis, Epiſcopo exiſtente in longinquis apud Heluetios, vt Nuntio Sanctæ Sedis Apoſtolicæ: aliqui Canonici eiuſdem Capituli petierunt quid agendum, an ſcilicet poſſint congregari ad Vicarium Capitularem eligendum; an verò poſſet exercere Reuerendus Dominus D. Ioſeph. Pacificus, tanquam Provicarius electus ab eodem Epiſcopo pro caſu abſentiæ dicti quondam Vicarij Generalis. Dubitaui ego de duobus: Primum, an Capitulum in hoc caſu poſſit eligere Vicarium

Capitularem, certiorando deinde de hoc Epiſcopo in partibus. Secundùm an vigore dictarum litterarum Pacificus poſſit exercere officium Vicariatus Generalis, iam quod litteræ ſunt, vt ſit Prouicarius in caſu abſentiæ Vicarij Generalis.

Circa primum dubium Capitulum poſſe Vicarium Capitularem conſtituere: affirmo cum Quaranta *in ſumma Bullarij, in verb. Auctoritas Archiepiſcopi, n.22.fol.76. & in verb. Capitulum Sede vacante, n.12.fol.187.* vbi poſt Cardinalem Zabarellam, & alios ſic concludit, & practicatum fuiſſe ait ipſe Quaranta, ſe conſulente ſuo Capitulo Neapolitano, mortuo Vicario, Archiepiſcopo huius ciuitatis Annibale de Capua, tunc Nuntio exiſtente in Polonia. Quod etiam tenet Moneta *ca.5.de commut.vlt.volum.* Graffius *tom.2. conſ.in tit.de elect.conſ.1. num.4.* Diana *p.8. tractatu 4. reſol.4.* contra tamen Beroum *conſ.23. vol.1.* qui conſuluit contrarium, ſed *infrà* declarabitur eius ſententia.

3 Probatur primò: quia Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ.24.c.16.* determinat Capitulum Sede vacante Officialem, ſeu Vicarium intra 8. dies poſt mortem Epiſcopi conſtituere debere, vel exiſtentem confirmare omninò teneatur: qui ſaltem in iure canonico ſit Doctor, vel licentiatus, vel aliàs quantum fieri poterit idoneus, ſi ſecus factum fuerit ad Metropolitanum deputatio huiuſmodi deuoluatur, etſi Eccleſia ipſa Metropolitana fuerit, vel exempta, & Capitulum negligens fuerit, tunc antiquior Epiſcopus ex ſuffraganeis in Metropolitana, & propinquior Epiſcopus in exempta Vicarium idoneum conſtituere, infra quos octo dies non arctatur Capitulum conſtituere Vicarium, ſed poterit ipſe adminiſtrare: qui terminus octo dierum currit etiam Capitulo à die ſcientiæ tranſlationis Epiſcopi ad aliam Eccleſiam, quando tamen à Summo Pontifice fuerit Epiſcopus abſolutus à vinculo prioris Eccleſiæ, quæ Eccleſia, à qua tranſfertur Epiſcopus vacabit ab eo tempore, quo idem Epiſcopus ab illius vinculo abſoluitur in Conſiſtorio Sanctitatis ſuæ; etiam ante expeditionem litterarum Apoſtolicarum, vel adeptam poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ, & poſtquam huiuſmodi abſolutionis notitiam habuerit; etiam ex teſtimonio, ſeu documento Secretarij, Sacri Collegij teneri illicò eum abſtinere ab exercitio ordinariæ iuriſdictionis, eamque tranſire in Capitulum Sede vacante, & ita poſſe, & debere Capitulum ſtatim ea iuriſdictione vti, ac Vicarium iuxta Concilij Tridentini præſcriptum eligere *d. c.6.* Sedemque vacantem publicare, ita Maſſobrius *in praxi habendi concurſum, requiſito 1. dub.9.* circa quem Concilij locum liceat mihi aliqua ponderare.

4 Primò, an electio ſit nulla Vicarij capitularis ſi fiat de non Doctore, exiſtente Doctore inter canonicos: in quo dubio ſacra Congregatio apud Garſiam *1.tom.p.5.num.10.* & apud Merollam *tom.3.diſp.7 cap.7.dub.18. num.186.* & apud Vulpez *in praxi.c.44.num.15.* ait: Vicarius Epiſcopi poteſt eſſe non Doctor; ſecus Vicarius capitularis, qui debet deputari Doctor, aliàs deputatio erit nulla: etſi Epiſcopus demortuus reliquit Vicarium non Doctorem, Capitulum non debet illum confirmare, ſed alium, qui ſit Doctor eligere: ſi verò in Capitulo non ſit Doctor, poterit alium deputare, qui ſit idoneus dando ei conſultorem Doctorem ſibi bene viſum, alioquin poterit ipſe Vicarius eligere Doctorem Conſultorem, partibus non ſuſpectum, in caſibus, in quibus eo opus erit de Doctore Theologo.

Eſt quæſtio vtrum poſſit eligi Vicarius à Capitulo exiſtente ibidem canoniſta. Prima opinio ait non poſſe, & ſic die 11. Auguſti 1621. refert declaratum per ſacram Congregationem, Barb. *de Canonicis, c.42.n.55.* & Regens Valenzuela *conſ.120. volum.2.* obiecit hanc nullitatem contra quædam acta, à quodam Vicario Theologo, electo à Capitulo Eccleſiæ Conchenſis Sede vacante. Nam Theologi, licet ſint litteratiſſimi, non tamen ſati callent iuriſprudentiæ praxim, & Theoricam: & propterea multoties ex capite, & pro arbitrio ſententias proferunt, & vbique à veritate, & iuſtitiæ tramite deuiant, vt bene aduertit Hieronymus Ceuallos *de violentia, part.1. gloſſa 6. num.24.* & Agia *de exhibendis auxilijs, c.5.fol.15.* Coraſeo *ad leges Hiſpanas, c.6.n.9. fol.56.* Secunda verò ſententia docet Theologum poſſe eligi; ſic apud Hiſpanos ſeruari docet Ioannes Solorzanus *tom.2.de iure Indiarum, lib.3. c.13.num.40.* Garſia *cap.7.num.14.* & eſſe in arbitrio Capituli, vel Theologum, vel canoniſtam eligere: ait Nauarrus *conſ.2.de officio Vicarij*, Sayrus *in Floribus, dec.2.eodem titulo*, Henriquez *conſ.91.* Pariſ. de Puteo *de Syndicatu in verb. Doctor, num.3.fol.236.* Iacob. de Graff. *tom.2.Conſiliorum, lib.2.conſ.1.difficult.7.pag.17.* & Riccius *p.4.dec.305.* mordicùs ſuſtinet electionem Vicarij Theologi eſſe validam prætermiſſo Canoniſta, Sbrozzius *lib.1. de officio Vicarij, quæſtione 36. numero 13.* 5

Quia verò textus Concilij non loquitur, an debeat eſſe de gremio, & in præſenti caſu erant multi extra gremium prætendentes, & viri doctiſſimi. Dixi ego non eſſe de neceſſitate, ſed de congruentia, vt ſit de gremio: quia ſi de gremio ſit aliquis idoneus, cæteris paribus eſt præferendus, vt ait ſacra Congregatio Concilij, teſte Vulpe *in praxi fori Eccleſiaſtici, cap.44. num.25.* Nouarius *in ſumma Bullarij, tom.1. tit.1. de Capitulo Sede vacante, num.28.* Garſia *tom.1.part.1. cap.7.num.13.* Merolla *tom.3.diſp.7.c.7. dub.18. num.187.* qui hoc idem dicunt: quando ob negligentiam Capituli deuoluitur electio ad Metropolitanum, vt ſcilicet non teneatur Metropolitanus eligere Vicarium de Capitulo: vt etiam ait Genuenſis, *cap.84.* exiſtente verò idoneo de Capitulo tenetur Metropolitanus illum eligere, vt tenetur Capituli, Diana *parte 8. numero 4. reſolutione 57.* 6

Poſſet etiam Capitulum eligere Vicarium Parœcum, dummodo vitam habeat in eadem ciuitate, & Eccleſia, vt ex ſacra Congregatione deciſum refert, Barb. *de canonicis, c.42.num.37.* & ſic intelligitur Marcell. Vulp. *in praxi fori Eccleſiaſtici, cap.44.num.8.* vbi docet Parœcum habentem curam animarum non poſſe eſſe Vicarium Capituli, Epiſcopali Sede vacante: intelligitur enim de Parœco non in Eccleſia Cathedrali, vt reſcripſit ſacra Congregatio Archiepiſcopo Surrentino, teſte Merolla *tom.3.diſput.7.dubio 18. num.191.* 7

Diſputant noſtri an debeat eligi in ſacris conſtitutus? Affirmat Nouarius *in ſumma Bullarij, tom.1. in titul.de Capitulo Sede vacante, num.19.* ex litteris Clementis VIII. vt canonicus, qui non eſt in ſacris, non poſſit eſſe Vicarius, & eſt ſententia Veneti *in examine Epiſcopali, lib.4.c.1. nu.18.* ſed quia Nouarius illarum litterarum Clementis nullum affert Authent. teſtimonium, & 8

licet

licet reperirentur dictæ litteræ nihilominus hodie non obligarent: quia continens præceptum personale latum scilicet ab homine, quod morte Clementis expirauit, vt bene Merolla *tom.3.disput.7.c.7.dub.18. num.* 189. & ita consului Capitulo Casertano qui post mortem Illustrissimi Crisconij elegerunt D.Franciscum à santo Georgio non de gremio, nec in sacris.

9 Cum ergo Concilium *vbi suprà* disponat Vicarium esse eligendum, eo modo, quo diximus in casu mortis Episcopi, etiam intelligi debet in casu absentiæ. Ratio est, quia posito quod Episcopus est in remotis partibus, & Vicarius moriatur: de quo ipse non prouidit, in tali casu succedit Capitulum: quia longa absentia æquiparatur morti Cardinalis Zabarella *in Clem.vnica, de officio Vicarij.* Dicitur autem esse in remotis ille, cuius præsentia in breui haberi non potest, *cap. vnico*, §.*fin.* vbi notat Geminianus *ne Sede vacante in 6.* ad quod est glossa *in c.cum nullus de tempo.ordin.in* 6.quod idem dicunt si Sedes Episcopalis quasi vacaret, iuxta textum *in c. si Episcopus, de suppl. negligent. Prælator. in 6.* quia potestas Capituli quoad iurisdictionem Episcopi procedit, siue vacet Sedes morte naturali Episcopi, siue depositione vel translatione ad aliam Ecclesiam; nisi Summus Pontifex de alio prouideret, qui eam Ecclesiam administraret, glos. *in*
10 *c.si Episcopus de supplenda negligentia Prælat. in verb.mortem,* & alij communiter DD.quod ipsum dicunt: quando Episcopus esset captus à Paganis, vel schismaticis, quousque captiuitas perseueret, *d.c.si Episcopus*, vbi glos.*in verb.Paganis*, sicuti si captus sit ab hæreticis: quia militat eadem ratio textus, quod scilicet captus à Paganis videtur effici seruus, vt colligitur ex text.ibi libertati restitui, & fingitur mortuus ciuiliter, vt erit gl. ibi, *in verb. nota primo*: ergo in dicto textu mors ciuilis æquiparatur naturali, vt ait Moneta *de commut.vlt.vol.c.5.num.429.*

11 Probatur secundò Capitulum posse eligere Vicarium, argumento eius quod docent DD.mulierem dici viduatam quoad effectum habendi electionem fori quando virum habet absentem, vt decisum refert Nouarius de anno 1619. *in tract. de electione fin.q.7.* quia casus mortis æquiparatur casui absentiæ, *ex c.si delegatus de officio delegati, in 6.* Riccio *collect.*1056. Muta *in pragm. Regni Siciliæ 1.de officio Proregis,num.72.* Oserus *variar. lucubrationum, disp.4.n.50. sic in c. fin.* §.*fane, de testamentis in 6.* dicitur officium executoris testamentarij competere insolidum pluribus, scilicet quando ex pluribus datis executoribus, alij vel
12 mortui sunt, vel executionem implere nolunt, vel absentes sunt in remotis: ergo absentia, mors, &c. æquiparantur, & explicant mirabiliter DD. absentiam in remotis non solum dici ob distantiam loci, sed etiam ex accessus difficultate, & impedimento, sicuti etiam vicinus locus dicitur in remotis, quando est impeditus accessus, nec ex illo, sine periculo recessus, glos. *in c.cum inter vniuersas, de electione, & in c.cum nullus, in verb. remotus, de tempor.ordin.in 6.* Quare si ob bella itine-
13 ra sunt infensissima, & latrociniis, ac insidiis infensa, vt non nisi armata manu ad proximam prouinciam, perueniri possit, & ad id non semper, tutò dicitur in remotis existere, vt latè Vuamesius *tom.2. Consiliorum canonicorum, consil.428. sub titulo de testamentis, à numero 8. cum sequentibus*: Ergo sicuti in casu mortis Episcopi constituit Vicarium, sic in casu longioris absentiæ, vt patet.

Opponi potest pro parte contraria, quod reputatio Vicarij ex dispositione iuris ad Episcopum pertinet, *c.1.de officio Vicarij in 6.* vbi glos.*in verb. ipsius notat.* Quod si contingat Vicarium Episcopi excommunicari, Episcopus alium Vicarium facere poterit, & vt ait text. *in c. penult. & fin. eodem tit.* si Episcopus Vicarium sibi simpliciter & generaliter constituat, non censetur in illum translatum ius inquirendi, & corrigendi subditos de crimine, nec etiam ius conferendi beneficia vacantia, nisi specialiter Episcopus talem potestatem in eum transtulerit: ergo talis electio ad Episcopum, non ad Capitulum noscitur pertinere: quia iure cautum non reperitur, quod viuente Episcopo canonici per se possint Vicarium capitularem eligere: esset enim maximum inconueniens, quod Capitulum, penes quod non est ordinaria iurisdictio Episcopalis; posset illam iurisdictionem in alium transferre, eligendo Vicarium, qui ordinariam dicitur habere iurisdictionem, vt *in c.1.de offic.Vicarij in 6.* & per glossam *in c.Romana in princ.de appellat. in 6.* in Capitulum enim non transit iurisdictio Episcopalis, nisi Sede Episcopali vacante, *c. ijs quæ, c. cum olim de maior. & obed. c.2. ne Sede vacante*: licèt ergo Sede vacante possit Capitulum deputare Vicarium, non per hoc sequitur, quòd eo viuente, & absente possit, & sic consuluit Berous insignis Canonista *cons.23.vol.1.* esset ergo inconueniens quod electio Vicarij quæ ad solum Episcopum spectat, ad canonicos etiam spectaret viuente Episcopo: nam si posset Capitulum per se diceretur facere vnum separatum tribunal ab Episcopo quoad iurisdictionem simile illi, cum Episcopi, & Vicarij Generales, parem hoc est, ordinariam iurisdictionem habere dicantur, & ipsorum vnum, idemque tribunal, *c.2. de consuetud. in 6. c. Romana de consuetud.in 6.& d.c.1.* immò data negligentia Episcopi, nunquam potestas eligendi ad Capitulum deuoluitur, sed ad superiorem negligentis, *c. cum simus 9. quæst.3.* & est glossa magna *in capite irrefragabili, in verb. sed cum Episcopus de off. ordin.* quare ait Berous quod absurdum esset, & inconueniens, si Capitulum carens iurisdictione Episcopali eligeret Vicarium, qui non vices Capituli, sed Episcopi sustineret, & illius iurisdictionem exerceret. 14

Respondeo quod Consilium Beroi procedit 15
absente, & refragante Episcopo, vt patet apud eundem consulentem: sed nos loquimur cum suppositione, quod Episcopus certioretur deinde de persona electi, & ad sui libitum poterit reuocari: negatur ergo, & bene ob solam absentiam posse Vicarium constitui à Capitulo: quo sensu intelligitur Sbrozzius *lib.1.q.59.* qui dicit quod Vicarius non potest eligi à Capitulo quando est absens Episcopus, sed bene dicit eo refragante: sed asseritur, quòd per interim possit stante in remotis: argum.*c.cum nullus de tempor.ordin.in 6.* quia cùm mors, & absentia æquiparentur, vt diximus *suprà, ex dict. c.1. §.1. ne Sede vacante in 6.* Sesse *dec. Aragoniæ* 57. Rouitus *in pragmat.de administrat.num.25.* eo quod mortuus abesse dicitur glos. *in d. cap. si delegatus, in verb. abesse de* 16
officio deleg.in 6. multa, ff.de condit. & demonstr. Montanus *de tutelis, c.57. num.21.* Bertazzolus *cons. criminali 3. num.21. & cons.58. numero 9.* Albericus, Alciatus, & alij *in l. mulieres in fin. ff.de verb. signific.* Baldus *in l. mater, col. fin. ff.de condit. & demonstrat.* & in tutore probat text. *in l.quæsitum, ff. de tutelis*, vbi absentia, & mors æquiparantur: ergo si Capitulum constituit in

casu

17 caſu mortis ; conſtituet etiam in caſu abſentiæ, quod patet ſumpto argumento à veriſimilitudine in iure noſtro valido , Corneus *conſ.* 205. *num.* 9. *volum.* 2. Menochius *conſ.* 306. *num.* 10. *volum.* 4. *& conſ.* 434. *n.* 43. *vol.* 50. ——qui latè fundant valere argumentum à veriſimilitudine , tum in interpretandis vltimis voluntatibus, tum in omnibus aliis materiis : ergo ſicuti mulier per mortem viri gaudet beneficio electionis fori , ſic pariter mulier per viri abſentiam hoc priuilegium habere debet : quia maritum non habere , vel habere abſentem paria ſunt : argument. text. *in d. c.* 2. §. *ſed neque illud, de tranſlatione Epiſcoporum*, vbi Summus Pontifex ait, quod ſecundum communem vſum loquendi Eccleſia dicitur viduata ſponſo ſuo , quæ habet Epiſcopum inutilem cui annectitur gloſſa notabilis *in cap. admonere te* 33.

18 *quæſt.* 2. Paria enim ſunt non eſſe , & inutiliter eſſe *l. de ætate* , §. *nihil* , *ff. de interrogat. action. l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iudicata* , quare priuilegia conceſſa viduis , competunt etiam mulieribus virum abſentem habentibus, tanquam inutiliter nuptis , vt ex Baldo *in leg. fin. C. ad legem Iuliam de plagiarijs*, firmat Viuius *dec.* 197. *num.* 13.

19 Vrgebis non reperitur expreſſus in iure hic caſus abſentiæ , vt conſtituatur Vicarius Capitularis , ſed ſolus caſus mortis : ergo mala concluſio.

Reſpondeo quod cum ſint æquiparati iſti duo caſus à iure , abſentia ſcilicet : & mors, & æquiparatorum eadem ſit diſpoſitio , gloſſa *in l. omnes dies in verb. Apoſtolicæ , C. de feriis, & in c. ſi poſt quàm* , §. *fin. in verb. prouiſio*, vbi DD. *de electione in* 6. Viuius *dec.* 255. *à num.* 19. per conſequens diſpoſitio facta in caſu mortis , vt Capitulum poſſit Vicarium conſtituere : locum habebit in caſu abſentiæ ; ſicuti in ſimili : quia Trebellianica, & Falcidia ſunt æquiparata , *l. Marcellus , ff. ad Trebell.* cum poſſit teſtator prohibere falcidiam , Authen. *ſed cum teſtator. Cod. ad legem falcidiam* , §. *ſi vero expreſſim Authen. de hæredib. & falcidia*, poteſt etiam prohibere Trebellianicam, Franc. *dec.* 11.

20 Circa ſecundum verò dubium poſitis litteris expeditis ab illuſtriſſimo Epiſcopo Auerſano in perſonam Reuerendi D. Ioſephi Pacifici ante diſceſſum eiuſdem Illuſtriſſimi vbi declaratur Prouicarius in caſu abſentiæ quondam Vicarij Generalis, an ſcilicet poſſit idem Pacificus eſſe Vicarius vigore prædictarum litterarum in caſu mortis Vicarij prædicti ? Reſpondeo poſſe, & debere exercere vigore prædictæ facultatis. Probatur quia Officialis ob alterius abſentiã ſubſtitutus ad nouam vſque creationem perſeuerat illo mortuo, vt deciſum per S.C. dicit Francus *dec.* 255. Giurba *dec.* 9. vbi hunc articulum latè dilucidat, quod antea dixerunt , Albericus *in l. quæſitum, ff. de tutelis* , Boërius *dec.* 199. *num.* 15. Petra ad Capycium *dec.* 151. Regens Conſtantius *in l. Nullus, num.* 51. *cum ſequentibus* , *Cod. de Decurionibus* , *lib.* 10. iuxta quorum ſententiam reſpondit Riccius Proregi Comiti de Lemos , cum enim ſuffectus eſſet per litteras regias Patri tunc Proregi, ob legationem ad Clementem VIII. ait tales litteras ſuffragari eidem Comiti de Lemos iuniori: quia licet eſſet ſuffectus ob abſentiam , comprehenditur tamen caſus mortis , vt ipſe Riccius teſtatur *in collect.* 1056. Regens Tappia *in deciſ. Supremi Senatus Italiæ* 9. vbi tractat an, & quando poſſit Prorex creare ſibi locum-tenentem, & ex quibus cauſis , concludens in caſu mortis, abſentiæ temporalis , &c. Sic tutor datus in caſu abſentiæ cenſetur datus in caſu mortis , *dicta leg. quæſitum , ff. de tutelis* , ſequitur Viuius *deciſ.* 2. *num.* 50. & Giurba *dicta deciſ.* 9. *num.* 9. & Regens Conſtantius *in d. l. nullus* , *num.* 55. *Cod. de Decurionib.* ea ratione, quia tutor à Iudice datus, & Officialis æquiparantur , *l. præfectus, ff. de ritu nuptiarum* , Freccia *lib.* 2. *de ſubfeudis, quæſt.* 56. *num.* 2. ſic ille , qui in ſua Curia poteſtatem habet cudendi monetam in abſentia alicuius : poterit etiam in caſu mortis eiuſdem adminiſtrare , Seſſe *dec. Aragoniæ* 571. Nam Vice Rector cum loco Rectoris conſtituitur , ſiue Pronicarius loco Vicarij , eandem habet poteſtatem , quam principalis in eo , in quo eſt Vicerector, vel Vice Vicarius , & eodem iure cenſeri debet , *leg.* 1. *&* 2. *C. de officio eius , qui vices alicuius Iudicis obtinet*, latè Vuameſius *conſ.* 170. *tom.* 1. *à num.* 50. *cum ſequentibus.* Ergo cum Reuerendus Pacificus habeat litteras pro caſu abſentiæ Vicarij Generalis , debet etiam dici ſubſtitutus pro caſu mortis eiuſdem.

Ex quibus infertur primo vigore Concilij , *d.* 21
ſeſſ. 24. *de reformatione, cap.* 16. facultatem competere Capitulo eligendi Vicarium mortuo Epiſcopo , vel exiſtentem confirmare infrà octo dies, ante quos reſidet iuriſdictio penes totum Capitulum , Quaranta *in ſumma Bullarij, in verb. Capitulum Sede vacante* , §. *duodecimo quæro* , Riccius *in praxi , reſol.* 505. *& dec.* 305. *p.* 4. Ragueeius *de voce canonicorum in Capitulo, quæſt.* 37. Barb. *de poteſtate Epiſcopi , part.* 3. *allegat.* 54. *numero* 163. & Sacra Congregatio 19. Septembris 1620. expreſſe determinat quod donec durant dies electionis dicti Vicarij iuriſdictio eſt penes Capitulum , non autem penes primam dignitatem contra Sbrozzium *de officio Vicarij* , *lib.* 1. *quæſtione* 61. vbi dixit : quod interim Archidiaconus ſit loco Vicarij , de quo Vicario Capitulari plura Quaranta , Barboſa , Sbrozzius , & alij apud Barboſam eundem de iure Eccleſiaſtico, *lib.* 1. *cap.* 32. quibus addo P. Merollam , *tom.* 3. *diſput.* 7. *cap.* 7. per totum , tranſit vero auctoritas 22
Capituli in Vicarium Sede vacante ; non tamen in illis , quæ requirunt ſpeciale mandatum , vt bene Garſia *de beneficiis , tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 7. *num.* 28. & dixit Rota *in vna Mauritanenſi penſionis die* 25. *Iulij* 1626. *coram Pirouano*, & declarauit ſacra Congregatio teſte Garſia *vbi ſuprà*, vt optimè obſeruat Nouarius *in ſumma Bullarij, to.* 2. *in titulo de Capitulo Sede vacante , num.* 10. & Barboſa *de Canonicis , cap.* 42. *num.* 103. Caſu verò , quo Capitulum limitaret iuriſdictionem conſtituendo Vicarium capitularem , valet limi- 23
tatio, Nouarius , Vulpez , Barboſa , Merolla , & alij *vbi ſuprà* , quibus addo Dianam *part.* 8. *tract.* 4. *reſolut.* 62. & ſicuti poſſet Capitulum reſtringere numerum octo dierum breuiorem ſtatuendo ad eligendum Vicarium , per textum *in cap. Eccleſiæ veſtræ* , vbi Abbas *num.* 1. *de electione* , Genuenſis *in praxi* , *cap.* 88. *numero* 7. Quaranta *in verb. Capitulum Sede vacante , quæſtione* 12. §. *primo* , dubitatur coram Merolla *tomo* 3. *diſputatione* 7. *capite* 7. *dubio* 26. *numero* 160.

Non tamen poterit ſemel electum Vicarium 24
remouere ſine cauſa , vt Sacra Congregatio reſcripſit de Ordine Sanctiſſimi Vicario Acheruntino quod reſcriptum refert Vulpe [*in praxi fori Eccleſiaſtici, cap.* 44. *num.* 24. Nouar. *in ſumma Bullarij, tom.* 2. *de Capitulo, Sede vacante, num.* 6. Barb. *cap.* 42. *num.* 47. *de Canonicis*, licet alij dicant

cant posse sine causa reuocari, vt latè Solorzanus de iure Indiarum, *tom.2. lib. 3. cap. 13. num. 55.* & alij apud Riccium, *part.4.dec. 178.* sed à prima sententia recedendum non est, quam nouissimè defendit Themudo, *in dec. Archiepiscopatus Portugalliæ, tom.1. dec.23.* vbi plures adducit decisiones, non posse Capitulum ad habitum amouere Vicarium.

25 Sicuti grauis fuit controuersia; an possit post octo dies Capitulum purgare moram antequam Metropolitanus eligat, in qua quæstione affirmat posse purgari moram Garsia *par.5. tom. 1. cap.7. num. 7.* Riccius *collect. 1602.* sed contrarium fundat Emanuel Themudo *in decisionibus Archiepiscopalibus Portugalliæ, part. 1. dec. 22. num. 50.* quia Trident. vtitur dictione (omninò) quæ importat præcisam exactionem, & præcisè ad factum, præcisamque demonstrat necessitatem, vt latè Genedus, *quæst. singulari 24.* Card. Tuschus *litt. D, conclus. 522.* & Themudo *vbi suprà*, ergo non poterit purgare moram, vt in simili dicitur ex *l. fin. Cod. ad Velleian.* vbi ex eo, quod textus dicat omnimodo compellari, bene colligitur obligatum ad factum fauore dotis non posse soluendo interesse liberari, se cogi præcisè facere, limitato textu *in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb.*

26 Infertur secundò Iurisdictionem Episcopalem mortuo Episcopo intra octo illos dies, in quibus Capitulum Sede vacante, cogitat de Vicario eligendo, esse exercendam per Archidiaconum secundum Marcellum Vulpe *in praxi fori Ecclesiastici, cap.44. num. 30.* eo quod ad Archidiaconum spectat dicta Iurisdictio, cum ipse sit ipso Iure Vicarius, *cap. ad hæc de Officio Archidiaconi*, & de iure habet Iurisdictionem ordinariam, glossa *in cap. perlectis in verb. iurgia 25. dist.* Neque obstat, quod dicta iura loquantur Sede plena: quia per mortem Episcopi, ea, quæ Archidiacono de iure competunt ei non auferuntur Sbrozzius *lib. 1. de Officio Vicarij, quæst. 61.* Abbas *in cap. dilecto. num.7. de Officio Archidiaconi.* Follerius *in constitutione Regni incipiente ad Audientiam nostram, num. 75.* vbi ait sic fuisse seruatum Salerni per Capitulum tempore Sedis vacantis, ob mortem Cardinalis Seripandi Archiepiscopi, quod Archidiaconus exercuit Iurisdictionem, donec à Capitulo fuit Vicarius deputatus, & hoc cum ratione: quia, experientia visum est, quod in principio Sedis vacantis multi improbi audaciores fiunt, & absque Dei, & iustitiæ timore, confisi, quod non sit, qui carceribus, & aliis legitimis prouisionibus eorum audaciam coërceant, & refrenent, cum Capitulum non possit statim se congregare, & malo occurrere, multa scelera, & crimina perpetrare non verentur, & ex hoc multæ perturbationes oriuntur, & scandala, quibus omnino obuiandum est. *Clem. 1. de Officio ordinarij.* Etiam si leuia, & pusilla sint, *cap. 2. de noui operis nunciatione*, & ad euitanda scandala à iure recedi potest, *cap. non potest 23. quæst. 4. Clem. 1. de pœnis*, ad obuiandum ergo insolentiis, quæ euenire solent antequam per Capitulum Vicarius deputetur, Archidiaconus ipse, qui primam dignitatem, & locum primum in Capitulo obtinet, potest legitime exercere: sic dicit Vlpe, cuius sententiam tenet Solorzanus *de iure Indiarum, tom.2. lib. 3. cap. 13. num. 51.* & Regens Valenzuela *cons.101. num. 21.* cum sequentibus. Sed alij dicunt cum Quaranta *in verb. Capitulum Sede vacante, num.20.* quod non; sed totum Capitulum administrare debere, & est verum dicere Iurisdictionem Archidiaconi hodie recessisse ab aula, vt bene Diana *part.8. tract.4. resol.36.* Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. num. 7.* & alij apud eos.

27 Infertur tertiò quod sicuti Vicarius Generalis Episcopi eo absente, & in remotis existente multa facere potest, quæ non poterit ipso præsente, sine speciali mandato: sic poterit Capitulum Episcopo in remotis existente Vicarium facere: potest enim Vicarius Generalis sine speciali mãdato Episcopo in remotis existente insinuationes recipere in Gallia, Rebuffus *de nominatione, num. 100.* Dimissorias concedere Barb. *de potestate Episcopi, part.2. cap. 7. num. 9.* & *de iure Ecclesiastico, lib. 1. cap. 15. num. 2.* Riccius *in praxi aurea, resol. 18.* Item in suffraganeos Iurisdictionem exercere Sbrozzius *de Officio Vicarij, lib.2. quæst. 58.* item consentire collationi idem Sbrozzius, *lib.2. quæst. 71. num. 22. & 23.* statutis Capitularibus adhibere consensum idem Sbrozzius, *lib.2. quæst. 200. num. 4.* & licentiam Ordines assumendi concedere Abbas *cons. 88. lib. 1.* non per hoc tamen si extra montes in Remotis existat Episcopus poterit donationem iurispatronatus, aut eius erectionem in fauorem laïci authorizare, vt bene Ioannes Baptista Ferretus *cons.327. lib.2.* potest enim ea tantum facere, quæ sunt Iustitiæ, aut necessitatis, non ea, quæ sunt gratiæ sine speciali mandato, vt per Menochium *cons.52. num. 5.* Gratianus, *cap. 303.* Tondutus Sanligerius *par. 2. cap.4. §. 9. num. 18. & sequentibus*, sicuti Legati possunt conferre Beneficia, & eorum prouisiones dicuntur Apostolicæ, & eodem priuilegio executiuo fruuntur, quo aliæ prouisiones à Sede Apostolica emanatæ, vt ait Argellius *de acqu. possessione, quæstion. 20. numer. 4.* Garsia, *de beneficijs part. 5. cap. 3. numer. 14.* quia prouisio Legatorum dicitur prouisio Sedis Apostolicæ, Garsia *dict. cap. 3. num. 12.* Rota *dec. 206. part. 1. diuers. num. 50.* & dicuntur habere priuilegium per viam immissionis, ex quo quando datur Breue, de capienda possessione nomine Cameræ, cum clausula, expulsis quibusvis detentoribus, non tamen à Sede Apostolica prouisis, non excluduntur prouisi à Legato. Idem Argellius *de legitimo contradictore, quæstion. 15. numero 59. & 60.* & *de potestate.* Legatorum, præueniendo Ordinarios Collatores, late agit Tondutus & Sanligerius *lib. 1. de Beneficijs, cap. 70.* sicuti de potestate eiusdem in derogando iuris Optionis inter Canonicos agit Tondutus *vbi suprà cap.110. num. 13.* Hoc totum de Legatis poterit facere Vicelegatus interdum, scilicet absente Legato vt latè Sanligerius *de Beneficijs, par. 2. cap. 3. §. 6.* vbi de facultatibus Legatorum à latere, & Vicelegatorum agit circà Beneficiorum Collationes.

Omni iure ergo eligi debet in Vicarium Reuerendus D. Pacificus ob suas litteras, de substitutione facta in sui persona ex capite absentiæ Vicarij, vt fundatum fuit.

Sed Curiosus petiit à me an posset quis dare 29
pecuniam cuidam consanguineo Episcopi pro obtinendo Vicariatu prædicto sine labe Simoniæ.

Respondi ego minimè: quia est Simonia non solum vendere Officia quæ sapiunt spiritualitatem contra ius humanum tamen, vt dicunt Abbas, Felynus, & alij *in cap. consulere de Simonia*, Hostiensis, S. Antonius, Victoria, Caïetanus, Sotus Lessius, Suarez, & alij apud Castropalaum *disp.3. de Simonia par. 14. n. 9.* Quod probatur aperte ex *cap. si quis Episcopus 8. part. quæst. 1. & ex cap.*

Saluator 1. *quæst.* 3. vbi cùm Simone dicitur participare, qui Officium Oeconomi, Vicedomini, Aduocati, Sacristæ, Castaldi, & iudicis vendit, & *in cap. consulere de Simonia*, tàm ementes, quàm vendentes hæc Officia cum Simone percelluntur: quia scilicet committunt Simoniam: ergo &c. Quid autem intelligat textus de Vicedominis, Aduocatis &c. explicat Glossa *ibi*. Lessius *lib.* 2. *de Iustitia, cap.* 35. *dub.* 4. *num.* 26. Suarez *lib.* 4. *de Religione, cap.* 29. Castro-Palaus *vbi supra num.* 9. appellatione œconomi intelligunt qui res Ecclesiæ, & Canonicorum gubernat, sub quo à fortiori continetur Sacrista, vel Thesaurarius, seu Sacrarum rerum custos; vt latè Suarez *dict. cap.* 29. *num.* 11. Vicedominus est, qui rerum Episcopalium curam gerit. Aduocatus est ab Ecclesia constitutus ad causas eius defendendas, quod intelligit Suarez quando ex Officio, & cura speciali potestate ab Ecclesia recepta constituitur, qui solet appellari Syndicus *cap. vnico de Syndico*, & solet dici Castaldus, seu Maior-domus *dict. ca. Saluator, & cap. volumus* 89. *dist.* & quia textus loquitur de Iudice, intelligitur de Vicario, vt latè Castro-Palaus *vbi suprà*: secus si tantum esset Iudex pro temporalibus gubernandis, tunc enim Simonia non est, vt ait Glossa *in dict. cap. Saluator, in verb. & Iudicem in fine*, quia est merè temporalis, ita Castro-Palaus *vbi suprà*, cuius contrarium putat Suarez *loco citato*. Et quia Pacificus litteris positis habet Ius ad Vicariatus Officium, si daret aliquid, non committeret Simoniam; sed tolleret vexationem, vt *in cap. Dilectus* 1. *de Simonia*: vbi Præpositus quidam dedit alteri pecuniam, sub promissione non inferendi sibi iniusta grauamina, & Simoniacus non censetur, & ex *cap. quæsitum* 1. *quæst.* 3. Suarez *lib.* 4. *de Religione, cap.*, cum S. Thoma 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 2. *ad* 5. Castro-Palao *disp.* 3. *de Simonia punct.* 10. *nu.* 1. secus si est iusta vexatio, vt *in cap. Matthæus, de Simonia* Palaus *vbi supra, num.* 1. cui vero receptum sit, quod fuit Simoniacè receptum, & qualiter probetur Simoniæ crimen latè post alios Castro-Palaus, *disp.* 3. *puncto* 26. *&* 27.

50 Sed Doctor quidam moralista opposuit mihi doctrinam illam Gregorij de Valentia, Adami Tanneri, & aliorum apud Dianam *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 21. dicentium pactum fieri posse de re temporali pro Beneficiis, Officiis spiritualibus, & similibus: non quidem vt pretium rei spiritualis; sed pro remuneratione operis, & non provt spirituale negotium est.

Sed contra dicebam ego: quia si hoc esset totus de Simonia titulus corrueret; nam semper posset aliquis ita dicere, scilicet se dare pro re spirituali, non quà spiritualis est, & consequenter nunquam Simonia committeretur, quod falsissimum est, & doctrina suprà tradita viris litteratis, & timoratis non debet placere.

51 Tandem non obstat quod administratio, & gubernatio Episcopatus fuerit commissa D. Principissæ N. ab illustrissimo Episcopo dum discessit.

Respondeo enim, quod licet administrator Episcopatus, possit Vicarium constituere existente Episcopo in remotis, quia succedit talis administrator in ordinaria Iurisdictione Episcopi: *cap.* 15. *cui de electione in* 6. Romanus *cons.* 506. *num.* 13. & omnia potest, quæ sunt Iurisdictionis Episcopalis *dicto c.* 15. *cui*, & à pari procedant Administrator Episcopatus, & Capitulũ Sede vacãte, *cap. cum nullus*, §. *Episcopo de tempor. ordin. in* 6. Romanus *vbi suprà*, & sic debet Administrator creare Vicarium, sicuti Capitulum posset, ex *regula l. is cui ff. de iurisdictione omn. Iudic.* & de Abbate consuluit Parisius *cons.* 22. *num.* 19. *tom.* 4. & de Vicario dicit Sbrozzius *lib.* 1. *de Officio Vicarij, quæst.* 62. Id tamen non habet locum in casu nostro, vbi fœmina non potest habere administrationem Episcopatus, tanquam Iurisdictionis incapax, *ad l. fœmina ff. de regulis Iuris*, vbi D D. communiter.

Quare &c.

Sic fuit obseruatum, vt scripsimus.

DISCEPTATIO XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Prouincialis refertur.*
2 *Sententiæ impugnatio adducitur.*
3 *Sententia, de qua hic non habet requisita sententiæ.*
4 *Sententia, de qua hic, potius est libellus famosus, quàm sententia.*
5 *Sententia, de qua hic, cum liuore processit.*
6 *Sententia in contumaciam qualiter facienda sit.*
7 *Sententia Apostasiæ non fertur in contumaciam.*
8 *Contumacia, de qua hic, non se tenet ex parte subditi, sed Superioris.*
9 *Apostasia quæ requirat, vt sit talis.*
10 *Rota Romana quid intendat pro Apostasia in Religione.*
11 *Apostasia non semper inducitur ex mutatione habitus.*
12 *Regularium priuilegia habendi pro apostata fugitiuum afferuntur.*
13 *Priuilegia viuæ vocis Oraculo concessa sunt reuocata per Vrbanum VIII.*
14 *Fugitiuus non semper est apostata.*
15 *Fugitiuus non dicitur, qui vadit ad Superiorem.*
16 *Fugiens à carcere Ius Baronis animo veniendi ad magnam Curiam Vicariæ non dicitur fugitiuus.*
17 *Trident. decretum* sess. 25. de regul. c. 4. *explicatur, vnà cum Bullis Pontificum, & decretum sacræ Congregationis.*

ARGVMENTVM.

Apostasia quænam propriè dicitur, & sententia super ea qualiter formanda sit, & an in contumaciam, an cum liuore, & iniuriam inferendo: & decisio Rotæ prima, sub titulo de Apostasia, adducitur apud Achillem de Grassis. Regularium Priuilegia circa apostatas an sint in vsu. Fugiens ad Superiorem non est apostata, nec fugitiuus.

PRO

PRO

Patre Fratre Horatio Branccacio,

CVM

Suo Superiore.

FACTVM.

Frater Antonius de Petrapagana Artium, & S. T. D. huius Almæ Neapolitanæ Prouinciæ Minorum Conuentualium S. Francisci Minister Prouincialis, & Commissarius Generalis.

DE ordine, & mandato Reuerendissimi Patris Ministri Generalis Magistri Andreæ de Hyspello, vt canonicas assignauerimus ternas, canonicasque, & paternas monitiones, & monitoria adhibuerimus, & assignauerimus ad valuas Refectorij nostri Conuentus Sancti Laurentij huius Ciuitatis contra te Patrem Fratrem Horatium Mariam Brancaccium nostri, eiusdemq; Ordinis Sacerdotem, dum personam tuam commodè habere minimè potuerimus, vt tibi personaliter præsentaremus, ad personaliter comparendum coram nobis, vel R. P. Ministro Generali supradicto ad te excusandum, defendendum, iustificandū, dicendumq; causam quare non debueritis declarari excommunicatus, & Apostata, & incursus in alias pœnas, quæ continentur in Sacris Canonibus, nostris sacris Constitutionibus, Vrbanis, & aliis Summorum Pontificum decretis ob non paritionem obedientialibus litteris Reuerendissimi Petris Generalis, vt Assisium, Sacrumq; Conuentum adires, & te conferres à diebus tibi de ordine, &c. præsentatis, & à te receptis, dum in Sanctæ Obedientiæ, contemptum, Religionis notam, Patrum scandalum, Fratrumque prauum exemplum non minus proteruè, quàm temerariè non solum obedire renuebas, provt facis, in ea persistendo proteruia: verùm etiam omni Dei, Superiorum tuorum, & iustitiæ timore depositio spiritu nequam ductus Ciuitatem istam peruagari gloriabaris, & audebas, provt adhuc in tua obstinatione manens, gloriaris & audes. Quapropter elapsis iam ità dictis terminis, & cum adhuc Satana te possidente in tua proteruia, temeritate, inobedientia, & contumacia persistas, paternas monitiones, Dei Iustitiæque timorem, sacramque Obedientiam spernendo, non solum non comparuisti ad te exhibendum, exculpandum, & defendendum, verum in reprobum datus sensum absque syndaresi scandalosè, irreligiosè, & abominabilium fractus quasi sub Diabolico asylo apud seculum te recipis, & viuis, nos ad aliorum exemplum, tuamque superbiam, temeritatem, impudentiam, proteruiam, inobedientiam conculcari volentes, sedentes, &c. Solum Deum, & Iustitiam præ oculis habentes, etiam parte Dei Omnipotentis, Patrisque nostri Seraphici S. Francisci, & ex nostri Officij debito, non sine nostri animi dolore (cum te promptè obedientem fuisse desideravimus) te Patrem Fratrem Horatium Mariam Brancaccium supradictum maledicimus, excommunicatum, Apostatam, inobedientem, & fugitiuum te dicimus, pronunciamus, publicamus, declaramus, & sententiamus, & propterea ab omnibus euitandum, & fugiendum, tanquam membrum reciſum, putridum, & fœtidum Religionis, & Ecclesiæ declarantes, vt ita iste te afficiat, & tractet, ac si personaliter, & propriis auribus audiuisses, & si quis malitiosè, & appensatè has lacerari, amoueri, & quomodolibet maculari præsumpserit, excommunicationem, & suspensionem à diuinis ipso facto se nouerit incursurum. Datum Neapoli hac die 9. Maij, Anno 1670.

Frater Antonius à Petrapagano Minister Prouincialis, & Commissarius Generalis.

Locus Sigilli, &c.

Fr. Ludouicus à Potentia Prouinciæ Secretarius, & Assistens, &c.

ILlustrissime Domine ex modo procedendi, atque sententiandi P. Fratris Antonij à Petrapagana Prouincialis Ordinis Minorum Conuentualium S. Francisci Prouinciæ Neapolitanæ contra Patrem Fratrem Horatium Mariam Brancaccium, Sacerdotem Neapolitanum eiusdem Ordinis euidenter apparet non fuisse per Patrem Prouincialem ne dicam obseruatum ordinem iudiciarium contra eundem in sententia prædicta descriptam à Patre Miranda in praxi Regularium eiusdem Ordinis S. Francisci, immò neque charitatis zelum præceptum ab omnibus Regularibus in corrigendis suis subditis, de quibus Pater Franciscus de Sancto Iuliano Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum, in libro, cuius titulus est, *Tribunal Regulare*, per totum, nec non per Patrem Ioscphum à Sancta Maria Hispanum in libello, cui titulus est, *Tribunal de Religiosis*, per Patrem Megalam *in praxi crim. can. c. 9.* per Patrem Bictum, siue Camerinum Capucinum *in praxi Regulari*, penes quos sententia Patris Prouincialis, de qua hic, nulla est, vt potè non seruatis solemnitatibus, nec zelo charitatis prolata euidenter apparet: immò si veritatem dicere velimus, Patrem Prouincialem in sententia prædicta non se gessit, vt pater, sed vt inimicus animosè, & cum liuore contra Patrem Horatium Mariam procedendo, cum enim debuisset, si probationes haberet, si delictum consummatum fuisset, Patrem Horatium Mariam declarare excommunicatum, & Apostatam, vt ipse dixit, processit vlterius dicendo, Patrem Horatium Mariam se tradidisse in reprobum sensum, cum scandalo omnium Fratrum, & Fidelium, vnde illum tradidit Satanæ, quæ omnia verba sub libello famoso continentur, vnde contra Bullas Pontificias de famosis libellis contra Regulares non faciendis, Pater Prouincialis incurrit, vt videre est apud Censalium *in leg. vnica, Cod. si quis Imperatori male dixerit*, vbi de libello famoso, & pœnis eius plura adduxit Farinac. *in fragmentis litt. L.*

Secundo loco euidenter apparet, quod Pater Prouincialis nimis animosè processerit cum liuore

contra eundem Patrem Horatium Mariam Brancaccium, quia cum primo loco illum citaſſet, ſeu citare feciſſet, comparuit cum comparitione formata, quæ in actis adducitur, in qua dicendo, quòd erat ſibi miſſa Obedientia pro eundo ad Aſſiſium, petebat congruum viaticum pro itinere faciendo, cum ipſe non haberet aliundè, vel vt ei concederetur tempus à ſuis Conſanguineis habendi, quod ipſum Pater Brancaccius in alia comparitione fecit in Ciuitate Capuæ coram Patre Generali, quando ibi congregatum fuit Capitulum, vnde Pater Brancaccius fuit ſemper promptus ad obediendum, & ſi ſibi fuiſſet ſolutum Viaticum pro itinere prædicto, in effectu ſequuta fuiſſet obedientia: igitur errauit Pater Prouincialis quando contra ſubditum comparentem promptum obedire proceſſit, nedum ſententiando, ſed famoſum libellum faciendo, tractans ipſum tanquam datum in reprobum ſenſum, tanquam membrum putridum, & fœtidum, quo nihil iniquius.

6 Tertio loco Pater Brancaccius, vt ſupponitur in ſententia non obedit mandato ſui Patris Generalis, eundi ad Aſſiſium, igitur contumax eſt (ſi non comparuiſſet) propter quam contumaciam incurrit in pœnas de quibus Foller. *in praxi criminali canonica, in verbo non comparentes*, quòd ſi compareat, priuſquam fiat ſententia, tunc omnia euaneſcunt: nam præcedentia acta reſoluuntur in vim ſimplicis citationis, vnde dicit Pater Camerinus Capucinus *in praxi Regulari, quæſt.* 131. *num.* 18. vt Apoſtata non condemnetur in contumacia, ne fugitiuus condemnatione ſequuta magis in fugam detur, cum potius iuxta
7 texum *in cap. fin. de Regular.* & decretum Sacræ Congregationis ſuper Epiſcopis, & Regularibus de ſpeciali mandato Vrbani VIII. facto 21. Octobris 1624. alliciendi, quærendique ſingulis annis ſint ad eos reducendos ad Angelicum gremium Religionis: vnde ſententia Apoſtaſiæ non fit in contumaciam, vt bene Pater Camerinus poſt decretum Vrbani VIII. de quo *ſuprà*: igitur ſententia Patris Prouincialis, de qua in præſenti, vtpotè facta in contumaciam, nullius momenti eſt. Sed quid dixi facta in coatumaciam, quando contumacia non ſe tenet in præſenti ex parte
8 Patris Brancaccij, ſed ex parte Prouincalis: quia Pater Brancaccius duplicem libellum porrexit, vt conſtitueret Prouincialem in contumaciam, nam ſi Prouincialis dediſſet pecuniam pro itinere, obediiſſet ſane Brancaccius: Ergo contumacia non ex parte Branccacij, ſed ex parte Prouincialis ſe tenet, qui deberet excommunicari à Patre Generali, vt contumax, ex quo non dedit expenſas ſubdito, vt obediret Generali in eundo ad Aſſiſium.

9 Quarto loco, mirari non poſſum de modo procedendi eiuſdem Patris Prouincialis, quandoquidem declarauit Apoſtatam Patrem Brancaccium, & ſane Apoſtatam à Religione, quando nullam accepit informationem, iuxta textum *in cap. vt periculoſa, ne Clerici, vel Monachi in 6.* ibi: vt periculoſa Religioſis euagandi materia ſubtrahatur, diſtrictius inhibemus, ne de cætero aliquis quancumque Religionē tacitè, vel expreſsè profeſſus in ſcholis, vel alibi temerè habitum Religionis ſuæ dimittat: ex quibus verbis Gaëtanus in verbo *Apoſtaſia* colligit, quòd Apoſtatæ ſunt excommunicati per habitus dimiſſionem,
10 vnde Doctiſſimus Pater Band. 2. 2. *quæſt.* 12. *artic.* 1. *in diſputatione de Apoſtaſia à Religione, concluſ.* 2. dicit, quod in iure nulla eſt excommunicatio contra Apoſtatas à Religione, niſi illa, quæ habetur *in dicto cap. vt periculoſa*, quæ quidem excommunicatio illos tantum afficit, qui temerè dimittunt habitum ſuæ Religionis, & cum ſit conſtitutio pœnalis, non debet extendi ad caſus non expreſſos, Rodriquez *tom.* 1. *quæſt.* 30. *art.* 1. *& in compendio, reſolut.* 11. *num.* 1. Pater Donatus *tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 6. *num.* 2. vbi ait poſt alios, quòd omnes Religioſi profeſſi, qui deſerunt Religionem animo non redeundi in illam, & deſerunt habitum, ſunt Apoſtatæ, ſi hoc fiat ſine licentia Superioris: vnde Pater Prouincialis declarauit Apoſtatam Patrem Brancaccium, nulla capta informatione de habitus deſertione: videat ergo dominatio ſua illuſtriſſima modum procedendi huius Patris Prouincialis contra Patrem Brancaccium, recordando dominationi ſuæ illuſtriſſimæ, quòd in hoc eſt deciſio Rotæ Romanæ facta die 11. Februarij 1555. coram Oradino, vbi poſt longam concertationem, fuit dictum, quòd ad effectum, vt dicatur contracta 11
Apoſtaſia vera, & propria, quæ inferat inhabilitatem ad obtinenda beneficia, requiritur receſſus ſine licentia, & dimiſſio habitus animo illum amplius non reaſſumendi, ita vt ſi appareret fuiſſe habitum dimiſſum cum voluntate illum reaſſumendi, non cenſeretur contracta Apoſtaſia, per hoc tamen incurreret in excommunicationem: vnde ſi Pater Brancaccius deſeruiſſet habitum cum animo reaſſumendi, potuiſſet à Prouincali excommunicari, & talis declarari; ſi verò dimiſiſſet habitum cum animo non reaſſumendi; tunc eſſet verè Apoſtata, deciſionem, de qua *ſuprà*, refert Achilles de Graſſis *deciſ.* 1. *in titulo de Apoſtaſia*, Ricciullus *de iure perſonarum, lib.* 8. *cap.* 1. *in fin.* Lauretus de Franchis *in controuerſiis inter Epiſcopos, & Regulares, fol.* 224. Farinac. *de hæreſi, quæſt.* 223. Ricicius *in praxi, parte* 3. *eodem tit. de Apoſtaſia*, Marcellus Megala *in ſuo promptuario in verbo Apoſtata*, Baſſeus *in ſuo flolegio in verb. Apoſtata*, Nouar. *in eodem verbo*, Vrſellius Tuſch. & alij *in eodem verbo Apoſtata*, Videat ergo dominatio ſua Illuſtriſſima, quomodo Pater Prouincialis ſe geſſit, qui Patrem Brancaccium condemnauit, non probata deſertione habitus, non probato quo animo id factum ſit, immò ex eo ſolo, quòd noluit obedire mandato eundi ad Aſſiſium, quando ipſemet noluit dare pecuniam pro itinere prædicto.

Quod ſi dicatur per plura priuilegia conceſſa à 12
Summis Pontificibus, Regularibus, de quibus Portellius in verbo Apoſtata, Rodriquez *in compendio Priuilegiorum Regularium, in verbo, Apoſtata*, ſic etiam inter Dominicanos deſertor ab obedientia declarari poteſt excommunicatus, de qua re Donatus *p.* 2. *tract.* 6. *quæſt.* 20. *num.* 13. tunc Reſpondeo, quòd prædicta priuilegia, vt potè conceſſa viuæ vocis oraculo, vt fuerunt poſtea 13
reuocata per Vrbanum VIII. latè Franciſcus Iunip. à Trapano in integro tractatu de reuocatione priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum, de quibus etiam Pater Donatus *p.* 1. *tract.* 16. *per totum*, Bulla verò Sanctiſſ. Vrbani VIII. 139. *vel* 29. in appendice ad 4. tomum Bullarij ponit reuocationem prædictam, vnde conſiderari non poteſt Pater Brancaccius tanquam Apoſtata excommunicatus.

Tamen pro coronide dicendum eſt, quod non 14
poteſt Pater Brancaccius dici fugitiuus propter intentionem, quam habet, & animum eundi ad Superiorem, quo caſu non dicitur fugitiuus, *l.* 6. *qui ſit fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de ædilitio edicto,*

inò

15 imo recurrens ad Principem non punitur, §. *sit tibi*, *Auth. de mandatis Principum*, Regens de Ponte *de potest. Proregis*, §. 7. *num.* 3. Mastril.
16 *dec.* 217. sic videmus, quòd si Vassalli fugiant à Carceribus Baronum, & recta via veniant ad M. C. Vicariæ, non tenentur de fuga, *ex dict.* §. *apud Labeonem*, Anna *singul.* 561. Giurba *decis.* 66. Reg. Tappia *decis.* 9. & licèt ex Tridenti-
17 no *sess.* 25. *de Regular. cap.* 4. dicatur, nullum Regularem posse sine licentia Superioris vagari ad alias Ciuitates, tamen in casu contrario datur auctoritas Ordinariis locorum illos capiendi, & mittendi ad Superiores, non tamen, vt puniantur pœna Apostasiæ, quod idem dicimus per Bullam Sixti V. incip. *cum de omnibus* 6 Kal. Decembris 1578. de qua Quaranta in Summa Bullarij in verbo *Monasterio*, & in alia Bulla eiusdem Pontificis, quæ incipit *ad Romanum spectat Pontificem*, de qua Quaranta *fol.* 312. sic etiam intelligitur Decretum Sacræ Congregationis de quo Nouarius in Summa Bullarum in titulo de Religiosis indebitè vagantibus.

Quare &c.

ALoysius de Aquino Protonotarius Apostolicus vtriusque Signaturæ S S. D. N. Papæ, Referendarius, nec non Curiæ Causarū Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex Ordinarius sententiarum quoque & Censurarum tam in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, & litterarum Apostolicarum quarumcumque Vniuersalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiss. Domino Nostro Papa specialiter electus, & deputatus. Vniuersis, & singulis R R. D D. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Thesauraris, Sacristis, Custodibus, Cantoribus; tam Collegiatarum, quàm Cathedralium Canonicis, illorumque Plebanis, Viceplebanis, Curatis, vel non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis Notariis, & Tabellionibus publicis quibuscunque illiq; vel illis &c. salutem in Doño &c. Noueritis fuisse nuper coram nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Reuerendi Patris fratris Horatij Mariæ Brancaccij, Ordinis Minorum Conuentualium S. Francisci, & expositum ipsum non minus nulliter, quàm indebitè, & iniustè, iurisque ordine minime seruato fuisse à R. P. Ministro Prouinciali, & Commissario Generali Prouinciæ Neapolis, inquisitum, processatum Apostatam dictæ Religionis, & excommunicatum ob non prætensam paritionem prætensis obedientialibus litteris Reuerendissimi Domini Generalis, vt ad Conuentū S. Francisci Assisij se conferret, & provt in dicta sententia condemnatoria, & declaratoria, tenoris sequentis v. g. sedentes &c. & solum Deum, & Iustitiam præ oculis habentes etiam parte Dei omnipotentis, Patrisque nostri Seraphici Sancti Francisci, & ex nostri officij debito non sine nostri animi dolore (cum te promptè obedientiam fecisse desideraumus) te Patrem Fratrem Horatium Mariam Brancaccium supradictum maledicimus, excommunicatum, & Apostatam, inobedientem, & fugitiuum te dicimus, pronunciamus, publicamus, declaramus, & sententiamus, & propterea ab omnibus euitandum, & fugiendum, tamquam membrum reciſum, putridum, & fœtidum Religionis, & Ecclesiæ declarantes, vt ita ista te afficiat, & tractet, ac si personaliter, & propriis auribus audiuisset, & siquis malitiosè, & appensatè has lacerari, amoueri, & quomodolibet maculari præsumpserit, excommunicatione, & suspensionem à Diuinis ipso facto se nouerit incursurum Datum Neapolit. hac die nona Maij 1670. Frater Antonius à Petrapagana Minister Prouincialis, & Commissarius Generalis. A quaquidem sententia, condemnatoria, omnibusque aliis grauaminibus illatis, seu inferri comminatis, aut in futurum inferendis, totoque prætenso desuper fabricato processu sentiens se valde læsum, & grauatum, timensque infuturum magis lædi, & grauari posse, inhærendo etiam cuicumque appellationi in partibus forsan interpositæ, & alias omni &c. denuo ad Sanctiss. D. N. Papam, eiusque S. Sedem Apostolicam, & ad nos tanquam Iudicem competentem appellauit, reclamauit, & de nullitate, & iniustitia dixit, provt in quadam appellationis Cedula coram nobis exhibita, ad quam &c. quamquidem appellationem nos si, & in quantum, & provt de iure, ac iuxtà formam reformationis Sanctiss. Admisimus, & non alias, &c. subsequenter cum appellans ipse appellationem suam huiusmodi prosequi velit, & intendat, ad nos recursum habuit, humiliter supplicando, quatenus sibi in præmissis opportunè prouidere, & citationem cum inhibitione vigore appellationis cum compulsorialibus in forma solita, & consueta decernere, concedere & expedire dignaremur. Nos igitur attendentes petitionem huiusmodi fore, & esse iustam, rationique consonam, quodque iusta petenti non sit denegandus assensus, vobis omnibus, & singulis supradictis, ac vestrum cuilibet insolidum tenore præsentium committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ strictè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis præsentibus, & post quam præsentiam vigore fueritis requisiti, siue alter vestrum requisitus fuerit, ac parte nostra, imò verius Apostolica auctoritate D. R. P. Ministrum Prouincialem, & Commissarium illiusque R. P. Secretarium, omnesque alios in executione præsentium nominandos in eorum prorijs personis, si eorum præsentiam commodè habere poteritis, sin autem in hospitijs habitationum suorum, si ad ea vobis tutus pateat accessus, sin autem in Parœciali, seu Cathedrali Ecclesia seu Ecclesiis sub qua, vel quibus degant, & morantur publicè alta, & intelligibili voce citetis citarique curetis, & faciatis, provt nos citamus, citarique volumus, & mandamus per præsentes; quatenus decima quinta die post præsentium executionem, si dies ipsa iuridica fuerit, alioquin die prima iuridica immediatè sequente compareant Romæ in Iudicio legitimè coram nobis, siue infrascripto nostro in criminalibus Domino Locūtenente, & penes acta infrascripti Notarij, cum omnibus actis actitatis, scripturis, & processibus ad causam, & causas huiusmodi quomodolibet faciendis dicto Domino instanti, siue eius legitimo Procuratori de Iustitia responsuri, & per nos ad omnes, & singulos actus procedi visuri, aliaque dicturi, & facturi, provt Iustitia suadebit, & ordo dictauerit rationis; certificantes eosdem sic citatos, quòd si in dicto citationis termino comparauerint, siue non. Nos nihilominus, vel prefatus noster in criminalibus Dominus Locumtenens ad præmissa, & alia grauiora iuris, & facti remedia procedemus, seu procedet, Iustitia mediante, citatorum contumacia, vel absentia non obstantibus; insuper attendentes, quod in lite, & causa huiusmodi, appellatione vt suprà coram nobis introducta, & adhuc indecisa pendente nihil sit in partibus innouandum, siue attentandum, id cir-

eo inhibeatis, præcipiatis, & mandetis, provt nos harum serie inhibemus, præcipimus, & mandamus omnibus, & singulis D D. Iudicibus, Vicarijs, Commissarijs tam ordinarijs, quàm extraordinarijs Baroncellis quoque executoribus, subexecutoribus, cæterisque Iustitiæ Ministris, nec non eidem R. P. Ministro Prouinciali, illiusque R.P. Secretario, omnibusque alijs in exequutione præsentium nominandis, & cognominandis, ne sub nullitatis attentatorum, & innouatorum, nec non suspensionis à diuinis interdicto ab ingressu Ecclesiæ, excommunicationis, priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, & inhabilitatis ad quoscunque gradus, & ducatorum quingentorum auri R.C.A. applicandorum, alijsque arbitrio pœnis in litis pendentiæ huiusmodi Iurisdictionis nostræ, imo verius S.Sedis Apostolicæ vilipendium, & contemptum, appellantisque damnum, & præiudicium quidquam aliud in huiusmodi causa, seu causis innouare, vel attentare seu innouari, vel attentari facere per sese, vel alias interpositas personas quouis prætextu, & causa: quod si secus factum fuerit, id totum reuocabimus, & in pristinum statum reduci curabimus. Vlterius vobis omnibus, & singulis supradictis, ac vestrûm cuilibet in solidum tenore præsentium committimus, & in virtute sanctę Obedientiæ strictè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiti, siue alter vestrum requisitus fuerit, ex parte nostra, imò verius Apostolica authoritate D.R.P. Ministrum Prouincialem, & Commissarium illiusque R. P. Secretarium, omnesque alios in executione præsentium nominandos, & cognominandos moneatis, & requiratis primò, secundò, & tertiò, ac peremptoriè, eisdemque præcipiatis, & mandetis, prout nos eosdem monemus, & requirimus, eisdemque præcipimus, & mandamus, quatenus infrà sex dierum spatium à die exequutionis computandum, & vt sequitur finiendum sub eisdem Ecclesiasticis censuris, & pœnis debeant, & quilibet ipsorum debeat omnia, & singula acta actitata, scripturas, & processus ad causam, seu causas huiusmodi quomodolibet faciendum dict. Dom. Instanti, siue præsentium ostensori tradidisse, & consignasse, tradique, & consignari fecisse, & præsentibus omnino paruisse. Absolutionem verò præmissorum nobis, vel cui de iure reseruamus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Ædibus nostris hac die 14. Iunij 1670.

I. Dominus Canuchionus Lic.

Nicolaus Manescus. N.

Locus Sigilli, &c.

ALoysius de Aquino Protonotarius Apostolicus vtriusque signaturæ Sanctiss. D.N. Papæ Referen. necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex Ordinarius, sententiarum quoq; & censurarum tam in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, & litterarum Apostolicarum quarumcunque vniuersalis, & merus executor ab eodem Sanctissimo D.N. Papa specialiter electus, & deputatus, vniuersis, & singulis in Ecclesiastica dignitate constitutis, & ad audiendas confessiones Sacramentales ab Ordinario approbatis, salutem in Domino &c. Noueritis qualiter pro parte, & ad instantiam R.P. Fratris Horatij Mariæ Brancacci, Ordinis Minorum Conuentualium Sancti Francisci instanter, & debitè requisiti vobis omnibus, & singulis supradictis, ac vestrûm cuilibet in solidum tenor præsentiũ committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ strictè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiti, siue alter vestrum requisitus fuerit ex parte nostra, imò verius Apostolica autoritate eumdẽ R. P. Fr. Horatium Mariam Brancaccium Ordinis Minorum S. Francisci à censuris, & excommunicatione in eum illatis, & promulgatis à Reuerendo Patre Ministro Prouinciali, Commissario Generali Neapol. ob prætensam inobedientiam litteris Reuerend. Patris Generalis in accedendo Assisium in Conuentum sancti Francisci, rebusque alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deductis si, & postquam coram vobis comparuerit, seque genibus flexis, & humiliter absolui petierit, atque accepto ab eo solito juramento de stando juramento & parendo nostris, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præceptis, iniunctaque ei per vos aliqua salutari pœnitentia per modum culpæ vobis magis bene visa à *dictis censuris*, & excommunicatione absoluatis, & ad S. Matris Ecclesiæ gremium, fideliumque communionem, & Sacramentorum participationem reintegretis, & restituatis, eumque sic absolutum, & restitutum in vestris Ecclesijs, Monasterijs, & Cappellis infra Missarum, & aliarum diuinarum horarum solemnia coram Populo fideli inibi Populi multitudine ad diuina audiendum cõgregatur, ac vbi, & quando, ac toties quoties opus fuerit publicè enuncietis, & ab alijs enunciari, & publicari faciatis, curetis, & mandetis, provt nos mandamus per præsentes, & super absolutione huiusmodi vestras litteras patentes, vel instrum. Pub. in fidem præmissorum, dantes, & concedentes cum reincidentia tamen in easdem censuras, & excommunicationem post tres menses à die absolutionis in partibus incipienda, & vt sequitur finienda, cedulonesque affixos, seu affigendos durante absolutione huiusmodi amoueatis, & defigatis, defigique, & amoueri faciatis, curetis, & mandetis, provt nos mandamus per præsentes. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Ædibus nostris hac die decima quarta Iunij 1670.

I. Dominicus Canuchionus Lic.

Nicolaus Manescus Not.

Locus Sigilli, &c.

DISCEPTATIO XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua hic.*
2 *Inquilinus nullam tenetur Nap. facere denunciationem Domino domus.*
3 *Conductor nouus expellit primum Neapolitani in prædijs vrbanis.*
4 *Conductor primus præfertur secundo in prædijs fiscalibus.*
5 *Conductor non habet prælationem in prædijs vrbanis.*
6 *Conductor in prædijs rusticis præfertur secundo Conductori.*

7 *Conductor*

7 *Conductor in prædijs Ecclesiæ non præfertur secundo.*
8 *Ratio differentiæ inter primum conductorem Ecclesiæ & Priuatum quæ sit.*
9 *Consuetudines Ciuitatis Neapolitanæ non sunt approbatæ in Curia Ecclesiastica exceptis illis quæ agunt de Sasinis, nec illa de iure congrui est approbata.*
10 *Conductor de quo præsenti renuncianit prælationi.*
11 *Prælatus habens Capitulum non alienat sine illius consensu, secus si non habeat.*
12 *Locatio ad longum tempus qualiter olim fiebat & qualiter ad breue tempus.*
13 *Conductor ad euitandam solutionem Regularibus non potest opponere de non interuentu consensus Capituli.*
14 *Abbatissa quando, & qualiter veniat appellatione Monialium.*
15 *Episcopi consensus quando requiritur in alienatione bonorum Regularium.*
16 *Text.* in cap. nulla n. 18. quæst. 2. *explicatur.*
17 *Alienatio rerum Ecclesiæ quando requirat tractatum.*
18 *Tractatus inter quos fiat & qui vocatur in alienatione bonorum Ecclesiæ.*
19 *Vocari qui debent in Congregationibus Regularium pro alienatione bonorum.*
20 *Regularium voluntas, & consensus non est sublata in alienatione bonorum.*
21 *Abbatissa cum Monialibus disponit de rebus Monasterij.*
22 *Abbatissa administrat eum consensu Regularium seu Monialium.*
23 *Abbatissa qualiter administret bona si subiecta sit Regularibus, & quid si Episcopo.*
24 *Abbatissa subiecta Fratribus Minoribus administrat bona sine illis.*
25 *Monialium Superior an alienare possit domum dirutam prope Monasterium.*
26 *Alienatio rerum Ecclesiæ quibus iuribus prohibeatur.*
27 *Alienatio rerum Ecclesiæ iure antiquo qualiter fiebat.*
28 *Alienatio perpetua rerum Ecclesiæ requirit consensum expressum Capituli sed temporalis tacitum habere sufficit.*
29 *Text.* in Clementina 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis ; *explicatur.*
30 *Locatio sine consensu Conuentus nullis subijcitur pœnis, licet requiratur consensus prædictus.*
31 *Episcopus quid agat sine Capitulo & quid cum eo.*
32 *Alienatio rerum Ecclesiæ sex requirit conditiones, & quæ sint.*
33 *Monialibus quo jure sit interdicta alienatio bonorum Ecclesiæ.*
34 *Moniales censum sibi assignatum pro credito, an possint alienare.*
35 *Regulares an possint promittere indemnitatem Laicis in casu de quo agitur.*
36 *Monales relaxant tertias sine assensu Apostolico.*
37 *Monialis an possit cedere, & renunciare vitalitium, & quando.*
38 *Monialium Abbatissa, an possit vendere domum Laico, & ille iterum donare Monasterio sine vlla pœna censurarum.*
39 *Moniales an possint expendere pecuniam censualem in fabricam nouæ domus.*
40 *Moniales an possint reparare domum ex pecunia census sibi restituta.*
41 *Monachorum Superior an possit locare fundum suo subdito.*
42 *Monialium Abbatissa, an possit pecunia de vno banco in alium transferre.*
43 *Alienari an possint à Monialibus quæsita vigore Saluiani.*
44 *Alienans totam Ecclesiam an incurrat in pœnas contra alienantes bona Ecclesiastica.*
45 *Reliquiæ an possint alienari sine assensu.*
46 *Vasa argentea & similia qualiter alienentur.*
47 *Alienatio rerum Ecclesiæ non est prohibita si fiat retrocessio donanti rerum donatarum.*

ARGVMENTVM.

Abbatissa non posse locare ad longum tempus bona Monasterij sine consensu expresso Monialium, ad breue verò tempus cum consensu tacito eorumdem ostenditur etiam post Extrauagantem ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ nõ alienãdis. *Conductor non tenetur denunciare ante tempus, nec ei fieri debet à nouo inquilino, vel à Domino denunciatio, in prædijs rusticis Neapoli præfertur primus conductor secundo. Consuetudines Ciuitatis Neap. in Curia Ecclesiastica non teneantur exceptis in illis in quibus agitur de Sasinis: illa verò de iure congrui nec recipitur ibi. In colonis verò rerum Ecclesiæ secundus præfertur primo colono. Abbatissa qualiter disponat cum consensu Monialium. Monialium bona quo iure alienari prohibeantur, & an possint censum sibi assignatum & extinctum expendere pro necessitatibus suis ; & an possint alienare bona quæsita vigore Saluiani. Totam Ecclesiam posse alienari sine assensu defenditur. Vasa argentea, & reliquias Sanctorum minimè. Vitalitium in præteritum cedi, non in futurum sine assensu affirmamus.*

Neapolitana, Affectus,

P R O

Monialibus S. Patritiæ, &c.

F A C T V M.

MONASTERIVM S. Patritiæ ad Colo- 1
niam per triennium dedit fundum rusticum in Casali Arzani, & dum in mense Maij 1665. deberet tractari de illo locando

do alteri, vel confirmando affictu cum primo; vt aduenientè menſe Auguſti 1665. exfactaret primus ſi nollet in affictu ſtare primus Colonus fundum licentiauit propter quod Abbatiſſa ſola fecit eiuſdem fundi affictum alteri: poſt affictum in menſe Iunij acceſſit primus Colonus ad Monaſterium, & Abbatiſſa conuocatis Monialibus ad ſonum campanellę cum toto Capitulo fecit affictum primo Colono: comparuit ille qui habuit affictum in Sacra Congregatione, & fecit vt ordinaretur Colono actuali, vt aduenientè tempore ſcilicet die 15. menſis Auguſti exfractaret, & ſic fuit per S. C. ordinatum; aduerſus quod decretum duo oppoſuit Colonus actualis primum quod volebat præferri, ſecundò quod locatio, & contractus partis aduerſæ vitio laborabat, & ſuus erat omni iure perfectus: etenim primus contractus erat a ſola Abbatiſſa ſecundus erat ab Abbatiſſa, & Capitulo Monialium: de his duobus diſputabatur.

2 Quoad primum in prædiis Vrbanis in hac ciuitate nulla requiritur denunciatio per tres menſes antecedentes ad exfactandi tempus ſed ſemper ſecundus expellit primum Inquilinum etiam non facta denunciatione: hinc D. Fabritius Thomaſinus conduxit quandam domum in Burgo Plagæ, in qua habitabat quidam N. Cantelmus propè menſe Maij, Thomaſinus denunciauit Cantelmo quod in die 4. Maij domum vacuam relinqueret, Cantelmus dicebat non teneri, quia per tres menſes antea non fuit denunciatus, iuxta obſeruantiam Neapolitanæ ciuitatis, de qua additio ad conſuetudines in conſuetudine ſed ſi fundum de locato, & conducto, quæ dicit ſic Neapol. ſeruari per nouum conductorem producebatur inſtrumentum locationis, & negabatur obſeruantia denunciando,
3 quam non eſſe veram dicit Vrſill. *ad Affictum*, *dec.* 365. *num.* 12. cum in vrbanis prædiis nouus conductor poſſit expellere conductorem eodem tempore quo intendit accedere abſque alia præcedente requiſitione Capic. *in Conſuetudine*; ſed ſi fundum ibi fuit iudicatum per Sanctam Congregationem; neque poteſt antiquus Inquilinus nouum moleſtare ſub prætextu reconductionis: niſi per ſcripturam fuerit celebrata locatio, *l. ne cui C. locati*, *l. item quæritur*, §. *qui impleto*, *ff. locati*, Affictus *dec.* 238. Francus *dec.* 278. ſed in prædiis fiſ-
4 calibus præfertur primus *ex l. congruit*, *Cod. de locatione prædiorum fiſcalium*, *libro* 11. Francus *deciſione* 406. & ita deciſum refert Sanfelicius *deciſione* 9.

5 Itaque concluſio eſt ponenda in præſenti, quod in prædiis vrbanis antiquus conductor non præfertur *ex d. l. ne cui C. locati*, vbi Salycetus, Bald. & alij apud Boërium *dec.* 107. & ſequitur Rogerius Rolandus *in Theſauro emphyteutico*, *quæſt.* 24. Mantua *conſ.* 48. *lib.* 1. Miſſincer. *centur. d. obſeruat.* 23. Gomeſius *cap.* 3. *var. de locato, & conducto*, *num.* 50. Francus *deciſ.* 406. Reg. de Ponte *conſil.* 24. *volum.* 1. Gizzarell. *d.* 5. Anna *conſil.* 77. Gratianus *cap.*, 557. Verum Neapoli aptanda conſuetudine in locatione prædiorum ruſticorum
6 præfertur antiquus conductor Affictus *dec.* 238. Regens de Ponte *conſ.* 231. *volum.* 1. Gizzarellus *dicta deciſione* 5. Anna *conſultat.* 27. Gratianus, *vbi ſuprà*, Camillus de la Ratha *conſilio* 18.

7 An verò procedat idem in prædiis Eccleſiæ quæſtio eſt. Prima opinio ait proferri antiquum in Ceuallos *q.* 756. *num.* 67. Gratianus *c.* 3557. *num.* 42. Rebuff. *in compendio de alienatione bonorum Eccleſiæ*, *num.* 62. tum ex Bart. *in l.* 1. *num.* 2. *Cod. de metallarijs*, *lib.* 11. dum dicit vbi Colonus debet potius vendere vinum, vel fructus domino ſuo quam aliis iuſto tamen pretio tum ex text. *in cap. ad aures de rebus Eccleſiæ non alienan.* tum ex æquitate *l. congruit*, *C. de locatione præd. fiſcalium*, vbi adminiſtratores debent habere ante oculos æquitatem cum nullum patiatur damnum per hoc quod primus conductor præferatur ſecundo.

Secunda opinio dicit non præferri primum ſed ſecundum per textum *in d. l. ne cui*, *Cod. locati*, qui generaliter loquitur, & ſic deciſum refert Franc. *d.* 406. Gizzarell. *dec.* 5. Camill. de la Ratta *conſ.* 18. qui reſpondent primò ad Bartoli doctrinam ibi præfertur dominus qui habet ius in re hoc procedit in locatione ad longum tempus per quam conſtituitur ius in re vt ex emphyteuſi de qua Anna *conſ.* 77. *num.* 25. Gizzarell. *dec.* 6. ſecus in locatione ad modicum tempus iuxta text. *in d. l. ne cui*, Romanus *conſ.* 22. *num.* 5. & ad textum *in d. cap. ad aures*. Reſpondeo tunc eſſe præferendum virtute *d. cap.* cum ſterilem terram ad culturam reduxit, & hæc eſt limitatio ad textum *in d. l. ne cui*, *C. locati*, latè Anna *d. conſ. num.* 29. ad textum *in d. l. congruit*, Reſpondent id eſſe ſpeciale in prædiis fiſcalibus, Francus *vbi ſuprà*, *n.* 7. Sanfelicius *dec.* 109.

Sed vera ratio diſparitatis inter priuatum, & 8
Eccleſiam ea eſt quod priuatus non tenetur dominum requirere in prædio Vrbano an velit eum facere in locatione manere, ſicuti tenetur in prædio ruſtico propterea in prædio vrbano, ſecundus expellit primum etiam non requiſitum in ruſticis primus præfertur poſita requiſitoria, &c. Idque ex conſuetudine Neapolitana, ſed Eccleſia non tenetur ad has conſuetudines Neapolitanas, neque clerici, &c.

Quod prodatur, quia licèt poſt plures Neapo- 9
dani locos dicat Oliua in ritu Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, *num.* 4. Conſuetudines Neapolitanas per ritus Curiæ Archiepiſcopalis fuiſſe approbatas excepta illa quæ agit de iure congrui quod ex ritu prædicto, colligit Oliua tamen vt benè aduertit Campanilis *d. ritu* 23. *num.* 20. deceptus eſt Oliua: ſicuti etiam Vrſill. ad Affictum *d.* 310. *num.* 13. quia verâ intelligentia ritus ea eſt, vt approbatæ, & confirmatæ videantur illæ conſuetudines Eccleſiaſticæ per ritus, quæ loquuntur de cauſis laſinarum fabricarum, faciendarum, vel demoliendarum, & ſimilium quibus, quia illa de iure congrui erat conſimilis eamque non intendens ipſa Curia probare: fuerunt propterea addita illa verba (exceptio iure congrui) vt bene Campanilis, *vbi ſuprà*, *ritu* 23. *num.* 10.

Non bene ergo in præſenti cauſa primus con- 10
ductor petiit prælationem: quia non competebat: vnde illi expreſsè rennnciando recurrit ad validitatem contractus dicendo ipſam habere contractum factum ab Abbatiſſa conſenſu Capituli, ſed locationem alteri factam fuiſſe ab Abbatiſſa ſine conſenſu Capituli; hoc ergo eſt videndum an locatio facta ab Abbatiſſa ſine conſenſu Capituli valeat.

Reſpondeo enim non valere primò quidem 11
quia Prælatus, duplex eſt, vnus habens Capitulum, alius Capitulum vel Conuentum non habens, ſi Capitulum, & Conuentum non habeat tunc alienat de per ſe *Clem.* 1. *de reb. Eccleſ. non alienandis*, & ſaltem ad peius requiritur licentia ſui Prælati Superioris latè Suarez *de religione*, *tomo* 4. *tract.* 8. *lib.* 4. *c.* 27. *num.* 15. Barboſ. *in dict. Clem.* 1. *de rebus Eccl. non alienand. num.* 3. alias ſi

adſit

adsit Conuentus, non valebit alienatio sine consensu Conuentus, & non sufficit regulariter Abbatis
12 authoritas, vt benè Couar. *lib.3. var. cap.3. n.9.* locatio ad longum tempus fiebat antiquitus cum tractatu, & Capituli consensu ad breue tempus requirebatur consensus Conuentus: legatur text. *in d.Clem.1. de reb.Eccl.non alien.* Ergo in illa ad breue tempus non requiritur tractatus, sed solus consensus, vt post alios Barbosa: quia text. *in extrauaganti ambitiosæ de rebus Eccles. non alienan.* tollit de medio tractatum, sed relinquit consensum.

13 Secundò facit: quia Rodoanus *de locatione rerum Ecclesiæ, quæst.58. in fin.* ait quod Conductor rei Ecclesiasticæ, qui rem possidet ad euitandum solutionem pensionis non potest opponere quod non interuenit consensus Superioris, vt requiritur secundum omnes, & per Abbatem *in cap.1. de his quæ fiunt à Prælatis*, & Abbatissa suum consensum, & authoritatem habet dependentem à monialibus, Anastasius Germonius
14 *lib.3. de sacris immunit. c.10.* nec venit appellatione monialium, Berdacchinus *in verb. Abbatissa, in princip.* sed limitatur in fauorabilibus, Barbatia *de potest. Cardinalium, q.1.* Immò etiam in odiosis Barbatia *quæst.7. de Abbatis. Germaniæ*; plura notat Heringius *de fideiuss. cap.7. num.518.* Reiger *in verb. Abbatissa*, Dauid Doringius *in verb. Abbatissa*, vnde Rodoanus *quæst.27.* ait quod in rebus alienandis Monasteriorum interuenire de-
15 bet consensus Episcopi, Abbatis, & omnium fratrum, aliàs non tenet alienatio, *c. Abbatibus 12. quæst.2. & num.4.* dicit per Abbatissam, Moniales disponi res Monasterij, & oportet quod fiat tractatus qui debet fieri cum magna deliberatione, & maturitate.

16 Neque obstat textus *in cap. nullam 18. quæst.2.* ibi: tota dispositio Monasterij, & rerum Monasterij spectat ad Abbatem; per quem text. videtur abrogata dispositio iurium scilicet *in cap. Abbatibus in quæst.7. & c. in venditionib. 17. quæst.4.* vbi notat Ioannes de Turre Cremata, & glos. 1. *in principio, in d. cap. in vendentibus*, & ibi Archidiaconus.

Respondeo enim quod textus ibi dum dicit totam potestatem Monasterij pertinere ad Abbatem, est intelligendus quantum ad Monachorum exclusionem, hoc est quod ita pertinet ad Abbatem, quod non ad Monachos secundum glossam, vel dicere potes secundum quod ibi dicit Archidiaconus referens verba Hostiensis *in c.1. de reb. Eccl. non alienandis*, scilicet quod ille textus debet intelligi quoad regulam, & regulæ formam, & pertinentia ad illam, sed non quoad alienationem, quasi velit ille textus quod ita pertineat integra potestas Monasterij, quoad prædicta, ad Abbatem quod non ad Monachos, id est ita pertinet ad Abbatem super Monachos quod non habeant aliquam potestatem Monachi super Abbatem, vel dicas tota potestas, id est Prælati; non enim est ibi alius Prælatus, vt bene Rodoanus *quæstione 27.*

17 Secundò facit: quia dum alienantur res Ecclesiæ requiritur causæ cognitio, & tractatus; est autem tractatus consultatio de faciēda alienatione, & an expediat, & quæ res potius alienari debeant, Rebuf. *in compendio de alienatione rerum Ecclesiæ Monasterij, num.11. & 81.* Auendanus *de exequendis mandatis, c.4. num.34.* Petrus Gregorius *libro 25. c.8. num.9.* Rodoanus *de reb. Eccl. q.23. & 25.* Osasch. *dec.171. num.8. & 9.* Ludouic. *dec. Perus. 93. num.21.* Caualc. *dec.45. num.18. &*

dec.46. num.156. part.1. Alexander Raudensis *de Analogis, lib.1. c.38. num.64.* Castill. *lib.1. quotid. c.54. n.13. 15. & 17.* & Congregationi, seu vocationi Monachorum debet præcedere tractatus, & omnes capitulares generaliter vocari debent, Felinus *in c. cunctos, num.21. de constit.* Franc. Marcus *d.779. num.8. part.1.* Azeuedus *ad curiam Pisanam, lib.2. capite 20. num.1.* & debet expresse constare non illatiue, Rolandus 18
cons.90. num.38. lib.1. Surd. *dec.431. n.69.* Castillus *lib.4. c.44. n.30.* & vocantur Præsentes non absentes, nec qui non seruiunt *Auth. Hoc ius porrectum, Cod. de sacros. Eccles.* Mantica *lib 4. de tacitis, tit.7. num.9.* Trentacinquius *lib.1. var. in tit. quod cuiusque Vniuersitatis nomine, resol.1.* Ceuallos *quæst.476.* in quibus Congregationibus debent interuenire duæ partes saltem ex tribus Capitularium *l. nulli*, vbi DD. *ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine*, & ibi glos. *in verb. duæ partes nominatorum, C. de Decurio. lib.10.* glos. & Bart. *in l. quod maior, ff. ad Municip. & in l.2. ff. de decretis ab ordine faciend.* & in alienatione bonorum Vniuersitatis quod debeant interuenire duæ partes, ex tribus comprobat Mantica *lib.4. de tacit.* 19
tit.7. num.10. Azeuedus *ad Curiam Pisanam, libro 1. c.20. lit.D, num.50.* Menoch. *cons.726. n.2. lib.8.* Surd. *dec.28. num.82.* at quando sunt vocati omnes, vel saltem duæ partes, tunc factum per eos qui venerunt, etsi maiorem numerum non faciant, vel partem totius, sed longè minus valebit, Zabarella, Abbas, Trentacinq. & alij *vbi suprà*; quia illi qui vocati fuerint, & noluerint venire se alienos à Capitulo faciunt, & non computantur in numerum Capitularium, *c. cum nobis*, vbi Abb. *notab.3. de electione.* Franc. Marcus *decis. 1038. & 783.* vbi idem ait de recedentibus à Capitulo, *& dec.285.* alij dicunt esse expectandas suas partes congregati, latè Franc. Marcus *dec.1336.* Hermosill. *ad Greg. Lopez, gloss.1. l.15. tit.5. part.5.* 20
num.40. fol.74. tom.2. quando ergo per extrauagantem *Ambitiosæ*, & per alias Nouiores dispositiones in concessione ad longum tempus sublatus est tractatus, non est sublata voluntas Monachorum cum Abbate, vel Monialium cum Abbatissa, vt dicunt DD. *suprà* citati, ergo sola Abbatissa nequit locare ad breue tempus nisi cum consensu Monialium.

Quartò facit, quia licet Abbatissa habebat libe- 21
ram bonorum administrationē sui Monasterij: vnde pro illo potest esse procuratrix, Dueña *reg.311.* Barbos. *in c. ad nostram de confirmatione, lib.1. Decretalium, tit.30.* Abb. *in c.2.* de his quæ fiunt à Prælatis, Decius *in l. fœminæ de regul. iur. in 6.* Corduba *in summa, q.54.* Petrus Nauarr. *de restit. c.1. n.169.* Lopez *p.1. c.155.* Faustus *lib.8. q.221.* Tamen dicit Abb. *in d.c.2.* quod non obstante fœmineo sexu disponantur res Monasterij per Abbatissam, & Moniales sicuti per Abbatem, & suos Religiosos idem tradunt Nauarr. *de Regularibus, Comment.3. num.4.* Cardinalis *cons.13. n.25.* qui omnes mouentur *ex c. dilecta*, vbi glos. *in verb. iurisdictioni de maior. & obedien.* quæ vniuersalem administrationem tam temporalem quam spiritualem Monasterij dicit pertinere ad Abbatissam quo ad omnia quorum fœmina est capax: quod sequitur Sanchez *lib.7. Decalogi, c.19. n.44.* Cuccus *lib.3. instit. maiorum, in tit. de Abbatissa*, hinc Diana *de paupertate Religiosa regul.22.* dicit: hodie tamen dicta administratio non videtur absoluta, sed 22
ferè in omnibus Monasterij habet relationem ad alias Moniales, & in rebus magni momenti ad Episcopos, seu Superiores eorum, sequitur Tam-

burinus *de iure Abbatiſſarum, diſp.* 33. *q.* 13. *in fin.* & P. Lezzana *in verb. adminiſtrat.* & adminiſtrator ait quod licèt Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ habeant aliqualem adminiſtrationem bonorum Monaſteriorum quibus præſunt, vt ait ipſe *in verb. Abbatiſſa, num.* 17. nihilominus dicta adminiſtratio non eſt abſoluta ſed fere in omnibus Monaſteriis habet relationem ad alias Moniales, & in rebus magni momenti ad Epiſcopum, vel Superiores, Tamburin. *diſp.* 32. *q.* 13. vnde ſicut Epiſcopi reſpectu Monialium ſibi ſubiectarum poſſunt ponere adminiſtratores pro bonis adminiſtrandis, ſic & Superiores Regularium reſpectu Monialium ipſis ſubiectarum, vt habetur *in Bulla Gregorij XV. de exemptione Priuilegiatorum*, quæ incipit *Inſcrutabili, Bulla* 18. §. 5. & Tamburinus *de iure Abbatiſſarum, diſp.* 17. *q.* 2. qui ait quod Generales, & Prouinciales Religionum poſſunt deputare adminiſtratores bonorum Monialium ſibi ſubiectarum, exceptis tamen Fratribus Minoribus de obſeruantia, quibus hoc eſt prohibitum, vt declarauit Sacra Congregatio, teſte Barboſa *in collectanea in verb. Adminiſtratores*, Gauantus *in manuali Epiſcoporum in verb. Monialium*, cura in temporalibus Nouarius *in verb. adminiſtratores*, Lezzana *in ſum. in verb. adminiſtrat. num.* 3. & Monialium Superior cum conſenſu Capituli poteſt alienare domum veterem, vel aliquid inutile prope ſuum Monaſterium exiſtens, & pecuniam non tenetur implicare: quia alienatio eſt neceſſaria, vt notat Bordonus *tom.* 1. *reſol.* 27. *mun.* 72. ſic poteſt vendi domus, ſeu fundus, & ex pretio emi cenſus; tum quia talis contractus non eſt proprie alienatio, cum non ſit diſtractio rei venditæ, tum quia domus eſt ſubiecta combuſtioni non ſit Cenſus cum imponatur fundus, Bordonus *titulo* 2. *reſolut.* 62. *numero* 1.

23 24 25

Quintò facit: quia alienatio rerum Eccleſiæ iuribus ciuilibus, & Canonicis prohibetur, *l. iubemus la* 2. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* §. *nos igitur Auth. de non alien. rebus Eccl.* §. *quia verò Leonis eodem tit.* & §. *ſi verò*, Quaranta *in verb. alienat.* Villagut. *de rebus Eccleſ. non alien. p.* 2. *c.* 2. *num.* 6. *Iure, & canonico, non licet, c. Diacono, c. quicquid, c. monemus, cap. quiſquis, c. ſine exceptione* 12. *quæſt.* 2. *c. nulli, cap. ſi quis Presbyterorum, c. fin. de reb. Eccl. non alienan. c. ſicut*, §. *fin. de electione*, vbi gloſ. *in verb. præterito, cap.* 2. *de rebus Eccleſ. non alien. in* 6. *Clem.* 1. *de rebus Eccle. non alien.* Conſtitutio Pauli II. quæ incipit *ambitioſa*, & habetur in fine ſexti inter communes extranag. *ſub tit. de rebus Eccl. non alien.* & in Bullario Romano *tom.* 1. *& eſt* 5. *inter Bullas eiuſdem Pontificis edita de anno* 1467. & fuit confirmata per Iulium III. per aliam ſuam extrauagantem, quæ incipit *cum ſicut accepimus in anno* 1541. quod ponit per extenſum, Perynus *to.* 1. *in Bulla* 9. *Iul. III.* §. 1. *num.* 4. & in alia Bulla Pauli IV. quæ incipit *iniunctum nobis deſuper*, vt in Bullario Cherubini *pag.* 719. & in alia Pij V. quæ incipit: *etſi de ſingulis*, & per Clementem VIII. in Bulla quæ incipit: *Romanum decet Pontificem, anno* 1691. & in alia quæ incipit: *Ad Romani Pontificis, de Anno* 1592. quas per extenſum ponit Villagut *de rebus Eccleſ. non alienan. lib.* 2. *in fin.* & per Vrbanum VIII. vt in Bulla *de non alien. tom.* 4. *Bullarij*, & prius per Trident. *ſeſſ.* 22. *c.* 11. *de reform.* & adeſt decretum ſanctæ Congregationis ſub Vrbano VIII. inter decreta recentiorum, & relatum à Barboſa in Trident. *vbi ſuprà*, & à Pyrro Corrado *libro* 9. *de diſpenſationibus*, *capite* 2. *numero* 11.

26

Iure verò antiquo ſolemnitas erat, vt per Superiorem cum conſenſu Capituli fieret alienatio, *c. ſine except.* 12. *q.* 2. *c. Irrita, c. cum Apoſtolica* 7. *c. nuper* 8. de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli, & licet in alienatione ſtabilium requireretur: tractatus quia talia bona ſunt communia pluribus Vniuerſis, P. Donatus *num.* 1. *tract.* 14. *q.* 10. qui tractatus debet præcedere conſenſu Capituli *in d. c. ſine*, ibi: *ſine exceptione decernimus, ne quis Epiſcopus de rebus Eccleſiæ ſuæ quicquam donare, vel commutare, vel vendere audeat niſi fortè aliquid horum faciat, vt meliora proſpiciat, & cum totius cleri, atque conſenſu id eligat quod non ſit dubium profuturum Eccleſiæ, & ſic prius debet diſcuti an ſit vtilis Eccleſiæ alienatio, deinde debet eſſe tractatus, & c.* id ipſum habetur, *in c.* 1. §. *quia verò de rebus Eccl. non alien. in* 6. alias eſſet irrita alienatio, & eſt textus *in c. alien.* 37. 12. *quæſt.* 2. & licèt in alienatione perpetua, & locatione vltra triennium requiratur expreſſus conſenſus Capituli, & ſubſcriptio eorum, aliter contractus non valeret, tamen ſi fiat alienatio temporalis, locatio, &c. ſufficit tacitus conſenſus Capituli, vt conſtat *ex c.* 1. §. *quia etiam, de rebus Eccleſ. non alien. in* 6. vbi gl. notat, quod in temporalibus, in quibus non ita læditur Eccleſia ſufficit conſenſus tacitus in perpetuis expreſſus, & tractatus ſecundum formam *c. ſine exceptione* 12. *quæſt.* 2. & patet *ex d. c.* 2. *de his quæ fiunt à Prælatis, verſ. contradicente* ibi, in perpetuis eſt neceſſarius expreſſus conſenſus, & ſubſcriptio par quam appareat de conſenſu, & patet ex *d. c.* 1. de his quæ fiunt à Prælatis, ibi abſq; collaudatione idem eſt, ac ſimul laudare, laudatio autem fieri nequit, niſi voce aut ſcripto, vel aliquo exteriori ſigno, vt potè aſſurgendo, vel caput aperiendo: qui cõſenſus debet adhiberi collegialiter non ſingulariter gl. *c. dudum de reb. Eccl. non alien. in* 6. Villag. *lib.* 1. *de reb. Eccl. non alien. c.* 12. cui fauet Bonac. *p.* 4. *de alien. bonor. Eccl. n.* 21. talis verò tractatus ſubſcriptio, & c. hodie non requiritur in alienatione prædicta: quia fuit de ſolemnitate antiqua iuris canonici, quę per Paulinã fuerunt correctæ, & abrogatæ, nam conſenſus Epiſcopi in alienatione bonorum ſibi ſubiectorum non requiritur neque Patroni, ſi Eccleſia ſit patronata: ſupplet enim Papa quoad ea quæ ſunt de iure canonico, Riccius *Reſol.* 384. Donatus *quæſt.* 26. Nouarius *in ſumma Bullarij, p.* 1. *de alien. bonorum Eccleſ.* ſuper Bulla Pauli IV. *num.* 25. Donatus *p.* 1. *tract.* 14. *q.* 18. ac quia textus extrauagantis loquitur in alienatione perpetua, & locatione ad longum tempus, quæ fit à Papa, & ſupplet Papa; in locatione verò ad breue tempus cum non loquatur in Paulina remanet, provt de iure communi vt requiratur conſenſus Monialium.

27 28

Sextò facit communis traditio quod res Monaſterij ſine conſenſu Capituli alienari non poſſunt *d. c. Abbatibus* 12. *q.* 2. *c. in venditionib.* 7. *q.* 4. & in ſubiectis Epiſcopo requiritur, etiam conſenſus Epiſcopi; in exemptis verò conſenſus Capituli, & Superioris, vel Prælati ſui, ſi Capitulum non habeat *d. Clem.* 1. *de rebus Eccl. non alien.* ibi: Conuentus ſui, vel ſi Conuentum non habeat Prælati proprij aſſenſu ad hoc nihilominus accedente, & hodie ſuperadditur aſſenſus Apoſtolicus iuxtà mentem dictæ Paulinæ & decretum ſacræ Congregationis ſuprà poſiti alſàs nulla erit, & inualida alienatio præter pœnas quæ incurruntur, vt bene P. Donatus *tom.* 1. *tract.* 14. *p.* 2. *q.* 85. Hinc Bordonus *deciſ. Miſcellanea* 190. quærit an Superior Conuentus locans ſine conſenſu Conuentus incurrat pœnas contra alienantes, & reſpondet negatiuè, quia nec in Bulla *ambitioſæ*, neque in de-

29 30

creto

creto prohibetur præcise, id neq; præscribitur locatio de consensu conuentus, licet aliundè id colligatru, nulla tamen pœna imponitur contrafacientibus sic Episcopus si alienet, donet vel vendat, aut commutet, rem Ecclesiæ sine consensu Capituli, vel Clericorum non tenet *cap. 1. de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli,* & notat Tiraquell. *de iure mariti gloss. 8. num. 21.* quod si Prælatus habeat Conuentum, alienare debet cum consensu Conuentus; sin autem Conuentum non habeat, tunc alienabit cum consensu alterius Superioris sui, & vbi adest Conuentus siue Capitulum tunc consensus Capitulariter ab vniuersis, non autem à singulis præstari debet Farinacius *p. 4. diuers. d. 204.* Barbosa *in cap. 1. de his quæ fiunt à Prælatis, num. 4.* semper autem obserua cum Gratiano, *cap.*
31 *110. num. vltim.* Episcopos jam præscripsisse contra Capitula; vt absq; eorum consilio, siue consensu possint iurisdictionalia exercere subditorumque excessus punire, vt benè sequitur Barbosa *in d. cap. 1. de reb. Eccl. non alienan. num. 5.* & si alienet tacente, & sciente Capitulo, tenet alienatio: quia Capitulum consentire videtur, *cap. 2. de his quæ fiunt à Prælatis* vbi concessio decimarum cum causæ cognitione facta, & consensu Capituli tenet: quia conceduntur fructus, & est concessio temporalis, qui consensus postea præstitus valebit, vt videmus quod donatio facta ab Episcopo sine consensu Capituli est nulla, *cap. 3. de his quæ fiunt à Prælatis;* sed postea præstitus idem operatur ac si antea præstitus fuisset, vt latè Barbosa *in dicto, cap. 3. de his quæ fiunt à Prælatis*; ergo nullus contractus, neque negotium, valebit sine consensu Capituli, *cap. 4. de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli.*

32 Ex quibus infertur primo ad alienationem rerum Ecclesiæ, sex requiri conditiones: prima scilicet est iusta causa, secunda authoritas Prælati, tertia Tractatus, quarta consensus Capituli, quinta subscriptio singulorum saltem per Notarium, & ista quinque iure antiquiori requirebantur; postea verò ex extrauaganti *ambitiosæ* requiritur licentia S. Pontificis: post Decretum Vrbani VIII. sufficit obtinere licentiam à Sacra Congregatione: ergo deficiente vna ex dictis conditionibus alienatio est nulla; vt docent omnes in dicta extrauaganti, & omnes has conditiones reducunt D D. ad duas scilicet ad iustam causam & ad formam seu legitimam solemnitatem; vt benè Bordonus 1. *tom. resol. 27. num. 20.* & data etiam accidentali vtilitate requiritur assensus Apostolicus, sine cuius licentia est contractus nullus post alios Bordonus *resol. 27. à num. 33.* & patet ex contractu celebrato saluo assensu, dummodo non fiat traditio, contractus valebit.

33 Infertur secundo ad quæstionem quo iure Monialibus sit interdicta alienatio bonorum suorum, & suarum Ecclesiarum, quod est quærere an sint subiectæ Bullæ Pauli II. & Decreto Sacræ Congregationis, ita quod si illa transgrediantur incurrunt pœnas inflictas, & respondeo quod quamuis in iure expressè, non prohibeatur Monialibus alienatio bonorum suarum Ecclesiarum, tamen talis inhibitio ad illas se extendit & deducitur ex iure communi, *cap. nulli de reb. Eccles. non alien.* ibi nulli liceat alienare rem Ecclesiæ suæ immobilem quæ dictio (nulli) est communis generis tum masculini, & patet ex Bullis Summorum Pontificum Regularibus vtriusque sexus indulgentibus alienationem, etiam sine licentia Sedis Apostolicæ facienda: vt latè Confectus, *pag. 150.* priuilegium concessum à Leone X. Franciscanis trium Ordinum vtriusque sexus & Dominicanis etiam sororibus *in sequenti priuilegio 151.* & alio *pagina 132.* eidem concesso *à Clemente VII. pag. 244.* alia *à Greg. XIII. concesso* Heremitanis S. Augustini etiam Monialibus S. Augustini derogando in specie extrauaganti Pauli V. ergo signum est iura comprehendere etiam Moniales.

Infertur tertio ad quæstionem an Moniales pos- 34
sint censum sibi assignatum in solutionem & loco crediti pecuniarij distrahere in casu restitutionis & illius extinctionis, an verò illam pecuniam debeant denuo investire, quod etiam est quærere; an census ille qui erat penes laïcum distrahibilis talis etiam transeat apud Ecclesiam, cui assignatur in satisfactionem sui crediti & respectus Bordonus *vbi suprà, num. 16.* talem censum posse vendi, & distrahi in Beneficium Monasterij, tum quia Moniales potuissent alienare pecuniam illam, si debitor eam illi soluisset: ergo censum illis assignatum pro credito; tum quia talis census est subrogatus in locum pecuniæ debitæ: ergo acquiritur, vt quid mobile, & distrahibile, secùs si essent incorporati census simpliciter Monasterios vt benè Bordonus *tom. 4. resol. 26. num. 16.*

Infertur quartò in statu Principis Italiæ adest 35
statutum vt bona non alienentur in Ecclesiam sine præuia fideiussione alicuius laïci, qui se obliget ad soluenda onera, quibus sunt subiecta bona quæ in Ecclesiam transferuntur. Quo posito laïcus fideiubendo obligat omnia sua fauore Ecclesiæ mentis à Laïcis ad effectum, vt seruetur indemnis Princeps, seu Vniuersitas cui onus est soluendum; an Regulares fauore quorum facta est à Laïco fideiussio possint Viceversa fideiubere pro eodem Laïco respectiuè ad illum releuandum ab onere contracto fauore Ecclesiæ, & hoc absque periculo excommuncationis illatæ in Bulla Cœnæ. Et respondeo quod potest Monasterium fideiubere quantum attinet ad fideiussionem factam à Laïco illum releuandi, aut promittendo emptori bonorum fifideiussori, quod occurret quibusdam Monasterij contra emptorem insurgentibus prætextu antiquæ fideiussionis, quod alia ratione non probatur, nisi quia si fideiussor tenetur de iure releuare fideiubentem & illum seruare indemnem, *cap. 1. & 2. de fideiussor.* ergo non habet locum Decretum *de reb. Eccles. non alienandis*: quia reuera nihil alienatur; sed contracta obligatio recompensatur; vt benè Bordonus *tom. 4. controu. 26. numero. 28.*

Infertur quintò Moniales posse facere relaxa- 36
tionem tertiarum à debitore sibi debitarum sine assensu Apostolico, vt dicit Bordonus *dicta concl. 26. num. 39.* quia illæ Tertiæ decursæ sunt fructus qui si recuperantur non essent implicandi; sed possent distrahi: ergo non subiiciuntur Bullæ neque Decreto prohibentibus alienationem bonorum, quæ non possunt distrahi.

Infertur sextò; an Monialis possit annuum 37
vsum sibi datum ad vitam remittere consanguineis cum licentia Superioris, & dicunt quod esset alienatio: quia Monasterium abdicat à se rem immobilē quam habet; ergo est alienatio: ita Quaranta *in verbo alienatio, n. 26.* alij dicunt non requiri assensum Pontificis: quia non videtur alienatio; sed potius eleemosyna consanguineis facta, vt si fieret vnica remissio pro futuris annis esset cessio sui juris quæ vere esset alienatio Bordonus *d. resol. 26. num. 40. tomo 4.*

Infertur septimò cum Bordono *dec. 36.* quod si 38

Monialium Abbatiſſa vendat domum Titio Laïco, illam emat, poſtea ſtatim, & incontinenti donet Monaſterio, cum pacto habitandi vita durante talis contractus emptionis ſic celebratus non indiget aſſenſu Apoſtolico, tùm quia quod parum aut nihil durat factum non dicitur, *cap. 3. de verb. ſignif. l. proparte §. verſum, ff. de in rem verſo*; at dominium huius domus non remanſit penes emptorem: ergo. Tum quia non eſt locatio ad longum tempus in qua fructus percipiuntur ſingulis annis: quia fructus huius locationis fuerunt percepti anticipatè in pretio illo in Beneficium Monaſterij, qui poſſunt implicari in alijs ſtabilibus, & prohibetur in extrauaganti *ambitioſæ* locatio ad longum tempus: quia ex diuturnitate temporis de facili poſſunt amitti fructus imò, & domus, quod non eſt in caſu noſtro, in quo omnes ſoluti ſunt anticipatè, & domus jam donata eſt poſt mortem emptoris, vt benè Bordonus *deciſ. 36.*

39 Infertur octauò, ad quæſtionem; an ſit alienatio, ſi moniales expendant pecuniam cenſualẽ in fabricam nouæ domus, ſi præſertim affectus aſcendunt ad ſummam fructuum quos exigebant ex Capituli cenſus & Reſpondi pro quibuſdam Monialibus nullam incurriſſe pœnam Decretorum *de non alienandis rebus Eccleſiæ*: tum quia talis fabricatio eſt quaſi emptio alterius fundi, & cenſus cum ex domo denuò fabricata tot fructus percipiantur, quot exigebantur ex cenſu; tum quia per talem implicationem magis melioratur conditio Monaſterij: quia immediatè fiunt Domini, & poſſeſſores domus fabricatæ, quod non accidiſſet: ſi receptans pecuniam iterum eam tradidiſſet ad cenſum: tum quia pecunia hoc modo non diſtrahitur ſed implicatur in euidentem vtilitatem Eccleſiæ: tum quia pecunia cenſus extincti reponi poteſt ſuper aliena domo, quæ eſt fundus capax cenſus, cùm ſufficiat quod fundus ſit frugifer vt conſtet eſſe domum, & ſecundum hæc conſuli ego, & inueni deciſionem Bordoni 259. quam adduxi pro Monialibus Monaſterij N.

40 Sic cum Abbatiſſa Monaſterij N. non haberet aliam pecuniam paratam neque breui ſperaret, conſului, quod poterat domum reparare ex pecunijs cenſualibus ne domus in totum periret: quia per iura, & Decreta prohibetur illa alienatio quæ cum maximo detrimento fit Monaſteriorum, & quæ tendit in diſtractionem; ſed talis pecunia non cedit in detrimentum, neque diſtractionem; ſed in maximam vtilitatem Monaſterij; nam ſi domus derelinquatur in totum perditur, & poſtea cum maiori impenſa reficitur, & iura prohibent alienationem voluntariam non neceſſariam vt eſt hæc, ità Peyrinus *in formulis, litt. A, cap. 11. num. 60.* vbi id probat multis rationibus Bordonus *dec. 240. & tomo 4. reſol. 26. art. 12.*

41 Infertur nonò ad quæſtionem quod ſi Superior Monaſterij locauerit ſuo ſubdito Monacho fundum Monaſterij ad vitam, & Monachus exburſauerit notabilem Summam pecuniarum ſuo Superiori locanti, an talis locatio ſit contra Bullas, & Decreta de non alienandis rebus Eccleſiæ, hic caſus cum accidiſſet in quodam fratrum Conuentu, ego dixi nullam pœnam incurriſſe Superiorem prædictum: tum quia hic caſus non comprehenditur in Decretis: quia talis locatio non eſt ſpecies alienationis prohibitæ: tum quia iura loquuntur de alienatione in laïcum ſeu extraneum ibi profanis vſibus applicare: tum quia ex *l. vnum ex familia, §. 2. ff. de leg. 2.* ſi Teſtator prohibeat rem alienari tunc dando fratri, vel Sororì, non videtur alienare; ergo quando Superior locat ſuo ſubdito non eſt alienatio: quia inter ipſos non eſt diſtinctio Dominij cum omnia ſint ſub proprietate eiuſdem Monaſterij: tum quia alienatio quæ fit de vno Conuentu in alium eiuſdem Ordinis non comprehenditur ſub extrauagantibus & Decretis, vt ait Riccius *dec. 38 & 74. de reb. Eccleſ. non alienand.* contra Bonacinam *de alienatione rerum Eccleſiæ, puncto 2. num. 54.* quam opinionem probabilem vocat Peregrinus *in Compendio priuilegiorum in verbo alienatio, dubio 7.* & probabiliorem, Tamburinus, *tom. 3. diſp. 13. quæſt. 2. num. 19.* vbi dicit alienationem ab vno Conuento ad alium eiuſdem Ordinis non eſſe prohibitam per extrauagantem *ambitioſæ*; ergo multo minus in caſu noſtro: tum quia lex non adaptatur ad ea, quæ rarò accidunt ex vulgatis iuribus, tales autem contractus inter Regulares rariſſimè accidunt cum ex alio iure prohibiti ſint; nam textus *in cap. 20. ſeſſ. 25. de Regularibus* dicit (nec deinceps liceat Superioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere etiam ad vſum fructum, vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam:) ergo caſus de quo in præſenti prohibetur in Tridentino, at ibi nulla exprimitur pœna contra Superiores concedentes; ſed tantum contra detinentes, qui deprehenſi taliter tenere aut conuicti priuati ſunt voce actiua, & paſſiua, quæ pœna incurritur ſolum per declarationem, & ſententiam Iudicis, vt cum S. Fauſto *lib. 8. Theſauri Religioſorum, quæſt. 198.* Sanchez, *lib. 7. cap. 20. num. 13.* docuit Bordonus *reſol. 43. num. 82.* Peyrinus *de ſubdito, quæſt. 2. cap. 20. §. 9.* Vnde dixi cum Bordono *d. 11.* eſſe contractum prædictum reſcindendum vt potè contra Trid. *vbi ſupra*, ſed non contra extrauagantes & Decreta *de non alienan. rebus Eccleſiæ.*

Infertur decimò ad ſcrupulum quem habuit 42
quædam Abbatiſſa vnius Monaſterij N. ſcilicet an eſſet alienatio transferre pecuniam de Sacro Monte Pietatis ad domum A. G. P. dixi quod non, quia ſicut Capitale cenſus transfertur in extinctionem à fundo ad fundum ita pecunia de Monte ad Montem, etiam non ita lucroſum; tandem dixi, quod alienatio eſt tranſlatio rei ab vno domino ad alium, quod non accidit in caſu noſtro in quo res tranſlata ſemper remanet apud eundem dominum quoad eam vtilitatem Bordonus *reſol. 27. quæſt. 14. & 15. & reſol. 126. & dec. 88.*

Infertur Vndecimò an poſſint alienari per Re- 43
gulares ſine ſolemnitatibus, quæſita iure Saluiani: vt hoc intelligas ſcias, quod Monaſterium vigore ſui crediti ſi conſequi debeat à Clericis vel alijs Nuntio Apoſtolico ſubiectis comparet in Tribunali Nuntiaturæ, vbi non agnoſcitur aſſiſtentiæ remediorum; ſed Saluianum; vnde creditor contra moroſum illium debitorem authore Prætore mittitur in poſſeſſionem, & tenutam aliquorum ſtabilium debitoris, vt eiſdem inſiſtat donec, & quouſque ſatisfaciat de fructibus maturatis & non ſolutis ac in poſterum maturandis vſque ad integralem ſatisfactionem, & dixi tale creditum maturatum, & maturandum poſſe alienari ſine ſolemnitate, & licentia Sacræ Congregationis, & tales fructus cenſuum regulariter alienantur ſaluo ſemper Capitali, quod ſi reſtituatur à debitore denuo inueſtitur in cenſum, neque obſtat quod ceſſio iurium ſit alienatio prohibita in iure: quia

hoc

hoc intelligitur de cessione, & reuenditione damnosa respectu stabilis quod non est in inalienabile nisi cum licentia ; latè Bordonus *decisione* 134.

44 Infertur duodecimò quod posita prohibitione alienandi res Ecclesiæ sub pœnis in Bullis , & decretis comprehensis est quæstio an incurrat in pœnas prædictas qui alienat totam Ecclesiam dico non incurri in pœnas prędictas: quia iura loquuntur de alienatione rerum Ecclesiæ, non verò de alienatione ipsarum Ecclesiarum, non enim Ecclesia patitur detrimentum , nec dicitur distrahi si ab vno patrono in alium distrahitur , ita Megala *cons.* 32. modo non transeat ad vsus profanos : Quaranta *in summa Bullarij , in verb. alienatio rerum Ecclesiæ , num.* 35. Bonacina *de contract. emphyt.num.* 14. Bordonus *p.* 1. *resolut.* 27. *num.* 61.

45 *& tom.* 4. *resol.* 26. *mun.* 31. Reliquiæ verò possunt alienari ab vno Conuentu ad alium vel extraneum sine transgressione iurium *de rebus Eccles. non alienand.* vt post plures dicit Bordonus *tom.* 1. *resolut.* 27. *num.* 82. quia in iure prohibetur alienatio rerum pecunia æstimabilium sub quo pretio non veniunt reliquiæ , & licet sint pretiosæ non tamen sunt quoad æstimationem pretij provt

46 dicunt DD. è contra vasa sacra , calices , lampades , vestes , candelabra , & similia non possunt alienari sine solemnitatibus , nec pignorari , vel vendi : quia expresse prohibentur *in dict. extrauag.* vt notat Bonacina , Quaranta , Riccius , & alij apud Bordonum *dicta resolutione* 27. *num.* 64. *& seq.* idem Bordonus *resolut.* 62. *à num.* 10. *cum sequentibus.*

47 Infertur decimotertiò quod si Titia fecit donationē omnium bonorum suorum inter viuos Religiosis S. N. & ab illis acceptata fuit modo donatrix ad extremam paupertatem deducta est , vt viuere non possit, nisi mendicet quod facere erubescit ; ideò petit à Religiosis , quibus donauit, vt concederent licentiam ex bonis donatis vendendi aliquam rem stabilem an Religiosi possint concedere licentiam vendendi dictæ donatrici , seu retrocedere partem illorum bonorum , & respondi posse Religiosos eam dare licentiam : tum quia iura prohibentia alienationem intelliguntur de voluntaria, *l. alienationem* 13. *ff. fam. herciscundæ* , sed hæc alienatio est necessaria : ergò , &c. tum quia donatarius tenetur dare alimenta donanti , quando verget ad inopiam aliter donationem posset reuocare , Clarus *in §. donatio , quæst.* 21. Viuius *opin.* 79. ergo ne detur occasio reuocandi poterit dari licentia alienandi , & licèt iqui non potest alienare neque possit alienationi consentire, *l. cum quis* 126. *ff. de regul. iur. & l. sancimus* 7. *C. de S. Sanct. Eccles.* tamen dico , quod hæc alienatio est necessaria, Bordonus *tom.* 2. *resol.* 62. *num.* 5. *&c.*

Iulus Caponus.

DISCEPTATIO XCV.

SVMMARIVM

1 *Factum proponitur de quo in præsenti.*
2 *Abiuratio quid sit secundum se.*
3 *Textus* in c. Ego Berengarius, de consecratione, distinct. 2. *explicatur.*
4 *Abiuratio fuit antiquissima in Ecclesia Dei.*
5 *Abiuratio quatruplex est de formali , violenta, vehementi, & de leui.*
6 *Abiuratio de violenta non est vsu.*
7 *Abiuratio de vehementi qualiter fiat solemniter.*
8 *Abiuratio qualis sit detestatio, vnius, an plurium errorum.*
9 *Abiuratio consuli debet à Confessarijs, Inquisitis in sancto Officio.*
10 *Habitus S. Benniti, qui datur abiurantibus qualis sit.*
11 *Abiuratio quæ iudicia requirat, vt fiat.*
12 *Abiurare recusans, an habeatur pro conuicto, & quando.*
13 *Relapsus quando dicatur qui abiurauit.*
14 *Inquisitores in abiuratione aduertunt qualitates causarum, & personarum.*
15 *Apostatæ a fide abiurant de vehementi.*
16 *Apostata à fide metu praui incidens in Apostasiam, an abiuret.*
17 *Sortilegi quando abiurent , & qua abiuratione.*
18 *Credentes , & assistentes hæreticorum functionibus quando abiurent.*
19 *Matrimonium contrahentes in sacris Ordinati, & Religiosi abiurant de leui.*
20 *Laici , & Religiosi audientes confessiones cum non sint Confessarij, qualiter abiurent.*
21 *Missam dicentes, cum non sint Sacerdotes, qualiter abiurent.*
22 *Astrologi Iudiciarij quando abiurent de leui.*
23 *Libros hæreticorum retinentes, vel legentes qualiter abiurent.*
24 *Imagines conspurcantes qualiter abiurent.*
25 *Sanctum Officium impedientes qualiter abiurent.*
26 *Arma ad Infideles transferentes qualiter abiurent.*
27 *Hæreticorum fautores qualiter abiurent.*
28 *Blasphemi consuetudinarij quando abiurant.*
29 *Abiurationis modus in Tribunalibus, S. Officij diuersus.*
30 *Confessarij sollicitantes in confessionibus qualiter abiurent.*
31 *Abiurare an quis cogatur omnem hæresim.*
32 *Abiuratio quando fiat publicè , quando priuatim.*
33 *Ætas qualis excusat ab abiuratione.*
34 *Abiuratio coram quo fieri debet.*
35 *Abiurans an fiat irregularis.*
36 *Abiurans an admittatur in Confessarium.*
37 *Relapsus quando dicatur post abiurationem.*
38 *Relapsus qualiter puniatur.*
39 *Abiurare recusans qualiter cogatur.*
40 *Abiurantes, qui se fingunt Infideles, & rebaptisantur ob interesse.*
41 *Regularis pœnitentiatus à S. Officio non potest eligi in Prælatum.*
42 *Pœnitentia salutaris quæ sit.*
43 *Decretum Summi Pontificis Vrbani VIII. affertur.*
44 *Decretum Vrbani habet oculos in futurum , non ante illud.*
45 *Regularis abiurans de leui secundum plures non potest eligi.*
46 *Abiuratio de leui non potest dici pœnitentia salutaris.*
47 *Abiuratio an sit pœna, & probabilior est opinio quod non.*
48 *Abiurationem de leui non priuare electione, qui dicant.*

49 *Regulares poſt decretum Vrbani VIII. an eligi poſſint.*
50 *Abiurationem non eſſe pœnam defenditur. & quare.*
51 *Paſſerinus dicens abiurationem eſſe pœnam quoad ſolemnitates reprobatur.*
52 *Paſſerini ſententia in aliquo caſu approbatur, ſed non in abiuratione de leui.*
53 *Peyrini, & Rodriquez opinio approbatur in præſenti.*
54 *Comparentes ſpontaneè in S. Officio qualiter abiurent.*
55 *Comparentes ſpontaneè in S. Officio puniuntur pœnitentiis ſalutaribus.*
56 *Comparentes ſpontaneè an poſſint puniri pœna pecuniaria.*

ARGVMENTVM.

Abiurationis Etymologia, definitio, & diuiſio affertur: caſus in quibus abiuratur proponuntur, & antiquiſſimum in Eccleſia abiurandi modum fuiſſe: Abiurare recuſans qualiter puniatur, & quæ conſiderare debeant Inquiſitores? relapſus quis, & qualiter puniatur? Regularis abiurans de leui, & pœnitentiatus in Sancto Officio eſt ineligibilis, ſimpliciter tamen abiurans licèt ſecundum aliquos pœnam incurrat, vt non poſſit eligi. Author defendit oppoſitum, quia abiuratio de leui non eſt pœna, & à fortiori poſſunt eligi ſponteneè comparentes.

P R O

Patre N. Religionis N. inquiſit. Offic. alienante dotem an poſſit eligi in Prælatum ſuæ Religionis.

F A C T V M.

1 REGVLARIS Frater N. fuit annis elapſis à Miniſtris Tribunalis Sancti Officij captus, ex quo in eius domo, ſeu cella fuerunt inuenta nonnulla ſcripta, cum certis quibuſdam ſignis, ſeu crucibus, & fuit proteſtatus idem Regularis cum iuramento, ſe talia ſcripta exaraſſe, dum erat ſecularis, & quod nunquam ſciuerat, quid in eis continebatur, nec illis vnquam vſus fuerat in aliqua re: Sacrum Tribunal ſancti Officij admiſit D. Fratrem N. ad abiurationem de leui, & remiſit eum ad ſuum Monaſterium, nulla impoſita eidem pœnitentia, quæritur an poſſit talis Regularis admitti, & eligi in dignitatibus, & prælaturis ſuæ Religionis, cum non fuerit in ſancto Officio pœnitentiatus, ſed ſolum abiurauerit: quæſitus de voto pro veritate reſpondendo.

Suppono primò, quod abiuratio ſecundum ſe, 2
& nominis etymologiam, idem ſignificat quod iureiurando, aliquid negare, *cap. cum haberet*, de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium, ibi adulterium abiurauit, *c. Audita de reſtit. ſpoliat.* Abiuratio verò ſecundum rem eſt hæreſum deteſtatio, cum aſſertione Catholicæ veritatis obligatione, iuramento, & pœna permanendi in fide Catholica, vel vt alij volunt, eſt deteſtatio cum iuramento eius quod imponitur ad excludendum ſuſpicionem, vel infamiam cum iuramento ſuper Euangelia, promittens abiurans ſe nunquam in idem lapſurum ſub pœna, quæ in Sacris Canonibus imponitur, ita Pegna 3. *p. directorij, Comment.* 41. Royas *ſing.* 1. Farinac. *de hæreſi, quæſtione* 194. Souſa *in Aphoriſmis Inquiſitorum, lib.* 2. *cap.* 40. & Locatus *in verb. abiurare*, Simanca *de Catholicis inſtit. tit.* 1. *de abiuratione*, Lud. à Paramo *de origine S. Inquiſit. lib.* 3. *q.* 4. *in rubrica de expeditione proceſſ. num.* 10. qui communiter dicunt, quod abiurare errores, nihil aliud eſt, quàm deteſtari, & iuramento etiam adhibito damnare, ſe quitur Lupus *de Inquiſitione, diſt.* 4. *per totam*, & talis abiurationis forma, & definitio explicatur ex illa abiuratione ſolemni S. Mauritij Lodugnenſis Eccleſiæ Diaconi ab ipſo facta Romæ in Concilio centum, & nouem Epiſcoporum anno Domini 1059. ſub Nicolao II. S. Pontifice, & à Gratiano relato *in cap.* Ego Berengarius *de Conſecratione, diſtinct.* 2. & quidem verbum deteſtatio patet ex verbo ibi, Anathematizo omnem hæreſim præcipuè, & per verba illa cum aſſertione Catholicæ veritatis, intelligitur quod conſentit S. R. Eccleſiæ, & ore, & corde profiteor, de quo Berengario plura notat Baronius *tom.* 11. *Annalium*, Anno Domini 1059. & 1079. Spondanus *in eius Epitome*, ibidem *num.* 3. & 4. Pegna 2. *p. directorij commentar.* 31. & addit eundem Berengarium iam moribundum in hæc verba prorupiſſe. Hodie apparebit mihi D. meus Ieſus Chriſtus, vel ad gloriam ſicut ſpero propter pœnitentiam meam, vel ad damnationem ſicut formido propter aliorum corruptionem, quos ad viam veritatis reducere non potui, ita Baronius anno 1088. *num.* 12. 4
Spondanus ibi *num.* 5. & ſic apparet vſum abiurationis antiquiſſimum fuiſſe, vt patet tum ex abiuratione Berengarij, tum ex decreto facto ex prima Synodo Nicena *cap.* 8. relato à Pegna *vbi ſuprà comment.* 40. vbi loquitur de abiuratione facta per Nouatianos *ad Catholicam fidem venientes*, & ex Concilio Epheſino, & Laodicenſi *ex c. Saluberrimum, & cap. Donatum* 1. *quæſtione* 7. & ex aliis, de quibus Pegna *vbi ſup.*

Suppono ſecundò, quòd vltra hæreſim formalem, triplex eſt ſuſpicio hæreſis: prima dicitur leuis, ſecunda vehemens, tertia violenta: ita Emeric. 3. *p. Directorij, n.* 161. vbi Pegn. *in add.* Farin. *q.* 188. *n.* 23. Souſa *in Aphoriſ. Inquiſitor. lib.* 2. *c.* 40. Caſtr. Pal. *p.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 7. *punct.* 1. Carena *p.* 3. *tit.* 12. §. 3. Diana *p.* 4. *tr.* 7. *reſol.* 2. & alij *vbi ſup.* vnde diſtingui ſolet à DD. quadruplicem abiurationis ſpeciem, prima ſcilicet eſt de formali, qua formaliter hæretici abiurant, ſecunda de violenta, tertia de vehementi, quarta de leui, quibus ſuſpecti ſuſpicione violenta, vehementi, vel leui abiurare ſolent DD. *vbi ſuprà.* ſed quoad modum procedendi ſuſpicio hæreſis violenta non differt a ſuſpicione de vehementi, & ſic abiuratio ex violenta ſuſpicione non eſt in vſu, ſed omnes abiurant, vel de leui, vel de vehementi, vel de formali, Farinac. *q.* 187. *n.* 52. 5

Caſtrus

Castrus Palaus *puncto* 1. *num.* 12 *de Hæresi*, & abiurationis formulas ponit Emericus *part.* 3. *de quarto modo &c. num.* 146. 167. & 175. & in specie abiuratio de vehementi est idem, ac abiuratio in se, addita tamen particula illa (solemnis) 7 quia solemniter facienda est abiuratio scilicet conuocato Populo, præparato Throno, & habito sermone de fide ab Inquisitore, præsentibus Reo Iurejurando abnegante suos errores, confitendo illos falsos esse, non solum voce; sed etiam libello, & subscriptione propria manu facta, si nouit scribere, aut signo, si nescit scribere, quod item appareat in libello, *cap. ad abolendam*, ibi ad Arbitrium Episcopi &c. quod notandum est ad differentiam abiurationis de leui, quæ non fit publicè; sed priuatim in Camera Episcopi, aut Inquisitoris, vt ait Simancas *de Catholicis institut. cap.* 8. *num.* 10. Caren. *p.* 3. *tit.* 12. §. 7.

8 Dicitur autem abiuratio hæresum detestatio in plurali, quia licèt quis fuerit solummodo de hæresi condemnatus, attamen omnem hæresim abjurare tenetur *dict. cap. ego Berengarius*, vbi Ioannes Andreas, & alij, vndè colligitur abiurantem non esse pertinacem, nec incorrigibilem, vt benè Lupus *de abiuratione*, *lib.* 3. *distinct.* 4. *difficult.* 2. qui *difficultate* 1. *art.* 20. pro Confessariis 9 docet, vt abiurationem consulant pœnitentibus inquisitis in S. Officio, tum quia abiuratio est signum, quod abiurans non fuit conuictus per legitimos, & sufficientes Testes, nec ore confessus; sed solum extitisse contra eumdem suspicionem, *cap. accusatus, de Hæreticis in* 6. tum quia abiurans hac via purgat suspicionem, tum quia sic protestatur se esse Catholicum, ergo &c. & 10 abiuranti secundum granitatem criminis solet imponi, ut deferat saccum Benedictum, ante, & retro, crucem rubeo, vel croceo colore signatam, qui vulgo dicitur habitus S. Benedicti quæ gestatio significat esse verè pœnitentem, & suos detestari errores, vt post Paramum, Castrum Palaum, & alios dicit Lupus *vbi suprà in fine*, Carena *p.* 3. *tit.* 12. §. 4. numquam verò potest abiuratio præcipi nisi indicium, vel delictum sit plenè probatum, Menoch. *lib.* 1. *conf.* 82. *num.* 155. Diana *part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 39. §. *notandum* 11 licet Pegna dicat *comment.* 32. solam infamiam cunctis adminiculis suffultam sufficere ad abiurationem, quod sequitur Diana *part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 82. §. *Respondeo*, & probationes faciendas in abiuratione reportat post alios Carena *vbi supra* §. 50. *p.* 3. *tit.* 12. & solet fieri hoc modo, primò fit sententia, secundò absolutio ab excommunicatione, tertiò fit abiuratio, ita Scaccia *de* 12 *sent. & re Iudic. gloss.* 14. *quæst.* 7. *num.* 178. alij absoluunt post abiurationem, sicque fit sententia deinde abiuratio, tertiò absolutio Carena, *part.* 3. *tit.* 12. §. 10. & pœna rei recusantis abiurare est, quod si sit confessus, & conuictus, qui abiurationē de formali sibi iniunctam facere recusat, & tunc hic Reus vti impœniten's Bracchio sæculari est relaxandus, Farinac. *quæst.* 194. *num.* 34. at si recusans abiurare, est solum de hæresi suspectus, de vehementi, vel de leui, tunc non est statim relaxandus; sed prius est excommunican- 13 dus, quòd si in dicta excommunicatione ex causa fidei lata, per annum insorduerit, tunc erit, vti hæreticus impœnitens condemnandus, & sæculari Brachio relaxandus, Farinacius, Sousa, & alij apud Carenam *dict. part.* 3. *tit.* 12. *in fine*, §. *ij.* sicque leuiter suspecti de fide, abiurant de leui, vehementer suspecti, de vehementi, & tales qui sint, tractat latè Farinacius *de hæresi*, *quæst.* 187. *à num.* 23. & tenentur Inquisitores aduertere circunstantias personarum, & causarum; nam 14 interdum suspiciones leues conuertuntur in graues, & violentæ in leues, sicque processus minorum in causa fidei, quando de hæresi formali non constat, regulariter terminatur per abiurationem de leui: quia circunstantia ætati quamcumque suspicionem facit leuem, Diana *part.* 4. *tract.* 7. & ad inducendam abiurationem de vehementi, requiruntur indicia sufficientia ad torturam, & licet Reus sit tortus, & non confessus, potest eidem imponi tantùm abiuratio de leui, vt tradit Cantera *quæst. criminal. cap.* 2. *nu.* 95. Diana *part. tract.* 8. *resol.* 110.

Vnde abiurant de vehementi Apostatæ à fide, 15 vulgò Renegati, ad quamlibet sectam transeuntes, & fidem abnegantes, si sponte redeant, & negent intentionem nisi sint paruuli, qui abiurant de leui Diana *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 3. §. *ad pœnas*, quos non excusat metus, nisi sit mortis, 16 tormentorum, famis, vel exilij, fustigationis, &c. secundum qualitatem personarum, de quibus Ricciulius *lib.* 6. *de iure personarum*, *cap.* 50. *num.* 7. Diana *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 3. §. *sed quia.* Ab- 17 iurant etiam de vehementi sortilegij, quando sortilegium sapit naturam hæresis manifestæ, vt si administrentur Sacramenta in sortilegio, Sacramentalia, res Sacræ, Orationes, aut verba sacra: quia significat se credere, quod illæ res sacræ habeant efficaciam ad maleficium peragendum, & hoc etiam si tortus id non fateatur se credere, Diana *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 1. §. *ideo*, at si sortilegus inuocaret Dæmonem ad flectendum animum Meretricis, vel ad alium effectum, qui eius vires non excedit, nullum habens errorem in intellectu, adhuc esset aliqualiter de fide suspectus, propter commercium, quod habet cum Dæmone hoste Dei sui, & quamuis in inquisitione Romana, in qua leuiter suspecti torquentur, talis suspicio purgari possit per torturam, attamen in Hispanica inquisitione, vbi tales non torquentur, debent abiurare, saltem de leui, Diana *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 10. abiurant 18 etiam de vehementi, tamquam hæreticum credentes, illi qui assistunt concionibus eorumdem, & eorum Conuenticulis, etiam semel; nisi ignorantia, vel alia circunstantia excusarentur, assistentes verò Concionibus Hæreticorum in Terris Infidelium per duas vices, sunt leuiter suspecti, & abiurant tantùm de leui, Diana *p.* 4. *tract.* 18. *resol.* 93.

Abiurant autem de leui regulariter Religiosi, 19 & ordinati in sacris Matrimonium contrahentes, sicuti è contra vxorati sine licentia vxoris manentis in seculo, Ordines saeros suscipiendo, siue Religionem intrantes, Diana *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 4. *in fine*, nisi qualitas personæ, & aliæ circumstantiæ abiurationem de vehementi requirerent, præcedente tortura, vt si quis esset de Prouincia infecta hæresi Luteranæ: quia tunc esset contrarium practicandum, Diana *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 5. §. *vtrum hodie.* Abiurant etiam de leui Laïci, 20 vel Ecclesiastici non Sacerdotes audientes confessionem, nisi essent de Prouincia infecta hæresi Luterana, quod omnis homo sit Minister huius Sacramenti: quia tunc deberent abiurare de vehementi, Diana *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 11. §. *verum in fine*, sic etiam debent abiurare Laïci, & Ecclesiastici non Sacerdotes celebrantes, D D. citati. De leui etiam abiurant Astrologiam iudiciariam frequentantes, cum aliorum detrimento, 21 quod si dicant, & affirment astra inclinare non posse,

22 poſſe, nec cogere, non debent abiurare, vt dicunt DD. vbi aduertunt Inquiſitores: quia cum tales non torqueantur de facili, ita reſpondebunt ad pœnas euitandas, Diana *dicta part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 17. §. *quibus.* Sic de leui abiurant retinentes, & legentes libros Hæreticorum, Negromanticorum, Pentacula &c. niſi ſuſpicio ex circumſtantijs redderetur vehemens, Diana *dicta part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 9. ſic pro qualitate circumſtantiarum abiurant de vehementi, vel de leui conſpurcantes, & percutientes ſacras Imagines: quia male videntur ſentire de Dei honore, & Iuſtitia, non tamen de formali abiurant ſi ſint Catholici, Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 9. ſic pro qualitate ſuſpicionis abiurant impedimentum, & fautoriam impedientes Officio S. Inquiſitionis, licèt alij putent tantum debere hos tales abiurare de leui, Diana *reſol.* 13. ſic abiurant pro qualitate ſuſpicionis fautoriam exercentes, vti Teſtes, qui in fauorem Inquiſiti, negant hæreſim, quam commiſiſſe cognouerunt, at in alijs caſibus, falſi Teſtes numquam abiurant, Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 16. ſic abiurant de leui transferentes arma, equos &c. in Terras Infidelium animo illis ordinandi in Bello contra Chriſtianos; nam contra tales poſſunt Inquiſitores tanquam fautores Hæreticorum inquirere, & pro gradu ſuſpicionis torquere, & abiurationem imponere Diana *par.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 19. §. *non deſinam.* Receptatores verò, vel fautores, & defenſores Hæreticorum arbitrio Inquiſitorum abiurant de leui, aut de vehementi, Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 1. §. *hoc ſuppoſito.* Schiſmatici verò pro diurnitate temporis, qualitate perſonarum, & aliis circumſtantiis de Leui, aut de vehementi abiurabunt, & ſi errorem habuerint in intellectu abiurabũt vt Hæretici de formali, Duardus *in Bullã Cœnæ, li.* 3. *Can.* 1. *q.* 156. *n.* 12. abiurabunt autem non ſolum hæreſis ſuſpicionem; ſed etiam Schiſma, Diana *par.* 4. *tr.* 7. *reſol.* 29. §. *hoc ſuppoſito.* Conſuetudinarij in blaſphemando abiurabunt de vehementi in Inquiſitione Romana, in Hiſpanica abiurabunt de leui, & ſic ſecundum locorum conſuetudines ſunt tractandi, Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 8. §. *Nota tamen*, ſic in Inquiſitione Hiſpanica inſordeſcentes per annum in excommunicatione; ſed non ex cauſa fidei, non cognoſcuntur ab inquiſitoribus; ſed in Inquiſitione Romana cognoſcuntur ab Inquiſitoribus, & abiurant de leui, Genuenſis *in praxi, cap.* 68. licet aliqui id negent, Diana *par.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 18.

29 Solet enim modus variari in prædictis Tribunalibus Sancti Officij, & ſic in indicenda abiuratione variant Inquiſitiones; vnde Inquiſitio Romana putans cum Piaſecio *in praxi part.* 2. *cap.* 4. *art.* 6. *num.* 10. Confeſſarios ſollicitantes eſſe de

30 fide vehementer ſuſpectos, illos torquet, & cogit abiurare de vehementi; ſed Inquiſitio Hiſpanica ſequens contrariam ſententiam Acugnæ, & aliorum, illos non torquet; ſed cogit abiurare tantum de leui, Diana *dict. part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 7. & ſic abiurant Confeſſarij in omnibus caſibus ſollicitationis expreſſus in Bulla Gregorij XV. quicquid dicat Souſa in Aphoriſmis *lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 68. quod benè aduertit Diana *part.* 4.

31 *tract.* 5. *reſol.* 50. & qui abiurant de leui cogi poſſunt generaliter ad abiurandam omnem hæreſim, vt obſeruari in Inquiſitione Romana, & Hiſpanica dicit Diana, *parte* 4. *tract.* 8. *reſolut.* 68.

32 Dicebamus abiurationem publicè faciendam eſſe, *ex cap. ad abolendã*, §. *præterea de Hereticis*, & notat Barboſa *lib.* 5. *de juris Canonici, tit.* 7. *cap.* 9. *à num.* 21. tamen in cauſis Inquiſitoribus bene viſis, poteſt abiuratio fieri ſecretè, Diana *dicta parte* 4. *tract.* 8. *reſol.* 81. at in aliquibus delictis contrarium practicatur, nam contrahens binas nuptias ſimul, eſt leuiter ſuſpectus de hæreſi, & de leui abiurat, & idem faciunt quandoque blaſphemantes, legentes libros Hæreticorum, Aſtrologi Iudiciarij &c. quare putat Emericus *vbi ſupra, part.* 7. *num.* 161. quod ſi Reus eſt ſuſpectus publicè de leui, abiurabit de leui publicè, ſi autem non abiurabit ſecretè in Camera Inquiſitorum ſecundum quod apud plures, vt pauciores ſuſpectus fuerit, Inquiſitoris arbitrio dicatur commiſſum, Carena *part.* 3. *tit.* 12. §. 6. vnde abiuratio regulariter ſecundum diuerſas circunſtantias, &c. & abiuratio de vehementi ex rationabili cauſa ſuadente fieri poteſt, Diana, *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 33.

In quacumque tamen abiuratione, ætas, quæ 33
in maſculo eſt 14. annorum, in fœminis eſt 12. vt patet ex Concilio Toletano, *cap.* 11. & Bituricenſi, *cap.* 31. & ante hanc ætatem etiam ſi ſint doli capaces, non abiurant, niſi rarò, Diana *reſol.* 331. Carena *part.* 3. *tract.* 12. §. 9. requiritur etiam præſentia Epiſcopi, vel eius Vicarij, 34
& debet qui abiurat, ſe ſubſcribere, quando ſcit ſcribere, vbi verò neſciat, debent Inquiſitores, & Notarij ſe ſubſcribere, quod eſſe veriſſimum dicit Diana *par.* 4. *tr.* 8. *reſ.* 77. Quilibet abjurans verò ſiue de leui, ſiue de vehementi, non incur- 35
rit irregularitatem: quia in iure nullibi reperitur impoſita, niſi Hæretico, Diana *part.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 85. & qui abiurat de vehementi, non admittitur ad audiendas confeſſiones, ſi abiurauit de vehementi, & abiurans de leui admittitur, vt 36
practicari in Curia Archiepiſcopali Neapolitana dicit Genuenſis *cap.* 45. & Diana *part.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 64.

Ille verò, qui poſt abiurationem de vehemen- 37
ti, item abiurat, non eſt relapſus; ſed redditur de nouo ſuſpectus de hæreſi, nec eſt relapſus, qui poſt abiurationem de leui, iterum conuincitur, ſecus ſi poſt abiurationem de vehementi, vt habetur *in cap. ſi accuſ. de Hæretic. in* 6. & docent DD. multi apud Barboſam *lib.* 5. *Decretal. tit.* 2. *cap.* 8. *num.* 20. & dicitur etiam relapſus 38
ille, qui ſecundo lapſu plenè conuincitur, & prætereà plenè probatur, quod verè commiſerit illud crimen, de quo leuiter initiatus, abiurauerat tantum de leui, Ricciullus *dict. cap.* 31. *num.* 20. ille verò non eſt relapſus qui poſt abiurationem hæreſis, redditur de ſecundo lapſu vehementer ſuſpectus, quàm de hæreſi non plenè conuincitur idque defectu qualitatis delicti, non defectu probationis, ita Royas *de Hæreticis, pag.* 2. *num.* 333. quamuis Caſtr. Pal. *tr.* 4. *diſp.* 6. *punct.* 20. *n.* 9. etiam in priori caſu putet eſſe relapſum, & apud Dianam *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 26. in vno tantum caſu, tanquam relapſus punitus fuit quis, de quo videas eum, plura de relapſis tradit Lupus *de Inquiſitione generali, diſtinct.* 4. *art.* 3. ille verò, qui 39
recuſat abiurare, habetur pro conuicto, & Curiæ ſeculari tradendus eſt, quod procedit, quando quis confeſſus, conuictus, aut in hæreſi manifeſtè deprehenſus fuerit; nam ſi ſolus ſit ſuſpectus, ſiue leuiter, ſiue vehementer, & abiurare nolit, excõmunicari prius debet, & ſi in excommunicatione per annum ſteterit tanquam hæreticus condemnari debet, Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 14. *in* §. *nota etiam.* In abiuratione verò Chriſtianorum fingen- 40
tium ſe Infideles, & petentium ſe baptizari, propter

pter certam summam pecuniarum adhærendum est declarationi sacræ Congregationis, & stylo, ac praxi Tribunalis Inquisitionis, Diana *p.9.tract.8. resol.45. in fin.* Arsenale *S. Officij in titul. de inquisitione, &c.* His positis ad quæstionem, de qua in præsenti respondendo pro veritate, duas ponendas esse dixi conclusiones.

41 Prima conclusio Regulares pœnitentiarij à S. Officio non possunt eligi ad Prælaturas Regulares: immò sunt perpetuo inhabiles, quæ conclusio hodie est verissima, post decretum factum feria quinta, 1. Octobris de anno 1626. In Generali Congregatione S. R. Ecclesiæ vniuersalis inquisitionis, & habetur in libello, intitulato Bullæ, & decreta recentiorum *pag.160.* & refertur per extensum, per Peyrinum *tom.2. Priuilegiorum Minimorum ad finem in constitutione 9.* Pauli V. & à Tamburino *tom.1.de iure Abbatum, disp.5.q.21.*

42 vbi notat *num.30.* quò pœnitentiæ salutares dicuntur, quæ solæ extraiudicialiter infliguntur, & priuatim complentur, vt sunt ieiunia, disciplinæ, recitationes Psalmorum, reprehensiones, admonitiones, ac etiam correctiones, quæ paterne, & secretò fieri solent aliquibus in hoc sacro Tribunali, sic sedere in terra tempore Mensæ, Passarinus *quæsito 13. num.99.* hoc ipsum decretum refertur à Patre Donato *tom.2. tract.5. quæst.22.* & à Patre Passarino *de elect.can.c.25.quæsito 13.à n.98.* cuius decreti verba damus.

43 Sanctissimus D. N. iustis de causis animum suum mouentibus decreuit, & statuit, vt imposterum Regulares omnes cuiusvis Ordinis, Religionis, societatis, & instituti quibus pro delictis ad sanctæ Inquisitionis Officium spectantibus, pœnitentiæ genus aliquod impositum fuerit (salutaribus pœnitentiis exceptis) eo ipso ad omnes Religionis suæ gradus, & Officia censeantur, & deinceps (etiamsi pœnitentiæ tempus expleuerint, vel gratiam receperint) ad illa tamen promoueri nullatenus possint, nisi prius obtenta à Sanctissimo D.N. vel ab hac sacra Congregatione coram Sanctissimo habenda, speciali, & expressa rehabilitationis gratia, alias promotio quælibet nulla sit, & promouentes ipsi, priuationem suorum Officiorum, ac præterea vocis activæ, & passiuæ ipso facto incurrant, ad quæ restitui, nisi ab eodem Sanctissimo D. N. vel ab eadem sacra Congregatione coram Sanctissimo habenda, non possint. Præsens autem decretum omnibus Religionum Superioribus intimari mandauit idem S.D.N. Thomas de Federicis S.R.E. & vniuersalis inquisitionis Not. substitutus de mandato, locus sigilli, &c.

44 Hoc autem decretum comprehendit illos Regulares, qui post annum 1626. fuerunt pœnitentiati, quia si prius fuissent pœnitentiati scilicet ante tale tempus non essent incapaces dignitatum, nam lex non obligat, nisi in futurum, *cap.2. de constit.* & post promulgationem, & hoc ita pluries declarauit sacra Congregatio, & de visu testatur Lezzana *in summa, quæst. Regul. part.1.cap.15.num.39. in fin.*

45 Secunda conclusio Regularis, qui abiurauit in sancto Officio, etiamsi abiurasset de leui, non potest secundum multos eligi ad Prælaturas: quia Regularis, quibus imposita est pœna à sancto Officio, salutaribus tamen exceptis, ex dicto decreto Vrbani VIII. redduntur inhabiles ad omnes gradus, & officia, sed abiuratio, de qua agitur, etiãsi sit de leui est pœna, quæ per sententiam imponitur, & post sententiam debet fieri, vt constat ex stylo Generalis, & Vniuersalis sanctissimæ Inquisitionis, vt testatur Pegna *Comment.41.3.part.directorij In-*

quisitorum sub tit. de quinto modo terminandi processum, num.166. Antonius de Sousa *lib.2. Aphorismorum, cap.40. num.7.* Alphonsus de Leone *p.2.recoll.1.num.11.* Diana *p.4.tract.8.resolut.64.* Tamburinus *tom.1. de iur. Abbatum, disp.5. q.21. num.17.* Cæsar Carena *p.3.tract.12.de abiuratione, §.4.num.11.* Donatus *d.tom.2.tract.5.q.23.* Passarinus *vbi suprà, num.100.* & patet quia abiuratio 46
etiam de leui, non potest dici pœnitentia salutaris: cum non infligatur extra iudicium, sed in Aula sanctissimæ Inquisitionis coram peritissimis Inquisitoribus, & aliis nonnullæ timoratæ conscientiæ, cum debitis scriptis, iuramento, & cautelis, vt de praxi docent præfati DD.

Totum ergo negotium huius conclusionis de- 47
pendet ab ea quæstione, an abiuratio sit pœna, dicunt aliqui abiurationem non esse pœnam, sed signum, quod Ecclesia requirit à fideli suspecto de hæresi, quo declarat publicè, & protestatur, quod nunquam hæresibus adhæsit, sed semper in Catholica veritate permansit, vt sciat eum esse verum pœnitentem, & sic tempore Emerici abiurare solebant inquisiti, priusquam essent condemnati ab Inquisitoribus, vt ipse ait *3.p.tit.12.§.4. in verb. processum, num.63.* ergo dicunt, abiuratio non est pœna, quod si ita esset Reus, de quo in præsenti, non esset voce priuatus, licèt abiurauerit de leui. Alij tamen dicunt cum Carena *p.3. tit.12. §.4.* Abiurationem esse pœnam, vel saltem inter eas numerandam, & sic DD. loquentes de abiuratione, de ea loquuntur tanquam de pœna, Pegna *3.p. directorij, comment.41.* & sic hodie prius fit sententia, deinde sequitur abiuratio, vt post alios Carena *dicto §.4.num.12. qui ex hoc infert, num.14.* quod stante decreto Vrbani VIII. seu potius sacræ Congregationis S. Officij, quod ille Regularis, qui in sancto Officio fuit pœnitentiatus (exceptis pœnitentiis salutaribus) non habeat Officia in sua Religione ille, qui abiurauit de leui, nec potest admitti, quia abiuratio etiam de leui, est pœna, nec potest dici pœnitentia salutaris, vt bene Diana *p.4. tra.8.resol.64.* Carena *d.§.4. in fin. & p.4.tract.50. resol.48. de Leone de offic. Confessarij, p.2.recollect.1. num.211.*

Quapropter dicunt esse cauendum à Rodriq. 48
tom.2.q.82.art.2. cum suis, quos allegat, quia ipsi scripserunt post decretum Vrbani VIII. neque curandum est de Peyrino *to.2.de Prælat.q.2.c.50. §.7.num.59.dicendo*, quod ad excludendum abiurantes in S. Officio, sunt considerandæ licentiæ absolutoriæ, in quibus si per Inquisitores fuerit appositum, quod hæresi, de qua N. accusatus, non probata, propter suspiciones coactus fuit abiurare de leui, tunc eligibilis esset, reprobat Peyrinum, Donatus *dict.q.23.num 4.* Tum quia Inquisitores licèt peritissimi non ita loquuntur, nec ad particularia descendunt, sed simpliciter dicunt N. de N. impositis sibi pœnitentiis salutaribus, vel vbi abiurauit de leui, aut graui, fuisse à Tribunali dimissum, & assignant etiam rationem. quia decretum Vrbani VIII. loquitur absolutè, & nihil excipit, præter pœnitentias salutares, de quarum numero, non potest dici abiuratio, etiamsi sit de leui, ob prædicta: tum quia hæresi non probata non subsistit suspicio, & præsumptio: quia hæ fundantur in hæresi, & deficiente fundamento corruunt superædificata.

Opponens sibi Pater Donatus, quod in nullo 49
ordine reperitur, sancitum contra abiurantes de leui, sed tantum contra abiurantes de vehementi, non esse admittendos ad Prælaturas, vt in ordine Prædicatorum *cap.2. de elect.* Respondet Donatus

talem sectionem fuisse ante Bullam Vrbani, vnde hodie non esse attendendum.

50 Hæc tamen iuxta aliorum placita dicta esse sufficiat, nam ego firmiter assero abiurationem non esse pœnam, vt viri docti senserunt apud Carenam *d.p.3. tit.12. num.9.* quod sequitur nouissime P. Petrus Maria Passarinus Magister, ac Procurator Ordinis Prædicatorum, *de electione canonica, c.25. quæsito 13. num.100.* Ratio est, quia abiurare hæresim virtus est, & pertinet ad confessionem fidei, & in hæretico pœnitente est pars pœnitentiæ necessaria, etiã ex præcepto fidei, & charitatis ad hoc, vt homo sit visibiliter fidelis, & tollat scandalum ex præcedenti hæresi, aut suspicione ortum, quod patet vlterius, quia in pœnis potest Ecclesia dispensare, illasque condonare, sed non potest dispensare, quin hæreticus hæresim detestetur, & non abiuret, si vult Ecclesiæ reconciliari: ergo abiuratio secundum substantiam suam non est pœna, vt tenuit etiam idem Passarin. *vbi sup.* disputato etiam articulo cum Carena fiscali S. Officij ciuitatis Cremonæ, & hodie tenuit Salell. *lib.5. de S. Offic. c.2. num.22.*

51 Puto tamen eundem Patr. Passarinum ibidem non bene dixisse, dum post statutam conclusionem, abiurationem non esse de sui substantia pœnam, vt Ministris S. Officij placeret, cui inseruiebat vti fiscalis, posuit indignam tanti viri propositionem scilicet abiurationem in sui substantia non esse pœnam, sed ratione solemnitatis quam habet ex iure positiuo esse pœnam: quia fieri debet coram iudice, Notario, ac testibus, & cum iuramento, & obligatione ad pœnas relapsorum ex reincidentia in hæresim post eam abiuratam, & hanc vocat pœnam grauem, post Pegnam, Canteram, Sousam, Donatum, & Salellium, quos citat.

52 Sententiam tamen Passarini reprobandam censeo: quia si loquatur de abiuratione de formali, vel de vehementi, quæ regulariter fit cum solemni demonstratione in Ecclesia, &c. posset admitti opinio, quod ratione solemnitatis sit pœna, sed si in abiuratione de leui loquamur, non video cur sit pœna ratione solemnitatis, quod fieri debeat coram iudice in camera cum testibus, & scriba id de seruitute ad probationem actus gesti, nec maiorem formalitatem tribuit solemnitas ista abiurationis, quam in se habeat, nisi extrinsecam probationem actus, ergo videant viri docti, P. Passarinum bene loquentem, abiurationem in sui substantia non esse pœnam, sed signum manifestissimum voluntatis pœnitentis, ad quod probandum requiruntur testes, &c. sed non per hoc excedit terminos signi, & acquirit vim pœnæ, nisi esset illa, quæ fit in Ecclesia cum Throno, &c. nam illa sapit naturam pœnæ ratione solemnitatis, & hoc credo voluisse dicere Patrem Passarinum.

53 Vnde puto bene dixisse Rodriquez *dict. quæstione 82. art.20.* & Freitam ad Rodriq. *de confess. sollicitantibus, q.24. n.70.* & Peyrin. *to.2. de Prælat. q.2. c.50. §.7. n.92.* dicentes Regularem abiurantem in S. Officio de leui, vel de vehementi non esse priuatum electione abstrahendo à pœnitentiis impositis, per quas si non sunt salutares inhabilitatur: at dicendum est eum, qui de leui abiurauit in S. Officio posse eligi, & abiurans de leui non est pœnitentiatus in S. Officio, & licet dicat Passarin. ratione solemnitatis esse pœnitentiatum, tamen id dici non potest, cum sola solemnitas extrinseca non sit pœna Eccl. sed ad probandum requiratur talem abiurationem, seu signum, vnde recedo à Diana, *p.4. tract.8. resol.64.* Carena, & Passarin. quia vti Ministri Inquisitionum trahebant aquam ad suum molendinum, & firmiter assero etiam nunc post decretum Vrbani Regularem abiurantem de leui esse eligibilem, nisi aliud obstet, præter abiurationem.

Quod multo magis admitto, etiam cum Aduersariis in sponte comparentibus, non hæreticis, sed de hæresi suspectis, qui sic abiurantes etiam de vehementi non censentur pœnitentiati; quia spontè comparentibus abiuratio non indicitur tanquam pœna, & non fit cum solemnitatibus, neque fit coram testibus, & fit tanquam protestatio intentionis, quia spontaneè comparentes in sancto Officio, cum solis pœnitentiis salutaribus dimittuntur, nec puniuntur ab Inquisitore, Carena 55 *parte 2. titulo 8. numero 8.* Salell. *libro 2. capite 50. Regul. 99. à numero 50.* Et licèt Farinacius, & Carena dicant in casu speciali posse puniri pœna pecuniaria hos sponte comparentes, quod iure, & merito negat Salellgus *num.20.* qui non spontè comparentes, ex praxi antiquissima Sanctissimi Tribunalis cum solis pœnitentiis salutaribus dimittuntur, vbi constat eos esse plene confessos sine simulatione, & fictione, vel non sit de contrario suspicio, & sic talibus non datur abiuratio, vt pœna, sed vt protestatio Catholicæ intentionis: ergo non sunt pœnitentiati, & poterunt eligi, vt bene Passarin. *vbi supra de elect. can. c.25. num.102. in fin.* 56

Quare, &c.

DISCEPTATIO XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, & protestatio.*
2 *Superstitionem facientes omni iure puniuntur.*
3 *Furta sortilegijs, quærentes, puniuntur.*
4 *Ecclesiastici, vt furta inueniantur, si superstitione vtantur: suspenduntur per annum.*
5 *Quod si dolo malo id fecerint, deponuntur, & priuantur Beneficijs.*
6 *Sortilegium quid propriè, quid impropriè sit.*
7 *Sortilegium quid sit, & quotuplex.*
8 *Sortilegia hæreticalia quando sint.*
9 *Iudex sortilegij quis sit, ostenditur.*
10 *Sortilegium hæreticale qualiter puniatur.*
11 *Sortilegium non hæreticale qualiter plectatur.*
12 *Spontaneè comparentes sunt omnino liberandi.*
13 *Inquisiti in Tribunali sancti Officij, pendente accusatione, an possint habere vocem activam, & passiuam in electione Canonica Superiores.*
14 *Riccius* part 3. decis. 327. *improbatur.*
15 *Abiurandi modus duplex est, & qualiter.*
16 *Regulares ex Decreto Sacræ Congregationis qualiter inhabilitentur.*
17 *Religiosus suspectus de Hæresi, qualiter puniatur.*
18 *Dubitans, an sit inhabilis ad vocem, admittitur cum protestatione.*
19 *Accusatione pendente, pro delicto commisso extra Officium quis non suspenditur, secus si sit in Officio commisso, & qualiter possit contrarium practicari.*
20 *Diffamatus ante defensiones, qualiter quis dici possit, & qualiter.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Sortilegia, superstitiones, & alia facientes, vt furta inueniant, grauiter puniri ostenditur. Iudex sortilegij competens demonstratur; plura sortilegij genera traduntur; Clericos, & Ecclesiasticos puniri suspensione si furta sortilegijs quærant. Inquisiti in Tribunali S. Officij, an vocem habeant actiuam, & passiuam, plura alia ad materiam enucleant &c.

Facti, & Iuris,

P R O

M N N. & N. in S. Tribunali S. Officij inquisitis.

F A C T V M.

1 IN Sacrosancto Tribunali sanctæ Inquisitionis huius Regni Neapolitani ad defendendos miseros inquisitos compareo firmiter, tamen credens quod sancta Mater Ecclesia Romana est vera Ecclesia, & quod omnes qui extra eam sunt, extra Arcam Noë existentes peribunt certè; rogo ergo Lectores Deum orent, vt me, & eos in perpetua hac fide Catholica viuere permittat, vt possimus deinde Deum insimul videre, ac sicut in Ecclesia viuimus militante; sic in illa triumphante Deo fruamur.

Successit ergò sub die primo Ianuarij 1658. quod à duobus spontanee comparentibus fuit denunciatus in Tribunali prædicto N. sub prætextu quod cum fuisset furtum quorumdam mobilium factum, ipse N. in Cella cujusdam Monasterij ad furem inueniendum accepit setaceum, vulgo setella, & ei forbicem adiunxit & extremitate digiti manicam forbicis regebat, Frater A. & aliam Frater B. & ipse N. labia mouens, videbatur dicere aliqua verba, & nominabat aliquas personas suspectas, ad quorum nomina Setaceum motum fuit bis, & ter, & interrogans Frater A. dictum N. quæ verba dixisset, & dixit fuisse hæc

Ceterùm veritatem tuam dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ demonstra mihi,) & cum dixisset Frater N. se habere scrupulum de illis verbis, respondit N. se nullum habere scrupulum: quia verba psalmi, hoc ipsum denunciauit Frater B. qui subdit ei dixisse Fratrem A., se habere notitiam cuiusdam in hac Ciuitate commorantis, quem non nominauit, qui in speculo ostendisset furem, cui dederat sex ducatos in arrhas, & alios quatuor promissos ad complementum ducatorum decem, dummodo furtum propalaret.

Deponunt etiamque N. denunciatum alij totum factum provt suprà, & Frater ille qui dixerat se habere notitiam cuiusdam, cui dederat ducatos sex ad finem furti propalandi, deponit id dixisse ad incutiendum timorem cuidam fratri suspecto de furto, vt scilicet illud manifestaret.

Alius deponit penes N. primum denunciatum vidisse Rotam delineatam quibusdam figuris abaci, & litteris, quas non poterat distinguere, & ait vidisse dictum N. cum chartula in manibus, quam dixit N. prædictus excerpsisse ab illa Rota, cuius scripturæ verba sic dicebant (qui furatus est eam, reddet eam,) & quod dictum N. accepit setaceum &c. & dat contestes, qui deponunt, & denuo vocatus N. & constitutus acceptat totum, quod ipse prius dixerat.

In suo constituto deponit N. principaliter denunciatus, quod cum bona quædam amisisset; vt inuenire taccepit setaceum cum forbice appensa, & cum aliis illud regendo, quos in constituto nominat dixit hæc verba (*San Pietre, San Paule, & San Gio. Baptista per la sua virginita, è purita fateme vedere la verità, N. s'hapigliato il vestito*,) & nominans diuersas personas, & nomina aliquorum setaceum motum fuit, & ad nomen aliorum non, & dixit hanc superstitionem didicisse ab aliquibus fœminis quando erat infans, & etiam addit, quod cum ipse fuisset scriba expurgationis huius Ciuitatis tempore pestis intus domum cuiusdam ludi Magistri, inuenit quasdam sphæricas figuras quæ per viam abaci dant modum sciendi diuersa, quas ipse constitutus accepit, & furto prædicto iam commisso vsus fuit, & pro prima vice habuit hanc responsionem, (qui furautus est eam, reddet eam) & secunda vice habuit hanc responsionem, (ista res nunquam inuenietur) quæ responsiones falsæ omnes fuerunt: quia res fuit inuenta, & non fuit restituta ab eo qui illam furatus fuit; sed ab alio, has rotas cognouit tam constitutus, quam alij.

Omnes dicunt illicitas has actiones semper, & ad præsens existimasse nullos qui dicunt habere inimicos, & se in totum remittunt huic sancto Tribunali.

Hac ergo posita facti specie intrat videndum, quodnam delictum commiserit principalis in præsenti, & qualiter omnes vna cum ipso sint puniendi in hoc sacrosancto Tribunali.

Conclusio est Catholica, res occultas siue præ- 2
teritas, siue præsentes, vt furtum occultum, Thesaurum, Virginitatem inuestigantes superstitionem committere, & rem illicitam omni iure facere vt isti in præsenti fecerunt.

Primò etenim damnatur talis superstitiosa inuestigatio de iure Diuino *Leuitici cap.* 19. *Deuteronomij, cap.* 18. Isaïa *cap.* 47. *Hierem. cap.* 10. *Sapientiæ, cap.* 9. *Regum* 1. *cap.* 28. *& Regum* 4. *cap.* 23.

Secundò damnatur de jure Canonico, *cap. illud 6. c. ad illud 26. quæst. 2. c. consuluisti, c. sciendum, cap. igitur 26. quæstione 2. cap. non statim cap. non licet 26. quæst. 5. cap. 2. de sortilegijs.*

Tertiò prohibetur de Iure Ciuili, *l. item apud Labeonem, §. si quis Astrologos, ff. de iniurijs, l. 2. l. nemo, Cod. de maleficijs & Mathematicis, l. Mathematicos, Cod. de Episcopali Audientia.*

Quartò Prohibetur de iure Hispanico apud Lusitanos, *lib. 5. Titulo 3. §. 3.* apud Castellanos *l. 5. tit. 1. lib. 8.* apud nos etiam teste Regente Tappia *in tit. de furtis.*

Quintò prohibetur ex SS. Patribus scilicet à S. Ambrosio *lib. 4. hexameron, cap. 4.* à sancto Ioanne Chrysostomo *in Matthæum, cap. 30.* & à sancto Augustino, *lib. 2.* super hæresim, *cap. 17. & de Ciuitate Dei lib. 5.* per totum,

& lib. 6. cap. 9. & lib. 14. cap. 9.

Sextò Per Theologos tam veteres, vt per Magiſtrum, Paludanum Gabrielium, Maiorem, & Riccardum, & alios cum S. Thoma *in 4. ſent.* & cum eodem S. Thom. *2. 2. quæſt. 95. art. 5.* & per recentiores Theologos apud Suarez, *lib. 2. cap. 11. num. 27. & cap. 19. num. 12.* Martinus del Rio *lib. 4. cap. 2. quæſt. 7. ſect. 4.* Sanchez *de moatrimonio, lib. 7. diſp. 95. & in ſumma, lib. 2. cap. 38. à num. 33.*

[m] Septimò damnatur per Iur. Conſultos, teſte Menochio *de Arbitrarijs caſu 388.* per Farinacium *quæſt. 20. n. 112.*

Octauò prohibetur per Philoſophos. Plato in Cratyl. & Ariſtoteles eius Diſcipulus, *lib. 2.* Cicero *lib. 2. de diuinationibus.*

Nonò Prohibetur à Medicis Galeno *lib. 1. de ſanitate tuenda* Valleſio *de Sacra Philoſophia, capite 31.*

Decimò damnatur per Hiſtoricos, Cornelium Tacitum, *lib. 2. & lib. 17. annalium*, Euſebium, *lib. 6. Hiſtor. cap. 6.* Marianam *de Rebus Hiſpanis, lib. 17. cap. 14.*

5 Eſt ergo ſuperſtitioſa actio ad furtum quærenda omni iure prohibita, vt dicebamus quia non ſunt facienda mala vt inde bona proueniant, vt latè Palatius *in cap. per veſtras de Donationibus inter virum, notab. 6.* Tiraquell. *de pœnis temperandis, cauſa 52. num. 8.* Barboſa *in cap. 2. de ſortilegijs* & propria S. P. *in cap. 1. de ſortilegijs* dixit furta ſortilegij inquirere præſumentes, vel obſeruantes aliquas diuinationes, pœniteant 40. dies, & ſi Laïcus fuerit, priuari poterit communione Eccleſiæ, ſi verò Clericus, Officio, & Beneficio poteſt priuari, *cap. non oportet cum duobus ſequentibus 26. quæſt. 2. gloſſ. in cap. 1. de ſortilegijs.* Vnde prohibitum eſt forte furta inuenire cum incantationibus, & malis artibus Farinac. *in praxi Crimin. part. 2. quæſt. 176. num. 95.* Perez *in l. 9. gloſſ. 1. pag. 10. tit. 1. lib. 8. ordinamenti, &* 9. textus ait, quod pœniteat 40. dies propterea notant pœnam Clerici ſortilegij eſſe dandam ad arbitrium; Suares *tom. 1. de Relig. lib. 2. de ſuperſt. cap. 19. à num. 12.* Emanuël. de Valle *de Enſalmis & Incantis ſectione. 3. cap. 6. num. 34.* Alfonſus de Caſtro *de Iuſta Hæreticorum punitione, lib. 1. cap. 13.* Emericus *in directorio parte 2. quæſt. 42. num. 4.* Baiardus *ad* Clarum *in verbo hæreſis num. vltimo.*

4 Quare Perſona Eccleſiaſtica quæ per inſpectionem aſtrolabij facta requirit etiam ſi ſint bona Eccl. & ex bono zelo, & ſimpliciter faciat; tamen ſuſpenditur ab altaris miniſterio per annum, ſi ita videbitur Epiſcopo, *cap. 2. de ſortelegijs*, ex quo textu regula aſſumitur generalis, quod Clericus qui bono zelo, & ſimplicitate cordis ductus, ſortilegio vſus fuerit, ſuſpenditur à Diuinis, & miniſterio Altaris per annum, & amplius provt Iudex arbitratus fuerit, Torreblanca *lib. 3. de Magia. cap. 14.* Grillandus *de ſortilegijs quæſt. 14. num. 3.* Martinus del Rio *lib. 5. diſquiſitionum magicarum ſect. 16.* Menochius *caſu 388. num. 6.* Suarez *tomo 1. de Religione lib. 2. de ſuperſtitione, cap. 18. num. 13.* Alderete *de Religioſa diſciplina tuenda, lib. 2. cap. 22. num. 4.* & hoc ſortilegium non eſt hæreticale ſicut omne aliud, quod tendit ad alicuius occulti cognitionem, etiamſi Dæmonis exputetur auxilium, Torre Blanca *lib. 3. de Magia, cap. 8. n. 12.*

5 Quod ſi Eccleſiaſticus dolo malo id fecerit, tunc deponendus eſt ab Ordine Sacro, & priuari debet omnibus Beneficijs, & in Monaſterio perpetuo detinendus, *cap. ſi quis Epiſcopus 26. quæſt. 5.* tunc vero diceretur vti dolo malo in ſortilegijs quando celebraret ſuper rebus profanis, quæ putantur apta ad ſortilegia, vt cuticula qua infantis caput naſcentis eſt inuolutum, panis incoctus; ſiue maſſa cruda, oſtia ſanguinis circumſcripta, vt bene Menochius, *dict. caſu 388. à num. 30.* Farinacius *quæſtion. 2. num. 107.* idem dicendum eſt ſi conſueta luminaria extinxerit, *cap. quicumque 26. quæſt. 5.* ſi vaſibus, aut veſtibus Sacris abutatur, vel Miſſas defunctorum pro viuis celebrauerit vt citius moriantur, *cap. admoneant 26. quæſt. 7. cap. de benedictione. 32. quæſt. 1.* Grillandus *de ſortilegijs, quæſt. 16.* Farinacius *quæſt. 19. num. 49.* nam alias ſi ex ſimplicitate id fecerit, parcendum eſt, Tiraquellus *de pœnis temperandis cauſa 11. num. 2. cum ſequentibus.*

Eſt verò hoc ſortilegium improprie; quia proprie ſortilegium eſt quædã ſuperſtitio illuſoria, & 6
ſummè noxia qua homo vtitur Dæmonis miniſterio; ita Girlandus *de ſortilegiis q. 1. n. 1.* Farinacius *q. 20. ſuæ praxis num. 73.* alij verò & melius dicunt quod ſortilegium eſt quando ad ali- 7
quid conſequendum vtitur quis Diabolicis inſtrumentis, ita Scaccia *de iudiciis lib. 1. cap. 12. num. 20.* Carena *de ſancto Officio par. 2. tit. 12. §. 1.* quod diuiditur in diuinatorium amatorium, & maleficium. Martinus del Rio *diſquiſit. magicarum lib. 4. per totum.* & ſortilegiũ duplex eſt, hæreticale & non hæreticale, primum dicitur qualificatum, & eſt quod exercetur cum aliquo dicto, ſeu facto hæreticali, vel cum abuſu Sacramentorum, vel rerum quas Theologi vocant Sacramentalium, Olei Sancti, Candelæ benedictæ, Agnus Dei, vel cum in eo adhibetur Euangelium, Symbolum, Pater noſter, vel aliquis Pſalmus Dauid, vel aliæ Orationes vel verba ſcripturæ, maximè ad effectum conſequendum quod de ſe ſit peccatum mortale, ita Pegna *in directorio part. 2. commentario 62.* Farinacius *de Hæreſi q. 181. num. 2.* Scaccia *de iudiciis lib. 1. cap. 12.* del Rio *diſquiſitionum Magicarum lib. 5. ſeſſ. 15.* Leonardus *in Theſauro fori Eccleſiaſtici part. 3. cap. 36. num. 9.* ergo cum in præſenti non habeamus vſum Pſalmi: quia vnus dicit fuiſſe dicta quædam verba, alius & principalis negat, & ait alia dixiſſe non erit hæreticale ſortilegium, erit vero ſortilegium hæreticale, quando fit ad inuenienda furta tali modo 53. cum puella virgo habens cereum accenſum in manu ponitur ante phialam plenam aqua, proferendo verba illa, (*Angelo Bianco, Angelo ſanto per la tua ſantita, per la mia virginita moſtrame chi ha tolto la tal coſa*) provt conſulnit pleniſſime Barbatia *conſ. 55. lib. 1.* Decianus *lib. 2. criminalium, cap. 12.* Pegna *part. 2. commentario 68.* late Farinacius *de Hæreſi dict. quæſt. 181. num. 15.* & licet Iulius Clarus *in §. Hæreſis, num. 23.* expreſſe reprobet Barbatiam, pro vt etiam facit Riminaldus Iunior *conſ. 414. num. 16.* & ſequenti & dicant ſortilegia facta ad inuenienda furta non eſſe hæreticalia; tamen veritas eſt quod 8
ſortilegia tunc ſunt hæreticalia, quando in eis interuenerit abuſus vel Sacramentorum, vel ſacramentalium vel aliquod aliud ex his quæ ſupra diximus, alias ſecus, Farinacius *vbi ſuprà num. 17.* in caſu vero noſtro nihil tale eſt ergo &c. factum verò cum vſu ſpeculi ad ſcienda futura cum accenſione candelæ quæ adorationem ſignificat, eſſet ſane tale, Riccius *vol. 2. deciſ. 244.*

Iudex verò ſortilegiorum tam hæreticalium, 9
quàm non hæreticalium eſt Inquiſitor vt in Bulla Sixti V. incipiente Creator Cœli &c. Scaccia *de*

Iudiciis,

*iudiciis,lib.*1.*c.*12.*n.*51. Farinac.*de hæresi, q.*181. Ranardus *in summa diuinorum præceptorum,part.*2. *vers.*3. ergo noto. Cæsar Caren.*p.*2. *tit.*12. §.5. & alij aiunt oppositum.

10 Circà pœnam verò imponendam dico cum Genuense *in praxi Archiepiscopali Neapolit. c.* 68. *in nouissimis, & cap.*84. *in antiquis, n.*8. quod taliter suspecto ex communi praxi sancti Officij, si sortilegium sit hæreticale imponi solet pœnitentia salutaris, & abiuratio de leui, quia talis suspectus non torquetur, & hæc praxis sancti Officij fuit canonizata ex literis sacræ Congregationis sancti Officij de vrbe ad Curiam Neapolitanam in diuersis causis transmissis, & patet quia finis; quare fuit introducta abiuratio de leui, est vt tollatur hæresis suspicio: teste Emerico *in Directorio inquisitorum, p.*3. *in* 1. modo terminandi processum in causa fidei, & patet *in c. accuratus de Hæreticis in* 6. per quem textum notat Emeric.*in Directorio, p.*2. *quæst.*55, *n.*10. quod leuiter suspecto indici debet vel purgatio canonica (quæ receßit ab aula) vel abiuratio de leui quod etiam docuit Scaccia *de iudiciis,lib.*1. *cap.*59. *num.*11. Farinac. *de hæresi,qu.*187.*n.*29.*&* 31. Carena *p.*2. *tit.*12. §.3. *num.*253.

11 Sortilegiis verò non hereticalibus, vt plurimum debent dari tantum pœnitentiæ salutares, Genuensis *in prax.c.*68.*n.*8. & solent imponi etiam pœna carceris, vel pœnitentia publica leuis, vt quod stet pro foribus Ecclesiæ in die festo. Zanardus *in summa diuinorum præceptorum,p.*2.*c.*134. Caren.*tit.*12. §.31.*num.*258.

12 Quare quoad duos spontaneè comparentes esse omnino liberandos, dico, & sunt non duo, sed tres qui spontaneè comparuerunt, provt clare constat, & admodum Reuerendus Magister Actorum huius sacri Tribunalis bene scit, si ergo tres spontaneè comparuerunt, erunt absoluendi, Carena *p.*2.*tit.*18.§.1. Sousa *lib.*4.*c.*8.*à n.*5. *vsque ad fin.* Bordon. *cap.* 36. *num.* 43. *& tom.* 1. *de S. Offic.c.*3.*num.*23. ergo cum fuerint tres spontaneè comparentes omnes erunt absoluendi.

Circa alium verò, posita qualitate personæ regularis simplicitate rei, & materiæ curiositate absque dolo, erit habenda de his omnibus consideratio.

Circa verò N. principalem denunciatum, dico esse totum quod *suprà* diximus considerandum, & simplicitate morum excusandum, provt eum excusant DD. citati *suprà.*

13 Quia verò dubitari contingit an Fratres N. & N. inquisiti in Tribunali prædicto sancti Officij pendente accusatione possint habere vocem actiuam, & passiuam in electione canonica Superioris, propterea sit

Prima conclusio Religiosus inquisitus per solam inquisitionem non remouetur ab officio, etsi ipse alios Officiales fecisset (puta quia Generalis, vel Prouincialis) deputationes Officialium valent, neque defectu potestatis in deputante impugnari possunt, & ideo tum ipse, tum cæteri Officiales ab eo forsitan deputati habent vocem actiuam *in Capitulo* DD. comm. *in c. Omnipotens Deus, de accusationib.*

Circa verò vocem passiuam non sic simpliciter statuendum est respectu personæ ipsius inquisiti, sed ita distinguendum est, aut enim supponimus esse talem vt ex ea bona fama inquisiti apud probos & graues viros notata fuerit, aut non primo casu Religiosus ille accusatus voce etiam passiua priuandus est; secundo casu minimè: ita communiter DD. *in d.c.*4.*de accusationib.* vbi concludunt eum qui de aliquo crimine inquisitus, vel infamia præcedente accusatus, aut denunciatus fuit, inhabilè ad obtinendas dignitates, obtentis tamen minimè priuabitur, nisi subsequuta, sententia, cum duplex sit infamia vna iuris, altera facti. Prima v.g. iuris per sententiã infertur, facti verò per solam inquisitionem; infamia aut iuris per solam sententiã declaratoriã illata priuat etiam obtentis dignitatib. infamia verò facti repellit tantum ab obtentis, Dinus *in c. infamib.* 82.*de regulis iuris in* 6. Felin. & alij *in c. Omnipotens de accusationib.* Garsia *de Beneficiis, p.*7.*c.*8.*num.*6. Barbosa *de potest. Episcopi,p.*2.*allegat.*43.*n.*19.*& in dicto cap. Omnipotens,* & in materia electionis, ita docet Petrus de Biaxio *in directorio electionum,p.*2.*c.*13.*per totum,* vnde recedas à Riccio *p.*3.*dec.*327. qui dicit ex suo voto fuisse 14
iudicatum per quemdam Superiorem Regulare in Religiosa inquisitione pendente non competere vocem actiuam, nisi dicas cum Tonduto Salisetio *tom.*1.*cap.*44.*num.*3. in casu Ricci fama illius Religiosi apud probos, & graues viros fuisse notatam, vt dicebamus: nam etiam in suspecto de hæresi, fuit aliter decisum ipsum non esse officij incapacem, nec ab eo posse remoueri, si bene vixerit, & per triennium emendatus fuerit, quamvis abiurasset de vehementi in Tribunali S. Officij Farinac.*dec.crim.*51.

Et cum alius quidam Religiosus fuisset in sacro Tribunali S. Officij accusatus quod nulla obtenta licentia quasdam conclusiones Theologicas typis mandare curasset, fuit non obstante tali accusatione dictum, & conclusum apud probos viros, illum non esse propterea à voce actiua, & passiua repellendum in electionibus sui ordinis, quem tamen, de facto ad vocem passiuam, atque actiuam non fuisse admissum, refert Sauligerius *to.*1.*c.*44. *num.*4. Sic alius Religiosus qui condemnatus fuit ad abiurandum de leui, quia librum hæreticum legerat, dicit Hieronymus Rodriquez *quæstionum regularium,q.*73.*n.*10.

Duplex enim est modus abiurandi: primus cum 15
quis condemnatur ad abiurandum tanquam verus hæreticus: secundò quando tanquam de hæresi suspectus, &c. non fuit probatum illum esse verum hæreticum, sed tamen contra ipsum magnæ adsunt præsumptiones, stantibus enim maximis præsumptionibus, reus vt se ab illis purget cogitur de vehementi abiurare, iurans se hæresim nec incurrisse nec vnquam incursurum, de quo duplici abiurandi modo agit Cæsar Carena *de offic. inquisitionis,p.*3.*tit.*12.*de abiurat.n.*7. intelligendo de abiuratione simplici non de ea quæ fit ob hæresim formalem, de qua idem Carena *vbi suprà num.*4. quia simplex abiuratio non damnat aliquem vt hæreticum, nec ei imponitur aliqua pœna propter hæresim formalem, vnde per abiurationem, siue leuem, siue vehementem indictam declaratur quis innocens ab imputatione hæresis, & per consequens purgatur suspicio, & tollitur impedimentum inhabilitatis, Sanchez *lib.*2.*in decalogum, cap.*25.*num.*12.

Secunda conclusio ex decreto sacræ Congre- 16
gationis authoritate S. D. Vrbani VIII. Regulares omnes qui in sancto Officio quodcumque pœnæ genus, vel pœnitentiæ, exceptis salutaribus habuerunt, redduntur inhabiles ad quæcumque officia, vel dignitates suæ Religionis, & sic vigore talis decreti illi qui abiurarunt de leui, vel de vehementi inhabiles redduntur ad quæcumque officia, & dignitates suæ Religionis, quia abiuratio est pœna, nec vllo modo venit appellatione pœnitentiæ salutaris, quæ sola in dicto decreto ex-

tipitur, & ſic licèt olim ex ſola abiuratione non eſſet Religioſus, priuatus voce actiua, & paſſiua; vt teſtatur Rodriq. & Sanchez *vbi ſuprà*, Pariſius *d. reſign. Benefic. lib. 4. q. 3. num. 17.* Riccius *in prax. fori Eccleſ. dec. 676.* tamen hodie vigore dicti decreti aliter ſtatuendum eſt, & etiam ille qui de leui abiurauit à dignitatibus arcendus eſt, Carena *loco citato, num. 14.* Diana *part. 4. tract. 8. reſoluttone 64.*

17 Vnde antiquitùs ſi Religioſus eſſet ſuſpectus de hæreſi poſſet etiam ante ſententiam ſuſpendi ab officio, & dignitate: quia fama eius eſſet notata apud graues viros, poſtea tamen quod abiurauerit officium priſtinum recuperat: immò etiam beneficium non obſtante illius collatione alteri facta, quia per abiurationem purgatur infamia, Ricciullus *lib. 5. de iure perſonarum. c. 19. num. 25.* Rota *apud Farinac. dec. 51. n. 6.* hodie tamen in conſtitutione Vrbani VIII. non ita eſt; ſed contrarium: quia eſt incapax, &c.

18 Nec quia abiurarunt de vehementi, admittuntur, amplius ad audiendas fidelium confeſſiones, ſecus ſi de leui abiurauerint, vt deciſum ait Riccius *p. 2. dec. 210.* Genuenſis *in praxi, cap. 15. n. 2.* vbi refert declarationem ſacræ Congregationis, Diana *p. 4. tract. 8. reſol. 64.*

Quando ergo dubitatur in electionibus vtrum aliquis ſit ad vocem inhabilis, dico quod praxis eſt, quod admittatur cum proteſtatione, vt illius vox valeat in quantum appareat, poſtea eund. electioni intereſſe potuiſſe, & non aliter, & quod non noceat electioni aliter legitimæ, quod non habens ſeu non habentes vocem, fuerint admiſſi vna cum aliis provt ita fieri debere teſtatur Mirand. *in manual. regul. to. 2. q. 23. art. 11.*

19 Circa verò Officia temporalia quod dicendum, tradit Stirel. *dec. 60.* & Franch. *dec. 8.* vbi addentes, dicunt communiter quod aut agitur de delicto commiſſo extra officium, & tunc pendente accuſatione non eſt locus ſuſpenſioni, aut de delicto commiſſo in officio, & tunc ſuſpenſio fieri debet, niſi iudex arbitretur accuſationem calumnioſam aut malitioſam eſſe, vt bene Franc. *d. dec. 8.* & Ioannes Andr. *de Georgio, allegat. 41. num. 2.* quod ſi delictum commiſſum extra officium eſſet tale, ex quo ſcandalum reſultaret, ſi illud exerceret tunc interdiceretur adminiſtratio, non ſecus ac ſi in officio deliquiſſet, Sanfelicius *deciſione 62. n. 3.*

Quod ſi quæratur quomodo poteſt aliquis diffamatus dici ante defenſiones R. eo datas, tum in
20 officiis Secularibus, tum in Regularibus, tum in Temporalibus.

Reſpondeo quod duplex poteſt adhiberi cauſæ cognitio, prima ſummaria antequam proceſſus ſit publicatus ad effectum decernẽdi ſuſpentionem ab officio, alia plenaria ad effectũ ſententiæ proferendę in negotio principali, vt bene in ſimili agit Merlin. *p. 1. c. 80. num. 15.* Sanfelicius *d. dec. 61. n. 4.* ſed in cauſa ſuſpenſionis etiam Reus eſt ſummariè audiendus in ſuis rationibus, vt aduertunt DD. *ſuprà* citati.

Quamuis verò non nulli Doctores dixerint eſſe adhibendam diſtinctionem inter Officiales habentes iuriſdictionem, & non habentes, vt illi qui habent ſuſpendi debeant ab officio, qui verò non habuerit minimè, vnde dicunt Notarium accuſatum de falſo pendente accuſatione poſſe conficere inſtrumenta, vt notauit Farinac. *de falſitate, q. 155. num. 64. adhibitis diſtinctionibus Deciani de Probationibus, lib. 2. c. 21. num. 134. & caſu 22. per totum*, negari tamen non poteſt quin iudex etiam in officiis ſine iuriſdictione ratione ſcandali, vel infamiæ procedere poſſit lite pendente ad ſuſpenſionem, vt determinauit Capiblanc. *in prax. pragm. 5. de Baronibus, num. 8. de Georgio, allegatione 42. num. 31.* Sanfelicius qui ſic deciſum refert *deciſione 61.* ad exemplum tutoris, qui ob ſolam ſuſpecti accuſationem ſuſpenditur à tutela, *leg. cum quem, Cod. de ſuſpectis tutoribus, §. ſi quis autem inſtit. eodem tit.* Girella *d. dec. 60. n. 9.* Tondutus *de tom. 1. c. 44. in fin.*

Fratres fuerunt pœnitentiis ſalutaribus puniti poſt modum gratiam conſequuti.

DISCEPTATIO XCVII.

SVMMARIVM

1 *Hæreditas regulari relicta poteſt adiri à Monaſterio inuito Monacho*, numero 1. *Idem in legato, quod poteſt agnoſci Monacho inuito.*

2 *Monaſterium intentat remedium*, leg. final. C. de edicto Diuo Adrian. toll. *pro hæreditate relicta Regulari.*

3 *Religioſus partim ſeruo, partim filio æquiparatur quoad acquirendum.*

4 *Religionem ingrediens incapacem tempore ingreſſus transfert perſonam, ſed non bona, ſed capacem tum perſona, tum bona tranſeunt.*

5 *Religioſo tranſeunte de vna ad aliam Religionem, bona remanent penès primam.*

6 *Religioſi ſucceſſio in bonis parentum poſſet prohiberi per ſtatutum, vel per priuilegium, loquendo de illis Monachis, qui fiunt tales poſt mortem parentum.*

7 *Religioſo inſtituto, & repudiante, hæreditatem, acquiritur Monaſterio, non ſubſtituto.*

8 *Renunciatio non cadit vbi ignorantia concurrit, licèt ſit iurata renunciatio.*

9 *Legatum Monacho relictum ſub conditione, ſi pendente conditione ſit factus Epiſcopus, ſi poſtea conditio impleatur, acquiritur Eccleſiæ, non Monaſterio.*

10 *Religioſo non petente legatum, nihil officit Monaſterio.*

11 *Religioſo recuſante legata, ſiue hæreditates ſibi relictas, contra charitatem peccat interdum, & interdum contra iuſtitiam.*

12 *Religioſus factus Epiſcopus, an reuocet bona renuntiata tempore ingreſſus.*

13 *Monachus, quod acquirit tempore, quo eſt Epiſcopus, acquirit ſuæ Cathedrali. Et quid attentis Bullis Pontificiis de ſpoliis faciendis.*

14 *Epiſcopus Regularis ſi repudiet hæreditatem ſibi delatam, an valeat repudiatio.*

15 *Legatum relictum cum pacto, vt non acquiratur Monaſterio, eidem acquiritur.*

16 *Monachus interdum comparatur militi.*

17 *Monaſterium, an ſuccedat repræſentando perſonam Monachi, patruo, vel auo.*

18 *Conditio non præſumitur, & ſic purum potius, quàm conditionale præſumitur legatum.*

19 *Conditio poſita in diſpoſitione facit legatum conditionale, non in exequutione.*

20 *Conditio per illa verba, ſi petierit, quando inducitur.*

21 *Legatum relictum pro necessitatibus Regularis potest Superior Monasterij ad libitum in vsus communes dispensare.*
22 *Iura personalissima transeunt ad Monasterium ex Monachi persona.*
23 *Declaratio voluntatis Monachi, ab eodem fieri debet, cum licentia Superioris.*
24 *Vltima voluntas declaranda committi potest in arbitrium tertij.*
25 *Legatum non petitum per plures annos à Regulari, an peti possit.*
26 *Legatum modale relictum Ecclesiæ, modo non impleto non reuocatur.*
27 *Legatum annuum tot requirit præscriptiones, quot sunt anni.*
28 *Restitutio in integrum competit post præscriptionem ex capite ignorantiæ.*
29 *Condilionum repetitio non datur, nisi per verba expressa.*
30 *Dictio*, vltra, *quando implicet, & in qua materia.*

ARGVMENTVM.

Hæreditas Regulari relicta potest adiri à Monasterio, inuito Monacho, idem in legato, quod potest agnosci inuito Monacho. Religiosus quandoque seruo, quandoque filiofamil. æquiparatur. Legatum sub conditione factum Monacho, vt nihil habeat Monasterium quid operatur. Legatum relictum pro necessitatibus Regularis potest Superior Religionis ad libitum in vsus communes disponere. Legatum non petitum à Regulari per plures annos an peti possit. Legatum modale relictum Ecclesiæ, modo non adimpleto, non reuocatur. Legatum annuum tot requirit præscriptiones quot sunt anni. Restitutio in integrum competit post præscriptionem ex capite ignorantiæ. Conditionis repetitio non datur nisi per verba expressa, &c.

PRO

Venerabili Domo S. Pauli Maioris huius Ciuitatis,

CONTRA

Marchionem Ciuitæ Iuniorem;

Super petitione Legati vitalitij facti admod. Reuer. P. D. Andreæ de Petio, Clerico Regulari Theatino.

Commissarius Doctissimus Regius Consiliarius Petrus Carauita, & in Academia Neapolitana Feudorum Interpres dignissimus.

FACTVM.

IN Anno 1636. mense Nouembris die 20. suum vltimum condidit testamentum Dominus Consiliarius Camillus de Petio, quod fuit post eius obitum apertum, die 30. Ianuarij 1637. inter alia legata reperta ibi, vnum erat, quo dicebatur, vt Illustrissimus Dominus Ioan. Bapt. de Petio Marchio Ciuitæ, hæres factus à se in testamento; subuenire deberet D. Andreæ de Petio, Clerico Regulari, eius nepoti, de omnibus sibi necessariis, quolibet anno eius vita durante, provt ab eo fuisset requisitus, dummodo quantitas non excederet quolibet anno ducatos octuaginta, verba legati vulgari sermone ponderanda.

Lascio, e voglio, che il detto D. Gio. Batista, mio nepote, & herede, debbia soccorrere il P. D. Andrea del Pezzo, de Chierici Regolari, mio nepote, suo fratello ogni anno, durante la vita del detto D. Andrea, nelli suoi bisogni, cosi come sarà da lui richiesto; purche la quantità, della quale sarà richiesto, non ecceda docati ottanta ogni anno. E per quell'anno, che il detto D. Gio. Battista non sarà richiesto dal detto P. D. Andrea, non sia obligato à cosa alcuna.

Post quod testamentum, & mortem Camilli prædicti, supponitur in facto, quod hæres, scilicet Illustrissimo Marchio Ciuitæ diem suum clausit extremum, qui in vltimo suo elogio, quòd condidit die 21. mensis Aprilis 1637. & post eius mortem aperto, & publicato sub die 22. eiusdem mensis, & anni; inter alia legata, quæ reliquit, vnum est factum eidem D. Andreæ suo fratri, hoc modo vz.

Item lascio al P. D. Andrea del Pezzo, Teatino, mio fratello annui docati quaranta, vita sua durante tantùm, oltre li annui docati ottanta, lasciateli dalla bona memoria del Sign. Camillo del Pezzo nostro Zio, nel suo vltimo testamento, con te medesime conditioni, e del modo contenuto in detto testamento: le quali se habbiano per espresse.

In præsenti Reuerendus Pater Procurator domus sancti Pauli, cùm primùm notitiam habuit prædictorum legatorum comparuit iuridice coram spectabili Regente Zufia, omnium virtutum genere ornatissimo, eiusdem Religionis delegato per Suam Excellentiam, petens condemnari Marchionem Ciuitæ iuniorem ad restituendum ducatos mille quatuor centum quadraginta pro annatis duodecim completis in mense aprilis 1649. & in futurum, vt correspondeat de dictis annuis ducatis centum viginti, durante vita dicti D. Andreæ de Petio, vt *fol.* 3. Et fuit ordinatum

sub

ſub die 12. Iunij 1649. viſis legatis prædictis, quòd hæredes dicti Illuſtr. quondam Marchionis Ciuitæ infrà dies ſex ſolueret Venerabili domui Sancti Pauli Clericorum Regularium petitos ducatos mille quatuor centum quadraginta.

Poſt aliqua diſcuſſa coram eodem Regente delegato, prouiſum fuit, vt partes adirent Sacrum Conſilium, & cauſa commiſſa doctiſſimo Conſiliario Petro Carauita, matura diligentia Illuſt. Præſidis Marchionis Ramontis: quia cum ageretur de articulo vltimæ voluntatis decidendo huic diu in Iuriſprudentia laborato Conſiliario, committere voluit, coram quo petita obſeruantia decreti Regentis Zufiæ, vt ſoluat Illuſtr. Marchio Ciuitæ Iunior, plura diſputanda occurrunt.

Primum eſt, vtrùm Domus Sancti Pauli Maioris, poſſit petere legatum, inuito, aut ignorante Patre D. Andrea, aut poſſit eum compellere ad petendum.

Secundum eſt, vtrum ſi poſſit petere, ſtante quòd non petijt per plures annos, poſſit domus prædicta annatas præteritas petere, iam quòd eſt legatum pro ſubſidio, ſiue pro ſubuentione neceſſitatum eiuſdem Patris.

Tertium eſt, vtrum illa qualitas, de qua in primo legato. (*coſi come ſarà dà lui richieſto*) intelligatur repetita in ſecundo legato facto per ſecundum teſtatorem, cum dixit in ſuo teſtamento, vltrà quantitatem ducatorum octoginta, cum eiſdem conditionibus &c. circa primum caput, vt ordinatè procedam, primo proponam omnia argumenta, deprompta tum ex iure Canonico, tum Ciuili, tum auctoritate Doctorum, & rerum iudicatarum; quibus fundatur legatum hoc poſſe à Venerabili Domo ſancti Pauli, ac ſucceſſiuè à ſuo digniſſimo Patre Præpoſito vel ab alio ſuo nomine peti. Secundò proponam argumenta quædam, quæ facta inuenio in quodam manuſcripto contra Domum prædictam, ac ea ſimul ſoluam.

1 Probatur primò, quia ex communi Doctorum ſententia Ciuiliſtarum, & ferè omnium Canoniſtarum poteſt Monaſterium adire hæreditatem Religioſo delatam, inuito, aut ignorante eodem Religioſo, ita Bart. *in l. 1. num. 21. & 22. ff. de vulgari, vbi* Soccinus Senior, *num. 22.* Alex. *num. 25.* Rip. *num. 25.* Imol. *num. 6.* Iaſ. *num. 43.* Alciat. *n. 83.* Pariſ. *n. 113.* Franc. *dec. 40. in fine* Capp. Tol. *dec. 226.* Gamma *dec. 308.* vbi Flores *in addition.* infinitos de more refert Sanchez *in ſumma lib. 7. cap. 12. num. 4.* Card. Lugo *de Iuſt. diſp. 3. ſect. 5. num. 94.* & patet per manuſcriptum quoddam pro parte contraria allegatum; quibus addo *Canoniſtas in c. in præſentia de probationibus*; præſertim Innocent. *num. 3. in fine* Ioan. Andr. *num. 20.* Butr. *num.* 28. Abb. *num. 76.* Felin. *num. 58.* Berous *num. 555. vbi* Pariſius *num. 103.* Menoch. *de adipiſcenda poſſeſſione, remedio 4. num. 293.* & practicatam hanc ſententiam *in Rota Romana*, videre eſt. *in dec. 128. & 334. part. 2. recentiorum*; *& apud* Buratt. *dec. 639.* Gratian. *cap. 363.* Ceuallos *communes contra communes, quæſt. 341.* poſt quos fundat Gratian. *vbi ſuprà num. 18.* quod Monaſterium poteſt hæreditatem adire, ſiue legatum agnoſcere ſine facto Monachi, ſicut poteſt illud repudiare ſine ſuo facto, dummodo non ſimus infrà annum probationis; quo caſu in repudiatione ſunt ſeruanda illa, de quibus *in Tridentino ſeſſ. 25. cap. 16.* teſte Ceuallos *quæſt. 366.* & hæc opinio eſt communiſſima inter Doctores, tùm in iure, tùm in fauorem Religionis; provt teſtantur Ruin. *conſ. 264. num. 12. & 206. l. b.* Rota Roman. *coram* Manzanedo *in vna Bononienſi 4. Martij 1611.* teſte Gratiano *cap. 363. num. 21.* ergo ſi immediatè tàm hæreditas, quàm legatum Monaſterio deferuntur, ad nihilum requiritur ſcientia, ſiuè voluntas Monachi, vt ipſi acquiratur, contradicat ergo quantum voluerit, ſiue ignoret omnimodò: quia ſemper Monaſterio ius quæſitum poterit ab eodem exerceri, ſine vlla requiſitione Monachi; imò ſi Monachus comparere voluerit, vt petat oportet quòd actio ſibi cedatur à Monaſterio, cui ius fuit immediatè quæſitum, vt benè Couarr. *in cap. 1. num. 21. de teſtam.* Beccius *conſ. 74. num. 13. vol. 1.* Tappia *in Authen. Ingreſſi, in verb. ipſo ingreſſu, num. 94. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* vndè dicit Menoch. *dicto remed. 4. num. 294.* 2 quòd Monaſterium pro hæreditate Monacho relicta poteſt intentare remedium *l. fin. Cod. de edict. Din. Adrian. toll.* vt ex pluribus *Rotæ deciſionibus* reportat Ferentillus *in additionibus ad deciſionem 394. Buratti*; nullum enim requiri factum Monachi, vt Monaſterium capiat ſiue hæreditatem, ſiue legatum vltra ſuprà adductos, dicit Soccinus *conſ. 81. lib. 1.* Rota *apud Cardinalem Cauallerium deciſ. 346.* nec mirum videri debet, quod factum Monachi non requiratur, quippè qui per profeſſionem deſinit eſſe Dominus bonorum, quòd tranſit in Monaſterium; vt *in d. Authent. ingreſſi.* Et ſic eumdem effectum operatur mors Ciuilis, ſicuti naturalis; ſicut ſtatim facta profeſſione debetur matri in bonis filij Monachi legitima; vt ait Rota *coram* Chiſlerio *in Nouarienſi legitimæ dec. 267. Rotæ diuerſorum*, de anno 1626. vſque ad annum 1630. ſicuti tunc temporis, quo profitetur ſpectat ſucceſſio legitimis hæredibus, quando fit Monachus filius, ex *l. Deo nobis Cod. de Epiſcop. & Cleric. in §. hoc etiam:* quod quidem qualiter procedat, tradit Rota *coram Virili in Peruſina hæreditatis die 7. Iunij 1627. 480. in 5. tom. Rubei*, ergo in caſu noſtro nulla voluntas Patris D. Andreæ pro capiendo legato requiritur.

Probatur ſecundò: quia Religioſus non habet nec velle, nec nolle, *cap. ſi Religioſus de elect. in 6.* ergo immediatè acquiritur Monaſterio tum hæreditas ſibi delata, tum legatum ſibi relictum. Conſequétia patet, quia partim ſeruo, partim filio- 3 familias æquiparatur in acquirendo, provt Monaſterio vtilius fuerit; vndè ſi in maiorem vtilitatem Monaſteriis ceſſerit, Monachum ſeruo comparari, illi comparabitur, ſecus autem ſi vtilius ſit illum comparari filiofamilias, vt docent Felin. *in cap. Parœcialynos de ſententia excommunicationis.* Valaſius *lib. 3. de ſucceſſion. creat. §. 21. num. 250.* Graffius *par. 2. deciſionum lib. 3. cap. 19. num. 74. in ſumma, cap. 12. num. 40.* Molina *tom. 1. diſp. 140. tract. 2. de Iuſtitia*, Sanchez *dicto lib. 7. in ſumma, cap. 12. num. 40.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 3. diſp. 11. quæſt. 4.* ergo Monachus comparabitur ſeruo, quatenus ſicut ſeruus domino acquirit, non ſolum vſumfructum; verum etiam dominium, ac proprietatem ita Monaſterio acquirit, cum tamen filiusfamilias in Caſtrenſibus, vel quaſi nihil acquirat Patri: in aduentitijs autem ſolum vſumfructum. Comparatur filiofamilias in modo acquirendi: quia ſicut hæreditatem filio delatam poteſt eo ignorante, ac inuito, pater acceptare, & adire ex *l. fin. Cod. de bonis, quæ liber*, ita prælatus regularis, ſiue Monaſterium inuito, ſiue ignorante Religioſo poteſt adire hæreditatem, ſiue acceptare legatum, alias ad religioſum ſpectantia: in ſeruo autem non ſic, ſed hæreditatem ei delatam non poteſt dominus abſque eius conſenſu adire, *l. cum proponas, Cod. de*

de hæred. inſtit. & ſic comparandus eſt in hoc Monachus filiofamilias: quia hæc comparatio eſt Monaſterio vtilior, vt bene docent Doctores citati apud Tamburin. *d. quæſt. 8. num. 5.* ergo in caſu noſtro, actio fuit immediatè quæſita Monaſterio, ac proinde ſiue velit, ſiue nolit Monachus capit hæreditatem, vel legatum. *dict. cap. ſi Religioſus, de elect. in 6. cap. non dicatis, cap. noli 12. quæſt. 1.* Et ratio eſt : quia vt ſuprà dicebamus, omnia iura Monachi, & omnis voluntas eius per profeſſionem in Monaſterium transfertur ; ergo Monaſterium ob tale Ius ad ſe per profeſſionem Monachi tranſlatũ, poteſt etiam inſcio, ſiue inuito Monacho profeſſo, cui relicta hæreditas eſt eandẽ adire, *d. l. fin. C. de bon. quæ li.* & ipſe Monachus abſq; licentia, & conſenſu Abbatis hæreditatem ſibi relictam adire non poteſt. Rodriquez *tom. 2. quæſt. regul. quæſt. 77. art. 1.* Abbas tamen, ſiue Superior domus poteſt ſe ſolo talem hereditatem adire, etiam Monacho profeſſo hærede inſtituto, reluctante; vt ex iuribus citatis habetur & notant Spino *in ſpeculo teſtament. gloſſ. 12. num. 12.* Molina *diſp. 140.* Lelius Zecchius *de Republica Chriſtiana, in titulo de Regularibus, cap. 3. num. 14.* Iulius Clarus *in §. teſtamentum, quæſt. 30.* Hieronymus Rodriquez *in Compendio reſolutionum regularium, reſolut. 72.* vndè poſt Honnedeum *conſ. 94. à num. 17.* conſuluit meritiſſimus Conſiliarius Paulus Staibanus iunior *in reſolut. 23. à num. 11. ex Trid. ducto per argumentum in ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 2.* poſſe Monaſterium adire hæreditatẽ Monacho delatam etiam ipſo ignorante, ſeu inuito ; quia *loco cit. Trid.* habetur neminem Regularium ; tam virorum, quàm mulierum poſſe poſſidere bona, eis quouis modo quæſita, nec nomine proprio, nec Monaſterij; ſed ea ſtatim Monaſterio incorporari. Hinc in Tridentino *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap.* 4 *1. & ſequenti*, religioſi vocantur incapaces. Multæ tamen Religiones ſunt capaces, quas poſuit Fuſarius *de ſubſtitutionibus, quæſt. 430. n. 22.* in capacibus, tempore ingreſſus fit tranſlatio perſonæ, ſed non bonorum; ſed capacibus fit tùm perſonæ, tum bonorum. Authen. *Ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccleſ.* vt ſtatim bona prædicta tranſeant in adminiſtrationem Monaſterij, cuius curæ ſubijciuntur, Anna *alleg. 51.* Verallus *dec. 223. & ſequenti, c. 2.* Capell. Toloſ. *dec. 20. & 124. & 125.* Theſaur. *dec. 129.* Ricc. *collect. 162.* Card. Tuſch. *litt. M, concl. 445.* Lappus *alleg. 129.* & quidquid poſteà ſuperuenit, ac acquirit, ſuo Monaſterio Monachus acquirit, *d. l. Deo nobis, Cod. de Epiſcop. & Cleric. cap. præſens, Clericus 20. quæſt. 3.* Ricc. *collect. 1938.* Gabedus *dec. 64. part. 1.* Tuſchus *d. litt. M, concl. 316.* Gama *dec. 308.* Coſta *de portione ratæ, quæſt. 226.* adeò vt ſi 5 tranſeat Monachus de vna religione ad aliam, bona nullo modo perſeuerent penes primum Monaſterium; ſed tranſeunt in ſecundum, vt fundat poſt multos, quos allegat. Fontanell. *dec. 226. cum duabus ſequentibus.* Poſſet tamen prohiberi ſucceſſio Monaſterij in bonis Monachi per ſtatutum, ſiuè priuilegium fundatum ; in fauorem agnatorum, & parentum, vt Barcinonenſibus Ciuibus conceſſum per regem Iacobum 4. Kalendas Maij 1269. reſpectu eorum qui fiunt Religioſi poſt mortem parentum, refert latè explicando Fontanell. *dec. 346. cum quatuor ſequentibus.*

7 Probatur tertiò : quia ſi Monachus ſit factus hæres in teſtamento Beneficium, *l. fin. Cod. de edict. D. Adria. toll.* poteſt intentari per Monaſterium, teſte Menoch. *de adipiſcenda poſſeſſione re-*

med. 4. num. 293. Argellio *de acquir. poſſeſſione, quæſt. 10. art. 1.* quia licet tale remedium competat hæredi ſcripto in teſtamento, vt patet ex rubrica ibi. (Et quemadmodum ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur) & Monaſteriũ non ſit ſcriptum in teſtamento, vt ſupponimus ; ſed Monachus tamen idem eſt Monachum eſſe inſtitutum, ac Monaſterium : quia Monacho inſtituto, bona recta via Monaſterio acquiruntur ipſo iure, & abſque facto Monachi, cuius perſona non habetur in conſideratione, vt poſt multos fundat Regens de Aponte *conſ. 40.* & bona dicuntur potius delata Monaſterio, quàm Monacho, inſtituto, & poteſt adire Monaſterium Monacho inuito Franch. *d. deciſ. 40. num. 2.* Trentacinq. *part. 1. de ſubſtitut. cap. 7. num. 6.* Argellius *de acquirenda poſſeſſ. quæſt. 10. art. 1. num. 8.* ex quo eſt celebris differentia, vt ſuprà dicebamus, inter ſeruum inſtitutum, & Monachum inſtitutum : quia ſeruo inuito dominus hæreditatem conſequi nequit, neceſſaria eſt enim ſerui additio, qui poteſt etiam iubente Domino nolle adire, *l. cum proponas, §. fin. Cod. de hæred. inſtituen.* ibi (potuit enim, quamuis iubente domino nolle adire) vbi *gloſſ.* dicit poſſe ſeruum nolle etiam domino eum excoriante, quod notat Aret. *in §. item vobis inſtit. per quas perſonas nob. acquir.* & ſubnectit, ſeruo reluctante in æternum hæreditatem domino non acquiri facit *tex. in l. ſeruo inuito, ff. ad S. C. Trebell.* ibi (at in bonorum poſſeſſione, vel in adeunda hæreditate conſenſus eius neceſſarius eſt) Quòd confirmatur : quia ſtatim quod Iudex nouerit Monachum inſtitutum in teſtamento, ſtatim illi notum fit Monaſterium hæredem eſſe ; ergò cum apparet de Monaſterio hærede, concedi debet immiſſio ; ſicut enim vitium inuiſibile teſtamenti, quod ex lectura ipſius, & ſic per viſibilia cognoſcitur ; impedit remedium *l. fin. ad notata per Doctores* ibi, quos cum ſubtiliſſimis ſpeculationibus ſuo proprio ingenio inueſtigatis, refert Illuſtriſſimus, ac doctiſſimus, Præſes Sacri Regij Conſilij D. Franciſcus Merlinus Pignatellus *1. to. ſuarum verè aurearum controuerſiarum, cap. 10.* ſic hæredi inuiſibili, qui ex lectura teſtamenti colligitur erit hoc Beneficium concedendum; cùm contrariorum eadem ſit diſciplina, vt in principio Inſtitutionum, de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris Eucrardus *in topica, in loco à contrarijs* ; quod vlterius patet : quia licet verba ſint collata in Monachum ; tamen Monaſterium fuit inſtitutum : quia diſpoſitio ex voluntate teſtatoris, & diſpoſitione legis in Monaſterium dirigitur ; ergò cum leges non ſint ſcriptæ verbis ; ſed rebus ex *l. ſcire leges, ff. de legibus, l. 2. in fin. Cod. comm. de leg. l. fin. Cod de vſufructu, l. vnica, vbi gloſſ. Cod. vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes &c.* ergo lex confert beneficium ſuum non hæredi verbis indicato ; ſed reipſa exiſtenti, vt eſt Monaſterium : ergò Monaſterio comtit hoc Beneficium: quia licet non ſit ſcriptus hæres in teſtamento, tamen legis interpretatione habetur pro tali, vt poſt Argellium, & alios fundant communiter Doctores, teſte Marta *tom. 1. de ſucceſſionibus, part. 3. quæſt. 13. art. 1. num. 25. cum ſequenti*, ſicut ſi Monachus inſtituatur, & repudiet hæreditatem, admittitur nihilominus Monaſterium, excluſo ſubſtituto vulgari Craſ. 8 *in §. ſub quæſt. 9. num. 6.* Trentacinq. *part. 2. de ſubſtit. cap. 7.* quod plus eſt, licet Monachus deceſſerit ante hæreditatem prædictam, Canoniſtæ præferunt Monaſterium ſubſtituto, quaſi hæreditas cenſeatur immediatè acquiſita Monaſterio, ci-

tra vllam additionem Monachi, & cum Canoniſtis concludunt magis communiter, teſte Franciſco Barrio *lib. 3. de ſucceſſionibus, fol.* 148. *col.* 2. *à num.* 50. ſcio Ioannem Andream de Georgio *alleg.* 29. *num.* 22. & Horatium Montanum *contr.* 10. *à num.* 13. *vſque ad num* 15. dixiſſe quod hæreditas immediatè Monacho deferatur, cum ius ſuccedendi, vtpotè fundatum in iure ſanguinis, non poſſit tranſmitti in Monaſterium per Monachum: quia eſt ius perſonaliſſimum, quod tamen falſum eſt, cum perſonaliſſima iura in conſequentiam cum perſona transferantur, vt in *dict. Authen. ingreſſi*; vnde vſusfuctus transfertur in Monaſterium, quod Ius perſonaliſſimum eſt.

Et quod Monacho inuito non adeunte Monaſterium adire ipſo mortuo vigore non quidem tranſmiſſionis; ſed vigore primæ acquiſitionis ſibi factæ tempore ingreſſus, patet cum omnia iura Monachi acquirantur Monaſterio, in quod transfertur voluntas, & poteſtas, *cap. noli: cap. non dicatis* 12. *q.* 1. *cap. Religioſus de elect. in* 6. & eius perſonę nulla habetur poſtea ratio, Ceuallos *quæſt.* 341. Rota apud Farinac. *dec.* 128. *part.* 2. Gratian. *cap.* 363. *num.* 16. *cum ſeqq.* multi apud Robles *lib.* 2. *de repræſentat. cap.* 17. *num.* 18. & in omnem euentum quis negabit Monaſterio reſtitutionem in integrum aduerſus talem acquiſitionem non factam, vt fundat Bald. *conſ.* 494. *vol.* 5. Odus *de reſtitut. in integrum part.* 1. *quæſt.* 50. *art.* 8. *num.* 73. Io. Franciſc. Andriol. 1. *tom. controuerſ. contr.* 61. ſicque, quod ſi ante aditam hæreditatem moriatur Monachus in Monaſterium tranſmittit hæreditatem: fundat Greg. Lopez *in l.* 21. *tit.* 3. *gloſſ.* 2. *partita* 6. Gomez 1. *tom. cap.* 9. *num.* 10. contra plures apud Mart. *tom.* 1. *de ſucceſſ. part.* 3. *q.* 13. *ar.* 3. *in fine.*

Probatur quartò, ex *l.* 15. *qui hæres, ff. de acqu. hæred. & l. ſi ita ſcriptum* §. 1. *ff. de leg.* 2. vbi futurum legatum ſub conditione, vel die relictum, non poteſt repudiari antequam conditio, vel dies extiterit: quia cum effectu non debetur; ergò cum in caſu noſtro legatum cùm effectu non fuerit debitum Patri D. Andreæ; ſed potius Monaſterio S. Pauli, non poterat non acquiri per Regularem, quippè qui nullum Ius habebat, neq; in re, neque in ſpe, tùm quia nullus cenſetur renunciare
9 quod ignorat ſibi competere, aut competiturum *l. mater Cod. de inoffic. teſtam. l. legitimam ff. de petit. hæred. l. in repudianda ff. de acq. hæred.* Alex. *conſ.* 193. *lib.* 2. Affl. *dec.* 53. Soccin. iun. *conſ.* 28. *lib.* 1. *num.* 119. Tiraq. *de legib. connubialib. gloſſ.* 6. *num* 176. Cranet. *conſ.* 257. *num.* 2. qui dicit hoc procedere quamuis in renunciatione ſit appoſitum iuramentum: quia nullus ſcire poterat tale legatum ſibi competens à ſeipſo ignorato. P. Paſqual. *quæſt.* 14. *centur.* 1. qui fundat quod ſi Regularis tempore profeſſionis renunciet in ampliſſima forma cuicumque iuri hæreditario, & quibuſcumque bonis ſibi quocumque titulo obuenientibus; poſſet recipere legatum ab amico; aut coniuncto, & quòd tale relictum acquiritur Monaſterio, non verò illi cui fuit facta ceſſio, ſeu renunciatio; nec mirum eſt, quia vt dixi, & dicam legatum relictum Regulari acquiritur Monaſterio, vt poſt Maynard. & alios ſequitur Barr. *lib.* 1. *de ſucceſſionibus, fol.* 59. *col.* 1. *num.* 10. & ſic donationem factam cuidam Carmelitæ fuiſſe infirmatam, reſpectu ipſius donatarij, ſal-
10 uo ipſius Monaſterij iure, teſtatur Papon. *libro* 1. *arreſtorum tit.* 8. *arreſt.* 7. & ſic poſſet legatum Monacho relictum eo inuito acceptari per Abbatem: quod ſi fuerit ſub conditione relictum, & pendente conditione ſit factus Epiſcopus, ſi poſtea conditio impleatur, acquiritur Eccleſiæ, non Monaſterio Card. Mant. *lib.* 8. *tit.* 6. *num.* 27. quod probatur ex *l. quæ legata ff. de regul. iuris* Barr. *fol.* 59. *num.* 10. Quod adeò verum eſt, vt ſi diſponat quis titulo legati, vel donationis in Beneficium alterius, dicendo, vt caſu, quo fiat Monachus priuetur hæreditate, ſiue bonis, ſi Monaſterium ingrediatur, non priuatur Monaſterium hæreditate: quia expreſſa illa priuatio in perſonam filij non afficit Monaſterium, ad quod iure acquiſitionis naturalis bona ipſius Monachi deueniunt; vt dicitur de bonis illius, quem aliquis ſibi in filium arrogauit, vt eſt particularis deciſio Bart. *in Authen. ſi qua mulier, num.* 15. *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Molf. *part.* 3. *de ſucceſſionibus ex teſtam. quæſt.* 8. *num.* 15. & excluſio Monachi non eſt extendenda ad Monaſterium; nam teſtatoris diſpoſitio non extenditur de perſona ad perſonam, ſicuti neque de caſu ad caſum; vt in puncto fundat Reg. Sanfel. *in dec.* 194. 2. *tom.* Neque conſideratur defectus regularis: qui non 11
petijt: quia apud eum non eſt remanſura res donata; ſed confeſtim tranſitura in Monaſterium; ex *d. Auth. ingreſſi*; ergò non oportet vt ſit capax, ſiue vt petat Monachus, quippè qui non ſentit commodum; ſed alijs affert, & ſic etiamſi alias nollet, capit Monaſterium Sanfel. *vbi ſuprà.*

Probatur quintò, quia adeò Regularis acquirit ſuo Monaſterio immediatè, vt peccet ſaltem contra charitatem recuſando legata, ſiue eleemoſynas oblatas ipſi in fauorem ſui Monaſterij, vt dicunt communiter Theologi morales cum Diana, *de paupert. religioſa reſolut.* 8. Card. de Lugo *de iuſt. diſp.* 3. *num.* 166. qui tamen ad propoſitum noſtrum dicit, quòd hoc procedit in legatis incertis, ſiue rerum indeterminatarum, quæ non ſtatim ipſo iure acquiruntur; non autem in legatis, quorum dominium ſtatim Monaſterio, à morte teſtatoris acquiritur, aut ab adita hæreditate, & ſubdit Lugo *vbi ſuprà, num.* 95. quòd licet Religioſus poſſit repudiare ſibi donum, ſiue legatum factum ab amico, vel conſanguineo in primo genere, ſcilicet ſi ſit incertum (cum hoc non ſit alienare, ſed nolle acquirere, quod non eſt contra votum paupertatis) tamen non per hoc ſequitur eodem modo poſſe religioſum repudiare legata poſterioris generis, de quibus dicebamus, quia donum illud oblatum nondum peperit aliquod ius Monaſterio, ſicut produxerunt cætera legata certa, aut hæreditas delata, poſt mortem teſtatoris. Dixi poſt mortem, quia aliter dicendum eſt ante mortem teſtatoris, quia tunc Religioſus poſſet rogare teſtatorem, etiam ſine licentia Prælati, vt reuocaret teſtamentum, aut legatum, quo tamen caſu peccat mortaliter contra charitatem ſecundum communem Theologorum ſententiam teſte Pelizz. *tom.* 1 *in manuali Regularium, tract.* 4. *cap.* 1. *ſect.* 3. *num.* 231. qui poſt Sanchez *in ſumma, l.* 7. *cap.* 12. *num.* 37. & poſt Lugo *vbi ſuprà, num.* 94. dicit quòd Religioſus ordinis capacis non poteſt propria auctoritate repudiare hæreditatem ſibi relictam, cum illa acquiratur immediatè Monaſterio, & ab eo adiri poteſt ſine conſenſu, aut ſcientia ipſius Religioſi: immò, & eo moriente ante eius additionem; quod tamen vltimum aliqui negant, teſte Pellizz. *vbi ſuprà*, & ſuprà dicebamus; quibus addo Caſtropalaum *diſp.* 3. *de ſtatu relig. tract.* 16. *punct.* 5.

Probatur vltimò, quia Regularis ita acquirit Monaſterio, vt ſi fiat poſteà Epiſcopus, non po-

teſt

test habere recursum ad bona renunciata tempore professionis, vt contra Molf. fundat decisum Reg. Rouit. *in decis.* 10. tùm remanet Monachus *c. statutum* 18. *qu.* 1. tum quia fuit facta conditione si profiteatur in Monasterium; sed sic est, quod fecit professionem, ergo. Quod sane procedit in bonis delatis tunc, tempore, quo renunciauit: quia in illis, quæ postea deferuntur, dum est Episcopus succedit Ecclesia sua Cathedralis, vt practicatum in Rota refert Barbos. *lib.* 1. *de iur. Eccl. c.* 42. *à numero* 241. quia quod acquirit Regularis dum est Episcopus suæ Cathedrali acquirit, quippè quæ in Monasterij locum subrogatur quoad acquisitionem, *d. c. statutum*, *c. cum olim il* 2. *de priuileg.* vbi Innoc. *num.* 3. quia nulla dignitas facit quem descendere; sed liberari à tribus substantialibus votis est descendere in deteriorem statum: ergo, & ita docent Rota Romana *dec.* 705. *p.* 1. *diuersor.* Rodriquez *tom.* 3. *quæst. regul. q.* 69. *art.* 4. Molina *de primogen. lib.* 2. *c.* 10. *num.* 28. alter Molin. *de iust. disp.* 140. Sanch. *in summ. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 6. *num.* 8. Barth. à S. Fausto *in Thesauro Religios. lib.* 6. *q.* 190. *& lib.* 8. *q.* 52. *& q.* 63. Castr. Pal. *to.* 1. *tr.* 6. *disp.* 2. *punct.* 9. *& seqq.* Tambur. *de iure Abbat. tom.* 2. *disp.* 31. *quæsito* 17. Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 114. *num.* 18. *& sequenti, & in collectan. ad text. in d. cap. statutum* 18. *q.* 1. Suarez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 29. vbi dicit, quod acquirens bona ab Episcopo Regulari tenetur Ecclesiæ restituere, quia Episcopus alienando peccauit contra Iustitiam, Ricc. *dec.* 340. *num.* 10. *p.* 4. Mart. *de succes. legali, p.* 4. *q.* 1. *art.* 4. *num.* 14. Thom. Docc. *cons.* 53. quidquid contrarium dicat Dian. *p.* 3. *tr.* 2. *resol.* 50. quem reprehendit Noguerol. *alleg.* 62. *numero* 156. Ecclesia ergo Cathedralis, tanquam Monasterium succedit iure communi in bonis Prælati Regularis. Dixi (iure communi, quidquid sit ex Pontificiis bullis quoad spolia) quæsitis à se dum esset Episcopus Bald. *in Authen. licentiam, C. de Episcopis, & cleric.* Trentacinq. *cons.* 28. *lib.* 2. Bonac. *tom.* 1. *tract. de claus. q.* 2. *p.* 9. §. 4. *difficult.* 3. *num.* 16. Barbos. *allegat.* 114. *num.* 20. *&* 28. Mart. *de Iurisdict. p.* 4. *casu* 20. *num.* 5. vbi hoc extendit ad quæsita per Episcopum Regularem ex stipendiis, & salariis Principum Barth. a S. Fausto *lib.* 8. *q.* 52. *& q.* 63. quòd clarè probatur *ex d. c. statutum* 18. *q.* 1. Quod si talis Episcopus, qui ita bona acquisiuit, in præiudicium Ecclesiæ, eiusque dominij quæsiti, alienet, non tenet alienatio, & Ecclesia poterit intentare rei vendicationem, *d. c. cum olim, de priuilegiis*, vbi notat Abb. *in* 6. *&* 7. *notabili*, & decisum refert Capic. *in dec.* 200. vbi fuit condemnatus bonorum possessor Ecclesiæ, vt illa restitueret, quamvis alienata per Episcopum, quod idem dicit Genuens. *q.* 264. Thorus *in verb. bona empta per Episcopum, pag.* 49. Pereyra *dec.* 75. Noueroll. *alleg.* 26. *num.* 158. quia dominium bonorum emptorum per Prælatum remanet penes Ecclesiam, & non penes emptorem, Barbos. *allegat.* 114. *num.* 17. Ricc. *in prax. tom.* 3. *resol.* 433. vbi quod Ecclesia agit reiuendicatione pro bonis ab Episcopo emptis, ex Bal. *cons.* 298. *lib.* 1. & alijs apud eos.

12

13

14 Ex quo Episcopus Regularis si repudiet hæreditatem sibi delatam, præiudicium sibi infert quoad vsumfructum, quem acquirit, sed non quoad proprietatem, quam acquirit Ecclesiæ; nam, non præiudicat eidem: quia cum Monachus factus Episcopus bona, quæ acquirit, sibi quoad vsumfructum acquirat, sed quoad proprietatem suæ Ecclesiæ, *d. c. statutum*: ergò non potest illi præiudicare, quia votum paupertatis non resoluitur per transitum ad Episcopatum, in illis, quæ se compatiuntur cum Episcopali dignitate, & officio, consequenter non posset proprium habere, neque sibi acquirere, Abb. *in d. c. cum olim, num.* 7. *de priuileg.* Couar. *in c.* 1. *num.* 18. *de testament.* Molin. *disp.* 140. quòd si Episcopus illa repudianerit, succedit Ecclesia proprietaria, pro quo præiudicio potest agere Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, Inn. & Abb. *in c. dilecti de maior. & obed.* Felin. *in d. c. cum olim, n.* 3. cui Ecclesiæ Episcopali, non minus, quàm Monasterio ex persona Monachi competit remedium adipiscendæ possessionis ex *l. fin. Cod. de edict. D. Adrian. toll.* Menoch. *de adipiscenda poss. remedio* 4. *num.* 293. dicens quod licet Monasterium, sicut Ecclesia scripti hæredis nomen propriè non obtineat, legis tamen interpretatione habet, quod idem operatur, vt ait Rota Romana *coram Pyrou. in Vergellensi hæreditatis* 24. *Maij, de qua est dec.* 115. *p.* 4. Rubei *tom.* 2. ergò apparet ita votum paupertatis Regularem stringere, vt facto Episcopo Cathedrali tanquam suo Monasterio non posse præiudicare.

Ex quibus infertur primò quod etiamsi legatum relinquatur, cum pacto, vt non acquiratur Monasterio, adhuc illi acquiritur, vt fundat Galganet. *p.* 2. *de Conditionib. c.* 1. *q.* 57. sicuti si fiat legatum Monacho, cum conditione, quod si Superior molestet illum, habeatur pro caduco, siue pro non scripto, tali pœna caducitatis reiecta, tenet legatum vt purum Galganet. *p.* 2. *de conditionibus, c.* 5. *q.* 11. Barr. *fol.* 59. *n.* 10. *in fin.* 15

Infertur secundò comparationem Monachi modo cum filiofamil. fieri, modo cum seruo, secundum quod Monasterio vtilius est comparari, Cyn. *in l. Deo nobis, C. de Episc. & cler.* Bald. *in l.* 1. *n.* 42. *C. qui admitti ad bonor. possess.* Rom. *in l.* 15. *qui hæres, §. neque filius, num.* 11. *ff. de acquir. hæred.* Socc. Ias. Ripa, & alij, *in l.* 1. *ff. de vulgari*, Lambert. *de iure patron. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 7. *art.* 12. *num.* 20. Duen. *Regular.* 67. *ampliat.* 8. aliquando ergo comparatur seruo, aliquando filiofamilias, vt latè Robles *de repræsent. lib.... c.* 17. *num.* 15. *&* 16. Scio tamen in vno casu Monachum æquiparari potius militi, quàm seruo, scilicet in casu comparendi in iudicio: quia seruus nullo pacto potest esse in iudicio; religiosus verò potest pro se, & litis consorte, Clemens Religiosus, vbi Card. *in* 5. *notab. de procuratoribus*, Innoc. per illum textum *in c. cum I. & A. de re iudicata*, & sic in hoc solo casu æquiparatur militi, qui similiter non prohibetur esse procurator pro se, & commilitonibus, *l. si filiusfamil.* §. *vetezani, ff. de procuratorib.* sicque sicut miles non potest constitui Procurator, etiam de consensu, vt in *d.* §. *veterani*, tamen iudicium cum illo agitatum sustinetur, si non fuit oppositum, vt in *d.* §. *veterani*, ita sustineri debet agitatum cum Monacho, cum in hoc proposito non sit maior prohibitio in eo, quàm in milite: immò videatur minor, cum possit esse Procurator cum licentia Superioris; & miles nec de partis quidem consensu possit, quòd de Monacho non reperitur: immò expressè contrarium habetur, Marescottus *libro* 1. *variar. cap.* 92. 16

Infertur tertiò ad quæstionem antiquam inter Doctores disputatam: an Monasterium repræsentans personam Monachi possit patrui, vel aui successionem consequi, & concurrat cum patruo Monachi, in qua quæstione distinguunt communiter duos casus.

Primus est quando Monasterium est bonorum incapax: & hoc casu non repræsentat, cum non possit succedere, non solum in hæreditatib. *Clem.*

ment. exiui, §. proinde de verb. ſigniſ. Bart. *in tract. Minoricarum, lib. 1. c. . & lib. 4. c. 1.* Rodriquez *quæſt. regular. to. 2. q. 78. art. 1. 2. & 3. & to. 3. q. 69. art. 10.* ſed nec etiam in fideicommiſſis, vel legatis, vt alteri reſtituat, Rodriquez *tom. 2. q. 80. art. 1.* Boer. *dec. 354. num. 8.* Oſaſch. *dec. 126. num. 26. & ſeq.* Caualc. *dec. 1. num. 34. p. 3.* Ioan. Guttier. *lib. 1. canon. quæſt. c. 32. num. 23.* Mantic. *lib. 11. de coniectur. tit. 7. num. 8.* Emanuel Coſta *in leg. Gallus, §. quid ſi tantum 2. p. num. 2. ff. de liber. & poſth.* Vaſq. *lib. 3. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 171.* Molin. *lib. 1. de primog. c. 13. num. 94.* vbi additio Paleaz, *de maior. quæſtion. 3. num. 25.* Ioſeph de Ruſt. *in l. cum auus, ff. de condit. & demonſtrat. lib. 5. capite 3. à numero 8.* Surdus *conſ. 557. à numero 12. volumine 4.*

Secundus caſus eſt, quando Monaſterium eſt bonorum capax, & hoc caſu fit diſtinctio, quod aut Regularis ſuperſtes eſt tempore delatæ hæreditatis, aut non, ſi ſuperſit ſuccedit Monaſterium repreſentans Monachum, & concurrit cum patruo ipſius Monachi ſi ſuperſtes non ſit nullo pacto datur repræſentatio. Ratio primæ partis eſt: quia licet Monachus iſte pro mortuo habeatur, *c. nullus 54. q. 7. c. placuit 16. q. 1.* DD. *in c. in præſentia, de probat. & in d. l. Deo nobis, C. de Epiſc. & cler.* tamen quoad ſuum Monaſterium capax bonorum, omnia iura ſeruat, Bart. *lib. 4. Minoritarum, diſt. 3. c. 1. num. 8.* Dec. *conſ. 419. volum. 2.* Bellamera *deciſ. 713.* Specul. *libro 4. partic. 3. de ſtatu Monach. §. . num. 3.* Anton. Faber, *tom. 2. de erroribus pragm. decade 26. errore 7.* Anton. Gouean. *in rubric. ff. de vulgari, num. 21.* & latè Gugliel. de Bened. *in cap. Raynutius, in verb. & vxor. nom. Adeleſia, à. n. 250. vſque num. 364. de teſtam.* Petr. Gregor. *p. 3. ſyntagm. lib. 45. cap. 2.* Anton. Faber. *lib. 1. C. tit. 2. de fin. 44.* Robl. *de repræſentat. lib. 2. c. 17.* & ſic ob capacitatem Monaſterij repræſentatio admittitur, *c. vnico, vbi gloſſ. in verb. legitimus 18. q. 1. c. fin. 19. q. 3. Nouell. 123. de Sanctiſſ. Epiſcop. c. 41.* Gama *dec. 6.* vbi additio: ſic retinet Monachus iura ſanguinis, Lapp. *alleg. 101.* Tiraq. *de nobilit. q. 26. n. 8.* nec amittit agnitionem, vel ius prioritatis in gradu, Bald. *in Auth. ſi qua mulier, n. 10. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Mantic. *lib. 8. de coniect. tit. 12. num. 25.* & retinet ius ſuitatis, Bart. *in d. Auth. ſi qua mulier, num. 5.*

Habes igitur, Amice lector, fundatum ad exuberantiam, hæreditatem, vel legatum regulari delatam, ſiue relictum, immediatè Monaſterio acquiri: nihilque requiri ſcientiam, vel factum ipſius Regularis pro aditione, vel agnatione, quippe qui non habet nec velle, nec nolle, comparari Regularem in hæreditate adeunda potius filiofamil. quàm ſeruo, cum vtilius ſit hoc pro Monaſterio, & ita acquirere Regularem ſuo Monaſterio, vt ſi de vna Religione ad aliam tranſeat, bona acquiſita in primo Monaſterio non tranſeant ad ſecundum, & adeo Monaſterio acquirit, vt remedium *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. pro hæreditate adipiſcenda,* Monacho delata non ipſi Regulari, ſed Monaſterio competat: & ſi moriatur poſt delatam hæreditatem, poteſt nihilominus Monaſterium ſuccedere, non ex vi repreſentationis, ſed ex vi primæ acquiſitionis, & acquirit Regularis ſuo Monaſterio, itavt peccet non acceptando legatum ſibi factum; ſicuti ſi fiat poſteà Epiſcopus, ſicut prius acquirebat Monaſterio, ita nunc Eccleſiæ ſuæ Cathedrali, cui renunciando præiudicare non poteſt, & in hæreditate magis diſputatum fuiſſe inter DD. quàm in legato, quod cum aditione aliqua non indigeat, conſequenter immediatè Monaſterio acquiritur, ad tradita ſuprà cum Sanch. *in ſum. cit. lib. 7. c. 12. n. 28.* Card. Lug. *de iuſt. diſp. 3. ſect. 5. num. 94.*

Proponuntur argumenta partis aduerſæ, ſimulque reſoluuntur.

VIdi manuſcriptum factum contra venerabilem domum Sancti Pauli, pro Patre D. Andrea ſuper hoc articulo, quem diſputamus, cuius argumenta ſiggillatim proponam, & ſoluam.

Primò opponitur, quòd legatum, de quo in noſtra facti ſpecie, ſit conditionale ſcilicet ſi Religioſus Nepos voluerit, ſi petierit, &c. ergo conditio eſt in forma ſpecifica implenda, atque adeo non petente Patre D. Andrea Monaſterium nequit petere: probat antecedens; quod ſcilicet ſit conditionale, ex illis verbis, *debbia ſoccorrere, coſi come ſarà da lui richieſto, e per quell'anno, che non ſarà richieſto, non ſia obligato à coſa alcuna*, quod perinde eſt, dicit Auctor manuſcripti, ac ſi Teſtator dixiſſet: lego ſi voluerit, ſi petierit, ſi declarauerit ſe velle, quaſi quod hæc verba non differant inter ſe: ſed iſta verba, *ſi voluerit, ſi petierit, &c.* faciunt legatum conditionale, *l. ſi ita legatum, §. illi ſi volet, l. Senatus, §. 1. ff. de leg. 1.* Ergo, &c. 18

Sed ſiſtamus parumper in impugnationibus circa ſingula verba manuſcripti, recordando auctori huius manuſcripti, quòd conditio non præſumitur regulariter, neque in actu ſubintelligitur, *l. omnia in principio, ff. de leg. 1. l. 1. ff. de condit. & demonſtr.* nunquam enim capi debet coniectura vt conditio ſubintelligatur, de qua non apparet *l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de verb. oblig.* Leand. Galgan. *de condit. & demonſtr. p. 2. c. 1. q. 17.* Card. Mant. *lib. 10. de coniect. tit. 5. num. 7.* idem Galgan. *d. p. 2. c. 6. q. 2.* Quapropter diſpoſitio quælibet non conditionalis præſumitur, ſed potius pura, ſiue ſimus in inſtitutione, ſiue in legatis, ſiue fideicommiſſis; vt ex communi fundat Menochius *lib. 4. præſumpt. 175.* quod in legatis ſic dicit text. *in l. ſi Titius mihi, §. vltim. ff. de leg. 1.* Ratio huius concluſionis ea eſt: quia conditio dicitur eſſe quid facti, *l. qui hæredi, ff. de condit. & demonſtr.* & ideo Papian. *in l. cum Pater, §. hæred. ff. de leg. 2.* dicit poteſtatem implendæ conditionis, & eligendi, non eſſe ius, ſed facultatem, ſed ea, quæ ſunt facti non præſumuntur, *l. in bello, §. factæ, ff. de capt.* Menoch. *lib. 6. præſ. 14.* Ergo conditio non præſumitur, neque ſubintelligitur in dubio: quod vlterius probo, quia conditio inducitur primò per dictionem, *ſi*, adnotata per Bart. *in l. 1. ff. de condit. & demonſtr.* Per dictionem, *cum l. ſi cum hæres, ff. quando dies legati cedat*: aliquando per dictionem, *niſi, l. qui diebus, §. quidam Titio, de condit.* Barboſ. *in diction. in particul. Niſi*, aliquando per dictionem, *alioquin, l. ſi finita. ff. de damno infecto*: aliquando per dictionem, *alias, l. diuortio, ff. de negotijs geſtis*; aliquando per dictionem, *&, l. cum mulier, §. penult. ff. de condit. inſtitut.* & ex aliis particulis, de quibus Galgan. *p. 1. c. 89.* Bart. *de condit. & demonſtr. num. 3. in princip.* ſed in legato, de quo in noſtra controuerſia, nulla ex his particulis adeſt, vt paret ibi, *coſi come ſarà da lui richieſto*, quæ dictio, *ſicut*, ſolum importat modum in requiſitione facienda, putà pro libris veſte, &c. ſed non pro ſubſtantia legati, patet quia illa verba, *ſicut*, inducunt modum in requiſitione, Galgan. *cap. 95.* ergo non bene ex illis verbis, *coſi*, &c.

&c. autumat importari conditionem, tum quia hæc nunquam præsumitur; tum quia verba apposita potius modum in requisitione, quàm in substantia important: adeo quod licet illa verba importarent conditionem, tamen non
19 facerent actum conditionalem: quia tunc conditio facit actum conditionalem, quando apponitur substantiæ legati; sed si apponatur petitioni, siue executioni, tunc non dicitur actus conditionalis: quia tunc substantia dispositionis ex futuro euentu non pendet; sed sola executio, & petitio, & sic concordantur per Doctores iura aliqua, quæ videntur contrarium disponere, vt in *l. si Titio 22. ff. quando diès legati cedat, & in l. ex his verb. & l. si Pontionilla Cod. quando dies legati cedat, & in l. firmio 26. §. 1. ff. quando dies legati cedat* Gomes. *variar. resolut. cap. 50. num. 26.* Duranus *in dec. 84.* Ripolla *de condit. cap. 1. num. 51.* Nouar. *lib. 1. qu. forens. quæst. 186. & q. 40.* Ricc. *collect. 3150.* pro qua propositione sunt videndi etiam Gratianus *cap. 488.* Cruetta *cons. 448.* Cephalus *cons. 636.* Monterius *dec. 10. n 37.* Farinac. *p. 2. dec. 91.* Cardinalis Tuschus, *litt. A, cons. 130. & lit. E, cons. 47.* idem Gratianus *cons. 836.* & post multos, quos allegat Nat. *de Iustitia vulnerata in tempore, cap. 5. fol. 907.* sed in casu nostro dato, & non concesso quòd ista verba, *cosi come sarà da lui richiesto*, importarent conditionem, tamen quia fuerunt apposita in executione, & petitione, non faciunt actum conditionalem; ergo corruit probatio manuscripti.

Probat secundò: quia dixit testator, vt hæres soluere teneatur ducatos octoginta Patri D. Andreæ, *cosi come sarà da lui requisito*, vndè dicit quòd ista verba idem sonant, ac si dixisset, soluat ad eius instantiam, scilicet si petierit legatarius; ergo est conditionalis dispositio, & allegat veridicè Tusch. *in litt. C, concl. 583. num. 34.*

20 Sed contra: quia si hæc doctrina esset vera, quod illa verba si petierit legatarius &c. subintellecta implicitè in illis verbis (*cosi &c.*) importarent cõditionẽ, vtique sequeretur quod omnia legata essent condionalia, cum semper hæres teneatur legatum soluere, si legatarius petierit illud, vndè potest spatio triginta annorum præscribere contra legatarium, cum sit in bona fide: quia potest cogitare, quòd nolit legatarius agnoscere legatum, eò quod non teneatur illud hæres offerre. Grat. *dec. 4. num. 15.* Surd. *dec. 25.* & pluries dixit Rot. Rom. apud. Grat. *in disc. forens. cap. 2. à num. 29. cum sequenti. illa verò verb.* Card. Tusch. intelliguntur quando fuissent apposita in dispositione, & substantia actus: quia si sint apposita in petitione, siue in executione legati, non inducunt conditionem, vt in casu nostro, vbi dixit testator, *item lascio che il mio Nepote, & herede debbia soccorrere il Padre D. Andrea mio Nepote ogn'anno durante la vita di detto Padre*, ecce dispositio postea subdit, *cosi come sarà da lui richiesto*, ecce petitio, & sic actus non est conditionalis, quantumvis conditionem importent illa verba, ergò est actus purus, Monasterio acquisitum sine vllo facto regularis, vt suprà dicebamus.

Probat tertiò: quia ea verba, *debbia soccorrere cosi, come sarà da lui richiesto*, idem important, ac si dixisset, *debbia soccorrere, cum petierit, cum volet*: sed hæc vetba, *lego Petro cum petierit, cùm voluerit, faciunt legatum conditionale*, ex *l. fideicommiss. §. si fideicommiss. ff. de leg. 3.* ibi hoc legatum cum voluerit, conditionale esse nulli dubium est *l. si decem cum petiero, ff. de verb. oblig.* ergo dicit est legatum conditionale.

Sed contra: quia hæc verba eandem responsionem habebunt sicut antecedentia, scilicet quod sunt apposita non in substantia legati; sed in exequutione, & petitione, vt patet ex verbis illis primo loco disponentibus circa substantiam, postea illa particula, siue modus, *sicut*, apponitur in exequutione, vnde nihil operabitur: quia vt ait Franch. *in dec. 6. num. 6.* verba posita in exequutiuis non mutant principalem dispositionem, ex *Clem. 1. de præb.* Barbos. *in l. quæ dotis, num. 118. ff. solut. matr.* qui ponit conclusionem generalem, quod verba posita in exequutiuis non mutant principalem dispositionem; secus si in dispositiuis; ex quo ait, quod *text. in l. vbi ita donatur 27. ff. de donat. caus. mor.* vbi pactum appositum in donatione causa mortis, vt non possit reuocari, facit, vt censeatur inter viuos, non habet locum si tale pactum apponatur in exequutiuis; sed solum in dispositiuis, vt latè Barbos. *in loc. cit.*

Probat quartò ex clausula resolutiua apposita quæ importat conditionem, ibi *per quell'anno, che il detto herede non sarà richiesto dal detto Padre D. Andrea, non sia obligato à cosa alcuna*, quæ clausula resolutiua importat conditionem, ex Ruin. *cons. 152. vol. 4.*

Sed contrà: quia clausula resolutiua fuit apposita in petitione, & exequutione, ac consequenter nihil conditionale facit, vt supra: tùm quia illa clausula non obstante legatum acquiritur Monasterio, ad quod omnia iura transeunt; & licet sit factum legatum pro necessitatibus Regularis; adhuc potest Superior Monasterij ad libitum, in vsus communes Monasterij disponere; cum legatum ipso iure transeat ad Monasterium; vt in terminis Rodriq. *tom. 2. quæst. Regul. q. 125. ar. 6.* Portell. *in verb. legat. num. 5.* Sanch. *in summ. lib. 7. cap. 17. num. 21.* quia iuris dispositione à Prælato petitur legatum Cappell. Tolos. *decis. 226.* quod non solùm de Iure communi ex Doctoribus citatis præsertim à Rodriq. qui latissimè disputando dicit tale legatum ad vius, & necessitates Regularis factum posse à Superiore expendi ad libitum, & vsus Monasterij, quod patet ex constitutionibus, vt in constitutionib. Religionis *p. 2. c. 1. litt. H, vbi* P. Alexand. Peregr. vbi dicitur quòd talia legata annua non procurent Theatini; sed si de facto fiant nullum Ius acquiratur regulari particulari, & in decretis capitularibus pluries definitum fuit, vt in anno 1621. ibi.

Ad omnem proprietatis vitam, ac suspicionem tollendam cautum est, ne quis annuos census sibi, vel pro quouis obtentu testamenti, donationis, professionis, ac quouis alio prætextu legatos per semetipsum exigat, aut solus ipse dum sibi soluuntur recipiat; sed solutio ipsa fiat vel coram Superiore, vel in eius manibus immediatè, qui secus ausus fuerit, si quidem vocalis sit suffragij vtriusque; si Sacerdos Clericus, laicusue, loci potestate per bienniũ ipso facto priuetur.

Et in capitulo celebrato de anno 1610. ibi *Annui census nobis quoad vixerimus legati, siue in posterum nobis etiam inscijs legandi, ea lege, vt ijs domibus soluantur, in quibus ipsimet legatarij pro tempore degent, omninò si fieri poterit; vendantur, & eorum pretium illius sit domus, in qua legatarius professionem emiserit: si qui verò vendi nequiuerint, eidemmet domui, in qua legatarius professionem emisit annuatim soluantur, non obstante quacumque testatorum dispositione.*

Ex quibus constitutionibus apparet omnimodam incapacitatem Religiosorum circà hæc annua legata petenda; immò antiquitus Religio Theatinorum non petebat: quia non erat ære alieno

grauata; nunc petit, quia ſatisfacere cum debeat creditoribus vtitur iure ſuo quo non eſt incapax, vt benè Peregr. *vbi ſuprà fol.* 180. *in litt. S, in fine, & alibi*, Franc. *dec.* 14. Reg. de Aponte *in conſ.* 169. *tom.* 2. ſicut in ſimili Domus Profeſſæ Societatis Ieſu non ſunt incapaces acquirere annuos redditus, & ſtabilia, ſed tantùm illa poſt acquiſitionem poſſidere tàm in communi, quàm in particulari, vt dixit Rota *in Romana legati* 2. *Aprilis* 1618. *coram* Vbaldo, & ſic capiunt ad finem vendendi, & ex eorum pretijs proprijs neceſſitatibus prouidendi, vt de Ieſuitis Domus Profeſſæ dicit Pater Nigron. *in Regulis Societatis Ieſu par.* 3. *ſub. num.* 7. *pag.* 76. Gabriel *conſ.* 28. & Rota pluries dixit, vt videre eſt apud Buratt. *in dec.* 245. *tom.* 1. ſic Patres Theatini ſunt capaces vt vendant, & ſuis neceſſitatibus ſuccurrant, quod non eſt contra illam eximiam paupertatem, quam profitentur: quia habere non dicuntur, qui ſtatim reſtituunt: Marſ. *ſingul.* 177. Bimius *conſ.* 65. *nu.* 11. & vbi res paruo tempore remanet penes eum, cui datur, perindè eſt, ac ſi data non eſſet, *l. qui ſic ff. de ſolutionib. l. fin.* §. *fin. Cod. de bonis quæ liber.* & in puncto Phanutius *de lucro dotis gloſſ.* 8. *num.* 66. & ſic Conſtitutiones tam Theatinæ Religionis, quam Ieſuitarum, quoad Domos Profeſſas reſiſtere dicuntur retentioni, non autem acquiſitioni ad dictum effectum, vt bene Rota apud Buratt. *vbi ſupra &c.*

Si autem teſtator hic diſpoſuiſſet cum conditione, vt nihil haberet Monaſterium, hoc caſu, reiectis variis opinionibus, fuiſſet validum, Franc. *dec.* 718. quod intelligi deberet, vt Religioſus illud habeat ad nutum Prælati Molf. Homob. *& alij apud* Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *de dub. regul. reſol.* 34. & quidem illa verba ſi fuiſſent appoſita, vt nihil habeat Superior, intelliguntur, vt teneatur Regularis in vſus licitos, & bonos conuertere, & in retroceſſione, quæ fieret hæredi nulla requireretur licentia, vel iuris ſolemnitas: quia nihil acquiſitum eſt Monaſterio; ſed ſolum ſufficit denegatio licentiæ Superioris, quæ negatio facit, vt reſoluatur legatum, Dian. vbi ſupra Galgan. *part.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 57. ſicut quando Moniales ſubſidia ſua, data in vita alienare, vel retrocedere volunt, nullus requiritur aſſenſus; ex notatis per Molf. *tract.* 7. *cap.* 2. *de pœn. num.* 49. *& ſeq.* ſed in caſu noſtro nihil tale eſt: ergo ius fuit quæſitum Monaſterio, ſiue voluerit, ſiue non.

Suppoſito quod legatum hoc ſit conditionale, pergit Auctor manuſcripti ad probandum non poſſe per Monaſterium peti, dicens, quòd illa conditio, ſi voluerit, eſt actus perſonaliſſimus, qui ab ipſo tantùm Regulari legatario fieri debet, non ab alio, eum non repræſentante, niſi de eius mandato ſpeciali, ex *l. ſi ita expreſſum* 69. *ff. de condit. & demonſtr.*

22 Sed contra, quia vt ſuprà fundauimus, iura perſonaliſſima tranſeunt ad Monaſterium, vt in vſufructu; tum quia perſonaliſſima eſt executio teſtamenti, commiſſa Regulari, & tamen fieri non poteſt ſine licentia Prælati immediati Regularis, *c. fin. de teſt. in* 6. *Clem. vnic. eod. tit.* Canoniſtæ *in c. tua nobis de teſtam.* Silueſt. *in verb. teſtam. il* 2. Molin. *de Iuſt. diſp.* 247. Ceuall. *qu.* 88. *& quæſt.* 404. Rodriq. *quæſt.* 70. *art.* 1. Carp. *de executore teſtamentario, lib.* 1. *cap.* 5. ſicut perſonaliſſimum eſt arbitramentum conſenſu partium factum, & tamē Regularis non poteſt ſine licentia Superioris illud facere, vt in arbitrio facto per Patrem Theatinum: quod fuerit inualidum iudicatum per Sacr. Conſ. dicit Rouit. *in pragm. de arbitr. in rubric. in fine*; ergo, quæ iura perſonaliſſima ſunt illa, quæ non tranſeunt in Monaſterium, & quandonam dici poteſt quod Monachus non acquirit Monaſterio? ſicut poteſtatem reuocandi teſtamentum non poteſt ſibi Religioſus reſeruare, cum illa repugnet cum profeſſione religionis, Sanch. *in ſumm. l. b.* 7. *cap.* 11. *num.* 21. ſicut etiam facultas declarandi teſtamentum factum à regulari ante profeſſionem, poteſt exerceri ab eodem, ſed cum licentia Superioris, iuxtà communem opinionem Sanch. *d. cap.* 11. & aliorum apud Dian. *de dubijs Regularibus, reſol.* 75. & multa in ſimili ponit Dian. *ibi reſolut.* 65. *nouiſſimè* Chriſtoph. Suelues *conſ.* 3. *cent.* 3.

Probat ſecundò quod iſta declaratio voluntatis ſit facienda per Regularē, non verò per Monaſterium: quia eſt facti, & ab ipſo tantùm non ab alio fieri debet ſicuti declaratio faciēda per ſeruum, vel per filium non poteſt fieri per dominum, vel per Patrem, *l. ſi ita ſtipulatus fuerim* 76. *ff. de verb. oblig.*

Sed contra: quia nihil ad nos: peto ab Auctore, quod ſit facienda hæc declaratio circa hunc vſum, vel non? tollitne quin actio ad legatū non ſit quæſita Monaſterio? certè quòd non? ergo ſiue declaratio fiat, ſiue non fiat, non dependet legatum a declaratione: quia legatum eſt factum, & circa modum, an pro libris, an pro veſtiario, hoc dependet à voluntate Regularis, qui ex ſupradictis ad nutum Superioris, & ſua licentia declarare id debet, vt ſupra dixi, & in ſimili notat 23
Diana *vbi ſupra reſolut.* 65. poſſe Regularem inconſulto Prælato accipere aliquod munus à Patre, fratre, vel amico, animo non occultandi; ſed palam habendi illud, non ſuo; ſed Monaſterij nomine, cui acquirit quidquid acquirit; & ad hoc faciendum ſemper intercedit generalis licentia tacita Prælatorum: ſic in caſu noſtro ſubſtantia legati non poteſt dici facta Regulari, niſi dependenter à iuſſu, & Superioris licentia.

Probat tertiò loco: quia non eſt determinata, ac certa quantitas; ſed incerta, dummodo non excedat annuos ducatos 80. *coſi come ſarà da lui richieſto*, quare remiſit arbitrio Nepotis quantitatem petendam; ſed quando aliquod definiendum eſt arbitrio alterius, ille actus decrarandi eſt perſonaliſſimus, & nullo modo licet recedere ab eius perſona, *l. ſi coita* 76. *ff. pro ſocio* Gratian. *cap.* 444. *num.* 16. Ex quo dicit ipſe, quod facultas data alicui Religioſo diſtribuendi ſuo arbitratu in pauperes, aut opera pia, non tranſit in Monaſterium, vt poſt multos dicit Sanchez *in ſumm. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 21.

Sed contra, quia Teſtator non remiſit legatum, vel eius quantitatem in arbitrium Religioſi nepotis; ſed ſubſtantiam legati puram, & ſimpliciter ordinauit; poſtea in petitione legati modum adhibuit, ſcilicet vt non excederet ducatos octuaginta, & allegata *l. ſi coita*, cùm adductis per Gratian. Giurb. & alios, apud Caſtill. *lib.* 5. *controuerſiar. cap.* 183. *num.* 10. procedit quando alicui committitur electio, vel declaratio de aliquo faciendo, puta de nominandis puellis pro Monachatu; vel matrimonio contrahendo, quo caſu quærunt vtrùm ad hæredes tranſeat talis facultas; dicunt ſanè quod non: quia eſt facultas perſonalis, commiſſa ad hæredes non tranſitoria, circa declarationem actus, cui nullum ius ſibi, ſine commodum quæritur: ſed in caſu noſtro ſumus in legato, quæſito Monaſterio, vt fundauimus, purè, & ſimpliciter, ſolùm appoſito modo, circa

neceſſitates

necessitates declarandas, quæ quidem declaratio posset fieri per Monasterium; sicuti melius informatum de necessitatibus sui Regularis; vt in simili fundat idem Castill. *d. c.* 183. *num.* 4. & tandem legatum petit domus S. Pauli pro quantitate relicta ducatorum centum viginti tantum annuorum, non maiori, provt fuit factum, dummodo non excederet, &c. an verò plus, vel minus indiguerit, pro itineribus faciendis, pro aliis similibus, hoc in sui damnum cedit.

Sic respondetur ad quartam probationem, quod Monasterium petit semper ducatos centum-viginti pro vsu communi, sed Monachus tantum pro suo: quia Monasterium petendo ducatos 120. petit quod fuit à testatore relictum, & secundum quod solent taxari alimenta pro Regularibus in vnaquaque domo illarum, scilicet, vbi sunt reditus, & census pro sustentatione determinatarum personarum, vbi solent taxari ad certam summam, quia dictio illa, *dummodo*, importat modum regulariter, præsertim; quia fuit apposita dictio in executione, vt dicebamus.

Sic respondetur ad id, quod dicit Auctor, posse relinqui Religioso, cum pacto, vt Superior non se intromittat: quia vt *suprà* fundauimus, tale legatum licet possit fieri, tamen intelligitur ad nutum Superioris, sed in casu nostro nihil tale est; neque verum est quòd sit factum legatum cum pacto, vt Monasterij Superior non se intromittat; & dato quòd esset, vt dicebamus, ad nutum Superioris intelligitur.

24 Pro Coronide addo, quòd si testator instituat hæredem Antonium, siue legatum relinquat sub illo modo, & pacto, vt declarauerit Caius, si Caius non declaret, dispositio pura remanet, *l. si testamentum* 8. *C. de instit. & substit.* quia potest testator committere tertio suæ voluntatis declarationem, *l. Theopompus* 14. *ff. de dote prælegata*, quæ declaratio, vt fides habeatur facienti debet cum iuramento fieri, ex Bart. *in d. l. Theopomp. num.* 7. nouissimè Ioan. Christoph. Suelues 1. *tom. cons.* 100. Castill. *tom* 6. *cap.* 182. *per totum*. Aditio ad Molinam *de primogen. lib.* 2. *cap.* 4. Fusar. *qu.* 224. *& quæst.* 501. Salgad. *de supplicat. ad Sanctiss. part.* 2. *capite* 2. *num.* 50. Sic lego Monacho centum sub conditione si petierit, quia ius petendi acquiritur Monasterio, consequenter Monachus pro extraneo, ac proinde ipso non petente dispositio est pura; vltra quod in casu nostro non sumus in conditione, sed in modo, vt eleganter in simili casu fundat Suelues *cons.* 18. *cent.* 2.

Præsupposito primo capite, superest vt ad secundum veniamus, vtrum scilicèt, stante quod non petiit Regularis per plures annos, possit nunc
25 domus S. Pauli illud petere iam, quod est legatum pro alimentis, siue pro subsidio, in quo dubio

Respondeo affirmatiuè, quia legatum pro alimentis, siue subsidio, si non fuerit petitum per plures annos peti potest pro præterito, quando enim sunt alimenta iure actionis relicta, putà in testamento per aliquem; tunc etiam si fuerint præterita debentur, cum sint ex testamento, & sic iure actionis debeantur, Roland. à Valle *cons.* 55. *num.* 5. *volum.* 2. Simon de Petris *cons.* 138. *num.* 91. *& cons.* 142. *num.* 9. *& num.* 15. & in hoc alimentarius non tenetur præstare aliquas operas alimentanti, Ioan. de Anan. *cons.* 54. *num.* 2. Si verò alimenta non fuerint relicta in testamento, neque ex vi conuentionis promissa, vt sunt quæ Pater filio debet, vel vxori maritus, tunc petere non potest alimenta legatarius præterita, vt post Bart. *in l. de aliment. num.* 6. *Cod. de transact.* fundat omnes apud Trentacinq. *fol.* 139. *lib.* 1. sicut appellatio, quæ in causa alimentorum denegatur, admittitur quando sunt alimenta iure actionis debita, Cordub. de Lara *de aliment. in l. si quis à liberis*, §. *si vel parens, num.* 28. *ff. de liberis agnos.* Molf. *part.* 5. *de aliment. quæst.* 4. *num.* 18. *&* 19. Facchin. *lib.* 1. *controu. cap.* 77. Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 7. *num.* 26. Velasch. *de priuileg. pauper. part.* 1. *quæst.* 50. nouissimè Anton. Leoncill. *de priuilegijs pauperum, part.* 2. *priuileg.* 23. Ergo cum in casu nostro fuerit factum legatum Regulari pro alimentis, & consequenter Monasterio, si Monachus, vel Monasterium non petierit, pro præterito, debetur. Accedit, quia si qua esset ratio cur non deberetur, vel esset: quia in præteritum Regularis non declarauit, vel quia fuit solutum eidem Regulari; sed nullum ex his obstat, ergo. Probatur minor quoad primam partem, scilicet quòd etiamsi non declarauerit debeatur: quia legatum hoc fuit factum Monasterio simpliciter, & absolutè, & solùm quidam modus declatationis quoad petitionem fuit adiectus: at legata modalia, facta Ecclesiis, modo non adimpleto non reuocantur, sed in 26
totum debentur DD. *in cap. Verum, de condit. & demonstr.* Genuens. *in pract. q.* 372. Viuian. *lib.* 2. *de iure patron. cap.* 5. *num.* 51. Card. Mantic. *de tacit. conuentionibus, lib.* 13. *tit.* 44. *num.* 10. Velasch. *de priuileg. Pauper. & miserab. personar. quæst.* 8. *numero* 150. Ioan. Andr. de Georg. *allegat.* 31. Thorus *de pia causa priuileg.* 68. Portell. *in dubio. Regul. part.* 2. *casu* 3. Ripolla *variar. resol. cap.* 13. *à numero* 61. 6.

Neque posse præscribi tale legatum pro præterito: tum quia, vt fundat Doctissimus Præses Merlin *tom.* 1. *controuersiar. forens. controu.* 44. *à numero* 24. annua legata, quia conditionaliter debentur, quot sunt anni, tot sunt legata, & tot re- 27
quiruntur præscriptiones, *ad l. cum notissimi*, §. *in ijs, C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*, & sic tot præscriptiones requiruntur, quot sunt anni, in quibus debentur, si tamen sit factum legatum annuum Ecclesiæ, Ciuitati, vel Monasterio: quia tunc ad instar obligationum ex contractu legatum censetur purum, ideoque non plura, sed vnum, & perpetuum, *l. pen. ff. de annuis legatis*, & post Rodriq. fundat Præses Merlin. *vbi suprà*: Ex quo dignissimo præside, primo colligo, quod legatum hoc sit purum, non conditionale, quantumvis annuum, nec sunt plura legata, sed vnum, pro quo præscribendo 40. anni requiruntur, quod non est in casu nostro. Colligo secundò, quòd hoc legatum factum Ecclesiæ, Monasterio, Ciuitati, differt ab aliis factis personis priuatis.

Addo quòd etiam post factam præscriptionem, aduersus illam competeret Monasterio restitutio in integrum, pro solutione non facta in præteritum, ex capite ignorantiæ, quæ reuera contingit, quia ignorauit Monasterium legatum sibi factum, & posse opponi contra talem hæredem ex capite ignorantiæ restitutionem fundant DD. communiter, teste Fontanell. 1. *tom. clauf.* 4. *gloss.* 12. *à numero* 38. *&* 2. *tom. clauf.* 7. *gloss.* 3. *part.* 2. vbi pluries practicarum refert, sicuti & priuatis ex illa clausula generali, si quæ mihi iusta causa, &c. competit restitutio, sed non facile, sicut minoribus, & Ecclesiis, aliisque locis piis, etiam contra præscriptionem, & lapsum tempus, & in locis piis, propter frequentes illorum Superiorum mutationes, Fontan. *de clauf.* 7. *glos.* 3. *p.* 2. *num.* 10. Thes. *dec.* 134. Berlicch. 2. *tom. concl.* 10. qui ex multis recentioribus, dicit primo competere contra præ- 28
scriptionem

ſcriptionem triennalem etiam priuatis, ſecundò contra præſcriptionem longi temporis decem, & viginti annorum etiam competere dicit tertio contra longiſſimum tempus ſcilicet 30. vel 40. annorum currit præſcriptio; ſed competi reſtitutio: quod patet primo *ex l. & Attilicinus 35. ff. de ſeruit. ruſtic. prad.* vbi vti impedito ſeruitute currit quidem præſcriptio, ſed 15. reſtituitur, & ſecundo ad hoc facit tex. *in l. Pannonius auitus 86. ff. de acquir. hæred.* vbi contra abſentem currit præſcriptio, ſed poſtea reſtitutionem petit, tertiò facit text. *in l. 1. §. vltim. ff. ex quib. cauſ. maior.* vbi maiores ex quavis cauſa reſtituuntur: ergò ſi leges admittunt ad agendum pro præterito, qui fuit ignorans, cur non admittetur in præſenti Domus Sancti Pauli pro legato conſequendo in præteritum? cum non valenti agere non currat impedimentum, ſiue præſcriptio, *l. 1. §. vltim. C. de annali except.* Eo fortius quod Præpoſitus Sancti Pauli ignorabat ius ſibi competens, tum quia priuatio actionis, ſiue preſcriptiones ſunt introductæ in odium non agentis, Balb. *de præſcript. punct. 3. principali, p. 6. q. 4.* ſed ignorans non poteſt dici negligens, ergo Venerabilis domus Sancti Pauli nullum paſſa fuit præiudicium, poteritque tum in futurum, tum in præteritum durante vita Patris D. Andreæ Nepotis teſtatoris legatum conſequi.

Primo, & ſecundo capite ſuppoſito, ſupereſt vt tertio loco caput propoſitum explicem, ſcilicet quod ſuppoſito ex impoſſibili quòd primum legatum pro præterito non deberetur, & quod ſolum cogi poſſit à Superiore ad petendum in futurum Regularis, vel ſuppoſito per impoſſibile quod cogi non poſſit in futurum petere illud primum legatum, vtpotè dependens ab actu perſonaliſſimo ipſius Regularis: quod vt *ſuprà* probauimus, falſum eſt: ſed detur iam, an ſecundum legatum factum cum eadem qualitate, cenſeatur per Fratrem Patris N. nepotis teſtatoris, an verò hoc, tanquam ab illo primo diuerſum ſit præſtandum?

Ratio dubij oritur ex verbis legati, de quo in teſtamento Fratris P. D. Andreæ ibi, *Item laſcio ad R. D. Andrea Teatino mio fratello, annui docati 40. vita ſua durante tantum, oltre li annui docati ottenta, laſciatoli dalla bona memoria del Signore C. noſtro Zio nel ſuo vltimo teſtamento, con le medeſime conditioni, e del modo contenuto in detto teſtamento, le quali ſe habbiano per eſpreſſe*: ergo clarè patet, dicit Aduerſarius, quod hoc legatum ſecundum non debetur, niſi cum qualitate primi; ſed primum erat conditionale, ſi petierat: ergò ſuppoſito quod primum ſit conditionale, ſecundum ſic intelligitur; tum ob dictionem vltrà appoſitam: tum quia idem teſtator dixit, *con le medeſime conditioni, &c.*

Sed hac ratione dubitandi non obſtante, reſpondeo tale legatum eſſe purum, dato quod primum conditionale fuiſſet.

Probatur primo, quia conditio poſita in prima diſpoſitione, ſiue teſtamento, nullo pacto cenſetur
29 repetita in ſecundo Bart. *in l. Statius Florus in principio, ff. de iure fiſci*, Menochius *libro 4. præſumptione 176.* Galganet. *de conditionibus, part. 1. c. 1. quæſt. 14.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 16. num. 51.* Mantic. *de coniectur. lib. 12. tit. 1.* Simon de Petris *de interpretatione vltim. volunt. lib. 2. interpretat. 4. dubio 2. fol. 2. fol. 268.* Caſtill. *lib. 6. controuerſia, cap. 117. à num. 9.* qui enumerat *num. 28.* omnes dictiones, quæ importare poſſunt repetitionem conditionum, & in propoſito dicit quòd diuerſitas perſonarum, orationum, & diſpoſitionum facit vt non cenſeatur inducta repetitio conditionum; Ergo licèt prima diſpoſitio fuerit conditionalis, ſecunda tamen non erit talis ob ſeparationem tum temporum, tum perſonarum, tum orationum.

Quòd ſi dicat Aduerſarius nos eſſe in claris, quia dixit ſecundus teſtator, vna cum omnibus conditionibus, &c. primi teſtamenti.

Reſpondeo enim quod cum potuiſſet hic ſecundus teſtator conditionem appoſitam à primo teſtatore remouere (totum intelligas poſito per impoſſibile, quòd prima diſpoſitio fuiſſet conditionalis, quod vt *ſuprà* probauimus falſum eſt) voluit in ſecundo dicere ſe non remouere conditiones poſitas in primo, ſed velle vt permaneant: non per hoc tamen ſequitur, quod voluerit alias addere; tum quia conditio non præſumitur, *vt ſuprà*, tum quia verba habent effectum ſuum, ſcilicet negatiuum, non auferendi conditiones, & pacta appoſita in primo teſtamento, quod poterat mutari per ſecundum teſtatorem: tum quia in diſpoſitione ſecundi teſtamenti poſt factum ſecundum legatum ducatorum 40. dixit, vltra ducatos octuaginta per primum teſtatorem relicta; ſicque ſunt duo legata, vnum primi teſtatoris, vnum ſecundi, & poſt factum legatum, & commemorationem factam de primo legato facto à communi conſanguineo, ſubdit, cum eiſdem conditionibus, quaſi quod conditiones non in legato facto à ſecundo teſtatore; ſed in illo facto à primo, referantur, cum potuiſſent auferri, non fuerunt ſublatæ, ex *ſuprà* traditis: namque apparet quod ſi ſi conditio ſit appoſita in exequutione diſpoſitionis, non facit actum conditionalem, vt in caſu noſtro illa verba relatiua conditionis, non in legato facto à ſecundo teſtatore, ſed poſt ipſum factum, mentionem primi legati, fuit facta mentio relatiua ad primam conditionem, non verò diſpoſita, vt per ſe patet.

Opponere poſſet Aduerſarius quòd in ſecundo teſtamento fuit appoſita dictio illa (vltra) ſcilicet relinquo ducat. 40. vltra ducat. 85. relicta à primo teſtatore, quæ dictio, vltra, eſt incluſiua, vt *in l. ſi vltrà Cod. de fideicommiſſ.* & vt dicebat Peregr. *conſ. 77. num. 14. volum. 5.* talis dictio includit, repetit, & addit, Gened. *ſingul. 40.* Surdus *dec. 285. num. 9. vbi num. 12.* dicit quòd confirmat, quæ fuerant inutiliter data, & diſpoſita, Cardinalis Tuſch. *practic. concluſ. littera D, concluſ. 395.*

Reſpondeo enim, quod iſta dictio implicat legatum, ſcilicet ſe relinquere vltra ducat. 80. ſed 30
non modum in legato: tum quia implicat hæc dictio in materia fauorabili, ſed non in odioſa, Card. Tuſch. *litt. D, concl. 395. num. 7.* Gratian. *cap. 116. cum. 29.* Anell. de Amat. *conſil. 81. num. 29.* ſicut quando reſultaret abſonus intellectus ſi ipſa incluſiuè intelligeretur, in eo caſu excludit, gloſſa *in Clem. 1. de vſuris, in verb. facere*, vbi dicit, quod ſi ſtatuto caueatur quod nullus accipiat pro vſura vltrà duos denarios pro libra in menſe, ſtatutum non videtur permittere vſuram quoad duos denarios, cum ſit contra ius vſuram exercere, abſonuſque inde reſultet intellectus, ſi ea permitteretur, cum omni iure ſit prohibita, Barb. *de dictionibus, dict. 428.* ſed in caſu noſtro ſi implicaret conditionem, ſequeretur abſurdum, ergo. Probatur minor, quia implicaret conditionem quæ nulla eſt in primo teſtamento, vt ſupponimus *ſuprà* probatum,

batum ; tum quia implicaret conditionem in materia odiosa contra Ecclesiam, tum quia implicaret conditionem post factam secundam dispositionem, & mentionatam primam, posteà sequuta fuit talis dictio: tum quia implicaret conditionem, quæ à iure non præsumitur, ergò essent plura specialia simul, sicque contra legem implicaret: cum ergò absonus intellectus sequeretur, consequenter dicendum est non implicare ; sed potius excludere, vt in *l. cum vltra Cod. de non numerata pecunia, & in l. si vltra Cod. de fideiussoribus*, Barb. *dicta dictione* 428. *num.* 2.

Quare &c.

Hæc causa fuit inter partes concordata, agebatur enim inter personas quæ non curant litibus incumbere, vt sunt Patres Nobilissimi Theatini.

Iulius Caponus.

DISCEPTATIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti series, & testium depositio* num. 2. vsque ad num. 7.
7 *Matrimonium metu cadente in constantem virum factum nullum est : declaratio nil ponit in esse ; sed id quod est manifestat ibid.*
8 *Metus cadens in constantem virum est quando malum, quod infertur est magnum, vt amittendi libertatem, & simil.*
9 *Matrimonium an valeat si pater puella cogit iuuenem repertum cum illa in lecto ad contrahendum ?*
10 *Iudex an possit metum carceris inferre vt contrahatur Matrimonium ?*
11 *Excommunicantur cogentes ad matrimonia contrahenda.*
12 *Metus quomodo probatur, & si domestici & alij admittantur ?*
13 *Ad an nullandum actum, in specie probandus.*
14 *Et reddit nullum Matrimonium.*
15 *Matrimonium nulliter contractum, vt denuo validetur, an requiratur Paroci præsentia, vel sufficiat solus consensus ? tres referuntur opiniones*, num. 16. & 17.
18 *Coniugum habitatio sola non validat Matrimonium nullum ; sed requiritur consensus coram Paroco, & testibus explicitus.*
19 *Nisi impedimentum esset occultum.*
20 *Metus semper durare præsumitur, dum non conceditur plenaria libertas.*
21 *Matrimonium nulliter factum non ratificatur per copulam, litteras, & simil.*

ARGVMENTVM.

Matrimonium metu factum quando nullum sit ? & quomodo metus probari debeat, diciturque purgatus, & ratificatum Matrimonium ex subsecuta voluntate coniugum coram Paroco & testibus explorata, copula, & habitatione.

Nullitatis Matrimonij,
INTER
Vincentium Mendolla,
CVM
Laura Cardente.

FACTVM.

SVPPONITVR pro notitia facti quod in anno 1645. sub die 30. Augusti, Vincentius Mendolla comparuit in Curia Archiepiscopali Neapolitana, præsentando rescriptum Sanctæ Sedis Apostolicæ, ex quo constitit se exposuisse eidem Sanctæ Sedi, qualiter cum contraxisset Matrimonium cum Laura Cardente per vim, & metum, instabat illud declarari nullum, vt in processu *fol.* 1. vigore cuius rescripti, & comparitionis per eandem curiam fuit prouisio expedita cum inserta forma breuis sub die 4. Augusti 1649. & notificata Lauræ Cardenti personaliter *fol.* 50. fuit producta fides Matrimonij contracti de anno 1642. *fol.* 6. & producitur declaratio Lauræ, quæ cum fuisset intimata, declarauit se nihil velle scire de tali Matrimonio, eiusque nullitate propositæ à Vincentio *fol.* 7. cum Laura tanquam non comparente neque per se, neque per Procuratorem fuit in contumaciam processum *fol.* 12. & fuit datus terminus in causa *fol.* 13. & Fisco notificatus, & affixus ad valuas Ecclesiæ *fol.* 13. à tergo, data lista *fol.* 14. & facta citatione testium per Vincentium sub die 17. Nouembris 1649. *fol.* 31. factisque articulis per Vincentium *fol.* 32. & requisitoria ad videndum iuramenta testium, cum continuatione aliorum dierum decem *fol.* 31. à terg. 1

Fuit primo loco examinatus Vincentius *fol.* 15. die 8. Octobris 1645. qui deposuit se contraxisse Matrimonium cum Laura Cardente in Ecclesia Archiepiscopali Neapolitana ; sed per vim, & metum, causa metus fuit, quod eum anno iam præterito ad tale tempus depositionis moraretur in domo quondam Cæsaris Gesualdi, & à parte posteriori dictæ domus, staret domus Angeli, alias Lilli Mastrilli, in domo cuius stabat, vt famula dicta Laura, & amore capta dicta Laura, dixit, quod veniret in suam domum, & ipse deponens noctis tempore cum quadam scala ascendit in domum dicti Angeli, alias Lilli Mastrillo, vbi morabatur dicta Laura, & ingressus intus dictam domum statim audiuit dicere, *amazza, amazza*, & supra eundem fere triginta homines fuerunt, & vulnerati fuerunt grauiter, & postea iussu Consiliarij Mastrilli, carceratum miserunt in M. C. V. vbi per octo menses stetit carceratus, & ipsi de Mastrillo procurabant, vt moreretur ad finem contrahendi Matrimonium, etenim dicebant se velle, vt contraheret Matrimonium alias vel via iuris, vel facti occidere minabantur, idque dicebant se facere illi de Mastrillo, ob ho- 2

norem ſuæ domus ſeruandum, ob quod conſultus ab amicis, fuit inductus timoris gratia contrahere Matrimonium cum prædicta Laura, ad quod etiam fuit inductus, vt depoſuit, ne amplius in carceribus moraretur, ob quod fuit habilitatus ſub fideiuſſione, cum conditione faciendi dictum Matrimonium, quod dixit ſe feciſſe non corde; ſed ore tantùm, & poſt ipſum contractum duxit prædictam Lauram prætenſam coniugem in domum cuiuſdam ſui fratris Germani, quam non vt vxorem retinuit; ſed vt ſeruam, & nunquam cognouit carnaliter per ſpatium 40. dierum, ob quod dicta Laura poſt tales dies aufugit ob timorem ne occideretur, & nunquam voluit amplius ad domum ſuam redire.

3 Pro parte curiæ fit decretum, vt caperetur depoſitio Lauræ exiſtentis Capuæ *fol.* 19. depoſuit Laura *fol.* 20. ſtetiſſe in domo Magnificæ Martiæ de Georgio in Sedili Nidi, & in domo prædicta locutus fuit Vincentius cum dicta Laura, cui ſignificauit ſe velle cum illa contrahere Matrimonium, cui replicauit Laura, vt negotium prædictum ageret cum ſuo Domino, ſicut peregit, & fuit celebratum dictum Matrimonium, immò Laura negauit fuiſſe Vincentium carceratum, & vulneratum, & poſt Matrimonium contractum dixit Laura, quod habitarunt ſimul per annum vnum, & pluries fuiſſe cognitam ab eodem.

4 Vincentius ex aduerſo fundat qualiter in anno 1642. fuit curatus in carceribus M. C. V. de vulnere in capite, & à diuerſis contuſionibus, & carnis lacerationibus in manibus *fol.* 25. & ducitur fides carcerarij M. C. V. *fol.* 26. & poſtea Vincentium ſponte ſe præſentaſſe in dictis carceribus M. C. V. pro dicta cauſa, & fides habilitationis à carceribus ſub die 10. Aprilis 1642. tanquam infirmus *fol.* 28.

5 Ad probandum expoſitum examinati fuere octo teſtes ſub die 4. Decembris 1649. *fol.* 34. & Primus Ferdinandus Manzus deponit Vincentium repertum fuiſſe adſcendiſſe per quandam feneſtram intus domum Lilli Maſtrilli ad cognoſcendam carnaliter Lauram de qua ſupra, & cum aſcendiſſet audiuit vociferationes plures eiuſdem Vincentij dicentis, vt non occiderent, & poſtea valde mane ſequenti notum fuit, quod Angelus, ſiue Lillus Maſtrillus vulneratus fuerat, & miſerat in carceribus, vbi ipſe deponens, cum ad carceres M. C. iuiſſet, vidit eum vulneratum, & de auditu Vincentij depoſuit, quod prædictus Angelus Maſtrillus volebat omninò, vt contraheret Matrimonium cum Laura prædicta, aliter morti minabatur tradendum, & caſu, quo per viam iuris non moreretur, minabatur eum occiſurum, ſi non contrahebat Matrimonium prædictum, & in carceribus ſtetit per annum, & poſtea habilitatus fuit ſub cautione, vt contraheret Matrimonium cum prædicta Laura, ſicut eam deſponſauit, & depoſuit de viſu, quod male tractabat eam, & non viuebant ſimul, & tenebant eam in domo propria in porta Burgi Plagæ, vbi per 40. dies ſteterat & poſt modum prædicta Laura aufugit intus Hoſpitale Incurabilium. De auditu omnium prædictorum idem depoſuit D. Petrus Manzus *fol.* 35. à tergo, & de auditu Leonardus Biancus *fol.* 39. & Ioannes Bottinus *fol.* 42. de auditu Vincentij, eiuſque vocis clamantis Miſericordia, &c. & quod non erat in culpa deponit victoria Pizza *fol.* 44. & quod viderat inter ſeſe Vincentium, & Lauram reſpicere, & amatorios actus facere, & de auditu deponit de carceratione, & aliis, de quibus ſupra, & deponit hæc eadem de auditu, quod ipſi contenti erant Matrimonium contrahere, ſed Vincentius ob metum carceris ſibi minati. Clericus Carolus de Ambroſio *fol.* 46. fuit præſens tempore Matrimonij contracti, & dicit, fuiſſe pacificè contractum, & deponit de viſu, & de rumore audito in domo Angeli, ſiue Lili Maſtrilli, & quod fuit inuentus in domo Angeli, ſiue Lilli Maſtrilli, & quod fuit inuentus in domo Lauræ Cardentis intus domum, ſiue Palatium eiuſdem Lilli, & poſt carcerationem accepit in vxorem Lauram prædictam, & ſi non feciſſet Matrimonium prædictum, fuiſſet ſanè occiſus, quod totum deponit de auditu Franciſcus Angriſanus *fol.* 47.

Ad confirmationem omnium producitur fides 6
Scribæ M. C. V. qui aſſerit, quod anno 1641. noctis tempore fuit vocatus ab Angelo; alias Lillo Maſtrillo, & ad domum profectus eiuſdem Lilli, inuenit Vincentium Mendollam ligatum, & vulneratum grauiter, & poſteà idem ſcriba duxit Vincentium in carceribus M. C. V. & poſtea fuit concluſum Matrimonium cum eadem Laura; & quod Vincentius fuit habilitatus, & poſtea gratiam obtinuit ex Matrimonio contracto *fol.* 51.

Fuit facta publicatio, & concluſum vt melius ex proceſſu, in quo ſunt examinati teſtes, & legalitas eorundem probata.

Propoſita facti ſerie ſunt in hac cauſa tria principaliter videnda ſcilicet. Primum, an Matrimonium, de quo in præſenti, ſit factum ex metu ſufficiente ad illud inualidandum. Secundò, an hoc ſufficienter probetur ex teſtibus. Tertiò, an metus prædictus fuerit ſufficienter purgatus, & an Matrimonium nulliter ex metu contractum, vel alio impedimento occulto, aut publico, ſit ratificandum coram Parœco, & teſtibus.

Circa primum Matrimonium debet eſſe libe- 7
rum, adeo quod conſenſus coactus impediat faciendum, & dirimat factum, *cap. cum locum, cap. veniens, il 2. cap. requiſiuit, de ſponſalib. cap. Gemma eodem, titulo de communi*, Sanchez *lib. 4. diſp. 14.* Paſchalis *de patria poteſtate, p. 3. c. 2.* Bonacina *de matrimonio, q. 3. p. 8. propoſ. 1.* Farinacius *in verbo metus, in fragmentis*, Baſilius Pontius *de Matrimonio, lib. 4. c. 4.* Perez *de Matrimonio, diſp. 17. ſect. 15. & diſp. 34.* Tancredus *de Matrimonio, lib. 4. per totum*, Auerſa *de Matrimonio, diſp. 12.* Boſſius *de Matrimonio, cap. 12.* Sperellus *in deciſ. 6.* Auendanus *de metu lib. 2. cap. 19.* Auguſtinus Barboſa *in cap. conſultationibus, de ſponſalibus*, Pilaia *in dec. Canon. tom. 1. lib. 2. dec. 2. num. 65.* Chriſtineus *in deciſ. Belgica 235. vol. 1.* Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis, *tom. 2. ſuorum operum, in regulis moralibus fol. 38.* Marta *voto 64.* cuius ratio eſt: quia quod metus cauſa geſtum eſt, nullo tempore prætor ratum habebit, *l. 1. ff. de eo, quod metus cauſa*, eo quod nuptiæ coactæ malos exitus habere ſolent, *dicto cap. cum locum*, ne per timorem dicat ſibi placere, quod odit, & ne ſequatur exitus, qui de inuitis nuptiis prouenire ſolet, Farinacius *deciſ. 69. num. 16. part. 4.* dummodo metus cadat in virum conſtantem, *l. metum, la 2. ff. quod metus cauſa*, Genedus *collectanda 93.* Pilaia citatus, Diana *tract. 5.* Miſcell. *reſol. 229.* Sannazarius *de Matrimonio capite 13.* ſed in caſu noſtro, Matrimonium, de quo agitur fuit contractum ob metum grauem, cadentem in virum conſtantem, ergo nullum eſt: merito petitur in præſenti declarari nullum, ſicut quod tale eſt petitur declarari tale, nam declaratio nihil ponit in eſſe; ſed id, quod eſt manifeſtat,

manifestat, *l. adeo 7. vers. cum enim ff. de acquir. rerum dominio, l. hæredes palam, §. si quid post, ff. de testamentis*, latè Castillus *tom. 3. cap. 10.* & remissiue *tom. 5. cap. 89. num. 172.* sicut enim, quod est tale potest declarari tale, sic quod est nullum potest declarari nullum, sed in casu nostro Matrimonium est nullum, poterit ergo declarari tale.

8 Minor propositio probabitur, si sufficienter probetur, quod Matrimonium de quo in præsenti sit contractum ex metu graui, seu cadente in constantem virum, quod probatur, quia ad metum grauem cadentem in constantem virum requiritur, vt malum sit absolutè, & in se magnum, *l. metum, ff. quod metus causa*, & vt timens probabilitet timeat sibi malum imminere, & quod non possit aliter euadere, graue est metus mortis, corporis cruciatus, amittendi libertatem, seu metus seruitutis incurrendæ, amissionis status, vel honoris, vel carcerationis, vel amissionis patrimonij, siue maioris partis bonorum, vt post omnes Angelus Bossius *in suo eleganti tractatu de Matrimonio, cap. 12. §. 5. numero 38.* Ventriglia Vicarius Capuanus *annotatione 4. §. 1.* & dixerat Rota apud Farinacium *decis. 42. numero 7. lib. 1. inter consilia criminalia* Farinacij *decis. 242. numero 2. & 260. numero 7. lib. 2. & 1128. & decis. 771.* apud Seraphinum; ergò cum in casu nostro fuerit metus carceris, & actualis carceratio, contusiones, vulnera, & alia de quibus in facto, liquidò constat esse nullum Matrimonium, præter quam, quod aderat timor mortis Vincentio minatæ, si non contraxisset Matrimonium.

9 Probatur secundo, ex dicto *cap. veniens, il 2. de sponsalibus*, vbi non valet Matrimonium contractum, ad quod pater puellæ cogit Iuuenem repertum cum filia in eodem lecto, quia iniustè cogit volens eum interficere, quod iniustum erat, non enim pater potest auctoritate propria iustè cogere ad Matrimonium: quia id Iudicis officium est, vt bene Reginaldus *lib. 31. num. 79.* sed valuisset ibi Matrimonium, si pater non venisset animo cogendi illum ad Matrimonium, sed animo interficiendi ob eam culpam, ille autem precibus impetrasset ab eodem patre, vt vitam sibi condonasset, sub conditione, quod filiam suam acciperet in vxorem; tunc enim metus non esset incussus, vt Matrimonium fieret; sed vt metus per Matrimonium tollatur, vt benè Barbosa *in d. cap. veniens, num. 4.* Basilius Pontius *de impedimentis Matrimonij, cap. 29. §. 12.* Sperellus *d. decis. 6.* Tancredus, Sanchez, & alij *suprà* citati; ergo si metus illatus à patre de morte inferenda si non contrahat cum filia inuenta in lecto cum fornicario, facit vt Matrimonium sit nullum, cum iniustè incutiat Matrimonium sub pœna mortis, quanto magis in casu nostro, vbi metus mortis, contusiones, & vulnera, ac carcerationes non à patre puellæ, neque ab aliquo consanguineo; sed ab aliis exteris, scilicet à Domino, vbi reperiebatur, vt famula Laura Cardente, fuerunt illata, erat ergo metus iniustè illatus, qui ipso iure Matrimonium inualidat in vtroque foro, glossa *in d. cap. cum locum*, vbi Abbas *n. 2.* & alij de sponsalibus, Couarruu. *part. 2. cap. 3. de sponsalibus*, Genuensis *cap. 87.* Riccius *collect. 355.* Barb. *in d. cap. cum locum*, Rota apud Burattum *decis. 205. num. 25. & decis. 58.* apud Farinacium *lib. 2. consiliorum criminal. & dec. 265.* apud eundem Farinacium *lib. 2. consil. criminal.* D D. omnes per illum *textum in cap. significauit, de eo. qui duxit in Matrimonium, quam polluit per adulterium.*

Addo, quod si Iudex metum causet carceris, 10
vel alterius qualitatis, vt contrahatur Matrimonium, non valet: quia est iniustus; nam potest Iudex illum, qui stuprauit aliam, vel promisit ducere, vt contrahat lege permittente, vt in stuprante patet, ex *cap. 1. de adulteris*, & de sponsato patet, ex *cap. 1. & toto titulo, de sponsalibus*, etsi Iudex iuridice faceret minando, & actum faciens legis facultate non dicitur inferre metum, ex glossa *in cap. cum dilectus, de his, quæ vi*, Sanchez *lib. 1. de Matrimonio, disp. 29. num. 4.* Ventriglia *annotatione 4. §. 2. num. 8.* tamen D D. dicunt quod si judex præcisè cogat stupratorem ad contrahendum cum Virgine à se stuprata absque fide Matrimonij, si contrahit Matrimonium est nullum: quia contra iustitiam extorquet, cum de iure debeat Iudex cogere stupratorem ad ducendam, vel dotandam stupratam, Sanchez *loco citato, numero 7.* Ventriglia *numero 8.* & alij apud Tancredum, *vbi suprà*; ergò cum in casu nostro sit causatus metus mortis, & actualis carceratio ab illis, de quibus in facto, vulnera ad finem contrahendi, detentio in carceribus, exarceratio cum habilitatione, & similia. Sufficienter Matrimonij nullitas eluescit.

Hinc Sacrum Trident. Concilium *sess. 24. de* 11
reformatione Matrimonij, cap. 9. imposuit pœnam excommunicationis contra cogentes ad faciendum Matrimonium, quæ excommunicatio secundum quosdam ligat tantum Dominos iurisdictionem habentes, quos sequitur Bonacina *de excommunicationibus extra bullam cœnæ, disp. 2. quæst. 2. part. 6. num. 50.* Sed alij putant esse hanc excommunicationem Vniuersalem, & ligare omnes, Suarez *de censuris disp. 23. sect. 7. num 6.* Filliuccius *tract. 14. cap. 6. quæst. 4. num. 86.* non tamen incurrunt excommunicationem prædictam, illi, qui impediunt Matrimonium contrahi: quia non est sermo de prohibentibus, sed de cogentibus tantum, vt post Henriquez, Nauarrum, Molinam, Basilium, Pontium, Bonacinam, & alios, dicit Barbosa *in collect. ad Tridentinum d. sess. 24. de reformation. cap. 9.* Thesaurus *in praxi Ecclesiastica lit. M, c. 7.* Diana *tract. 2. tom. 1. resol. 74.*

Circa secundum caput, an metus prædictus 12
sufficienter probetur ex testibus. Resp. affirmatiuè; quia cum metus sit difficilis probationis, Baldaxar Mongollon *de metu, ca. 10. §. 3. n. 10.* Auendanus *de metu, lib. 1. cap 9. nu. 3.* Menochius *casu 116. num. 17.* tam ex parte illum patientis, cum in eius animo sit reconditus, *l. 1. ff. de eo, quod metus causa*, Ancharanus *cons. 289.* quam ex parte inferentis cum secreto, & clam inferatur, Gaillus *obseru. 93. num. 19. lib. 2.* Gregorius XV. *decis. 326. num. 2. & 3.* potest probari per coniecturas, & indicia, glossa, & cæteri D D. *in l. metum, C. hoc titulo, cap. cum dilectus, vbi glossa in verbo metum, de his quæ vi metusve causa fiunt, d. c. consultationi, in verb. constanti, de sponsalibus*, Mascardus *concl. 1055.* Mongollon *de metu d. c. 10. §. 3. à. nu. 12.* Monterius *decis. 32. num. 38.* Surdus *dec. 194. num. 23.* Fontanella *clausula 7. glos. 2. part. 5. num. 39.* Gutierez *cons. 16. nu. 4.* quæ autem sint tales coniecturæ arbitrio Iudicis remittitur, Menochius *casu 136.* Thesaur. *lib. 1. forens. quæst. 51.* Farinacius *decis. 643.* & testes singulares metum probant Ludouisius *d. decis. 326. num. 47. & 48.* Grammaticus *decis. 3. num. 15.* Crotus *cons. 106. in 2. dubio* Surdus *cons. 395. num. 26.* immò

ſufficienter probatur per vnum teſtem de viſu, & plures de auditu, licet non dicant à quo audierunt, Maſcardus *d. concl.* 1056. *num.* 5. & 6. & teſtes inhabiles in hac materia iuuantur aliiis teſtibus, Seſſe *deciſ. Aragoniæ* 60. *num.* 7. *part.* 1. Farinacius *deciſ.* 702. *num.* 6. Fontanella, *vbi ſupra num.* 82. Auendanus *lib.* 1. *cap.* 9. *à num.* 9. & quod magis eſt, teſtes inhabiles, qui alias non admitterentur ad probandum metum, *cap. fin. de teſtibus cogendis*, & notant *gloſſa cum D D. in verb. Auctores de teſtibus in* 6. Aponte *conſ.* 44. licet enim ex *cap.* 1. *de conſanguinitate & affinit.* habeatur, teſtes contra Matrimonium debere eſſe omni exceptione maiores, tamen vt benè Regens de Aponte *vbi ſupra num.* 2. & 3. non procedit textus ille, quando ſumus in probando factum, ad quod alij teſtes haberi non poſſunt, vt eſt in metu, & tanto magis, quod dicti teſtes non deponunt de Matrimonio; ſed de qualitate extrinſeca metus intercedente in Matrimonio, ſicque domeſtici admittuntur ad metum probandum, Farinacius *de teſtibus quæſt.* 55. *num.* 50. & *deciſ.* 247. & etiam teſtes ſingulares, Grammaticus *deciſ.* 5. *num.* 14. Gabriël *de teſtibus concl.* 2. *num.* 56. Farinaceus *de teſtibus quæſt.* 65. *num.* 275. & *ſequenti*, & *deciſ.* 242. *num.* 33. & Boerius *deciſ.* 101. *num.* 9. dicit fuiſſe deciſum probari metum per vnicum teſtem deponentem de ipſo metu, & per plures alios deponentes de auditu, licet non depoſuerint à quo audierint.

13 Eſt tamen quæſtio an ad probandum metum, tàm quoad Matrimonium, quàm quoad alios contractus ſufficiat metum probare in genere, an verò probandus ſit in ſpecie reſpectu illius cõtractus, de quo agitur: duę ſunt opiniones, prima vult ſatis eſſe metum probari in genere, quam tenet Rebuffus *in Conſt. Regni tom.* 2. *tit. de reſcind. contract. art. vnico gloſſa* 22. *num.* 5. vbi dicit ſententiam Afflicti contrarium tenentis eſſe ſubtilem, & pulchram; ſed in Gallia non ſeruari, Theſaurus iunior *lib.* 1. *qu. forenſ. q.* 51. *n.* 7. Poſterior ſententia dicit metum in ſpecie eſſe probandum reſpectu Matrimonij, vel alterius actus, de quo contenditur, quam tenet Afflictus *deciſ.* 246. Maſtrillus *deciſ.* 140. *nu.* 17. Viuius *deciſ.* 507. *num.* 9. *part.* 3. & ideo cauendum eſt ab opinione Fontanellæ *tom.* 2. *de pactis nuptialibus tom.* 2. *clauſ.* 7. *part.* 5. *num.* 61. *cum ſequentibus*: quia contra eum ſtat opinio communis, & iudicia ſupremorum ſenatuum, vt bene Ioſeph Ramonius *conſ.* 96. *n.* 20. *cum ſequentibus*, & Petrus Franciſcus Ludutus *in quæſt. Canonic.* 1. *to. c.* 120. *n.* 25. Decian. *lib.* 1. *c.* 20. *n.* 32. Auẽdanus *lib.* 1 *c.* 9. *n.* 15. & probato iuſto metu nõ admittitur probatio contraria, Alexander *conſ.* 99. *n.* 8. *lib.* 3. Card. Tuſchus *lit. M, concl.* 224. *n.* 13. quomodo autem, & ex quibus probetur metus in Matrimonio, tradunt Farinacius *in fragmentis*, *in verb. metus*, *Rota deciſ.* 86. apud Burattum, & *deciſ.* 213. & 205. & 643. *part.* 1. *recentiorum*, Ludouiſius *deciſ.* 326. Giouagnonus *lib.* 1. *conſ.* 67.

14 Sed in caſu noſtro probatur metus prædictus ad finem contrahendi Matrimonium, tum ex carceratione per octo menſes continuos, à quibus carceribus nunquam fuit dimiſſus, niſi promiſiſſet contrahere Matrimonium ad quod faciendum fuit habilitatus ſub fideiuſſione; tum ex contuſione, & vulneribus cauſatis in ſua perſona, quod probatur ex fide Barbitonſoris, & fide carcerarij de carceratione, & ex veriſimilitudine, quæ eſt optima coniectura negotij; nam ſequuto Matrimonio fuit ſecuta liberatio plena eiuſdem, quæ optima coniectura eſt, quod ob hanc cauſam omnia illa fiebant, ſufficere vero metum ſic probari docent ſupracitati D D. & metus ſic probatus diceretur in ſpecie Mongollon. *cap.* 10. *de metu*, & optima probatio eſt, quod teſtes de viſu deponunt *fol.* 34. & 35. quod non tractabat Lauram vti conjugem, & affectu maritali, quod fundat ſufficiens argumentum per vim contraxiſſe, & fuga Lauræ poſt aliquot dies, & dictum Lauræ, quod non viuebant ſimul, ergo ſufficienter fuit probatum Matrimonium prædictum fuiſſe contractum per vim, & metum à teſtibus omni exceptione maioribus, vt in probanda teſtium qualitate fuit plenè probatũ.

Supereſt, vt tertium aggrediar caput an talis 15
metus ſit ſufficienter purgatus ex cohabitatione ſimul, etiam quod eſſet copula, in quo aſſumo quæſtionem illam diſputandam, an ſcilicet ad validitatem Matrimonij nulliter contracti ex defectu conſenſus, quia metus cauſa fuit celebratum requiratur præſentia Parœci, & teſtium, an ſufficiat ſolus conſenſus coniugum, ratificans Matrimonium prædictum.

In qua quæſtione ſunt tres opiniones. Prima 16
eſt ſolo conſenſu coniugum conualidari, ita Rebellius *lib.* 2. *de oblig. iuſtit. part.* 2. *art.* 8. Sanchez *de Matrimonio lib.* 2. *diſp.* 37. Coninchus *de Matrimonio diſp.* 24. *dubio* 10. Reginaldus *lib.* 31. *n.* 183. Bonacina *de Matrimonio, q.* 2. *par.* 9. *n.* 10. Diana *part.* 1. *tr.* 15. *reſol.* 5. Tancredus *de Matrimonio, lib.* 2. *diſp.* 37. & *lib.* 2. *diſp.* 32. mouetur hæc ſententia ratione: quia ſatisfactum videtur Tridentini decreto, cum ſemel celebratus fuit contractus Matrimonij cum ſollemnitate requiſita coram Parœco, & teſtibus, quo ſatis conſtat de tali contractu coram facie Eccleſiæ; ergò ſi ſit nullum, vel ob impedimentum dirimens, vel ob defectum conſenſus interni, ſatis eſt iterum ſublato impedimento renouari conſenſum, non repetita amplius tali ſollemnitate.

Secunda opinio diſtinguit, quod ſi impedimen- 17
tum erat fortè notum Parœco, aut alicui ex teſtibus extra confeſſionem, ſiue per quoſcumque alios duos teſtes, poſſit probari in iudicio, quamuis de reliquo ſit cæteris occultum, tunc non poteſt validari ſine Parœco, & teſtibus; ſed ſi occultum fuiſſet tale impedimentum, ita vt nulli ex eis, qui interuenerunt pro ſollemnitate contractus, erat notum, nec aliis, per quos probari poſſit in iudicio; iam coram facie Eccleſiæ conſtaret de validitate contractus, quantum iudicari poteſt, ac debet in foro externo, & ita ſatisfactum eſt decreto Concilij, requirentis eam ſollemnitatem. Quare tale Matrimonium eſt occultè, & coram Deo, ſiue apud ipſos contrahentes nullum, & irritum ob impedimentum occultum, ſatis erit clam, & occultè in re ipſa, & inter eoſdem contrahentes, ſublato impedimento renalidari, ſic dicunt multi, quos ſequitur, Auerſa *de matrimonio, q.* 11. *in fine*, amiciſſimus meus, & doctiſſimus Pyrrhus Conradus, Canonicus Neapolitanæ Eccleſiæ meritiſſimus, *de diſpenſationibus, lib.* 7. *c.* 7. *n.* 78. & *ſequentibus*, quia quando Parœcus, & teſtes interfuerunt Matrimonio nulli ob impedimentum, & illud ſciebant, non poterit ceſſante impedimento renalidari; ſed iterum debent eſſe Parœcus, & teſtes; quia cum ipſis conſtet in foro Eccleſiæ Matrimonium eſſe nullum, non erunt teſtes valoris, ſed nullitatis Matrimonij, vnde ad hoc, vt Eccleſiæ conſtat valor Matrimonij, deberent iterum intereſſe ſublato impedimento. Quod ſecus eſt quando ignorabatur impedimentum, vt dicit Tancredus *tom.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 37. *num.* 4.

Tertia

17 Tertia opinio, & magis consona veritati, ac Sacræ Rotæ Romanæ stylo est, quod semper, siue impedimentum sit occultum, siue publicum sit repetenda forma Concilij de Parœco, & testibus, nisi tamen fuerit à Summo Pontifice dispensatum, vt secretè contrahatur, ita Didac. Spino *in spec. testamentorum, gl.* 15. *n.* 62. Matthiensis, Perez, & alij *apud Guttierrez canonicarum quæstionum lib.* 1. *c.* 10. *& de matrimonio, c.* 47. *num.* 50. *& de iuramento. p.* 1. *c.* 51. Sannazarius *de matrimonio, c.* 3. *art.* 4. *n.* 107. Bossius *de matrimonio, c.* 2. *num.* 8. latissimè Basilius Pontius *lib.* 5. *c.* 6. Ledesm. *de matr. dub.* 17. Commitolus *quæstionum moralium, quæstione* 120.

18 Probatur, tum quia pro forma requiritur Parœcus cum testibus: ergo, tum quia actus ratificatus redditur validus, vt ex nunc, non vt ex tunc; ergò omnes solemnitates requisitæ in actu principali adhibendæ sunt in ratificatione, cum ratificatio illa dicatur nouus actus, ergo debet interuenire in ratificatione Parœcus, & testium præsentia per Concilium requisita, ac si antea nullum matrimonium processisset, tum quia hæc fuit mens Sacræ Congregationis, interpretum Concilij, vt testatur Seraphinus *dec.* 900. quam bene ponderat Basilius Pontius *lib.* 5. *de consensu clandestino, c.* 6. & Guttierrez *cap.* 6. *num.* 32. & est nobilis *decisio Rotæ apud Ludouisium* 395. vbi tamen vocat impedimentum publicum, non occultum illud, quod per testes probari potest, quia hoc casu etiam Sanchez, & DD. pro secunda opinione dicūt, quod existente impedimento metus notorio, non sufficit consensus sine Parœco, & testibus: ergo sola coniugum habitatio per duos, vel tres annos si fuisset non conualidat matrimonium, quod habuit initium meticulosum, quia cum tale matrimonium ab initio sit nullum, ex defectu consensus, qui est de forma, & substantia matrimonij, siue consideretur tanquam contractus, siue tanquam Sacramentum, vt ex pluribus probat Rota *dec.* 124. *p.* 7. recentiorum, sequitur quod consensu propter metum deficiente matrimonium consensu carens, non potest reddi validū, nisi nouus, isq; non tacitus, sed expressus signis, aut verbis, animum declarantib. significatus accedat consensus, & sic solam cohabitationem non sufficere, talemque consensum simultaneum, vtroque coniuge interueniente requiri, vt bene Marcus Paulus de Leone *in prax. pœnitentiariæ Romanæ, fol.* 251. quicquid in contrarium dicat, Sanchez *lib.* 2. *disp.* 37. *num.* 12. cuius sententiam pluribus fundamentis impugnat Basilius *lib.* 4. *de matrimonio, c.* 24. vbi ait, fuisse hoc determinatum iudicio Ecclesiæ per felicis recordationis Clementis VIII. & eidem fusè comprobat Gutierrez *d. c.* 76. *de matrimonio, num.* 32. sequitur Petr. Franciscus Tondutus Salingerius 1. *tom. in quæstionib. canonicis, c.* 120. *n.* 25. *&* 29.

19 Quia tamen Gutierrez solet adduci pro secunda opinione placuit inserere verba ipsius, *c.* 47. *de matrimonio, num.* 10. *fol.* 139. *colum.* 2. *in princip.* ibi, *Ergo nostra sententia contra ipsum scilicet Sanchez, & nempe in reualidando consensu matrimonij præcedentis nulli ob occultum impedimentum, quod non sufficiat copula affectu coniugali habita, nec etiam nouus consensus, absque Parœco, & testibus, post Concilium*: intelligitur ergo veritas nostræ sententiæ, & Sacræ Rotæ Romanæ, quod siue impedimentum sit occultum, siue probari possit, necesse est; vt consensus reuocetur coram Parœco, & testibus, vt ex illa Seraphini 900. & ex illa *Farinc.* 165. post *secundum volumen consiliorum Farinacij*, fundat Pontius insignis Theologus, *& canonista, lib.* 5. *cap.* 6. *fol.* 215. à qua sententia non esse recedendum dicit communis, cum Salingerio, nam Rota expresse Sanchez in hac opinione probat, vt ibi: *Quod vlterius patet, quia quando nolunt reiterare solemnitatem Parœci, & testium solet impetrari dispensatio, vt liceat taliter contrahere, ergo absque speciali licentia Papæ id fieri non potest, quod etiam priuilegium dispensandi conceditur in Bulla Cruciatæ*, & affert Comitolus responsum quoddam Clementis VIII. ad casum quendam in quo mulier contraxerat ficto consensu, ex litteris Patris Stephani Tucci Rectoris sacræ Pœnitentiariæ in hæc verba, *Pontifex respondet esse necessarium vtriusque coniugis consensum coram Parœco, & testibus, admonito prius marito de matrimonij nullitate; sed ad euitandum scandalum sanctitas sua dispensat, vt secreto inter se contrahant renouato consensu*, ex qua responsione colligit *Comitolus* non esse amplius disputandum de hoc, & addo ego, quod ibi impedimentum erat occultum, nam si fuisset publicum non posset oriri scandalum stante publicitate impedimenti adducitur per Pontium *decisio illa* 165. *Farinacij*, & illa *Seraphini* 900. vbi consueuit (dicit Rota) Summus Pontifex ex stylo Romanæ Pœnitentiariæ ob impedimentum occultum nulliter matrimonio contracto dispensare, vt possint de nouo contrahere non repetitis solemnitatibus; diceretur verò occultus metus quando nullo pacto esse probatus, Auersa *vbi sup.*

Ex quo apparet, quod cum hoc matrimonium 20
habuerit initium meticulosum, nunquam purgatum censetur durante vita illorum, qui metui causam dederunt, Ludouisius *dec.* 392. *num.* 5. *& per totam*, etiamsi tales actus præ se ferant lætum, & iucundum animum: immò, & illis magis confirmari metus probationem existimat Theodosius Rubeus *in singularibus ad decisiones Ludouisij, fol.* 19. idem tenuit Rota *dec.* 315. *num.* 9. *p.* 5. *recentiorum* addentes *ad Burattum decis.* 205. *litt. C*, Rota *decis.* 179. *num.* 4. *p.* 4. *recentiorum, & dec.* 172. *n.* 43. *p.* 7. *recentiorum*, Tondutus *d. c.* 120. *num.* 27. dixit enim Rota, quod metus durare præsumitur, dum non conceditur plena libertas, vt de puella coacta, sed retenta postea sub Custodia, Seraphinus *decis.* 863. *&* 771. sed in casu nostro Vincentius fuit carceratus, deinde habilitatus ad finem contrahendi, durabant personæ, & potentes erant tum ad reum carcerandum, nam Mastrillus erat caput Aulæ M.C.V. criminalis, & alij qui metum intulerunt, erant in eodem statu, ergo concludo cum notatis per Bossium *cap.* 12. *à num.* 410. cohabitatione mutua purgari metum in matrimonio, *c. ad id, de sponsalibus*, sed oportet, quod non duret causa metus, & aliæ solemnitates intercedant, de quibus *suprà*. Addo quod non ratificatur matrimonium nulliter contractum per copulam, vel cohabitationem, nisi ratificans sciat matrimonium prius contractum fuisse nullum, si enim ex errore, quo putabat matrimonium validum cohabitaret, non dicitur ratificatum, quia nihil magis contradicit consensu, quam error, *l. eius qui per errorem, ff. de iurisdict. omn. iudic.* latè Sanchez *lib.* 2. *de matrimonio, disp.* 32. Ventriglia *in praxi Ecclesiastica, annotatione* 4. §. 2. *num.* 17. nunquam enim dicitur purgatus metus, nisi ea persona, cui fuit illatus sit constituta in plena libertate, Seraphinus *decis.* 887. & probato semel metu, omnia deinde, quæ possunt tribui liberæ voluntati, censentur facta per metum, non autem sponte, & voluntariè, quoties duret eadem causa metus, vnde nec per oscula, & litteras, quæ videntur plenæ causæ amoris dicitur purgatus metus, Riccius 21

collect. 122. vbi *in fine* dicit, quod ſemel probato metu omnes actus ſubſequentes cenſentur meticuloſi, idem Riccius *part.* 2. *dec.* 15. etiamſi actus videantur importare liberam voluntatem, & lætum, iucundumque animum, Farinac. *in dec.* 262. *n.* 3. vbi dicit ſic fuiſſe deciſum, in vna *Toletana* 17. *Martij* 1589. & verum eſt, quodcumque interuallum temporis intercedat.

Quare, &c.

Iulius Caponus.

DISCEPTATIO XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Factum proponitur ab origine.*
2 *Illuſt. Epiſcopi petitio.*
3 *Commiſſariorum Apoſtolicorum decretum qualiter proceſſerit.*
4 *Probationes factæ per Illuſtriſſimum Epiſcopum.*
5 *Territorij qualitates enunciantur.*
6 *Commiſſarij qui fuerint, & quis procurator ad concedendum in emphyteuſim.*
7 *S.P. eſt Dominus bonorum cuiuſcunque Eccleſiæ, iure Monarchico.*
8 *Aſſenſus non adeſt, ſi contra eius formam fiat contractus.*
9 *Commiſſiones, ſi in euidentem, quibus fiant.*
10 *Commiſſarij ſi in euidentem, ſunt veri Iudices.*
11 *Commiſſarij ſi in euidentem quid facere debeant, ſi Papa committat, vt extraiudicialiter ſe informent.*
12 *Commiſſarij ſi in euidentem, an poſſint ſubdelegare.*
13 *Commiſſarij ſi in euidentem, an poſſint cognoſcere de ſubreptione Breuis.*
14 *Granafei conceſſio qualiter facta.*
15 *Procurator excedens mandati fines nulliter agit.*
16 *Eccleſiæ damnum ex conceſſione facta in præſenti, quale fuerit.*
17 *Eccleſiæ competit manutentio ob alienationem factam ſine aſſenſu.*
18 *Eccleſia non perdit poſſeſſionem ex alienatione nulliter facta.*
19 *Alienans bona Eccleſiæ nulliter, poterit reuocare.*
20 *Alienatio rei Eccleſiæ nulliter facta poterit reuocari à quolibet Clerico, etiam ſine mandato.*
21 *Alienans res Eccleſiæ nulliter poterit reuocari, etiamſi iuraſſet non contrauenire.*
22 *Iuramentum quo alienantur bona Eccleſiæ eſt periurium.*
23 *Alienatio bonorum Eccleſiæ non præſumitur vtilis Eccleſiæ in præſenti, etiam poſito aſſenſu, & quare.*
24 *Decretum irritans appoſitum in litteris Paulinæ denegat poſſeſſionem.*
25 *Dictio (alioquin) facit actum ipſo iure nullum.*
26 *Commiſſariorum confirmatio contra formam reſcripti, nullius eſt momenti, & an præſumatur lapſu temporis.*
27 *Proceſſus formatus pro alienatione bonorum Eccleſiæ non valet, non citata Eccleſia.*
28 *Signatura iuſtitiæ, poterit Commiſſarios ſubrogare.*
29 *Fructus à die alienationis veniunt re nulliter alienata Eccleſiæ.*
30 *Mala fides reſultat poſita reſiſtentia iuris.*
31 *Fructus debentur, quando contractus eſt ipſo iure nullus.*
32 *Poſſeſſor rei Eccleſiæ nulliter alienatæ an teneatur in foro conſcientiæ ad fructus perceptos.*
33 *Error iuris, an, & quando malam fidem inducat.*
34 *Error in iure qualiter ad fructus reſtituendos obliget.*
35 *Emens nulliter ab Eccleſia, vel à minore, an differat.*
36 *Error iuris, quando lex non aſſiſtit, nec reſiſtit, an eodem modo operetur.*
37 *Mala fides præſumitur ex actu facto contra ius commune, vel municipale.*
38 *Eccleſia an poſſit agere contra bona alienantis, pro mala adminiſtratione.*
39 *Prælatus ſucceſſor, quando, & qualiter agere poſſit, contra bona anteceſſoris alienantis, vel contra poſſeſſorem.*
40 *Retentio ob melioramenta, quando permittatur poſſeſſori rerum Eccleſia.*
41 *Aſſenſus Apoſtolicus an operetur recuperationem melioramentorum.*
42 *Melioramenta in re Eccleſiæ, quando dent retentionem.*
43 *Retentio ob meliorationem poteſt opponi etiam in executione ſententiæ.*
44 *Meliorationes probari debent, & qualiter vt detur retentio poſſeſſori.*
45 *Meliorationes quando impediant exequutionem ſententiæ, & præſtita cautione, &c.*
46 *Meliorationes, vt debeantur, non ſufficit probare aliquod eſſe impenſum, ſed requiritur, vt res ſit facta pretioſior.*
47 *Melioramenta qualiter, & ſecundum quam ſummam debeantur.*
48 *Emphyteuta an poſſit ſyluam extirpare, & ad vineam reducere.*
49 *Meliorationes debentur, ſi fuerint vtiles in perpetuum, non ſolum de præſenti.*
50 *Meliorationes in præſenti non ſunt probatæ.*

ARGVMENTVM.

Procurator habens facultatem concedendi bona Eccleſiaſtica in emphyteuſim, & cum aſſenſu Apoſtolico, & clauſulis ſi in euidentem, &c. non poteſt fines mandati excedere, & nulliter bona alia concedere, quæ reuocantur per conſtituentem, & poſſidens an habeat recentionem pro melioramentis liquidis expenditur?

PRO

Illuſtriſſimo Epiſcopo Nerot. & eius Menſa Epiſcopali.

CONTRA

CONTRA

Illustr. Ducem Acheruntiæ.

FACTVM.

1 IN Anno 1659. Procurator Illustr. Episcopi Nerotinensis supplicationem porrexit in S. C. nomine sui principalis (post litem cæptam in Regia Aud. Litij à suo prædecessore *fol.1.vsque ad* 10.) qua petit mandatum de manutenendo, & quatenus opus est de reintegrando in possessionem duorum fundorum, seu massariarum, vnus quorum vocabatur, *le case arse*, & alius, *lo Cugnagno*, positorum in territorio Ciuitatis Nerot. in loco dicto vulgariter, *le difese d'Arneo*, quos fundos, seu massarias, iniuste, cum reu. ac
2 nulliter, retinet ad præsens Illustrissimus Dux Acheruntiæ, March. Galatinæ, necenon petiit condemnari Illustrissimum Ducem ad restituendos fructus à die occupationis: Præsupponens in facto dictus Illustrissimus Episcopus, quod possidens Mensa Episcopalis talia territoria in an. 1639. scilicet vnum quod dicebatur, *le difese d'Arneo*, sub quo nomine plura erant territoria ad culturam redacta quædam, alia minimè, quæ solebant locari ad pasculum animaliū, pro ducatis quingētis & viginti annuis, vt ex attestationibus in processu, *fol.67.& 68.* cœpit tunc D. Episcopus, qui fuit postea Sanctis. S.P. Alexander VII. concedre territoria prædicta in perpetuam emphyteusim sub annuo Canone ducatorum sexcentorū, vni, vel pluribus, vnico tamen contextu, ob quod porrexit tunc S. Pontifici Vrbano VIII. supplicationem, pro assensu, qui concessum fuit in forma valida, cum solita clausula, si in euidentem, & vnico contextu, aliàs haberetur gratia, & inde sequuta pro nulla, vt ex clausula irritante in Breui contenta.

3 Cuius assensus, & Breuis vigore, Commissarij Apostolici, decretum fecerunt seruata forma petitionis, & assensus, sed Procurator Mensæ, non obseruatis prædictis conditionibus, assensus, & decreti, concessit prædicta duo prædia prædicto Illustr. Duci, cæteris remanentibus, sine cultura in posse dictæ Mensæ, ob quod, cum euidenter appareat, de nullitate contractus, pluribus ex capitibus Ill. dominus Episcopus hoc ptopposuit iudicium, *folio* 10. & causa commissa pro loco Regio Consiliario D. Erasmo de Ponte, & ab eodem expedita contra petita, eaq; intimata Ill. Duci Acheruntiæ, *fol.12. à tergo*, datus fuit terminus in causa, stantibus adimpletis, *fol.14.* & quia fuit de Commissario disputatum pro parte Ducis, qui præsupponebat procedendum esse coram domino Consiliario Antonio Capiblanco, vti Commissario vniuersali sui patrimonij, ad euitandas dilationes consensit, cuius vigore Spectabilis D. Præses S. C. iussit, quod stante consensu præstito, procedat Regius Consiliarius Capiblanc. *fol.17. à tergo*, à quo post multa fuit ordinatum, quod terminus aliàs datus currat, *fol.22.* & facta nominatione testium à Procuratore Ill. Episcopi, & electio examinatoris. *f.23. à tergo*, commissaque Audientia testium, *fol.24.* & expeditis litteris commissionalibus directis domino Auditori Raetano, à quo citati testes fuerunt, & pars ad videndum iuramenta testium, *folio* 27. *à tergo.*

4 Pro parte Illustrissimi Episcopi est probatum, quod ante, & post annum 1639. semper possedit, & nunc possidet Mensa prædicta Episcopalis, vt vera Domina, & Patrona territorium prædictum, vulgariter dictum (*le difese d'Arneo*) consistens in pluribus, & diuersis territoriis suæ Diœcesis, vt patet ex primo teste *super 1.folio 31.ex 2.super eodem folio 32.à tergo, & alijs, fol. sequentibus*, stat ergo in probatis Mensam Episcopalem Nerot. inter alia territoria possedisse, vsque ad annum 1639. territorium dictum vulgariter, *le case arse*, & aliud, *detto lo Cugnano*, fructus percipiendo, locando ad pasculanda animalium, &c. *1.testis super 2.fol.31. à tergo 2. super eodem, fol.32.* & quod postea eodem anno Prælatus prædecessor, egit de concedendo in emphyteusim perpetuam; totum territorium excepto rure Montis Retrani, cum reseruatione annui Canonis ducatorum sexcentorum, vni, vel pluribus, vnico contextu, & impetrauit assensum Apostolicum, iuxta exposita per ipsum, cum solitis conditionibus, si in euidentem, & vnico contextu, cum clausula irritante, vt ex Breui, *fol....* & commissa executione, fuit à Commissariis delegatis interpositum decretum seruata forma dicti assensus, postquam cognitionem Procurator concessit tantum duas terras prædictas dicto Ill. Duci pro annuis ducatis quadraginta, cum iure habendi decimas ex fructibus, provt confitetur ipsemet aduersarius in suis articulis *super 2.fol.43.* & reliquum territorij remansit penes eandem Mensam Episcopalem, *1.super 5.fol.31. à tergo, in fine, 2.super eodem, fol.33.5.super eodem, fol.37. à tergo*, & quod dictus Ill. Dux retineat nunc terras prædictas, deponunt testes, *1.super 6.fol.32. 2. super eodem, fol.33.* & alij, & ad ostendendam concessionem præfatam, non solum fuisse nullius vtilitatis, sed maxime damnosam, adducuntur fides locationum dicti territorij (ante concessionem factam Ill. Duci) de anno 1637. & 38. quibus apparet fuisse locatas pro ducatis 520. & post talem concessionem de anno 1647. pro ducatis ducentis: Compilato itaque processu, prætendit Prælatus manuteneri in possessione dicti territorij, & quatenus opus est reintegrari: stante nullitate concessionis, tum ex defectu voluntatis, tum ex defectu potestatis, ac ex defectu assensus.

Et quidem ex defectu voluntatis, quia cum Episcopalis Ecclesia Nerot. territorium prædictum possideret, consistens in decem ruribus, à quo percipiebat singulis annis ducatos 250. auri de Camera, & voluit tunc Episcopus, nunc Sanctissimus Pontifex Alexander VII. meliorare, sub sub annuo Canone, in eius exequutionem porrecto libello Vrbano VIII. obtinuit beneplacitum sub die 4. Maij 1639. in quo fuit dictum, licere concedere quibuscunque personis ad illud colendum, & ægrestas arbores inserere volentibus in emphyteusim perpetuam sub annuo Canone ducatorum sexcentorum similiter auri de Camera, in euidentem vtilitatem simul, & vnico contextu, & expeditum fuit Breue in forma Commissoria Episcopo, & Archipresbytero Gallipolitanis coniunctim, cum conditione, vt prius coram eis dicti territorij circumstantiæ vniuersæ specificari deberent, & quod alienatio fieret vnico contextu, vni, 6
vel pluribus, alioquin gratia inde sequuta nulla sit: & quia dictus Episcopus tunc erat absens sub die 15. Iunij 1639. constituit eius Procuratorem D. Ioannem Granafeum nunc Episcopum Alessani, ad dictam emphyteusim concedendam, vni, vel pluribus, seruatis conditionibus in dicto Breui Apostolico contentis, nec aliter, nec alio modo: ergo quia Procurator non ita se gessit,

sed

ſed aliter, apparet euidenter nulliter contractum celebratum ex defectu voluntatis, quia quando alienatio bonorum Eccleſiæ fit, non ſeruata forma in licentia præſcripta, deficit in effectu conſenſus veri domini, nempè Summi Pontificis, qui cum ſit dominus bonorum quarumcunque Eccleſiarum, habet plenariam illorum diſpoſitionem Iure Monarchico, quod apud eum reſidet in vniuerſum Eccleſiæ corpus, & ſingula eius membra, ex Baldo *conſil.175.libro 1.* Paulo de Caſtro *conſ.287. libro 1.* Ancharano *conſ.310.* & poſt alios, Lotterius *libro 2. de Beneficijs, quæſtione 22. numero 35.* & Sperellus *dec.154. num.41. & 42. tomo 2.* ideò apparet hanc eſſe differentiam inter alienationem bonorum minoris, & Eccleſiæ, quod in illa, ſi omittatur iudicis decretum, tunc deeſt ſolemnitas requiſita ad integrandam perſonam minoris, non tamen deficit conſenſus veri domini, qui eſt ipſe minor, at in alienatione rerum Eccleſiæ, deficiente Apoſtolico Beneplacito, deeſt conſenſus veri domini, in quo conſenſu ſtat veriſſima ſubſtantia quorumcunque contractuum, etiam attento iure naturali, vt poſt *Canoniſtas* diſcurrit Sperellus *vbi ſuprà*, Doctores apud Nouarium *in Summa Bullarum de alienatione bonor. Eccleſiæ, n.1. & 2.* vbi etiam agit quid facere debeant Commiſſarij. 7

Quod verò in præſenti licèt fuerit aſſenſus, tamen perinde haberi debet, ac ſi non fuiſſet, patet quia inutiliter factum, & non factum æquiparantur, & conſenſus conditionaliter præſtitus non impleta conditione, eſt non præſtitus, & poterit talis actus reuocari, ad notata per Epiſcopum Marantam *parte 3. reſponſ.7. & 8.* niſi Eccleſia aliter velit, quia tunc valebit, vt poſt alios Antonellus *tomo 1. capite 4.§.9. numero 24. de Regimine Eccleſiæ*, latiſſimè D. Thomas del Bene *tomo 2. cap.17. cum ſequentibus, à fol.389. de Imm. Eccleſiarum*, & notant Ioannes Andreas, Butreus, Cardinalis, Ancharanus, Imola, Abbas, Ioannes de Anania, Barbatia, Guido Papa, & Berous *in cap. nulli de rebus Eccleſiæ non alien.* latiſſimè Benedictus Conopilus *in repetit. extrauagantis ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alien. à numero 43. vſque ad numerum 88. volum.6. repetentium, fol.36.* Dauid Doringius *in Bibliotheca I.C. in verb. alienatio*, Vrſellius *in examine Apum, in verb. alienatio*, Card. Tuſch. *in littera A, in verb. alienatio*, Reiger *in verb. alienatio, in Theſauro Iuris*, Caſtr. Palaus, Bonacina, Fillucius, Sopronus, & alij, *de rebus Eccleſiæ non alienand.* & nouiſſimè D. Proſper Fognanus *tom.1. in tertiam partem decretalium in d.cap.nulli, de rebus Eccleſiæ non alienandis*: Ergo cum aſſenſus fuerit certo modo impetratus, ac conceſſus: vt pro tanto Canone, vnico contextu, &c. & ſic fuerit petitus, & ſic Commiſſarij decreuerint, & aliter ſe geſſerit Procurator eſt nulliter geſtum, quod factum eſt: caret ergo aſſenſu Illuſtr. Dux Acheruntiæ. 8

Cum enim Apoſtolicæ commiſſiones fiunt, ſemper perſonis Eccleſiaſticis, ac in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis diriguntur, *capite ſtatutum de reſcriptis in 6.* latè Bellonus *conſilio 8.* neque poſſunt exequutiones ſubdelegare perſonis non conſtitutis in dignitate, vel non habentibus qualitatem prædictam, *d.c.ſtatutum*, Rot. *d.58. de præb. in antiq.* latè Aufrer. *ad Capel. Tholoſ. d.12.* & præſertim tales commiſſarij, ſi in euidentè ſunt veri iudices, & mixti exequutores, vnde debèt citare partes ob clauſulam vocatis vocandis, Rota 9

d.32. de reſcrip. in nouis, imò dicunt DD. quod ſi Pap. mandaſſet, vt extraiudicialiter de euidenti vtilitate Eccleſiæ ſe informent, propter illa verba extraiudicialiter, non tollitur partis citatio, ità Bellamera *d.68. & d.677.* Creſcentius *d.12. de priuileg.* Ferrettus *conſ.87.* Riccius *part.1. in praxi reſol.89. de reb. Eccleſ. non alien.* ſcio alios dixiſſe, quod ſi S. P. mandet, quod extraiudicialiter cognoſcatur, tunc non requiratur citatio partis, nec vt teſtes examinentur, vt probabilius dicit Riccius *in praxi part. 1. reſol. 92.* & tales commiſſiones ſi in euidentem non poſſunt ſubdelegare Commiſſarij, quia licet Delegatus Papæ, vel Principis poſſit cauſas ſibi commiſſas, alteri ſubdelegare, communiter D D. *in cap. quoniam Apoſtolica de off. delegati, & in l. à iudice, Cod. de off. delegati, & l. à iudice, Cod. de iudice*, & Pilaia *in Inſtit. Canon. lib. 4. tit. de Iudicijs, num. 26.* tamen in cauſa Breuis ſi in euidentem non poſſunt ſubdelegare: quia cauſa eſt grauiſſima, & ſic nequeunt vices ſuas alteri demandare, *d. cap. quoniam §. is autem Menoch. libro 1. quæſtione 54. & 68. & de præſumpt. lib. 2. quæſt. 21.* Gratian. *d. 41. 157. num. 11.* & patet ex Breui, ibi, *diſcretioni, vel circumſpectioni tuæ committimus*, & ibi, *conſcientiam veſtram oneramus*, & ibi, *per vos, vel coram vobis*, late Ricc. *reſol.9. in praxi p. 1.* poſſunt etiam Commiſſarij cognoſcere de ſubreptione aſſenſus Apoſtolici, ex *Clem. 1. de reſcript. cap. cæterum eod. tit. cap. de cætero de ſentent. & re iudic.* & ſic cognoſcunt Commiſſarij, ſi aſſenſus fuerit impetratus per mendacium ſecundùm *gloſſ. in l. 2. Cod. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam*, & poterunt impetrantem condemnare in expenſas, *Clem. 1. de reſcript.* & idem dico de illo, qui abutitur reſcripto Apoſtolico ſecundùm *gloſſ. in cap. fin. in verb. expenſis de reſcrip.* Henriquez *conſ.16.* Ricc. *part.1. reſol. 62.* verùm ſi fiat alienatio ſaluo aſſenſu, poterunt partes ſe pœnitere ante expeditionem breuis; ſed poſt illud obtentum ante decretum Commiſſariorum non licebit pœnitere, niſi probatum aſſenſum reuocaſſent ante obtemptum beneplacitum, Rota pluries apud Ciarlin. *tom.1. controu. for. controuerſ.39. à num.47. cum ſequent.* 10 11 12 13 14

Cum ergo Granafeus procurator Illuſtr. tunc Epiſcopi conceſſerit ſolùm partem dicti territorij, ideſt duos fundos, vulgò duas maſſarias Illuſtriſſ. Duci Acheruntiæ pro annuo Canone *d. 40.* & alium quibuſdam de Rugeriis pro annuis ducatis 16. & totum corpus territorij penes Eccleſiam remanſerit, iure nouus Epiſcopus videns conceſſionem nulliter factam, comparuit in S. C. & propoſuit remedium manutentionis, & quatenus opus eſt reintegrari in territorio prædicto nulliter conceſſo Illuſtr. Duci Archeruntiæ. 15

Quod ſi nulla, patet primò, quia talis procurator exceſſit fines mandati; ergo nulla ex *l. diligenter ff. mandanti, & cap. cum dilecta de reſcript.* & deciſum fuit in Rota, teſte Farinac. *d.204.* & Menoch. de communi teſtatur *conſ. 339. vol. 2.* & Riccius *p. 1. reſol.19.* qui ait, quod talis alienatio neque ratificata cenſetur ex ſcientia, Epiſcopi, &c. latè Ciarlin, *tom. 1. controu. 8.* omnino videndus, poterunt enim excedere, augendo de conſenſu partium, non diminuendo, vt decidit Rota, teſte Farin. *d. 191.* quam ſequitur Ricc. *in prax. p. 1. reſol.91.* cum enim fuerit præſtitus aſſenſus, dummodò fuit alienatio totius territorij vnico contextu; alioquin gratia ſit nulla, & poſtea dicta alienatio fuit facta pro parte, & maior territorij

ritorij pars remansit non alienata, clarè patet, nulliter processisse procuratorem, & sic nulla est alienatio, vt bene ex Corrado *de dispensationibus, libro 9. capite 8. numero 6.* & ex hac separata con-
16 cessione insurget secunda nullitas ob non seruatam clausulam, si in euidentem, quia Ecclesia solebat locare totum Territorium pro ducatis 800. & hodie pars, quæ remansit locatur solum pro ducatis 350. ob quod damnum patitur Ecclesia in ducatis 450. & clarius patet non fuisse obseruatam dictam clausulam, si in euidentem: quia non præcessit huius separatæ partis concessæ æstimatio ad effectum cognoscendæ vtilitatis: immò in litteris Apostolicis datur pro forma specificatio confinium coram executoribus facienda, quæ tamen specificatio non fuit facta, sed solum datæ duæ massariæ, vnde non potest cognosci vtilitas, quid autem importet non fieri specificationem prædictam, tradit idem Corradus *dicto libro 9. capite 50. numero 16. & 32.* ergo euidenter apparet concessionem non fuisse factam, seruata forma literarum, immò nec obseruata forma decreti exequutorum, per quod promittebatur concessio seruatis conditionibus in breui contentis nec aliter, nec alio modo, nec obseruata fuit mandati forma facti, scilicet ab olim Episcopo nunc Christi Vicario in personam dicti Granafei: quia Procuratio relicta fuit ad formam dictarum litterarum Apostolicarum, quæ in nullo fuit seruata, vt di-
17 ctum est; resultat proinde absque controuersia inualiditas concessionis, & sic Ecclesiæ Neritonensi concedenda manutentio, Rota *dec. 11. apud Postium de manutenendo*: additio ad Ludouisium *dec. 116. num. 50. & dec. 246. num. 20.* competit enim interdictum retinendæ, tam Prælato successori, quam etiam ipsi alienanti, agenti tamen nomine Ecclesiæ, ex textu *in capite litteræ*, & ibi; Abbas *numero 3. de dilation.* Rota *apud Verallum, dec. 182. part. 3.* & apud Seraphinum *decis. 1417. & in Aquilana bonorum 17. Iunij coram Kembaldo*, quæ est *dict. decisio 11. apud Postium*, & fuit dictum coram Merlino *dec. 94. parte 7. recentiorum*; vbi dicitur, quod nomine Ecclesiæ, non solum peti potest reintegratio ad rem alienatã, vel ex condictione ex lege, vel ex canone reintegrandæ, vel officio iudicis, vt bene Bart. *in leg. 1. §. si vir vxori, num. 3.* vbi Crotus *num. 20. ff. de acquir. possess.* Soccinus *in leg. rem quæ nobis, numero 9. eodem titul.* Menoch. *de recuper. remedio 17. numero 15.* Honnedeus *cons. 23. num. 56. libro 2.* Maresćottus *lib. 2. variar. cap. 25. num. 24.* Rota *apud Verallum, dec. 170. numero 3. & 182. part. 3. & in Neapolitana spolij 3. Iunij 1601.* coram Cardin. Lancellotto *apud Marchesanum, p. 1. fol. 1603.* Verum etiam ratione possessionis semper
18 permanentis penes Ecclesiam, cui ex facto Rectoris præiudicari non potest, competit interdictum retinendæ possessionis, tam Prælato successori, quam ipsimet alienanti, agenti tamen nomine Ecclesiæ; cum certum sit in iure, quod pupillus, & Ecclesia nulliter alienantes, possessionem non transferunt, & sic debent manuteneri, Rota *parte 6. recentiorum, dec. 191.* & in hoc iudicio plus attenditur, quod actor sine causa ceciderit à tenuta, quam si reus possideat cum vitio, vel sine, vt pluries decisum dicit Sperel. *d. dec. 154.* Nec potuit ex facto Prelati ita cadere à possessione Ecclesia Nerit. quin adhuc veniat reintegranda, vt ait Rota *apud Verall. d. 170. 181. & 183. p. 3. & p. 2. recentior.*

19 Imò non solùm successor, vt est hodiernus Episcopus, sed etiam ipsemet, qui alienauit, & concessit nulliter, reuocare posuisset, gloss. & D D. *in cap. 1. de in integr. restit.* Abbas *in cap. Episcopi de reb. Eccles. non alien.* Verallus *d. 245. p. 1.* Grammat. *d. 79.* Zerola *in praxi Episcopali in verbo successor*, qui sic decisum refert, imò etiam 20
quilibet Clericus sine mandato ad id poterit agere, *cap. si quis Presbyterorum 6. de reb. Eccles. non alien.* vbi Abbas *notab. 7.* & latius Berous *num. 12. & 13.* qui ait hanc esse actionem popularem, quod prius dixerat Imola *num. 47.* & ipsemet alienans poterit rem recuperare allegando propriam turpitudinem, vt est *text. clarus, & rotundus, in d. cap. si quis Presbyterorum*, ibi *nisi forte, & alienator*, vbi etiam Abb. *num. 4.* & latissimè Berous *num. 18. & seq.* Rota 4. 14. *num. 5. part. 1. diuers.* etiamsi iurasset aliena tioni non contrauenire, 21
cum non de iure proprio; sed de iure Ecclesiæ, & eius interesse agatur Petrus Barbosa *in lege 1. part. 4. num. 17. & 19. ff. sol. matr.* Vgolinus *de potest. Episcopi, cap. 14. §. 5.* Caluacanus *de tutore, & curatore, num. 162.* Surd. *tit. 7. de alimentis, quæst. 58.* Nouellus *de dote part. 7. principali limit. 12. num. 15.* Pinellus *in l. 1. Cod. de bonis maternis p. 3. nu. 79.* Caldas Pereyra *de nomin. emphyteusis, quæst. 19. num. 72. cum concordantib. apud eundem de emph. ca. 26. num. 27.* & poterit venire contra proprium iuramentum, etiam si supererent aliæ personæ; quæ alienationem infringere possent tum quia tale iuramentum in Ecclesiæ præiudi-
cium, non tam dicitur iuramentum, quam periu- 22
rium, *cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, cap. peruenit il primo cum sua glossa de iure iurando*, & est tex. egregius *in cap. sicut nostris eod. tit. de iure iurando*, ibi, *quia non iuramenta, sed periuria potius sunt dicenda, quæ contra vtilitatem Ecclesiasticam attestantur*, quem *textum* notandum esse pro promissionibus, & iuramentis factis in conclaui, inter Cardinales, & futurum Papam, dicit Berous *in dict. cap. si quis presbyterorum nu. 19. de reb. Eccles. non alien.* tum etiam quia iuramentum non est seruandum, neque iurantem ligat, quando sine dispendio salutis æternæ seruari non potest, *cap. cum contingat. 8. de iure iurand.* Berous *in d. cap. si quis presbyterorum, num. 20.* qui alias addit rationes.

Neque dicas, quod præsumptio est, quod fue- 23
rit concessio vtilis Ecclesiæ, donec contrarium probetur, si taliter per Commissarios sit pronunciatum, Seraphin. *d. 1125.* quia in dubio præsumitur pro exequutoribus, Abb. *cons. 41.* Decius *cons. 451. num. 2.* Capyc. *d. 16. num. 4.*

Respondeo in Commissarios bene se gessisse, ex quo Decretum fecerunt, seruata forma breuis, procurator verò scilicet Granafeus excessit fines mandati, ergo nulliter est facta concessio, & breue adesse nihil suffragatur parti: quia non fuit seruatum, nec illius forma, & paria sunt non esse breue, vel esse, & nulliter exequutum, Merlinus *d. 775. num. 9. & d. 702. & d. 735. num. 20.* vbi dicitur, quod habuerunt notitiam in contractum de Bullis, & sic contraueniendo habuerunt malam fidem, & ideò tenetur ad fructus, vt infra probabo.

Accedit quod Decretum irritans appositum in 24
litteris Paulinæ, inficit quamcumque possessionem, & detentationem: Postius *de manuten. obseru. 37. & 46.* quod pariter Decretum est appositum in Breui Apostolico, ibi alioquin præsens gratia, & inde sequuta quæcumque nulla sint eo ipso; nã per verbum alioquin inducitur Decretum irritans Gonzalez *ad regul. 8. cancellariæ, gloss. 66.* inducitur quoque Decretum irritans ex verbis, nec aliter, nec alio modo, quæ sunt in Breui Apostolico,

& decreto licentiæ exequutorum, Gratian.*c.*208.
25 *numero* 22. & 23.& inducit nullitatem ipſo iure, Creſcentius *dec.*18.*num.*3.*de prob.* Rota apud Farinac.*dec.*665. Barboſ.*de Dictionibus, dictione* 17. latiſſimè Ciarlinus *controu.for.cap.*105.*tom.*1. nec potuit dictus Granafeus Procurator transferre poſſeſſionem in præiudicium Eccleſiæ, ex defectu conſenſus: nam ſuus principalis dedit mandatum, ſeruatis conditionibus contentis in Breui, quæ
26 non fuerunt ſeruatæ, Poſth. *obſerv.* 37. Mantica *dec.*40. *n.*8. ſic videmus, quod confirmatio Commiſſariorum alienationis rei Eccleſiæ, contra formam reſcripti Apoſtolici, nullius eſt roboris, & momenti, Rota *apud Seraphinum dec.*1193. & li-
27 cèt confirmatio Commiſſariorum præſumatur ex lapſu temporis, tamen ceſſat per exhibitionem tituli invalidi, Seraphin. *dec.*1255. ſicuti defectus cauſæ alienationis reddit nullum ipſo iure decretum Commiſſariorum, Seraphinus *dec.*518. Riccius *in praxi, p.*1. *reſol.*95. *in fin.* & eſt notandus idem Seraphinus, *dec.*1307. *num.*8. qui ait quod
28 non valet proceſſus formatus in alienatione rei Eccleſiæ non citata ipſa Eccleſia, qui *num.*8. ait, quod licet ſignatura iuſtitiæ, non poſſit concedere licentiam alienandi bona Eccleſiæ, poterit tamen Commiſſarios ſubrogare.

29 Quod verò in hoc iudicio rei nulliter conceſſæ, vel alienatæ, veniant fructus à die alienationis percepti reſtituendi, iura notiſſima dicunt, ſcilicet text. *in l.iubemus*, §.1. vbi Bald.& alij, *Cod.de Sacroſ. Eccleſ.* & eſt text. apertus *in cap.non liceat* 12. *quæſt.*2. vbi 4. pulchra Gloſſa, quæ diſtinguit inter agentem aliquo interdicto, vel rei vendicatione, *cap.ſi quis presbyterorum* 6. ibi: *Vt cum fructibus,&c. de rebus Eccleſiæ non alien.* vbi Berous *num.*14. quia hoc caſu iura reſiſtunt alienationi, Rodoanus *de rebus Eccleſiæ non alien. cap.*8. *q.*87. Gratian. *de*79. *num.*9. vbi ait quod ſtante iuris
30 reſiſtentia, adeſt præſumpta mala fides, nec excuſat decretum Commiſſariorum, quod non fuit exequutum, ſecundum ſuam ſeriem, & tenorem, Gratian.*c.*4.& 59.*n.*32. *tom.*1. Rota *apud Duran. dec.*256.& caſu quo alienatio reuocatur ex defectu aſſenſus, tunc fructus debentur à die alienationis, ſed ſi error ſit in facto, putà ſi emptor cogitauerit aſſenſum Apoſtolicum interueniſſe, qui tamen non interuenit, tunc fructus non debentur niſi à die motæ litis, Rota teſte Riccio *part.*1.*reſol.*18. *num.*3. & Duranus dicit id, procedere etiamſi emptor dicat ſe credidiſſe, quod ſolennitates ſeruatæ fuerint ſtante ſententia executorum litterarum, ſi in euidentem, ſi in inſtrumento alienationis inſertus fuerit tenor dictarum litterarum, ac *Paulinæ Conſtitutionis*,de qua *in Extrauaganti Ambitioſæ; de rebus Eccleſ. non alien.* quo caſu dictum fuit emptorem non poſſe prætextu bonæ fidei ſe excuſare per ea, quæ ibi adducũtur, & idem de contrahente cum minore, dicit Gama *d.*311. latiſſimè Ciarlinus *tom.*1. *cap.*105. vbi latè diſputat de reintegratione facienda vnà cum fructibus.

31 Regulariter enim quando contractus eſt ipſo iure nullus, veniunt fructus in reſtitutione à die contractus celebrati: DD. *in d. cap. ſi quis Presbyterorum*, Rota coram *Pamphilio* apud Gened. *collect.*71. Rodoan.*q.*77.*n.*6. Sperell.*d.*154. *n.*69. *tom.*2. quod intelligitur deductis expenſis, in foro verò conſcientiæ, an teneatur ad fructus perceptos talis poſſeſſor rei Eccleſiaſticæ, nulliter aliena-
32 tæ, vel conceſſæ, diſputant noſtri, & prima opinio eſt multorum, quos ſequitur Rota *d.*3.*n.*43. *p.*7. *recentiorum*, qui dicunt nullum eſſe faciendum diſcrimen inter forum internum, & externum in hac materia, & aſſignant rationes, quia hæc materia non fundatur in præſumptione, ſed in refectione dãni illati, & illius, quod ab alio, vel iniuſtè acceptũ eſt, vel iniuſtè retinetur, ex Sanch. *lib.*2. *in Decalog.c.*23.*n.*40. Secunda opinio eſt aliorum qui dicunt contrarium in eo, qui cum Eccleſia nulliter contraxit, quia cum teneatur ad fructus ob malam fidem præſumptam, certè ſi re vera bona fide contraxit, non tenetur in foro conſcientiæ, ex latè deductis per Sperellum *dec.*164. latè Ciarlinus *to.*2. *contra cap.*183. vbi latè agit Eccleſiam debere reintegrari ad bona alienata ſine ſolemnitatibus, vnà cum fructibus.

Neque dicas quod error iuris non inducit 33
malam fidem, *l. ſed etſi, l.*28.§. *ſcire*, ibi: *Non puto eum prædonem, qui dolo caret, licet erret in iure* & ibi Bart.& DD. *ff. de pet.hæreditatis*,& licet non præſumatur bonæ fidei poſſeſſor, per textum *in c. qui contra iura, de reg.iur. in* 6. tamen non præſumitur malæ fidei, ad textum *in l. quemadmodum, C. de agricolis,& cenſitis, lib.*11. & dicitur potius medius inter bonam, & malam fidem, gloſ. *in l.*1. *ff. de acq.poſſ.* Bart. *in d.*§. *ſcire, num.*4. per Abb. *in c. Grauis, num.*17. *de reſtitut. ſpoliator.* vbi Berous *num.*21. & ait Paulus de Caſtro *in l. Celſus* 17.*n.*4. *ff. de vſucap.* quod cauſat bonam fidem, licet ad præſcriptionem non proſit, & ſubdit id probari in illo textu, & ait menti tenendum, quia ſingulare, & dixit ſe habuiſſe de facto, & interrogaſſe quoſdam magnos Canoniſtas, qui neſcierunt illi dicere ſuper hoc vnum bonum verbum, ait enim Bart *in* §. *ſcire*, iuris ignorantiam excuſare à fructibus, quemadmodum excuſantur, cæterum bonæ fidei poſſeſſores, & notat ibi Paulus *num.*1. & etiam operatur, vt teneatur ad fructus perceptos reſtituendos, neque ad conſumptos, niſi quatenus factus eſt locupletior, neque tenebitur ad percipiendos illos inquam, qui percipi potuerunt. vnde habetur pro poſſeſſore bonæ fidei, quo ad effectum lucrandi fructus conſumptos, gloſſ. *in l. ſi fur*, §.1. *ff. de vſucap. & in l. fructibus, ff. de donat. inter virum*, idem Bart. *in l. irritam, Cod. de donat.* Roman. *ſingul.*90. Felinus *in cap. de quarta, n.*29. *de præſcript.* Couar. *lib.*3. *var. c.*3. *num.*8. vbi teſtatur de communi Lambertinghus *de contractibus gloſ.*1. *numero* 220.& 274. & dixit Rota penes *Caſſadorum, dec.*11. *num.*8. vnde Bart. & Paulus, *vbi ſuprà*, dicunt quod ad fructuum acquiſitionem ſatis eſt, quod abſit mala fides, ſequitur Berous *conſ.*60. *num.*53. *lib.*3. & Rota *dec.*4. *de reſtit. ſpoliatorum.*

Reſpondeo enim, quod illa regula quæ dicit 34
errantem in iure, non teneri ad fructuum reſtitutionem, procedit quando ius, neque aſſiſtit, neq; reſiſtit, vt in donatione inter virũ, & vxorem, ſecus verò vbi adeſt iuris reſiſtentia, ſcilicet quãdo quis facit, quod ius vetat, & interdicit vt bene Bart. *in l. ſed etſi l.*§. *ſcire, ff. de pet.hæreditatis*,& ſequitur Berous *in dicto cap. ſi quis Presbyterorum, numero* 15. *de rebus Eccleſiæ non alienat.* idem dixit Paulus *in dicta lege Celſus, ff. de vſucap. numero* 4. Couarruuias *dicto capite* 3. *numero* 8. Curtius iun. *conſil.*71. *numero* 14. vbi hoc firmat in emente nulliter ab Eccleſia, ſed ſecus dicit in emente rem minoris, abſque ſolennitate, quaſi quod in tali caſu iura non reſiſtant tali alienationi, licet formam, & ſolemnitatem præſcribant, ad quod citat alios, & ſignanter Imolam *in dict. capite ſi quis Presbyterorum, num.*30. *de rebus Eccleſiaſt. non alien.* dicentem, eſſe ſpeciale fauore Eccleſiæ, vt emptor ad fructuum reſtitutionem

teneatur,

teneatur, sed tale discrimen inter alienationem bonorum minoris, & Ecclesiæ, reprobat Couar. *lib.* 1. *var. c.* 3. *n.* 8.

36 Nonnulli etiam putant, quod simpliciter, & indistinctè, etiam vbi lex non resistit, nec assistit contractui, error iuris non excusat à fructuum perceptorum restitutione, vt probari videtur *in l. ignorantia* 13. *de reg. iur. in* 6. ibi: *Ignorantia facti, non iuris excusat.* Et *in dict. cap. qui contra, de reg. iur. in* 6. ibi: *Qui contra iura mercatur, bonam fidem non præsumitur habere*, vnde Abbas *in dicto cap. si diligenti, num.* 24. *de præscript.* dixit prædictam distinctionem esse sibi valde dubiam, nec probari *in dicto* §. *scire*, quam sententiam tenent, Antonius de Butreo *in cap. Grauis, numero* 11. & Imola *num.* 3. *de restitut. spoliat.* Sanchez *lib.* 2. *in summa, cap.* 23. *num.* 49. Lambertinghus *de contractibus, gloss.* 1. *num.* 121. & quicumque facit actum contra iuris communis, vel municipalis prohibitionem, præsumitur, esse in mala fide, Roman. *cons.* 54. latè Lambertinghus
37 *dict. gloss.* 1. *num.* 123. Gratianus *cap.* 45. *numero* 30. Gama *d.* 311. Grammaticus *d.* 79. Riccius *part.* 1. *resolut.* 18. Regens de Marinis *tomo* 1. *resolut.* 8. qui loquitur in casu alienationis factæ, non seruata forma rescripti, Barbos. *in collect. ad textum in capite* 6. *de rebus Ecclesiæ non alienand. num.* 13. *& in collect. ad textum in l. iubemus, Cod. de Sacros. Eccles. & lib.* 3. *var. cap.* 14. *de reb. Eccles. non alienand.*

38 Neque dicas, quod Ecclesia læsa potest habere regressum contra bona Granafei alienantis, sicuti contra bona Prælati alienantis, quæ sunt omnia hypothecata pro mala administratione ipsi Ecclesiæ, vt ait Gloss. singularis *in cap. ex litteris de pignoribus*, quam commendant ibi *Imola, & Abbas* dicentes, bona Prælati pro mala administratione censeri hypothecata ipsi Ecclesiæ, sicut bona viri pro dote vxoris, & bona tutoris pro administratione bonorum pupilli, & hoc etiam dixit, Glos. vnic. *in cap. placuit* 7. *quæst.* 1. Imola, Ioannes Andreas, & Ancharanus *in cap. Officij in fine, de testament.* Berous *consil.* 32. *lib.* 1. Menochius *consil.* 534. *num.* 27. *lib.* 2. qui ait non esse molestandum emptorem, & quod Prælatus Modernus possit agere contra hæredes prædecessoris pro pretio rei Ecclesiæ alienatæ, dixit Rota in Pisana *liquidationis fructuum* 17. *Octobris* 1571. *coram Orano, & in Romana Casalis* 13. *Aprilis* 1593. *coram Blanchetto.*

39 Respondeo enim primò, id non habere locum in præsenti, quia Granafeus non habebat administrationem Ecclesiæ, sed ad illum actum mandatum habuit concedendi, vnde non procedit doctrina supra tradita. Neque procedit contra hæredes Prælati prædecessoris, quia nunc talis Prælatus est Christi Vicarius, qui dedit mandatum Granafeo, & Commissarij non excesserunt fines mandati, & debebat Ill. Dux Acheruntiæ aduertere, qualiter contrahebat in bonis Ecclesiæ, argum. *l. qui cum alio, ff. de reg. iur.*

Respondeo secundò, quod licet successor Prælatus habeat actionem contra bona, & hæredes prædecessoris alienantis, tamen si magis expediat, potest, & debet rem alienatam ab emptore recuperare, & tunc non Ecclesia, sed ipse emptor actiones suas dirigere debet, erga alienantem, vel hæredes eius, qui male alienauit, ex *c. Vulterana* 12. *quæstione* 2. & ibi Geminianus *colum.* 1. Glossa, & ibi omnes Canonistæ, *in cap. si quis Presbyterorum, de rebus Eccles. non alienand.* Riccius *in praxi alienationis rerum Ecclesiæ, resolut.* 17. Alciatus *cons.* 39. Rota *d.* 14. *part.* 1. *diuers. & in Placentina euictionis* 5. *May* 1689. *& 2. Aprilis* 1590. *coram Cardin. Plato*, vbi quod hæres tenetur etiam ad interesse, *& in Firmana bonorum* 16. *Ianuarij* 1585. *coram Litta*, neque hoc in casu nostro est applicabile: quia procedit doctrina, quando emptor qui dimittit rem vult pretium recuperare: sed in præsenti sumus in concessione rei emphyteuticæ sine solemnitate assensus facta, vbi nullum pretium soluit Ill. Dux, ergo tenetur tantùm relaxare rem cum fructibus, provt per *Rotam Romanam* in hoc eodem casu condemnati fuerunt illi de Rugerio ad fauorem dictæ Mensæ, qui similiter habuerunt aliam massariam, & fuerunt condemnati ad fructus à die indebitæ occupationis.

Neque tandem dicat pars aduersa, vt impediat 40
exequutionem, malam agnoscens habere causam se habere beneficium retentionis causâ figuratarum per eund. melioratione, quas dicit fecisse in dicto territorio, adducens quod dictæ massariæ ante concessionem erant incultæ, & nemorosæ. Primus testis super 5. & 6. *fol.* 10. tertius super eodem foliis sequentibus, & quod vt ad culturam reduceret, testis quidam dicit audiuisse, alius dicit se iudicare, dictum Ill. Ducem expendisse triplum. primus *super* 7. *fol.* 10. *à tergo in fin.* secundus, tertius, & sequentes *super eod. fol.* 31. *& sequentibus*, quod dictæ massariæ soluunt decimam ex fructibus, & quod prius erant parui valoris, & dicunt audiuisse Illustrissimum Ducem soluisse in principio concessionis carolenos quinque pro tumulo, seu modio, in ingressu, primus testis *super* 8. secundus *super eodem*, quartus *à folio* 51. *& sequentibus*, & quod in quolibet anno dictum territorium fuit de nouo cultum, nouis plantatis arboribus, & solutas fuisse decimas, 1. 2. 3. & sequentes *super* 9. & ex nemoribus reduxisse massarias prædictas ad culturam, necnon fecisse fabricam, &c. 1. 2. *& 3. super* 10. & tandem addictus Illustrissimus Dux alias fecisse meliorationes, nisi lis mota fuisset, 1. 2. 3. & 4. *super* 13.

Respondeo enim, quod Assensus Apostolicus 41
operatur melioramentorum recuperationem reuocata alienatione, quia posito assensu stat possessor in bona fide, & sumptus facti per bonæ fidei possessionem recuperantur exceptione doli mali, *leg. sumptus, ff. de rei vendicat. leg. in fundo, ff. eodem titulo*, & ideo melioramenta sunt restituenda, & pro expensis prædictis, conceditur possessori retentio, donec melioramenta ipsa soluantur, *leg. si in area* 33. *ff. de condictione indebiti*, Doctores *in leg. si non sortem*, §. *si centum, ff. de condictione indebiti*: vbi Iason *num.* 10. Baldus *in dict. leg. in fundo, numero* 4. Capicius *d.* 17. *num.* 7. Cardin. Puteus *decis.* 471. *&* 474. *libro* 2. Peregrinus *decis.* 16. & melioramenta impediunt etiam exequutionem decreti reuocationis, vt pluries dixit Rota, teste Riccio *in praxi, parte prima, resolutione* 63. licèt contradicat Surdus *consilio* 333. *libro secundo.*

Secundus casus est, quando fuissent melio- 42
rata prædia Ecclesiæ absque Assensu Apostolico, & tunc quia emptor dicitur malæ fidei possessor perdit meliorationes præfatas, quia censentur donatæ, Baldus *consilio* 22. *volumine primo*, Alexander *consilio* 160. *numero tertio, & sequent. volumine primo*, Rodoanus *quæstione* 17. *numero* 50. sicuti ædificans in re subiecta fideicommisso perdit meliorationes, ex allegatis per Franchum *decis.* 112. *&* 191. nam cedunt solo,

Franch. *d.* 112. Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 17. Magonius *d.* 33. *Lucenſium.* 22. *& deciſ. Florent.* 5. Peregr. *de fideicomm. art.* 49. *num.* 63. Verùm ſi melioramenta fuiſſent adeò neceſſaria, quod ſine eis res periret; tunc etiam ſi nullo intercedente aſſenſu facta fuiſſet alienatio rei Eccleſiæ, & per conſequens poſſeſſor eſſet malæ fidei, nihilominus poterit illas recuperare, Rodoanus *vbi ſuprà*, Armannus Piſtorius *d.* 3. *de reb. Eccleſ. non alienan.* habet ergo poſſeſſor bonæ fidei retentionem pro recuperatione melioratione, ex *d. l. ſi in area* 33. *& ex l.* Paulus *ff. de doli exceptione*, *& l. qua ratione* § *de acq. rerum dominio*, Anna *conſ.* 43. *lib.* 1. Maſtrill. *d.* 98. Barbatus *in pragm. de aſſiſtentia, gloſſa* 3. *num.* 26. Gratianus *d.* 7. *& d.* 90. *& d.* 225. *& cap.* 294. *num.* 12. Antonius Faber *lib.* 4. *Codicis tit.* 43. *defin.* 24. Caldas Pereyra *de empt. & vendit. cap.* 27. Acacius Ripolla *cap.* 10. *var. num.* 519. Amicus *de iure emphyt. quæſt.* 76. Anton. de Amato *reſol.* 14. *num.* 41. Mareſc. *lib.* 2. *var. cap.* 112. Franciſcus Hieron. de Leo *d.* 79. Rota apud Ludouiſium *d.* 105. Thomatus *d.* 16. Barboſa *in l. diuortio* §. *finali p.* 2. *num.* 28. *in fine ff. ſol. matr.*

43 Quando verò competit retentio, poteſt opponi etiam in executione ſententiæ, Præſ. de Franch. *d.* 112. Molignatus *de retentione*, *quæſt.* 424. Capyc. *d.* 119. Anton. Faber. *lib.* 7. *tit.* 40. *defin.* 12. Anton. de Amato *reſol.* 14. *num.* 42. Giurba *dec.* 60. *num.* 4. Gratian. *d.* 223. ſed pro modicis non datur retentio, Molignatus *de retentione, qu.* 403. Velaſchus *de iure emphyt. part.* 1. *quæſt.* 25. *& conſult.* 111. *num.* 21. ſed ſemper oportet, quod in ſpecie probentur, quia ſi non ſint probata ſententia executioni, demandari debet, Maſtrill. *part.* 1. *d.* 98. *num.* 6. Anna *conſ.* 43. *num.* 11. Debent enim congruenter, & ſpecificè probari,

44 cum non præſumantur, Maſcard. *in verb. melioramenta concl.* 1014. Rota *part.* 1. *diuerſ. d.* 398. Scappuc. *de Saluiano interdicto lib.* 2. *quæſt.* 24. Franciſcus Cyriac. *lib.* 1. *cap.* 194. nouiſſimè D. Marotta *diſcept. forenſ. ca.* 30. *num.* 8. quando non

45 non ſunt liquida, & certa executioni ſententia demandatur præſtita cautione, vt poſt Rotam, Maſtrill. & alios dicit D. Marotta *vbi ſupra, num.* 12. & Pilaia *tom.* 2. *dec. Canon.* 1. *pet.* 9. 50. at non ſemper in liquidis neceſſaria eſt cautio, niſi ageretur de magno partis præiudicio, Cancer. 3. *p. cap.* 8. *à num.* 9. Fontanell. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *p.* 6. *num.* 3. *vol.* 2. & ſic praxi S. C. eſt, quod ſi meliorationes ſint deductæ ante ſententiam, impeditur executio, qua quis condemnatur ad rei relaxationem, donec cum effectu pretium æſtimationis melioramentorum ſoluatur, Franch. *d.* 112. *num.* 16. Barbat. *vbi ſupra, num.* 30. Marotta *vbi ſuprà num.* 18. quando probata fuerint, licet de valore non conſtet; ſed ſi opponantur poſt ſententiam, tunc executioni demandatur ſententia, præſtita cautione de illis ſoluendis, poſtquam fuerint liquidata, Franch. *d.* 112. *num.* 17. Idem Pilaia *pet.* 8. *numero* 50.

46 Nec ad obtinendas meliorationes ſufficit probare aliquod eſſe impenſum, ſed etiam requiritur, vt probetur, quod res tanti ſit meliorata, effecta pretioſior, & duo copulatiuè requiruntur, ita vt vnum ſine altero non ſufficiat, ex *l. in fundo*, *ff. de rei vendic. vbi* gloſſ. & alij D D. Garſia *de expenſis*, *cap.* 24. Laderchus *conſil.* 144. Muta *d.* 51. Neguſ. *part.* 5. *membro* 4. *num.* 11. *concluſ.* 4. Carrocius *de locato*, *quæſt.* 2. *num.* 20. *&* 21.

47 Viſconte *in verbo melioramenta*, & ſemper tenetur melioramentorum debitor ad id, quod minus eſt, ſcilicet ſoluere tantum quod impenſum eſt, quando res vltra impenſam meliorata eſt, quod ſi impenſa excedat meliorationem, & plus impenſum, quam res meliorata, tunc ſoluere tenetur, quod melioratum eſt, vt poſt alios Franch. *d.* 109. *numero* 5. *& d.* 135. *numero* 4. Capyc. *d.* 93. *num.* 9. Theſaur. *d.* 251. Reg. de Ponte *d.* 12. *num.* 6. Antonin. de Amato *reſol.* 14. *à num.* 62. Laderchus *d. conſ.* 144. à Marta *voto* 61. *nu.* 4. Barzius *d.* 23. *à num.* 14. & procedit, tum in bonæ fidei poſſeſſore, tum in emphyteuta, Reg. de Ponte *vbi ſuprà d. dec.* 12. Muta *d.* 51. *num.* 9. *&* 10. Amatus *num.* 65. Gratian. *d.* 225. *num.* 18. 19. *& ſeq.* Giurba *ad conſuetud. Meſſanæ cap.* 15. *gloſſa* 1. *num.* 9. Marcus Antonius de Amato *d.* 59. *nu.* 64. Pilaia *pet.* 8. *num.* 53. & eſt notandum non poſſe emphyteu- 48
tam ſyluam extirpare, ibique vineam plantare, quamuis melior fieret Domini conditio, ex *l. vſuſfructus ff. de vſufruct.* & poſt Rotam *p.* 2. *in nouiſſ. d.* 37. dicit Caſtill. *de vſufr. cap.* 25. *à num.* 17. *cum ſequentibus vſque ad num.* 22. & tunc ſunt ſoluendæ, quando fuerunt expenſæ cum titulo, & bona fide, Ioſeph Ludouic. *dec. Peruſina* 24. *&* *d.* 34. *&* *d.* 150. & quando fuerunt vtiles in perpe- 49
tuum, non ſolum de præſenti, Cyriac. *cap.* 195. *num.* 4. *&* 5. Gratian *d.* 225. D. Staiban. *tom.* 1. *reſol* 30. *num.* 40. Ergo cum in præſenti nullo modo ſint probatæ meliorationes niſi aëreæ, cum nunc ſint in minori cultura, quam prius, & ad probandas meliorationes debent probari priores redditus, & præſentanea poſt meliorationes, (quod non eſt in præſenti) & Illuſtr. Dux Acheruntiæ in mala fide fuerit omni iure ſperat Illuſtr. Epiſcopus fore per S.C. condemnandum ad relaxandum territorium prædictum, vt ſperat. Scripſi die 6. Maij 1662.

Hæc cauſa adhuc eſt indeciſa in S. C. ob mutationem Epiſcoporum.

DISCEPTATIO C.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies narratur.*
2 *Confeſſio debiti facta à decocto non præiudicat.*
3 *Decoctus priuatur adminiſtratione bonorum, nec habet velle, nec nolle circa ea.*
4 *Recognitio Scripturæ factæ à decocto non præiudicat creditoribus.*
5 *Partis appellatione venit dimidia; fallit ſi dicatur, aliqua, vel quædam pars; ſed qualiter hoc procedat.*
6 *Quietantia, & declaratio, facta non principali debitori, præſumitur fraudalenter.*
7 *Relatum qualiter, & quomodo ſit in referente.*
8 *Confeſſio dotis receptæ, ſi capitula præceſſerint, quando noceat creditoribus.*
9 *Duobus creditoribus concurrentibus vno cum credito confeſſato tantùm, alius cum credito verè probato, hic præfertur.*
10 *Sententia ſine proceſſu non probat, & qualiter intelligatur.*

ARGVMENTVM.

Confessio debiti facta per decoctum non nocet: Etenim non habet velle, vel nolle; sed priuatur decoctus administratione bonorum: scripturæ recognitio facta per decoctum non præiudicat creditoribus. Partis appellatione quando veniat dimidia. Quietantia facta, quando præsumatur fraudulenter. Relatum qualiter, & quomodo sit in referente. Confessio dotis receptæ quando noceat creditoribus, & quid si præcesserint capitula. Sententia qualiter, & quando probet sine processu.

PRO

Reuerendissimo Dom. Gregorio Peccerillo,

CONTRA

Hæredes Alexandri Ruffinelli.

FACTVM.

1 DIE 30. Maij 1604. Romæ firmata fuerunt capitula Matrimonialia inter Gulielmum Crostam ex vna parte, & Ioannem Paulum Gellium ex alia, pro Matrimonio contrahendo inter dictum Gellium, & Mariam Angelam Crostam sororem consanguineam eiusdem Gulielmi, pro dotibus promissis ab eodem Gulielmo ducatorum 700. soluendorum, hoc modo videlicet, ducati centum statm tacta manu bis centum in mense Iulij: & residui quatuor centum in mense Decembris eiusdem anni.

Cuius dotis promissæ, siue cautæ temporibus præscriptis à patribus nihil solutum fuit; nam 19. Iulij 1065. prædicta capitulata fuerunt, & recognita ab eisdem partibus, & licet dies solutionis aduenerit pro omnibus solutionibus promissis, non tamen de solutione actuali constat, vt ex scripturis apparet; & sane si solutio facta fuisset, appareret de illa tempore recognitionis capitulorum.

Posthæc facta, successit decoctio; tam eiusdem Gulielmi, quã Pauli Gellij, & die 26. Martij 1632. idem Gellius absente Gulielmo debitore dotis, & Maria Angela sua vxore præmortua, ennunciando prædictam promissionem ducatorum 700. dotis nomine sibi factam ab anno 1604. & recognitionem, seu stipulationem capitulorum, factam die 19. Iulij 1605. asseruit ex tunc se recepisse partem dotis; & pro residuo asseruit fuisse eius vxorem graduatam inter creditores eiusdem Gulielmi, & quod in executione dictæ graduationis receperat complementum, & residuum suarum dotium, & quietauit eandem Angelam suam Angelam suam vxorem, suosque filios absentes, cùm prædicti filij nunquam fuerint debitores dotium; sed debitor fuerat idem Gulielmus, qui promiserat. Hoc supposito facto, controuersia est an fundetur dotis satisfactionem fuisse factam, & an confessio prædicta præiudicare potuerit creditoribus prædicti Gellij, qui contraxerunt ante annum 1632. quo tempore decoctio sequuta fuit; inter quos creditores vnus est, D. Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis Neapolitanus cuius partes assumendo firmiter probabo non nocuisse, nec nocere potuisse eidem D. Vicario Generali.

Primò, quia quando Gellius in anno 1632. 2
asseruit dotis partem sibi fuisse solutam ex antecedenti tempore, & pro alia parte confessus est idem Gellij vti creditorem vxoris suæ fuisse graduatam, &c. talis confessio, vtpotè facta à decocto, non valuit, quia decoctus amittit suorum bonorum administrationem, vt nullum circa ea contractum gerere possit, quia iam non habet nec nolle, velle, & pro mortuo reputatur ad id ex notatis per DD. *in l. is, cui bonis, ff. de verb. oblig.* Seccia *de Commerciis, §. 2. gloss. 5. num. 329. & 330.* Stracca *de Decoctoribus, part. 3. num. 28.* Gaitus *de Credito, cap. 2. tit. 7. num. 2399. & 2049. & 2421.* & omnes cessiones sunt inutiles, *l. si vnus, vbi* DD. *ff. de receptis arbitris, & notatur in l. is, qui bonis, ff. de cessione bonorum*, Francus *decis. 55. num. 50.* Bald. *consil. 400. volum. 5.* & confessio falliti in præiudicium creditorum non valet ex singulari, *consilio* Bursati 119. *num. 27. & 28. libro* 1. Nogueroll. *alleg. 7. num. 24. & alleg. 16. num. 101.* sic recognitio scripturæ priuatæ, facta per debitorem non 4
præiudicat creditoribus, Giurba *dec. 80. num. 3.* latè Salgadus *in laberyntho Creditorum, part. 1. c. 14. à n. 20. cum seqq.* & non est solum hoc auctoritate iuris fundatum, sed etiam ex facto, cum in mense Iulij 1605. quando capitula fuerunt stipulata, & recognita, non fuit facta mentio de debiti parte soluta, vt ipse in declaratione de anno 1632. asserit; quæ facta deberet esse, quia asserit in declaratione, quòd de anno 1604. quòd fuit tempus matrimonij partem receperit dotem, quare sunt tria tempora, de anno 1604. capitula firmantur inter partes, & Matrimonium fit tunc dicit ipse partem dotis recepisse, de anno 1605. stipulantur capitula: & recognoscuntur; nec fit mentio de parte dotis solutæ de anno 1604. in anno deinde 1632. fit declaratio, quod de anno 1604. erat pars recepta, quam declarationem cæci vident fuisse in fraudem creditorum, qui contraxerunt medio tempore, sequutam post decoctionem Gellij, quando iura exclamant simulata, & fraudulenta esse talia credita, quæ solum apparent per debitorum confessiones, verisque creditis, de quorum causa, veritate constat, nocere non posse; glossa, Bald. & Angelus *in l. diuersis Cod. qui pot. in pign. hab.* Ripa *in leg. priuilegia num. 23. ff. de priuil. credit.* late Sforzaodus *cons.* 100. Pereyra *dec.* 107. Petrus Barb. *in l. 1. part. 1. num. 31. ff. sol. matr.* Gamma *dec. 226. & 376.* Ludouicus Sanctius *de Indicijs debitorum quæst. 11. num. 13.*

Probatur secundo: quia confessio, seu declara- 5
tio, fuit facta à Gellio, dicente, quod à tempore Matrimonij contracti fuit recepta pars dotis à se ipso, & non fuit dictum quantam receperit quantitatem; ergò apparet fraudulenter factã: quia confessio, & declaratio de recepto, non expressa

certa

certa quantitate;ſed ſimpliciterdicendo ſe recepiſſe partem dotis, iuris præſumptione non de minima intelligitur parte(vt Collega meus in ſecunda probatione aſſumpſit pro certo)ſed de medietate, *c.* 2. vbi Canoniſtæ *de Decimis in 6. l. plane*, §. *ſed & ſi quis, ff. de leg.* 1. Vbi legatum fundi Titio factum, vt eum pro parte habeat, intelligitur de dimidia, *l. plures, vbi gloſſa in verb. adiectione, ff. de damno infecto, gloſſa in Clem.* 1. *de foro competenti*, *in verb. aut earum parte, vbi* Cardinalis *quæſt.* 8. Tiraquell. *in l. ſi vnquam in verb. omnia, vel partem*, *num.* 8. *Cod. de reuoc. donat.* Bald. *conſ.* 54. *lib.* 1. Brunus *conſ.* 9. *num.* 2. *conſ.* 154. *num.* 28. ſicuti teſtes deponentes ſimpliciter de parte, intelliguntur de dimidia, Bald. *conſ.* 326. *lib.* 2. Card. Tuſchus *tom.* 6. *litt. P, concl.* 103. Surdus *dec.* 102. *nu.* 1. Simon de Petris *lib.* 4. *de interpret. vltim. volun. ſol.* 4. *n.* 8. Rota *dec.* 10. *nu.* 17. apud Paulum de Rubeis *tom.* 2. *diuerſ. aliàs part.* 6. *recen.* vbi verò dicitur (pars aliqua, vel quædam) tunc venit minima, Gloſſa *in d. Clem.* 1. *in verb.* (*aut earum parte*) & ibi additio marginalis de foro competenti Mant. *dec.* 192. *num.* 2. Velaſchus *de iure emphyt. quæſt.* 27. *num.* 24. vbi ait, quod ſi alicubi fit mentio partis adiectione (aliqua) verificatur in parte etiam minima. Card. Tuſchus *vbi ſup. num.* 7. Velaſchus *loco citato.* Hæc tamen omnia vera ſunt; ſed procedunt, quando aliunde non appareret fraus, vt in caſu noſtro, vbi non ad alium finem præſupponitur facta confeſſio, & declaratio, niſi ſimulata, & fraudulenter, vt bene, Bald. *conſ.* 435. *lib.* 1. Ludouicus Sancius *de debitore, quæſt.* 11. *num.* 8. & 9. vt in ſimili, Gratianus *cap.* 391. *num.* 12. *cum ſeqq.* Stracca *de decoctoribus part. vlt. num.* 17. Gratianus, *cap.* 222. *num.* 21. vbi ait, quod ad hoc, vt tales confeſſiones poſſint præiudicare aliis non debent eſſe de debito imaginario, aut ſimulato: ergo talis declaratio, & confeſſio fidem non facit in præiudicium creditorum, de quorum creditis conſtat per veras probationes, vt in puncto Eſcobar. *lib.* 2. *var. cap.* 11. *num.* 4. Gutierrez *lib.* 1. *pract. quæſt.* 125. *num.* 3. Flores de Mena *lib.* 1. *var. quæſt.* 6. §. 2. *num.* 24. Scaccia *de commerciis*, §. 2. *gloſſa* 5. *num.* 329. 331. & 445. Gaitus *de credito, cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 409. & 2421. eleganter Burſatus *conſ.* 119. *num.* 27. & 28. Noguerol. *alleg.* 7. *num.* 24.

6 Probatur tertio quia in confeſſione facta de anno 1632. per Gellium, quietantur mulier, & filij eius pro dote recepta, cùm tamen debitor fuiſſet Gulielmus Croſta ſuus cognatus; at quietatio debet fieri debitori principaliter obligato, & non alijs: ſicuti ſi pater confiteretur in Beneficium vnius filij, quod debebat confiteri in Beneficium omnium, non nocet creditoribus talis confeſſio præſertim aliorum filiorum, in quorum fauorem debebat confiteri: ſed ſi ita fiat confeſſio ſuſtinebitur in vim legati, quando fit in vltima voluntate; ſed inter viuos facta non valebit, vt puta fraudulenter; debebat enim fieri in Beneficium vnius, & facta eſt in Beneficium alterius: ad notata per Parladorum *lib.* 2. *rerum quotid. cap.* 14. per Caſtillum *tom.* 5. *controu. cap.* 111. *à num.* 12. *cum ſeqq.* dummodo ille, in cuius fauorem facta eſt confeſſio, & quietatio eandem non coadiuuet, cùm adminiculis, & coniecturis; vel aliter debitum confeſſatum probet. Sicuti confeſſio facta in fauorem abſentis extraiudicialis, licet probet in præiudicium confitentis, non tamen probat in præjudicium tertij. Maſchardus, *de probat. concl.* 347. *à num.* 99. *cum. ſeqq. & concl.* 359. *num.* 75. 50. & 31. latè Gaitus *de credito, cap.* 2. *tit.* 3. *à num.* 270. Caſtillus *tom.* 5. *cap.* 111. *à num.* 12. ergo in caſu noſtro talis quietatio facta; ſed ad fraudem alterius; non præiudicat niſi ſibi, non creditoribus, vt Reuerendiſſimo D. Gregorio Peccerillo.

Probatur quarto, quia dum Gellius declarat, 7
quod pro complemento dotis fuerat graduatus inter creditores eiuſdem Gulielmi ſui cognati, & quod in actis graduationis fuerat graduatus, eique facta ſatisfactione, talis confeſſio eſt relatiua ad acta graduationis; ſed non eſt inter acta prædicta, ergo; Relatum enim eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. aſſe toto ff. de hærsdibus inſtituen. l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit. & demonſtr. l. ait Prætor* §. 1. *ff. de re iudic.* Brunorus *à ſole in verb. relatio*: & ſanè, verè, proprie, & naturaliter relatum eſt in referente. Carrocius *ſingul.* 302. Robles *de repræſentatione lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 33. & *cap.* 26. *num.* 45. & *cap.* 29. *num.* 11. Rota *dec.* 405. *part.* 1. *inter poſth.* Farinacc. *alias part.* 3. *Recentiorum*, & dici ſolet relatum pars referentis. Card. Tuſchus *tom.* 6. *litt. R, concl.* 129. nec creditur referenti, niſi conſtet de relato. *Auth. ſi quis Cod. de edendo.* Marius Antoninus *lib.* 1. *var. reſol.* 38. *num.* 50. & 64. *num.* 7. & *lib.* 2. *reſol.* 8. *num.* 12. Gratianus *tom.* 4. *cap.* 693. *num.* 20. & 50. Robles *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 36. & 39. illud enim ſi aliter ſe habeat, diſpoſitio referens, tanquam erronea corruit, & non attenditur. Decius *conſ.* 63. Menoch. *conſ.* 1. *num.* 96. latè Amatus *reſol.* 42. *tom.* 1. Caſtillus *tom.* 4. *cap.* 43. & *tom.* 7. *cap.* 5. & licèt Menoch. *lib.* 4. *de præſumpt. præſ.* 47. *num.* 7. dicat quod relatum non eſt in referente, quando per illam relationem reſtringeretur, & quando verba referentia ſtant demonſtratiue, non taxatiuè: pro qua etiam regula notabiliter, Ruinus *tom.* 3. *conſ.* 10. *num.* 3. Hinc dicebat, Amatus *d. reſol.* 42. quod quando diſpoſitio referens eſſet gratioſa, & ad aliam referatur, attenditur ſecunda non prima; tamen hæc doctrina procedit, quando talis diſpoſitio referens non eſſet fraudulenter facta, vel præſumpta talis, vt latè D D. citati, & addo Gratianum *pro regula, cap.* 286. *tom.* 2. & 718. & 693. ergò, cum inter acta graduationis, non appareat de tali partita, euidenter colligitur fraudulentam fuiſſe confeſſionem, ac per conſequens, vt erroneam iudicandam in præiudicium creditorum, & ſignanter Reuerendiſſimi noſtri Vicarij.

Probatur quinto, quia licet quando præcedit 8
promiſſio dotis, & poſtea ſequitur confeſſio de recepto, facta ab eodem marito, hæc valeat & præiudicet cæteris creditoribus, qui medio tempore contraxerunt, ex Afflicti *dec.* 402. Fontanella *clauſ.* 14. & *finali gloſſa vnica p.* 1. *num.* 31. & dixi Ego *in meo tractatu de dote l.* 1. *quæſt.* 7. tamen hoc non procedit, quando debitor tempore confeſſionis eſt decoctus & fallitus, vt bene Vrſillus *ad Afflictum d. dec.* 402. *num.* 6. Fontanella *vbi ſup. num.* 39. & 45. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 13. *num.* 24. Gratianus *cap.* 489. *num.* 27. tales enim dotes confeſſatæ à marito non probant in præiudicium creditorum ipſius, nec vxores ex eis fundare poſſunt ſuas intentiones ad receptionem dotis, niſi alias probetur dotis ſolutio, quia alias facilis pateret via viris ſuos fraudandi creditores, vt latè Fontanella *d. gloſſa vnica part.* 1. *num.* 31. Noguerol. *alleg.* 4. *num.* 8. & *alleg.* 20. *num.* 61. Ludouicus Sancius *de induciis debitorum, quæſt.* 11. *num.* 15. Hermoſilla *ad l.* 9. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 5. *à num.* 38. *tom.* 1. *fol.* 87.

Noguerol

Nogueral. *alleg.* 32. *à n.* 23. latè Castillus *tom.* 5. *contr. cap.* 11. *à num.* 7. *vbi latissimè.*

Quod adeò verum est, vt tertius creditor aduersus confessionem de recepto possit perpetuò opponere, nec adstringitur ad biennium. Fulgosius *cons.* 133. *&* *cons.* 205. Mascardus *concl.* 201. *&* 361. *num.* 21. Gomesius 1. *tom. var. cap.* 12. *num.* 31. *& in l.* 50. *Tauri, num.* 32. Avendanus *in cap. Prætorium cap.* 28. *num.* 12. *part.* 2. Azeuedus *in l.* 1. *num.* 90. *tit.* 21. *lib.* 4. qui dicit, quod talis exceptio in perpetuum potest opponi per tertium, & ad hoc facit, Carrocius *de depositio part.* 1. *de probat. depositi num.* 15. Felicianus *de censibus* 2. *tom. lib.* 3. *cap. vltim. num.* 5. Auendanus *de censibus, cap.* 45. *num.* 22. Hermosilla *ad leg.* 9. *tit.* 1. *part.* 5. *glossa* 5. *à num.* 37. *tom.* 2. *fol.* 87.

9 Probatur sextò: quia prætensum creditum Mariæ Angelæ solùm apparet per confessionem mariti, quæ omni iure apparet fraudulenter facta; sed creditum Reuerendissimi Vicarij Neapolitani apparet ptr effectiuam solutionem factam in anno 1621. eidem Gellio; ergo præfertur creditori, cuius creditum solum habetur per confessionem, vt bene Cotta *in memorabilibus in verb. creditor prior.* Rodriquez *de concursu creditorum* 2. *part. art.* 1. *num.* 16. Immo habens confessionem debiti, etiam per priuatam scripturam, seruata forma, *l. scripturas* 8. *Cod. qui potior. in pignor. hab.* nisi concurrant requisita de quibus ibi, non præfertur creditoribus posterioribus, Gabriël *de probat. concl.* 9. 10. *&* 11. Morla *in emporio iuris lib.* 1. *in tit. de fide instrum. quæst.* 3. Trentacinqu. *lib.* 2. *var. de fide instrum. res.* 12. Francus *dec.* 96. latè Scaccia, *de iudicijs, cap.* 11. *num.* 990. Marta *voto* 53. Rodriquez *vbi sup. num.* 12. Gratianus *cap.* 537. Ioseph Vela *dissert.* 21. *à num.* 17. Hermosilla *ad l.* 9. *num.* 1. *part.* 5. *gloss.* 5. *à nun.* 55. Larrea *dec.* 4. Sanctius *de inducijs debitorum cap.* 11. *à nun.* 18.

Et in puncto rogo videri, Salgadum *in labyrintho creditorum, par.* 3. *cap.* 13. *num.* 34. qui apud Hispaniam refert practicatum confessionem dotis per maritum factam in iudicio, antequam alij creditores hypothecarij contraxissent cum marito, vtilitatem attulisse vxori, eamque præferendam fuisse creditoribus & bis iudicatum fuisse. refert: at in casu nostro debitum D. Vicarij est de anno 1632. & sic post contractum debitum hypothecarium cum marito, ergò quis somniare poterit vxorem, eiusque hæredes præferendos esse.

10 Pars aduersa posset dicere se adducere copiam sententiæ graduationis, quam factam fuisse præsupponitur 23. Nouembris 1606. in qua graduatur idem Ioannes Paulus Gellius pro scutis (vulgariter loquendo) 295. pro complemento eius crediti contra Gulielmum, & Nobilionem de Crostis. Ergò dicere posset, quod vigore talis sententiæ apparet supplementum dotis recepisse, ac solutum verè fuisse, dum sententia fit solùm pro scutis 295. ad complementum totius crediti.

Sed dici hoc non potest, quia in iudicijs non sufficit sententiam producere; sed oportet partem adducere totum processum; aliter sententia non probat: quia sententia ex actis iustificanda est; Seraphinus, & alij apud Nigrum *de executione sententiæ, cap.* 8. *num.* 15. ergò actis non exhibitis, sententia non est in consideratione; nec exequitur; Glossa, *&* *D D. in cap. quoniam contra de probat.* Riccius *collect.* 1964. Farinacius *dec.* 256. Et pluries decisum in Rota videre est apud Pereyram *de vniuersa Instrum. editione tit.* 3. *resol.* 2. non enim probat sententia vbi acta non demonstrantur. Glossa *in d. cap. quoniam, & in cap. cum in iure peritus de offic. Delegati* Cassadorus *dec.* 1. *de præsumpt.* Vantius *de nullit. ex defectu processus, num.* 14. Gratianus, *cap.* 531. *num.* 61. Card. Puteus *dec.* 369. *part.* 1. Card. Seraphinus *dec.* 1268. Farinac. *dec.* 170. *num.* 7. *&* 173. *num.* 2. *&* 524. *num.* 50. *&* 764. *num.* 2. *in posth. part.* 1.

Et licet præsumatur pro sententia antiqua, si acta non reperiantur. Bart. *in leg. admonendi, num.* 44. *ff. de iurciurando.* Mascardus *de probat. concl.* 32. *num.* 12. tamen hoc intelligitur in sententia antiqua lata præsentibus partibus, & non contradicentibus. Grammaticus *cons.* 15. Id tamen quoad interesse tertij non præiudicat; etiam si sit antiqua. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 68. *num.* 16. *& seqq.* quia respectu tertij, cessat ratio approbationis sententiæ, quæ adest cum principali; cùm quo est lata argumento, *leg.* 1. *Cod. si sæpius in integrum restitutio postuletur,* Salgadus *in Labyrintho, part.* 3. *cap.* 1. *num.* 27. *& argumento text. in l. Claudius fælix* 17. *ff. qui pot. in pignore.*

Quare &c.

DISCEPTATIO CI.

SVMMARIVM.

1 *Facti ordo proponitur, &* n. 4.
2 *Verborum ordo in ambigua testatoris voluntate ordinem intellectus, voluntatis, dilectionis, ac charitatis designat.*
3 *Ex honoris ordine ordo affectionis colligitur ordoque scripturæ in dispositione an semper attendatur.*
4 *Maritus, & vxor si Cappellaniam fundantes de bonis vtriusque suas nocent consanguineas proximiores concurrentibus deinde consanguineis mariti, & consanguineis vxoris, quisnam præferendus sit?*
5 *Ordo scripturæ non relenat, quoties de disponentis mente liquet.*
6 *Ab ordine litteræ an validum sit argumentum?*
7 *Duo si sint nominati à testatore in Cappellanijs vter præferatur?*
8 *Primo nominatus censetur magis dilectus.*
9 *Testatoris voluntas seruanda est, licet recedatur à verbis.*
10 *Ad testatoris voluntatem interpretandam eius opinione vtendum est.*
11 *Verba testamenti secundum opinionem testatoris intelliguntur.*
12 *Causa naturali, & accidentali concurrente, quænam ex opinione testatoris præferatur?*
13 *Scientiæ defectus in beneficiato magis detestandus est, quàm homicidium.*
14 *Voluntas, & desideria ambigua morientium, ex arbitrio desumuntur viuentium.*
15 *Legatum si sit factum consanguineis pro dote, & concurrat consanguinea innupta proximior, & consanguinea nupta remotior, quænam præferatur?*
16 *In Cappellanijs si vocentur consanguinei, & duo concurrant, quorum alter est prius Sacerdos*

cerdos, alter vero deinde efficitur, vter præferatur?

17 *In Cappellaniis, cæteriſque beneficijs ſi vocentur proximiores de familia, an intelligantur proximiores teſtatoris, vel vltimi Cappellani poſſeſſoris,* & numero ſequenti, & numero 28.

18 *Proximiores reſpectu vltimi Cappellani, non reſpectu fundatoris cenſentur vocati,* & numero 28.

19 *In fideicommiſſis, ac maioratibus ſuccedit conſanguineus vltimo poſſeſſori proximior, provt in ſucceſſionibus ab inteſtato.*

20 *Proximior ſi ſit inhabilis iudicandus eſt, ac ſi non eſſet.*

21 *Teſtator proximiores ſuos diligere, eoſque cæteris præferre præſumitur.*

22 *Legata relicta cognatis intelliguntur relicta cognatis teſtatoris, & vtrum hoc ſit in feudo,* & num. 24.

23 *Grauato ſemel admiſſo Proximior eius præſumitur magis à teſtatore dilectus.*

24 *In feudo paterno proximitas reſpectu vltimo loco admiſſi attenditur.*

25 *In fideicommiſſo Teſtatori ſucceditur, non vero grauato; & dilucidatur textus* in l. cohæredi §. cum filiæ, ff. de vulgari.

26 *Filij ex diuerſis vxoribus procreati ſi ſint à patre inſtituti, ac ad inuicem ſubſtituti ad partem repudiantis quomodo admittantur.*

27 *Per vulgarem ſubſtitutionem immediatè teſtatori ſucceditur, per fideicommiſſariam verò mediatè.*

28 *Teſtator ſi in fundatione dicat vt admittatur proximior ſuus: tunc ipſius teſtatoris proximior vocatus cenſetur.*

29 *Rota Romana nouiſſimè decidit eſſe attendendam proximitatem vltimi poſſeſſoris, non fundatoris, &c.*

ARGVMENTVM.

Cappellania in qua vocantur Proximiores conſanguinei mariti, & vxoris, qui præferatur in illa obtinenda: Primò nominatus quando cenſeatur magis dilectus, legatum pro dote factum conſanguinei, ſi vna ſit innupta, ſed Proximior, & conſanguinea nupta remotior, cui dari debeat? Proximiores vocati ad Cappellanias fideicommiſſa, &c. de quibus intelligatur Proximioribus teſtatoris, an vltimi Cappellani, & alia ad materiam dilucidantur.

PRO

Reuerendo Dom. Hyacinto Grimaldo,

CONTRA

Clericum Dominicum Grimaldum.

VACANTE Beneficio ſimplici ſub titulo Sanctæ Mariæ Gratiarum in Ciuitate Nuceriæ Paganorum, per mortem Reuerendi D. Sebaſtiani Grimaldi vltimi poſſeſſoris illius, comparuerunt patronis, quibus de iure competit ius præſentandi, & vnus præſentauit clericum Dominicum Grimaldum 14. annorum non adhuc completorum, alius præſentauit Sacerdotem D. Hyacintum Grimaldum virum idoneę litteraturæ, habilitatis, & ſcientiæ, ſunt tamen diſpares inter ſe, quoad proximitatem fundatoris, quia clericus Dominicus eſt in proximiori gradu reſpectu fundatoris, quàm ſit Sacerdos Hyacinthus, quæritur quis ex eis ſit inſtituendus, ratio dubij oritur ex verbis fundatoris, qui in fundatione dixit, *Item voglio, che eſſendoui nella fameglia più clerici, Subdiaconi, Diaconi, ò Sacerdoti, ſe habbia à preſentare il più habile, atto, e ſcientifico, proximiore in gradu,* ex quibus verbis oritur dubium, quia teſtatoris intentio videtur voluiſſe ſuum proximiorem prę ferendum, ex alio capite videtur vocaſſe habilem, idoneum, &c. de familia; pluribus tamen concurrentibus idoneis, & habilibus proximiorem eligendum fore, in hoc ergo ſtat ratio dubij. 1

Reſpondeo eſſe inſtituendum R. D. Hyacintum Grimaldum Sacerdotem excluſo clerico Dominico Grimaldo.

Probatur primò, quia ordo verborum in ambigua voluntate teſtatoris interpretanda deſignat ordinem intellectus, & voluntatis, & dilectionis, ac charitatis, *l. qui ſoluendo, la 2. ff. de hæred. inſt. l. quoties, ff. de vſufruct.* Surdus *de alitis, titul. 5. quæſt. 4. num. 17.* Melchior Phebus *dec. Luſitana 38. n. 10. tom. 1.* Riccius *p. 2. dec. 275. num. 4.* ordo enim ſcripturæ adducitur ad ordinem intellectus, & voluntatis, *l. 2. §. prius, ff. de vulgari, l. talem, ff. de hæred. inſtit.* Eſcobar. *de ratiocin. cap. 10. num. 2.* & ex ordine honoris colligitur ordo affectionis, *l. Publius, in fin. ff. de condit. & demonſtr.* ordoque ſcripturæ ſemper attenditur in diſpoſitione, *l. generaliter, §. ſi quis, ff. de fideic. liber. c. mandato, de præb. n. 6. c. penul. de reſcrip in 6.* Card. Tuſch. *lit. O, conſ. 190.* Dauid Dorinc. *in Biblioth. I. C. in verb. ordo,* Ioan. Melon. *in theſauro iur. litt. O,* Nouar. *lib. primo, quæſt. for. quæſtione 139.* vnde cum maritus quidam, & vxor fundaſſent Cappellaniam in ſuo teſtamento de bonis vtriuſque vocando ſuos conſanguineos proximiores in inſtitutione facienda pro tempore vacationis ipſius Cappellaniæ concurrebant in æquali gradu clericus conſanguineus mariti, & alius clericus conſanguineus vxoris in eodem gradu vnuſquiſque ſuo ſtipiti, ſcilicet vnus marito, & alius vxori dubitatum fuit quis eſſet admittendus, & relictis aliquibus dicentibus eſſe ambos admittendos, & Cappellaniã diuidendam, conſuluit Nouarius ex dicto brocardico conſanguineum mariti eſſe admittendum excluſo conſanguineo vxoris, idq; quia ordine ſcripturæ attento erat primo nominatus, ſed in caſu noſtro primo eſt nominatus magis idoneus, & ſcientificus ſecundo loco proximior, ergo attenditur illa qualitas maioris idoneitatis tanquam primo loco mentionata, non verò qualitas proximitatis, ſed talis qualitas concurrit 2 3 4

in

in R.D. Hyacinto: ergo hic est præferendus, idque ex eo, quia ordo prædictus scripturæ designat affectionem, & ordinem mentis Baldus per textum ibi in *l. quoties, ff. de vsufr. l. hæredes mei, §. fi. ff. ad Treb.* nisi aliter constaret de mente, & certa intentione disponentis per text. *in cap. authoritate Martini, de conces. præb. in 6.* Anton. Monach. *dec. Lucensi 64. n. 38.* vbi *n. 39.* dixit, quod vltima qualitas mentionata censetur in subsidium priorum nominatorum, licèt ergo soleat interdum esse talis ordo scripturæ non sufficiens ad fundandam intentionem disponentis, tamen quando est ambigua semper ad eum recurrimus pro ea declaranda, & coniecturãda, *d. l. generaliter, §. si quis, ff. de fideicommiss. libert.* Lappus *in alleg. 85. n. 10.* Paul. de Castro *cons. 164. lib. 2.* Abb. *cons. 85. lib. 1.* Anton. Picchard. *in §. ante hæredis, n. 5. Inst. de legatis,* Card. Tusch. *tom. 3. littera O, concl. 196.* Barb. *axiomate 173.* Garsia Gyronda *de priuilegior. explicatione, n. 177.* Maranta *de ordine iudiciorum, p. 3. num. 109.* qui dicit, quod quando constat de mente disponentis ordo scripturæ nihil releuat, & *n. 13.* dicit, quod ordo scripturæ non attenditur, quando gratia exempli ponitur in dispositione, ergo cum in casu nostro non gratia exempli, sed potius ad ostendendam enixam voluntatem fundatoris, qui sciebat quantum idoneitas necessaria esset, vt qualitas intrinseca ad beneficia, voluit, & disposuit, vt præsentaretur magis idoneus, & hanc qualitatem magis principaliter considerauit, quam primo loco posuit, & patet: quia post fundationem Cappellaniæ in ea instituit Reuerendum D. Sebastianum Grimaldum virum omninò idoneum, quasi quod hanc qualitatem respexerit per se, & principaliter, pluribus verò in æquali gradu positis idoneitatis, proximiorem voluit instituendum. 5

Confirmatur quia ab ordine litteræ validum est argum. *c. veritatis, de dolo & contumacia* ibi Episcopo, Abbati, & Præposito, in quo Doctores colligunt, quod Episcopus primo scriptus Abbate, & Præposito dignior est, & Abbas Præposito, *c. cum dilectus, de fide instrumentorum, cum similibus glossa in cap. bene quidem 56. dist. in verbo Mediolanensis, & in c. quorundam, in verbo prædicatorum, de elect. in 6.* Euerardus *in topica legali, loco primo, & loc. 57.* Cantiuncula *in topica legali, in loco 10* Petr. Andr. Gambar. *in dialectica legali, lib. 2. loco 50.* Boër. *in tract. de ordine graduum vtriusque fori, p. 2. n. 24.* Alciatus *in rubr. de off. ordinary, n. 1.* Franc. Vivius *dec. 254. n. 33. & 34. lib. 2.* Hyppolit. Riminald. *cons. 232. n. 71.* Thes. *lib. 3. q. forens. q. 106. num. 1.* Benedictus Ægidius *de iure, & priuileg. honestatis initio, n. 50.* qui ait hoc argumentum frequens esse in iure, Martinus Perse *in acribus principijs iuris positiui, lit. O, principio 13.* Buclerus *in Thes. sent. in verb. ordo,* Card. Seraph. *dec. 28. n. 2.* Mastrill. *de magistr. lib. 4. c. 3. n. 32. & c. 50. n. 7. & cap. 6. n. 7.* Barb. *loco* So. Ioseph Vela. *in suis alleg. alleg. 26. n. 11. & 68.* sed in casu nostro in litera, & capitulo dispositionis primo loco fit mentio habilitatis, & scientiæ. Secundo loco proximitatis, ergo debet admitti R.D. Hyacintus, vtpote magis idoneus, vt postulat fundator. 6

Duob. enim nominatis à testatore in Cappellaniis præfertur primo nominatus ordine litteræ, *d. l. quoties, ff. de vsufr.* ibi, *siquidem ita legatus fuerit Titio, & Mœuio potest dici prius Titio, deinde Mœuio legatum datum, l. generaliter, §. quid ergo, ff. de fideic. libert.* ibi, *& fortassis quis rectè dixerit, ordinem scripturæ sequendum, l. cum pater, §. à te peto, ff. de l. 20.* ibi, *non esse datam electionem, sed ordine scripturæ factam substitutionem*, quæ iura ad hoc propositum ponderat Goueanus *lib. 1. var. lectionum, c. 8. in fin.* Antonius Gomesius *1. tom. var. c. 2. n. 40.* Peralta *in l. si quis, in principio testamenti, n. 150. ff. de leg. 3.* nam primo nominatus censetur magis dilectus, *l. Publius, §. 1. ff. de condit. & demon.* Cravet. *cons. 161. n. 50.* Corneus *cons. 304. n. 14. vol. 3.* Caldas *de nominatione emphyt. in q. 10. n. 38.* Meyeres *de maioratu, p. 1. q. 2. n. 41. & p. 2. initio. num. 34.* Cephal. *cons. 46. n. 34. & 37. vol. 1.* Tiraquell. *de primogenitura, q. 40. n. 31. 33. & 92.* Molin. *lib. 2. de primog. c. 11. num. 36.* Perez de Lara *de Cappellanijs, lib. 2. c. 3. à num. 47.* qui omnes limitant, si appareret de contraria voluntate fundatoris, eo enim casu non esset attendendus ordo litteræ Bart. *in l. 2. §. prius, n. 7. ff. de vulgari,* Peralta *vbi sup. n. 158.* quia voluntas testatoris seruanda est, licet recedatur à verbis Tiber. Decianus *cons. 3. n. 45. vol. 1. l. 3. §. conditio, ff. de adimendis legatis,* ibi, *sed melius est sensum magis, quàm verba amplecti*, regulariter tamen ordo scripturæ, vel nominationis titulum confert præ- 5
lationis Philipp. Probus *in add. ad Ioan. Monachum in c. cum qui, de præb. in 6. n. 7.* & in propria materia Cappellaniæ id fundat Perez de Lara *de anniuersarijs, & Cappellanijs, c. 3. num. 50. in fin.* Magerus *in Florileg. locorum communium, lit. O,* Arnold. Reiger. *in Thes. iuris, in verb. ordo.* 9

Probatur secundò, quia ad interpretandam voluntatem testatoris vtimur maximopere eius opinione, quæ facit ius, vt scripsit Bald. *in l. fi n. §. 1. C. comm. de legatis,* Socinus *cons. 124. num. 4. lib. 4. & cons. 62. num. 9. lib. 3.* Corneus *cons. 26. colum. 3.* opinio namque testatoris, & illud, quod existimabat esse, vel posse fieri licèt veritas sit in contrarium, facit interpretari mentem, & dispositionem ipsius testatoris secundum eius opinionem, & non secundum veritatem, in his maximè, quæ dependent ab eius voluntate, & non repugnant iuri, vt in *l. qui loco, §. primo,* vbi notant omnes, *ff. de hæred. instit.* Raphaël. Cumanus *in l. si pater famil. colum. fin. num. 10. ff. eodem, l. quoties, §. si duo, in fine, eodem. tit. gloss.* Bart. Paulus, & Iason per illum textum *in l. seruo manumisso, ff. de conditione indebiti,* quare cum testatoris voluntas primum locum obtineat, *leg. in conditionibus, cum alijs concordantibus, ff. de condit. & demonstr.* in casu dubio interpretatio fieri debet non quemadmodum se habet veritas, & ratio naturalis, sed summam testatoris ipsius opinionem, & sic testatoris opinio, ex eo interpretationem recipit, quod ipse opinabatur, non ex eo, quod verum sit, nam pro verò accipiendum est, quod testator credidit verum esse, illudque inspici debet, quod testator cogitauit, vt bene Cravet. *cons. 44. num. 15.* Parisius *cons. 19. num. 67. lib. 2.* Neuizan. *cons. 62. num. 33.* Beretta *cons. 74. numero 47. lib. primo*, Surdus *decis. 241. num. 16.* Crotus *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 16. ff. de verb. oblig. & in l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 29. ff. de lib. & posth. & in cons. 44. num. 15. & 16.* Alciat. *lib. 3. de verb. signif. num. 50.* Picchard. *in §. impossibilis, à num. 22. Inst. de hæred. inst.* Paulus Duranus *de condit. impossib. c. 1. secundæ partis à num. 40. & c. 7. tertiæ partis,* Ioan. Vincentius Honnedeus *cons. 50. num. 37. lib. 2.* Menoch. *lib. 4. præsump. 16. num. 30.* Card. Mantic. *lib. 3. de coniect. tit. 10.* qui *num. 1.* dicit, quod verba testamenti debent intelligi secundum opinionem testatoris non secundum substantiam veritatis, quia testatoris dispositio ab eius opinione substantiam capit, non verò à substantia terminorum, & ideò nec verborum proprietas consideratur, sed opinio testatoris, vt post alios fundat Castillus *controu. iuris, tom. 5. cap. 102. in principio,* Simon de Prætis *lib. 1. de interpret. vltim.* 10 11

*volunt.interp.3.dub.1.fol.3.n.9.*qui ait, quod opinio teſtatoris eſt attendenda, ita vt concurrente
12 cauſa naturali,& accidentali præferatur accidentalis ex opinione eiuſdem teſtatoris per textum *in l. hæreditate,in princ.ff.de Caſtrenſi pecul.* ſed in caſu noſtro, & ſi cauſa accidentalis videatur habilitas, & idoneitas clerici præſentandi in beneficio,cauſa verò naturalis proximitas teſtatoris,tamen ex opinione teſtatoris magis attendi debet cauſa accidentalis,quàm naturalis ſanguinis,quia eam primo loco propoſuit, dicendo, vt ſit magis idoneus, & ſcientificus,deinde dixit proximior,quaſi quod requirat,vt ſit proximior quando æqualiter concurrunt idonei, at vno magis idoneo concurrente, dummodo ſit de familia hunc præferendum eſſe. Nec eſt nouum mentem teſtatoris,ſenſum,ſententiam, voluntatem, intentionem, & cogitationem ipſius(quæ omnia ſunt ſynonyma,Simon de Prętis *de interp.vlt.volunt.lib.2. interp.4. fol.1.* explicari ſecundum quod magis expedit rei circa quam diſponit,vt idem de Prætis fundat,ſed magis expedit Cappellaniæ prædictæ inſtitui R.D.Hyacinthum, quam clericum, Presbyter enim vtpotè dignior præfertur ad Cappellaniam, Guttier.*conſ.2. n.22.* Perez de Lara *de anniuerſarijs,& Cappellanijs,lib.2. c.3.n.16.*ſic ætas eſt cauſa prælationis, *l.fin.ff.de fide inſtrum.*Perez *lib.1.de Cappell.c.7.*Ceuall.*communes contra communes, q.693. n.39.* & faciunt tradita à Lambertino *de iure patron.lib.2.p.3.articulo 13.quintæ quæſtionis principalis,*ergo nullo pacto eſt attendenda maior proximitas fundatoris primo loco conſiderata ab eodem, ſi abſit qualitas ſcientiæ,& maioris idoneitatis in hoc proximiore,
13 quia defectus ſcientiæ in beneficiato eſt magis deteſtandus,quàm homicidium,teſte Zerola *in praxi Epiſcopali,par.1.in verbo beneficia,in verſ.ad quintum,* & Eccleſia Dei pro ſui regimine eget literatis Roland.*conſ.47.num.80.volum.1.* idem fundat de Regno, Perez de Lara *de anniuerſarijs,& Cappellanis, libro 2. capite 3.numero 9. cum ſequentibus.*

14 Probatur tertiò,quia ambiguæ voluntates, & deſideria morientium, ex arbitrio etiam colliguntur ipſorum viuentium, atque ex ipſo in caſu dubio,coniecturam colligi,non ſine iuſta ratione, & interpretatione deduci,vt ſcilicet id videatur teſtatorem voluiſſe, quod alij viuentes boni, & recti iudicij faciunt, aut in ſimili ſpecie facerent, ſiue facere exiſtimarent,vt dixit Imperator *in l.quoniam deſideria,C.de naturalib. liberis,*in hæc verba,*quoniam deſideria morientium ex arbitrio viuentium non ſine iuſta ratione colligimus*, per quem textum ita adnotarunt Ancharan. *conſ.237. colum.2.& conſil.302.*Ioan.de Anania *conſ.28.*Cranet.*conſ.98. in fin. & conſ.151. in fin.* Mantica *de coniecturis, lib.3.tit.2.n.6.*Simon de Prætis *de interp. vlt. vol. vol.lib.1.interp.2.dub.2. fol.10.* Fulvius Pacianus *conſ.15.n. 2.& 13.*Iudicis ergo arbitrium in hoc verſabitur in interpretanda voluntate fundatoris quid ſi viuus eſſet diſponeret,nam ex eo,quod viuus faceret, coniectura ſumitur efficax ad interpretationem ſuæ diſpoſitionis, ſed in caſu noſtro, ſi viueret,fundator vtique Sacerdotem preſentaſſet, iam quod voluit magis idoneum, & ſcientificum præferri,ſemper enim preſumitur fundatorem voluiſſe ab hæredibus,aut ſucceſſoribus ſui fieri, ſiue obſeruari,quod ipſe feciſſet per textum ſingularem in *l.cum ſeruus,ff.de condit.& demon.*vbi ita dicitur & in *l.item legato,§.1.in fin.ff.de l.3.*ibi,*adſignaturus ſi vixiſſet,l.ab exhæreditati ſubſtituto, ff. de l.1.* bi,*quæ ille ſi viueret,&c.l.poſtulante,ff.ad Treb.*ibi, *cæterum exiſtimo idem in hæred. eius eſſe conſtituendum,quod in illo conſtitutum eſt,*Decius *conſ.376. colum.2.*Simon de Prætis *de interp.vlt.vol.lib.1.interp.1.dub.3.fol.50.n.51.* Menoch.*lib.4.præſump. 189.numero 7.& numero 103.& præſumpt.190. num.14.& de arbitr.lib.2.c.26.n.24.* Caſtil.*to.5. contr.iuris,c.101.* non enim alienũ eſt à iure,quod deſideria morientium non ſine iuſta cauſa,ex arbitrio viuentium colliguntur, & colligi debent, vt bene Perez de Lara *de anniuerſarijs,lib.1.cap.21. n.59.*Pereg.*conſ.23. n.18. vol.50.* cuius ratio eſt, quia homines ſunt naturales, ac ideò veriſimiliter creduntur voluiſſe ea,quæ ſecundum naturam,& diſcurſui naturali congruunt,ex *l.fin. C.de his, qui veniam ætatis impetrauerunt*, & inde notauit Bald. tradidit etiam Vincentius Honnedeus *in conſ.57. n.8. lib.2.* vbi inquit, nulli dubium eſſe,quod ex actu viuentis colligitur, & interpretatur voluntas morientis,& citat text.*in l.damnas, §.1.ff.de vſufr. legato,l.ſi cui,ff.de leg.3.*Mantic.*vbi ſupr.*Adrianus Gilmanus *lib.1.rerum iudicatarum Germaniæ,dec.6. n.57.*qui dicit *n.58.*rationem eſſe, ne teſtator videatur ſtatim ſe correxiſſe, atque ita annihiletur, aut repugnans reddatur ipſius diſpoſitio, per text. *in l.ambigua,*vbi Albericus.*ff.de legibus,gloſſa in l. qui dotem,ff.de dote prælegata*, Fulgoſius *conſ.80.* Paulus de Caſtro *conſ.214.*Mieres*de maioratu,p.2. n.38.*qui dicit,quod nulla maior eſt coniectura in interpretanda voluntate teſtatoris, quàm videre quid ipſe viuus feciſſet, ſed ſi fundator viueret nunc vtiq; Sacerdotem prætuliſſet,vt eum in oratione,& ordine ſcripturæ prætulit,ergo ita diſponendum eſt in præſenti. 15

Probatur quartò ex celebri illo caſu, de quo Hyppolitus Maia *in conſult.ciuilib.p.1. conſult.20.* vbi cum fuiſſet factum legatum conſanguineis pro dote,& concurriſſent puella innupta, ſed ſtrictior,& alia nupta,ſed in remotiori gradu, conſuluit,& bene Maia deberi legatum nuptæ,ſed in remotiori gradu,quia cum tale legatum pro dote ſit conditionale,ſcilicet quãdo nuptiæ ſequũtur,*l.plerunq;§.ante,l.Titio,centum,§.Titio genero,*vbi Bart. *n.7.ff.de condit.& demonſtr.* Menochius *conſ.60. num.37.*Pariſius *conſ.110.lib.4.* Baldus Nouellus *de dote,p.6.prin.c.50.* Turrettus *conſ.75. volum.2.* Maſtrillus *dec.78. n.6.p.1.* Magonius *dec. Florentiæ 14.*quæ conditio inducit cauſam finalem, Cranetta *conſ.176.n.11.*cauſa verò finalis dicitur ſubſtantia diſpoſitionis, Velaſchus *conſult.60.n.8.*ſed conditio nuptiarum eſt prius adimpleta in remotiore in gradu,ergo illa præferenda eſt,quæ priori loco conditionem adimpleuit, quia in diſpoſitione conditionali de alio non curamus,quam de euentu conditionis,eiuſque implemento, Georgius Natta *coonſ.451.n.10.*Magonius *dec.Florentiæ 10. n.49.* idem Magonius *dec.Lucenſi 28.num.15.*Caſanate *conſ.10.n.35.& 36.* ergo cui prius eſt ius quæſitum in hac ipſa forma,& cauſa finali,ſeu cui conditio prius eſt verificata erit prior,non attento ſit reſtrictior,vel remotior in gradu,quæ ergo in matrimonio eſt anterior illa eſt præferenda, licet ſit in proximitate, ſeu parentela remotior, quia is præfertur,cui eſt ius quæſitum ex purificata conditione,etiamſi poſterior eſſet, vt fundat Guttierr. *alleg.4.n.12.& 13.exc.ſi prote,de reſcriptis,in 6.*

Item in Cappellaniis dicendum eſt, quæ ſi 16
relinquatur conſanguineis de familia, & concurrunt duo conſanguinei, quorum alter eſt prius Sacerdos, alter verò deinde efficitur, præferendus eſt antiquior, cuit fuit ius quæſitum ad ipſam Cappellaniam antequam alius efficeretur Sacerdos, & ſic Sacerdotium poſterioris non præiudicat priori, etiam ſi

ſecundus

secundus maiores haberet qualitates parentelæ, &c. ita post Rebuffum, & plures alios tenet Gutt. *consil.* 10. *n.* 28. vbi decisum refert: ergo quia in casu nostro concurrit Sacerdos cum clerico simplici debet omninò licèt non habeat proximitatẽ maiorem admitti Sacerdos excluso clerico, licèt proximiori, cum præsertim non habeat qualitates à fundatore primo loco consideratas.

Probatur quintò, quia maxima est controuersia inter Doctores, quando scilicet vocantur proximiores de familia an intelligantur proximiores testatoris disponẽtis, an verò vltimi possessoris morientis, in qua quæstione sunt duæ opiniones. Prima scilicet admittendos esse proximiores testatoris, non verò vltimi possessoris, ita gl. *in l. cum ita* 33. §. *in fideicomm. ff. de leg.* 2. *& in l. is qui quam plures, ff. de leg.* 3. quam sequutus fuit Bart. *in l. si cognatis, n.* 2. *ff. de reb. dub. & in l. hæredes mei,* §. *cum ita, ff. ad Treb.* post reperiẽtes hanc sententiam sequuti fuerunt Simon de Prætis *de interp. vltim. volunt. lib.* 5. *interp.* 3. *dub.* 4. *fol.* 3. *num.* 35. Card. Mant. *lib.* 8. *de coniect. tit.* 12. *n.* 30. *& seq.* Durant. *de arte testandi, tit.* 50. *cautela* 21. Facchin. *lib.* 4. *c.* 85. Graffius *in* §. *fideicomm. q.* 11. *& q.* 18. Ceual. *Commun. contra comm. q.* 398. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 75. *à n.* 16. Molf. *ad consuet. Neap. p.* 4. *q.* 56. *n.* 3. Giurba *ad consuet. Messan. c.* 11. *gl.* 6. *n.* 15. sic consuluit Dec. *cons.* 1. *&* 546. Alex. *cons.* 213. *vol.* 6. Cranet. *cons.* 43. Ias. *cons.* 215. *lib.* 2. *& cons.* 195. *lib.* 4. Rouit. *cons.* 50. *lib.* 1. sic decisum in Pedemontano Senatu refert, Thes. *dec.* 64. *in Mantuan.* Surd. *dec.* 66. *in Bonon.* Barrius *decisione secunda, in Fiuizano*, Caualc. *dec.* 18. *num.* 105. *part.* 3. *in Patauin.* refert Peregr. *dec.* 5. *&* 132. Siciliæ Milanens. *dec.* 8. *n.* 202. Rota Lucensis *dec.* 92. apud Merlin. Senatus Sabaudiæ apud Anton. Fabr. *lib.* 6. *tit. de verb. sign. defin.* 6. Rot. Rom. apud Card. Puteum *dec.* 133. *lib.* 3. contra quam aliter interdum sentientem arguit, Grat. *c.* 493. *n.* 13. *cum seq.* Reg. Galeota *lib.* 1. *contr. Ill. contr.* 11. *n.* 5. *&* 6.

Secunda tamen opinio dicit admittendos esse proximiores vltimi possessoris, ità ante omnes, Soc. *in d. l. si cognatis, n.* 30. *ff. de reb. dub. & in d. l. hæred. mei,* §. *cum ita, n.* 11. *ff. ad Trebell.* Iul. Clar. *in* §. *testantur, q.* 76. Marzar. *de fideicomm. q.* 35. *p.* 2. Viuius *opinio* 848. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 11. *gloss.* 1. Marta *p.* 1. *de succession. q.* 1. *art.* 1. *n.* 25. *& part.* 1. *q.* 5. *art.* 1. *n.* 19. *& d. p.* 1. *q.* 12. *art.* 1. Trentacinq. *de subst. p.* 4. *c.* 12. *& p.* 5. *c.* 9. Mol. theol. *disp.* 628. Iacob. Cancer. *p.* 1. *c.* 1. *n.* 59. *& lib.* 3. *c.* 21. *n.* 331. *&* 333. vbi plures refert decisiones illius Senatus Castill. *lib.* 3. *contr. c.* 19. *n.* 140. *cum seq.* Peregr. *de fideicom. art.* 10. Molin. *de primog. lib.* 3. *q.* 8. Paleaz *de maioratu, p.* 2. *q.* 8. Fusar *de fideicomm. q.* 484. qui refert *n.* 16. hanc opinionem practicatam pluries in Rota Romana, sequitur Horat. Barbat. *de fideic. legali. p.* 2. *c.* 2. *n.* 50. Amat. Siculus *var. resolut. to.* 1. *resolut.* 10. & sic decisum refert Viuius *dec.* 295. Hieron. à Laurentiis *dec. Auenionensis* 37. Gaill. *lib.* 2. *obseru. c.* 149. Rot. Rom. *dec.* 72. *p.* 1. *in nouiss. &* 460. *d p.* 1. *&* 681. *p.* 2. *apud Farin.* sic decisum in S. R. C. refert Molfes. *tom.* 2. *p. in add. ad q.* 56.

Quicquid tamen sit de tam ardua quæstione, circa quam sufficiat nobis demonstrasse, quid senserint DD. tam repetentes, quam consulentes, & quid Tribunalia obseruauerint in Cappellaniis tamen ad quas vocantur consanguinei proximiores, censentur vocati proximiores, non respectu fundatoris, sed respectu vltimi Cappellani, vt fundant multi apud Gars. *de benef. p.* 7. *c.* 15. *à n.* 19. licet ipse Gars. teneat contrarium, hanc opinionem declarãdo tamen, tenet Perez de Lara *de Capellanijs, lib.* 2. *c.* 2. *n.* 8. *&* 13. Didacus de Lima *in add. ad Molin. de primog. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 1. Cabed. *dec. Lusit.* 51. *p.* 2. qui fundat, quod tales Cappellæ instituuntur ad instar fideicommissorum, & maioratuum, in quibus succedit consanguineus vltimo possessori proximior, sicut succeditur in hæreditatibus ab intestato, vt est text. *in l. fin. C. de verb. sign.* ibi, *& hoc videlicet gradatim fieri*, vbi firmat Paulus, & Iason *n.* 25. idem Iason *in l. si aui, num.* 5. *&* 6. *C. de succes. edicto,* & est text. *in d. l. cum ita,* §. *in fideicom. ff. de leg.* 2. ibi, *qui ex ijs proximo gradu procreati sunt,* & in *l. peto, in princ.* ibi, *vt proximus quisque primo loco videatur inuitatus,* eodẽ sit, quæ iura licet loquãtur de fideicommissis, tamen idem erit dicendum teste Cabado *vbi sup. n.* 50. in talibus Cappellaniis, quia in effectu sunt quædam fideicommissa, quæ in cognatione, & familia manere debent, vt latè concludit per plura fundamenta Palatios Rub. *in rubr.* 44. & Cabed. *vbi supr.* Barbat. *de fideic. p.* 2. *c.* 3. *n.* 90. Velasc. *consult.* 121. Castill. Soto maior, *lib.* 3. *c.* 19. *n.* 379. Ceuall. *q.* 398. Alph. de Leone *de off. Cappel. q.* 4. *prax.* 6. *à n.* 159.

Sed in casu nostro proximior est vltimi Cappellani Beneficiati professoris D. Hyacintus non verò clericus Dominicus, vt patet ex graduum computatione facienda secundum leges ciuiles non secundum sacros canones in hac materia, sicut in qualibet alia materia excepto Matrimonio, vt fundat Garsia *tom.* 2. *de benefic. cap.* 15. *à num.* 23. vsque ad *num.* 28. Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 50. Mattiensis *lib.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilationum, gloss.* 5. *num.* 7. Castill. & alij, quos refert Lima *in addit. ad Molinam, lib.* 3. *de primogenitura, c.* 9. *num.* 1. quicquid in contrarium dicat Cæuallos *quæst.* 398. *à num.* 26. *cum seqq.* ergo Reuerend. D. Hyacintus debet admitti ad Cappellaniam, non Clericus, in quo admittendo, sicut & in Clerico Dominico non requiritur præsentatio patronorum: quia videntur præsentati à testatore, & potest fieri institutio absque alia præsentatione, Rota apud Viuianum *decis.* 57. præsertim mortuo fundatore, vt in casu nostro, Rota *decis.* 365. apud Caualerium, Alphonsus de Leone *de offic. Capellani, quæst.* 4 *praxi* 6. *num.* 168. qui etiam fundat ex Rotæ decisionibus, quod quando adest proximior; sed inhabilis, iudicari debet, ac si non adesset; ergo in casu nostro licet adsit Clericus proximior; tamen quia non habet maiorem habilitatem, sicut habet Sacerdos D. Hyacinthus sequitur nullam esse habendam rationem de proximiore illo in gradu, tanquam non habente requisita necessaria à fundatore explicata. 20

Neque dicat quis, quod semper præsumitur testatorem magis diligere proximiores suos, eosque cæteris præferre, *l. si vina matre, Cod. de bonis maternis, l. Publius,* §. *primo, ff. de condit. & demonst.* ergo cum legata fideicommissa Cappellaniæ, & similia relinquantur propter affectionem, quam testator habebat erga eum, cui acquiritur ad text. *in l. nec adiecit, ff. pro socio, l. alimenta, ff. de alimentis, & cib. legat.* vbi notant D D. si proximitas vltimi Cappellani attenderetur effectus contrarius oriretur; nam magis grauati, quam ipsius disponentis videtur proximitas prædilecta. Accedit instantia de legatis, quæ si relinquantur, cognatis intelliguntur relicta cognatis ipsius testatoris ex Bart. *in l. si cognatis, ff. de reb. dubijs, & in l. peto,* §. *fratre, ff. de leg.* 2. Rolandus à Val. *cons.* 100. *num.* 6. sic in successione feudi, in quo attenta dispositione, *cap. primi,* §. *vlt. de successione fratrum*, proximitas attenditur respectu pri- 21 22

mi authoris, iuxta quæ successio in feudis respicit stirpem, non verò alium, qui non sit agnationis communis stirpis.

23 Respondeo enim, quod cum grauatus fuit semel admissus, ideò eius proximior præsumitur magis à testatore dilectus, argum. *l. cum acutissimi, Cod. de fideicommissis, cum vulgaribus, d. l. Publius, §. primo, ff. de condit. & demonstr.* item quia grauato semel adeunte, factum est patrimonium eius, *l. sed si plures, §. filio, ff. de vulg.* Glossa, & DD. omnes in *l. prima, §. veteres, ff. de acq. poss.* ergo respectu sui ipsius est attendenda proximitas, neque nouum videri debet, quod proximior vltimi Cappellani præferatur proximiori fundatoris, quia cum iam viuus ipse fundator præsentaret vnum de familia, eumque possessorem fecerit, vocando deinde proximiorem intelligitur eius, quem primo loco instituit ad exemplum eius, quem vt vltimum possessorem grauauerit in fideicommisso restituendo, quod secus est in legatis, quæ non regulantur ordine successionis ab intestato; sed tantum propter affectionem, quæ magis cadit in proximioribus testatoris, quam vltimi possessoris, secus est in Cappellaniis maioratibus, & fideicommissis, quæ regulantur secundùm ordinem successionis ab intestato, vt dicebamus, neque vera est instantia de feudo: quia in suc-

24 cessione feudorum ex *cap. 1. de natura successionis feudi*, attenditur etiam in feudo paterno proximitas ex parte vltimo loco admissi, dato adhuc, quod ex prouisione paterna deferatur successio.

25 Neque tandem dicatur obstare textum *in l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulgari*, vbi in fideicommisso succeditur testatori non grauato, ergo à testatore non verò ab vltimo defuncto gradus successionis moderandus est, addendo pro confirmatione Bartoli doctrinam *in l. Lucius, in penult. qu. ff. de vulgari*, qui dixit, quod si filij ex diuer-

26 sis vxoribus instituti fuerint, & ad inuicem substituti ad partem repudiantis non admittitur solus illius frater vtrinque coniunctus; sed etiam alij filij testatoris qui secundum eius voluntatem succedere dicuntur, *l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgari*, & quoad eum testatorem dicuntur eodem modo coniuncti, sic in substitutione vulgari consideratur affectio testatoris, quæ est, vt proximior filij præferri debeat: quia per vulgarem non succeditur instituto, sed testatoris princ. institutionum diuulgari.

27 Respondeo enim, quod per vulgarem succeditur testatori immediatè, sed per fideicommissariam eidem succedi dicitur, mediante persona grauati, ad quem prius hæreditas peruenerat, ita respondet Ruinus *cons. 159. num. 9. & cons. 191. num. 11. vol. 2.* quia ex quo grauatus fuit semel admissus, ideo eius proximior præsumitur magis à testatore dilectus, vt dicebamus, quæ ratio cessat quando quis vult admitti per vulgarem: quia præsupponit institutum non adiuisse hæreditatem, *l. post aditam, Cod. de impub.* stare ergo simul possunt, quod succedatur testatori, vt in *d. §. cum filia*, & quod in huiusmodi successione attendatur proximitas grauati ad quem peruenerat res ipsa, vt bene in simili Iulius Clarus *in §. testamento, quæst. 76.* Marta *d. part. prima, quæst. 12. de successione legali, art. primo, in fine.*

28 Si verò testator dixisset in fundatione, seu dispositione, vt admittatur, & præsentetur proximior non simpliciter, sed de suis, puta si non dixisset, vt præsentetur proximior simpliciter; sed proximior suus tunc esset admittendus proximior testatoris, ex decisis in Rota apud Burattum pluries, vt videre est *in decis. 501.* & sic procedit opinio Garsiæ *d. par. 7. cap. 15. num. 22.* & Rota apud Caualerium 465. ne scilicet Rota videatur rotare: quia apud eundem Burattum *in Bononiensi de Mulettis 6. Februarij 1623.* decidit esse attendendam proximitatem vltimi possessoris non testatoris, vt apud eundem Burattum *decis. 682.* & tandem claudendum est os disputantibus decidentibus, & consulentibus; quia Rota Romana coram Dom. Merlino *in Romana fideicommissi de* 29 *Coronis die Mercurij 18. Iunij 1631.* canonizauit opinionem attendendam esse proximitatem vltimi possessoris non instituentis, & fideicommittentis, de qua apud Rubeum *tom. 5. decis. 519.* omninò videnda: quia magistralis, cum qua concludo pro Reuerend. D. Hyacintho Grimaldo proximiore vltimi Cappellani de familia fundatoris, immo præsentato iam ab eodem quondam fundatore Octauio Grimaldo. Die 9. mensis Iunij 1648.

Vt scripsimus fuit decisum per Curiam Nucerinam.

DISCEPTATIO CII.

SVMMARIVM.

1 *Demanium non vsu tantum, & consuetudine competere, sed etiam de iure Regni contra viros maximos oppositum putantes, probatur.*

2 *Demanium competere de iure communi, ex multis iuribus, probatur.*

3 *Textus* in l. 2. ff. si liber ingenuus esse dicatur, *declaratur.*

4 *Textus* in l. 2. C. de patribus, qui filios distraxerunt, *declaratur.*

5 *Textus* in c. 1. §. ex eadem lege de lege corradi, *declaratur.*

6 *Textus* in capite 1. §. præterea ducatus de proh. feudi alien. per Federicum, *declaratur.*

7 *Textus* in l. cum & postliminij, C. de captiuis, *declaratur.*

8 *Textus* in l. seruum ff. de acquir. hæred. *declaratur.*

9 *Textus* in l. domino à familia ff. ad Macedon. *declaratur.*

10 *Vassalli Baronum in Regno sunt peioris conditionis à demanialibus.*

11 *Vniuersitates petunt demanium infra annum à die captæ possessionis per Baronem, nec competit restitutio in integrum.*

12 *Demanium competit tum vniversitatibus magnis, tum paruis.*

13 *Venditis pluribus terris peti poterit per vnam demanium, nisi vendantur sub vna Baronia, vel statu, & qualiter procedat.*

14 *Demanium cessat si feudum vendatur primogenito, vel alteri proximè successuro.*

15 *Vniuersitas admittitur ad Demanium, etiam si tempore captæ possessionis per Baronem non protestetur.*

16 *Vniuersitati petenti Demanium incumbit onus solvendi pretium vna cum interesse.*

17 *Doctores agentes de demanio adducuntur.*

18 *Priui-*

18 *Priuilegium Demanij an possit reuocari à Rege remissiuè.*
19 *Clerici an contribuere teneantur ad Demanium.*
20 *Demanium cur Vassallis concedatur.*
21 *Vassalli quando alienantur in Baronem efficiuntur deterioris conditionis.*
22 *Baronis nomen quid significet, & quid nomen Regis.*
23 *Libertas maximè existimatur in iure.*
24 *Causæ, vbi de libertate agitur, quantum fauorabiles sint.*
25 *Vassalli Baronum sub seruitute, & num. 45.*
26 *Causæ libertatis ab omnibus, & singulis possunt impugnari.*
27 *Medicum constituere in vniuersitate tangit singulos vt singulos.*
28 *Causa, vbi agitur de interesse publico potest etiam ab eo qui non habet interesse proponi.*
29 *Clerici sunt Ciues Vniuersitatis, & non subditi.*
30 *Clericis dissentientibus in parlamento Vniuersitatis non concluditur.*
31 *Ciuis propriè, quid sit.*
32 *Statuta laicalia, disponentia super illis, quæ competunt Clericis non vt Clericis; sed vt omnibus de populo, ligant Clericos.*
33 *Statutum excludens Clericos, vel Monachos à collegio Doctorum valet.*
34 *Leges Regiæ approbantur per Pontifices si fiant per Principes superiores.*
35 *Clericus allegans Iudicem vt suspectum in tribunalibus laicis, tenetur facere depositum.*
36 *Potestas alia Ecclesiastica, alia secularis.*
37 *Principis secularis duplex potestas, vna contentiosa, altera politica.*
38 *Clerici an tenentur seruare leges politicas laicorum.*
39 *Leges politicæ præiudiciales statui Clericorum non ligant Clericos.*
40 *Legeæ politicæ qualiter ligent Clericos vi coactiua, an vi directiua.*
41 *Clerici secundum aliquos sunt Vassalli Principum secularium; sed melius alij dicunt, quod sunt sub protectione Regis.*
42 *Clerici, & Ecclesiastici quoad temporalia subijciuntur laicis quoad gubernationem politicam.*
43 *Clerici contribuere tenentur ad ea ad quæ impellit necessitas.*
44 *Baronis etymologia qualis sit, & an hæc vox sit nouæ in iure.*
45 *Seruire est sub Barone stare.*
46 *Regis Catholici præcedentia remissiue.*
47 *Patriam deserere maximum vitium est.*
48 *Amor Patriæ maior est omnibus.*
49 *Iustitia nulla maior, quam propriam patriam defendere.*
50 *Clerici tenentur domino terræ indigenti subuenire.*
51 *Clerici, & personæ Ecclesiasticæ quando teneantur ad donatiuum contribuere domino Regi.*
52 *Clerici contribuere debent pro reparationibus, aliisque publicis vtilitatibus.*
53 *Textus* in l. ad Instructiones C. de sacros. Ecclesijs, *an sit correctus.*
54 *Clerici tenentur contribuere pro impensis studij.*
55 *Dispositio, quæ publicæ tum vtilitatis, tum necessitatis sit, tangit Clericos.*
56 *Clerici non tenentur contribuere pro primo ingressu Regis ad Ciuitatem.*
57 *Clerici in casibus, in quibus contribuere tenentur ab Ecclesiastico Iudice compelluntur, deficientibus bonis laicorum.*
58 *Clerici non contribuunt pro medico, & ludimagistro, nisi in defectum laicorum.*

ARGVMENTVM.

Demanium non vsu tantum, & consuetudine competere, sed etiam de iure Regni, contra viros maximos putantes oppositum probatur; nec non congruum esse iuri communi: Vassallos Baronis esse peioris conditionis in Regno à Vassallis Demanialibus. Demanium infra quod tempus petatur, & an Clerici contribuere teneantur ad Demanium, & an sint Ciues Vniuersitatis, & an veniant in parlamento, & quando teneantur ad leges politicas laicorum, aliasque contributiones, qualiter & à quibus cogantur.

IVRIS RESPONSVM

Super Articulo,

An Clerici contribuere teneantur ad Demanium ab Vniuersitatibus petitum?

FACTVM.

VNIVERSITATES Regni Neapolitani vẽdi solent, à nostro Inuictissimo Monarcha, post quam venditionem comparere solent, & iure prælationis petunt demanium, scilicet ad iura pristinæ libertatis reduci, nec ad Barones vtile dominium transire, ad quod demanium petendum miror viros alioquin doctissimos dixisse Vniuersitates admitti ex nulla lege, nulloque iure, sed ex vsu Tribunalium, inueterataque consuetudine, taliter dixerunt Regens Camillus de Curte *in suo diuersorio feudali part. 1. num. 39. 54. 65. & sequenti fol.* 8. Consiliarius de Georgio *alleg.* 7. & Regens de Aponte *de potestate Proregis in tit. de diuersis prouisionibus* §. 1. *num.* 8. *fol.* 476. quod mirari non desiui, cum non solùm de iure Regni, sed etiam de iure communi sit cautum; de iure quidem Regni *ex pragmat. 63. de officio Procuratoris Cæsaris*; quæ Regia sanctio fuit emanata de anno 1588. post quod tempus scripserunt prædicti Domini: ergo non debebant dicere nulla lege caueri Vniuersitates ad Regium Demanium admitti; sed ex consuetudine tantùm. 1

De iure vero communi competere Vniuersitatibus damanium probatur ex duobus Iuribus à Præside de Franchis adductis *in dec. 17. num. 3.* sunt autem iura textus *in l. 2. ff. si liber ingenius esse dicatur*, ibi, *sed interdum ita contendendum permisit si pretium reddidisset*, & in *l. 2. C. de* 2 3

4 *patribus, qui filios diſtraxerunt*, ibi, *ad ingenuitatem propriam redire, & ex §. nec dominus inſtitut. de noxalibus*, vbi Ioannes Faber. cæterique inſti-
5 tutiſtæ, & tertio facit *textus in c. 1. §. ex eadem lege de lege Corradi*, vbi Dominus ſine voluntate Vaſſalli feudum alienare non poteſt: ſic etiam facit
6 textus *in c. 1. §. præterea ducatus de prohib. feud. alien.* per Federicum, vbi legitur nec dominus feudum ſine voluntate Vaſſalli ad alium transferre, vbi cum expreſſe dicatur dominum feudum ſine Vaſſalli voluntate non poſſe vendere, nec in alium transferre, apertè probant poſſe vaſſallos ſe redimere ſi velint: quinto facit textus *in l. cum &*
7 *poſtliminij, Cod. de captiuis, & poſtliminio reuerſis (qui captos ab hoſtibus redemerint, accepto pretio redemptos ſui ingenuitati reſtituant)* ſexto facit textus
8 *in l. ſeruum, ff. de acquir. hæred.* ibi *(vt priſtino domino exiſtimationem omninò offerat, vel maneat ei obligatus donec pretium ſoluat)* quod libertatis fauore in-
9 ductum eſt, ſeptimo facit text. *in l. domino à familia, ff. ad ſenatusconſul.* Macedon. ibi *(fauore libertatis liber quidem fieri debet, pretij autem partem contingentem ſocium conſequi oportet)* quæ iura, cum loquantur fauore libertatis, & ne quis ſeruus efficiatur, ſoluendo pretium redimitur, benè applicari
10 poſſunt ad Demanium, quia Vaſſalli Baronum ſunt in Regno veluti redacti in ſeruitutem Baronum, & libertis quandoque æquiparantur, Gloſſa *in c. 1. de milite Vaſſallo*, Iſernia *in c. 1. quibus modis feudum amittatur*, cum Baronibus obligentur ad multa oneta, Freccia *de Auctoritate Baronum*, & dum ſunt ſub Barone tot adſtringuntur moleſtiis, grauaminibus & ſeruitutibus, quod verè in ſeruitute eſſe dici poſſint, Camillus de Curte *vbi ſuprà, n.* 42. ſed è contra Vaſſalli demaniales dicuntur liberi, & ſumma libertas eſt ſub Rege viuere vt in conſtitutione Regni *Perſonas*, & habetur in *Auth. de hæredibus, & falcidia*, ibi *(aliquam recipientes libertatem)* & ex omnes liberi cenſentur, qui nullo medio ad Imperialem celſitudinem, & Regiam Maieſtatem pertinent, vt bene Camillus de la Ratha *conſil.* 87. *à n.* 47. Neuizanus *conſil.* 12. *num.* 95.

11 Non competit verò vniuerſitati Demanij petitio poſt annum à die captæ poſſeſſionis per Baronem, etiam per viam reſtitutionis in integrum, *vt in d. pragm.* 63. *de offic. Procuratoris Cæſaris*: antiquitus verò admittebantur ad demanium Regium vniuerſitates, ſi vires ſuſtinendi ſe haberent, & ad ipſum demanium obtinendum, abſq; termini præfinitione, vſque quo Regia inoleuit pragmatica ſupracitata, qua mandatur, quod Vniuerſitates infra annum tantum admittãtur ad demanium: quod in iure conſuetudine, & vſu fundatur, Nouar. *to.* 1. *q.* 106. & 120. Marta *dec.* 240. Ricc. *p.* 3. *dec.* 136.
12 competitq; tam ciuitatibus magnis, quam paruis, Maſullus *ad Capicium deciſ.* 162. licèt alias aliter fuerit practicatum, attenta perſonarum locorum, & temporum differentia, vt ait Camillus Salernus *in addit. ad proœm. conſuet. in ver. incipiente, Magna*
13 *eſt Princ.* & poterit exerceri ius demanij per vnã ex terris, ſi plures vendantur, ſi diuerſo pretio vendantur, vt in caſu relato, & deciſo per Franc. *dec.* 17. *in fine*, qui multa dicit ad propoſitum: poſt quem plura cumulant addentes. Quod tamen intelligitur verum eſſe, niſi Terra vna ex pluribus venditis, quæ proclamarent ad demanium eſſet ſub aliqua Baronia vendita cum alijs: quia tunc vna proclamante ad demanium non admittitur, niſi cum alijs: vt deciſum refert Camillus de Curte *in diuerſorio feud. in verbo licet autem à num.* 69. *fol.* 10. & ceſſaret petitio demanij, quando venditio feudi eſſet facta primogenito, vel alteri agnato proxime ſucceſſuro, vt iudicatum refert Bambacharius *in cap. Beneficium à Vaſſallo, num.* 12. *ſi defuncti contentio ſit*: vbi deciſum refert, *per Regiam Cameram Summariæ*. Neque admitti debet Vniuerſitas ad demanium, quando abſque proteſtatione nouum emptorem in Dominum recepiſſet; vt deciſum refert Maſullus ad Capicium dicta *dec.* 162. ſed puto contrarium eſſe dicendum quia cum conſtitutum ſit tempus ad illud petendum, non videtur renunciatum per actum proteſtationis antecedenter factum. 14 15

Cum verò vniuerſitas ad demanium admittitur, pretium eſt ſoluendum emptori cum intereſſe ſolutis tamen fructibus per ipſum medio tempore perceptis: quia finito retractu fructus retrahet à principio dominus, & omne commodum & incommodum ad ipſum ſpectat, vt bene Camillus de Curte *in diuerſorio feudali, part.* 1. §. 10. *à num.* 71. plura verò de demanio, qualiter competat Vaſſallis, tractant Guido Papa *dec.* 239. Francus *dicta dec.* 17. Anna *in Conſtitut. Conſtitutionem Diuæ memoriæ à num.* 261. Addentes ad Napodanum *in proœmio conſetudinum à num.* 305. latiſſime Camillus *vbi ſupra*, Ioannes Andreas de Georgio, *d. allegat.* 7. Maſtrillus *in conſ. vnico poſt primam partem deciſionum*, & latius *lib.* 3. *de magiſtratibus, cap.* 10. *num.* 45. Rouitus *in pragm.* 63. *de officio Procuratoris Cæſaris* Paſchalis *part.* 1. *cap.* 1. Regens Galeota *tom. primo controuerſiar. fol.* 541. Qui agunt an poſſit reuocari per Regem facultas, & gratia, vt ſit in demanio, latè Seſſe *dec. Aragoniæ* 36. *lib.* 1. Molfeſius, *ad conſuetudines in proœmio, quæſt.* 6. *num.* 11. Anna *alleg.* 50. & 87. Aponte *conſ.* 70 *lib.* 1. Regens Reuerterius *dec.* 53. & 76. *part.* 2. & *dec.* 19. *part.* 5. & 24. *per totam* Capiblancus *in pragm.* 8. *part.* 3. *à num.* 150 *de Baronibus* Camillus de la Ratha *part.* 11. *de feudis dilucidat.* 28. Nouarius *in d. Pragm.* 63. Idem Reuerterius *dec.* 22. *part.* 1. & 23. *part.* 5. & 18. & 41. *part.* 6. His poſitis 16 17 18

Quæſtio eſt an Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ contribuere teneantur ad ſoluendum pretium pro demanio conſequendo articulus eſt nouus. 19

Reſpondeo teneri Clericos contribuere cum declarationibus tamen, de quibus infra, hanc ſententiam tenent doctiſſimus Henriquez *in ſumma lib.* 10 *cap.* 15. *num.* 50. *in gloſſa litt. L*, vbi ait per ſententiam Regiam fuiſſe deciſum ad ſui fauorem Bouadilla *in politica, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 286. Rebardeus *ſect.* 3. *fol.* 60.

Probatur primo, quia ratio, quare admittitur Vniuerſitas ad demanium ea eſt, quia intereſt Vniuerſitatis liberari à ſeruitijs, ad quæ virtute iuris communis Regiarum pragmaticarum, &c. tenentur Vaſſalli vtili Domino, & à ſolutione ſubuentionum, ſeu collectarum, de quibus in conſtitutione Regni *Quamplurimum*, à quibus liberantur ſi ſe redimunt, vt bene Francus *d. dec.* 17. *num.* 3. ampliata per Riccium, & alios vbi ſup. nam Vaſſalli Regij quando alienantur per Baronem efficiuntur deterioris conditionis, Camillus de la Ratha *conſ.* 86. *num.* 27. quia alienantur in minorem dominum, vt bene Ioannes Andreas, Hoſtienſis, & alij *in cap. dilecti de maiorit. & obedientia*, nomen enim regium ad dignitatem, honoriſque poteſtatem pertinet, nomen verò Domini potius ad Tyrannidem, vt colligitur ex *cap. eſto* 95. *diſt.* & *cap. vltimo* 94. *diſt.* nam tales Domini vocantur ſicut Nembrot, & Robuſti venatores, id eſt oppreſſores, & extinctores hominum, vt in 6. *diſtinct. in fine*, & Auguſtus abhorrens 20 21 22

horrens nominari Dominum, fecit edictum ne Dominus vocaretur, *oratione 6. ad Augustum propè finem.* Rex enim sibi subditos vocat amicos, *l. Diui, ff. de Iurepatronatus*, & Vassalli, seu homines Dominorum ab ipsa lege quasi serui habentur, *l. nec diutius in fine, Cod. de agricolis, lib. 12. l. 2. Cod. in quibus causis coloni lib. 11.* Lucas de Penna *in l. vnica, Cod. de capit. Ciuitatis lib. 11.* competit ergo Vassallis cum venduntur ius prælationis saltem fauore pristinæ libertatis, quando Regis fuerunt, vt *in dicto*, §. *Dominus, Institut. de notalib. actionibus*, latè Neuizanus *cons. 12.* & hoc ad publicam vtilitatem, vt euitentur oppressiones Baronum, vt bene Isernia, & alij apud de Ratha *cons. 86. num. 58.* Hinc Honorius Papa post Rebellionem Siciliæ: suadendo voluit Regem Siciliæ abstinere ab alienatione demaniorum, vt grauamina subditorum euitaret; nam interest Ecclesiæ, proprietatis dominæ, Regni vtriusque Siciliæ, fauere, vt afflicti subditi à grauaminibus releuentur, & non prorumpant; de la Ratha *num. 60.* cum paria sint non esse in rerum natura, & esse, & non esse liberum, ex *l. qui mortui, ff. de verb. signif.* & melior est mors, quàm vitam in amaritudine seruitutis ducere, *Ecclesiastici cap. 3.* & libertatem, nemo bonus nisi cum anima amittit, Isern. & alij vbi supra, & seruitus est quædam mortis imago, Polli. *lib. 7. cap. 17.* libertas verò est lumen vitæ nostræ, & ideò pro ipsa libertate, non contra ipsam iudicari debet, *l. inter pares, ff. de re iudic. cap. fin.* extra eodem, & ad hanc Christianos restituere debemus, quos Christus Dominus noster sanguine suo redemit, *cap. cum Redemptor 12. quæst. 2.* facit textus *in l. 1. & 2. Cod. ne quis liber. &c. lib. 11.* ergo Clerici ad hoc opus tam pium contribuere tenentur.

23

24 Probatur secundo, quia quando agitur de demanio, & libertate conseruanda, vel abdicanda, dicitur agi de negotio, in quo consistit decor, & splendor patriæ, pert. text. *in l. edicimus* vbi Lucas de Penna, *Cod. de murilegulis lib. 11.* Pro qua libertate patriæ tuenda, licitum est occidere patrem, matrem, & filios, *l. minimæ, ff. de relig. & sumpt. funerum* Angelus *in tract. de maleficijs, in verb. comparent dicti inquisiti, num. 15.* Neuizanus *inter consilia* Brun. *cons. 12.* & libertatis species est sub Rege viuere, Lucas de Penna *in l. 1. Cod. de capitis ciuil. lib. 11.* immò sub Rege viuere summa libertas est, vt probat textus *in Constitut. Regni personas*, vt bene Regens Camillus de Curte, *in suo diuers. feudali, part. 1. d. vers. licet, num. 42. fol. 8.* & nos supra dicebamus. Ergo ad hanc li-

25 bertatem conseruandam, vel consequendam Clerici contribuere tenentur, cum libertas tangat omnes, & in spectantibus ad plures, vt singulos omnes sunt audiendi, glossa *in authen. hoc ius, Cod. de sacr. Eccl. vers. Maiori, per textum in l. per fundũ, ff. de seruit. rusticorum*, Camillus Salernus *in addit. ad proœmium consuetudinum, fol. 43. litt. A, & B*, vbi vnus de Vniuersitate fuit admissus ad petendum demanium; & quod omnes sint audien-

29 di, adducitur per argumentum, tex. *in l. si quis hac, §. quoties, ff. qui, & à quibus*, Felinus *in cap. cum omnes de constitut. l. 3. ff. de libero homine exhibendo*, ibi, *Nemo enim prohibitus est libertati fauere, & & in l. fin. Cod. de patribus, qui filios distraxerunt*, ibi, *licet cuilibet alij*, & ideò omnes sunt vocandi si petatur vendi non pauci tantum, vt bene Camillus de la Ratha *cons. 84. num. 11.* & si maior pars consentiat vendi. Minor autem repugnet, non præiudicatur minori parti per maiorem, Iason, alij apud Annam *alleg. 53. num. 11.* Franciscus Marcus *dec. 123. num. 27. part. 2.* Camillus de la Ratha *cons. 56. num. 14.* & scilicet in illis, quæ maiori parte facta sunt, approbatio censeatur facta ab omnibus, *l. quod maior, ff. ad Municipalem. l. nominationum. Cod. de Decurionibus, lib 10. cap. cum omnes de Constit.* vbi D D. tamen in illis, quæ sunt communia pluribus, vt singulis, etiam si essent mille, non valent, nisi omnes consentiant, *d. l. per fundum, ff. de seruit. rustic. l. fin. ff. communia prædiorum, glossa in d. cap. cum omnes, & in cap. si Archiepiscopus in vers. ab omnibus de tempor. ordin. cap. quod omnes de regul. iur. in 6.* Oldradus *cons. 34.* D D. *in cap. fin. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*, Duenna *regula 295.* sic constituere medicum in Vniuersitate spectat ad singulos vt

27 singulos, Afflictus *dec. 400. num. 6.* sicuti conductio medici, iuxtà *textum in l. 1. ff. de decretis ab ordine faciendis*, & eius conductio ad omnes spectat, & factum à maiori parte non valet, ex *d. l. per fundum*, vbi *glos. in vers. ab omnibus*, Andreas ab Exea *in d. cap. cum omnes de Constitut. num. 144.* Capicius *dec. 152. num. 3.* Bart. *in d. l. quod maior, & in d. l. per fundum*, Franciscus Marcus *dec. 125. num. 7. part. 2.* & singulariter dico, quod

28 quando agitur de interesse publico, vnus tantum de populo, immò etiam is, cuius non interest ad contradicendum admittitur, Crauetta *cons. 132. num. 9.* ex Decio *in l. si quis id, quod num. 15. ff. de iurisdict. omnium Iudicum*, Camillus de la Ratha *cons. 63.* ergo Clerici tenentur contribuere pro negotio tam magno, quod omnes tangit, & de libertate patriæ agitur.

Probatur tertio, quia Clerici sunt Ciues Vni- 29
uersitatum; Alexander *in l. de pupillo, ff. de noui operis nunciatione.* Paulus de Castro *cons. 296.* Bald. *in l. cunctos, populos, Cod. de summa Trinit. & fide Catholica*, Camillus de la Ratha *cons. 95.* qui ait Clericis competere, vt Ciuibus ius pascendi in defensis, & forestis Vniuersitatis: quando enim Barones volunt facere defensas, requiritur consensus Ciuium, ex quo.

Quærunt D D. quid si Vassalli consentiant, 30
Clerici tamen dissentiant in parlamento, an obstet? & Respondent, quod licet Clerici non habeant vocem in concilijs cum secularibus negotijs non debeant immiscerì, vt in toto titulo. *Ne Clerici, vel Monachi*, in Decretalibus, tamen in præiudicium eorum possunt contradicere: ipsi enim separati sunt à foro laïcali, quoad iurisdictionem, tamen Ciues sunt, & vti tales gaudent omnibus prærogatiuis, & commoditatibus Ciuium, Bertrandus *cons. 92. vol. 3.* Freccia *de subfeudis auctoritate 46.* latè Velaschus *consult. 100.* Anna *singul. 136.* Surdus *dec. 129.* & veniunt appellatione Ciuium, vt benè Surdus *ibi* & Hodierna *in addit. num. 4.* ex quo solent Ciues laïci curare, vt compareant Clerici, vt se opponant in istis concilijs, ne ipsi immisceantur cum Dominis, vt obseruatum dicit Capiblancus *in pragm. 11. de Baronibus, numero 126.* & Petra *ad Grammaticum, dec. 100.*

Ratio à priori est: quia Ciuis est socius, qui 31
cum sua familia in societate familiarum bene viuere intendit, Aristot. *3. polit. cap. 2.* Arnisæus *in politica cap. 6. fol. 166.* Non enim est vera definitio Ciuis, quod sit liber homo alterius potestati subiectus; quia ly *Potestatis* non conuenit; nam non differret subditus à Ciue; nam incolæ sunt subditi, sed non Ciues, Arnisæus *vbi sup. contra Bodinum lib. 1. de Republica, cap. 6.* quem bene impugnat idem Arnisæus *cap. 5. de Republica sect. 5. num. 6. & 7.* Besoldus *in politica tom. 1. de*

tribus

tribus ſocietatis ſpeciebus diſcurſu 20. cap. 1. Hericus Vulſtennius *in centuria quæſtionum politicarum, decade 5. quæſt. 7.* Clemens Timplerus *lib. 1. politicorum, cap. 5.* Hennon 1. *politicorum Theſi 8.* Vulricus Volſius *de homagio Theſi 257.* Canonhiero, *lib. 1. dell'introduttione alla Politica, cap. 4.* Pocent. *in iuribus municipalibus*, Tuſchus *in verb. Ciuis* Reygier *in Theſauro Iuris in verb. Ciuitas.* Idem Beſoldus *tom. 2. in politica de iure territoriorum, cap. vltim.* Herodotus *rerum iudicatarum in tit. ad Municipalem*, Griphinder *in tit. de ſubdito, & vaſſallo*, ſed Clerici habent familias in ſocietate familiarum; ergo ſunt Ciues, licet non ſubditi; ergo contribuere tenentur pro conſeruatione ſtatus tum laïcorum, tum Clericorum, argumento, *c. ſancitum 25. verſ. his verò 23. q. 8.* Oſaſchus *dec. 18. n. 6.* Hinc eſt, quod ſtatuta laïcalia, quæ diſponunt ſuper illis, quæ competunt Clericis non vt Clericis; ſed vt alijs de populo, & non priuilegiatis, ligant Clericos, & ſeruari debent etiam in Curiis Eccleſiaſticis, *cap. cum veniſſent, de eo, qui mittitur in poſſeſſionem, cap. conſtitutus de in integrum reſtitut. cap. cum cauſa de re iudicata*, Bart. *in l. 1. num. 3. Cod. de ſacroſ. Eccleſiis*, Sebaſtianus Medices *de legibus, & ſtatutis, part. 4. quæſt. 6.* Aſinius *de executione, cap. 3. num. 4.* Tiraquellus, Intrigliolus, & alij apud Carolum de Graſſis *de effectibus clericatus, effectu 2. num. 176.* Hinc etiam ſtatutum excludens Religioſos, vel Clericos à Collegio Doctorum validum eſſe conſuluit Alciatus *conſ. 707.* Carpanus *ad ſtatuta Mediolanenſia, cap. 414. num. 118. lib. 1.* Caualcanus *dec. 18. num. 51. lib. 3.* licet alij contrarium dixerint apud Carolum de Graſſis *effectu 2. num. 434.* (& de Monachis Doctoratis ſeruatur apud nos, vt excludantur) ergo quando aliquod competit Clericis, vt ciuibus, iudicantur Clerici vt omnes de populo, ſicque contribuere tenentur ad patriæ libertatem. 32 33

Probatur quarto, quia leges regiæ, quando ſunt honeſtæ, per Summos Pontifices approbatæ cenſentur, *cap. 1. de noui operis nunciatione, cap. Inquiſitionis de hæreticis in 6. cap. 1. de iuramento calumniæ, cap. venientes de iureiurando, l. cunctos populos*, vbi Bart. *n. 29.* & alij *Cod. de ſumma Trinit. & fide Catholica, per tex. in cap. 1. & 10. diſt.* vbi apertiſſimè probatur leges Principum etiam in foro Canonico militare. Sed talis *pragm.* citata, concedens ius libertatem petendi, eſt iuſta: ergo à ſacris Canonibus cenſetur approbata, & ſic ligabuntur omnes. 34

Quod ſi dicas pragmaticam habere requiſita prædicta, vt fauorem publicum reſpiciat, non tamen per hoc ſequitur ſtatuentes habere iuriſdictionem in Clericis: ex *cap. Eccleſiæ S. Mariæ de conſtitut. cap. benè quidem 96. diſt.*

Reſpondeo, quod argumentum procedit in legibus factis ab inferioribus à Principe, quæ per iura Canonica non reperiuntur approbata, non autem in legibus Principum, quæ etiam quoad Clericos, & Eccleſiam valent ex iuribus citatis, ita dicunt Hoſtienſis Ioannes Andreas, & alij in *c. fin. de ſolution.* Imola *in c. fin. de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu capituli*, Alexan. *conſ. 112. lib. 5.* vnde Camillus de la Ratha conſuluit *conſ. 96.* Clericum allegantem Iudicem, vt ſuſpectum in tribunali laïco, teneri facere depoſitum vigore regiarum pragmaticarum, & fuiſſe iudicatum refert. 35

Vt enim omnibus notum eſt, duplex eſt poteſtas, vna Eccleſiaſtica, altera ciuilis, & vnaquæque eſt ſuis circumſcripta limitibus, *cap. ſolitè de maior. & obedien. cap. nouit. de Iudicijs, extrauaganti vnam ſanctam de maiorit. & obed. cap. cum aduenæ, cap. duo ſunt 96. diſt.* Felynus *in cap. 1. num. 9. de conſtitut.* Oldradus *conſ. 83.* Alexander *conſ. 8. vol. 1.* Morla *in emporio, part. 1. in tit. 1. quæſt. 16.* Marta *part. 4. de iuriſdict. caſu 198.* Molina *de iuſtitia, diſp. 29.* Hallienſ. *lib. 3. in defenſione Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, cap. 4. §. 4. numero 26.* Maſtrillus *de Magiſtratibus, lib. 3. cap. 3. num. 81.* Vbertus *in congreſſu legali, congreſſu 50.* Eſcalera *de vtroque brachio part. 2. numero 4.* 36

In Principe verò ſæculari duplex eſt poteſtas, vna contentioſa, & merè iuriſdictionalis, altera politica, & œconomica. A prima ſunt exempti Clerici, à ſecunda verò non vnde leges deſcendentes ab hac poteſtate æqualiter ligant Clericos, & laïcos; cum latæ ſunt à legitima poteſtate, & ab habente curam communitatis, ita Victoria *de poteſtate Eccleſiaſtica, ſect. 6. de iuſtitia diſp. 31. num. 6.* qui dicunt leges politicas ligare Clericos, dum non repugnant ſacris Canonibus, nec ſtatui Eccleſiaſtico; ſed pro bono communitatis, & Reipublicæ feruntur, Sotus *in 4. diſtin. 25. quæſt. 2. art. 2. concl. 4. & lib. 1. de iuſtitia, quæſt. 6. art. 7. concl. 1.* Bellarminus *tom. 2. de Clericis, cap. 28.* Molina *de iuſtitia, diſp. 31. num. 15.* Sayrus *lib. 3. Clauis Regiæ cap. 4. num. 18.* Salas *diſp. 14. de legibus ſeq. 8. num. 94.* Bonacina *quæſt. 1. de legibus part. 6. num. 29.* Rodriquez *quæſtionum regularium, tom. 1. quæſt. 61. art. 14. & quæſt. 66. art. 2.* Baldellus *in Theologia morali lib. 5. diſp. 33. nu. 4.* Quoniam, vt ſupra dicebamus, Clerici non obſtante Clericatu ſunt ciues, & membra Reipublicæ politicæ, quæ non niſi legibus politicis gubernatur, & cum lex neceſſaria fuerit ad bene, beateque viuendum, & vt hominum cupiditates effrænarentur, & finis Reipublicæ temporalis ſit, vt fœlicitas conſequatur, Maſtrillus *lib. 3. de Magiſtratibus, cap. 3. n. 1. & n. 14. & 15.* ideò tenentur Clerici leges politicas ſeruare, Sanchez *in opuſculis, lib. 2. cap. 4. dub. 55. num. 3. & 4.* 37 38

Prout etiam dicimus Clericos eſſe partes Reipublicæ, & leges ſupradictas reſpicere directè Clericorum vtilitatem, & eos ligabunt, ac tenebuntur ad eius obſeruantiam, Mandellus de Alba *conſ. 271. n. 19. & conſ. 9.* Bald. *conſ. 297. & 298. vol. 1. & conſ. 948. lib. 2.* Signorolus *conſ. 21.* latè Menochius *conſ. 800. & conſ. 1000. à n. 19.* Caſtillus *de tertijs debitis, cap. 9. à n. 28.* Salſedus *de lege politica, lib. 1. cap. 3. per totum:* & licet aliqui dixerint, quod etiam iſtæ leges neceſſario ad inducendam obligationem Clericorum, requirant Pontificis confirmationem, vt Marta *de iuriſdict. part. 4. caſu 1. n. 39.* relatus à Caſtillo *d. cap. 9. nu. 28.* tamen hoc intelligitur in legibus præiudicialibus ſtatui Eccleſiaſtico, vt notauit Sanchez *d. lib. 2. cap. 4. dub. 55. n. 2.* ſed aliæ, quæ reſpiciunt communem vtilitatem, & bonum publicum, nulla habita ratione ad ſtatum Eccleſiaſticum, & Canonica ſtatuta ligabunt omnes, Vaſquez 1. 2. *diſp. 158. cap. 3. n. 16.* Baldellus *in Theologia morali, lib. 5. diſp. 19. num. 14.* Bellarminus *de Clericis, cap. 28.* Caſtrus *lib. 1. de lege pœnali, cap. fin.* Abbas *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſtitut. n. 13.* Decius *n. 27.* Felinus *n. 37.* Salzedus *in pract. criminali Canonica, c. 55.* Couarr. *practic. ca. 33.* Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ in prologo, n. 30.* Salgadus *de regia protectione, part. 1. cap. 1. num. 4. prælud. 7.* 39

Difficultas verò eſt qualiter leges politicæ ligent Clericos an vi coactiua, an directiua? Prima ſententia 40

sententia tenet vi directiua, Tanderus, Vasquez, Azorius, Portellius, Filiuccius, Bonaccina, & alij apud Dianam *tract. 2. part. 1. resol. 8.* Secunda opinio ait vi coactiua, Sotus, Victoria, Salas, Arauia, & alij, quos sequitur Salzedus *lib. 1. de lege politica, cap. 4. num. 17.* Suarez *lib. 3. de legibus, cap. 34. num. 11.* Baldellus *lib. 5. disp. 31. num. 13.* executio tamen pœnæ fieri debet per Ecclesiasticum, Osaschus *dec. 68.* Natta *cons. 311. num. 5.* Tuschus *lit. E, concl. 12. n. 22.* Carolus de Grassis *de effectibus clericatus, effectu. 20. n. 366.* Diana *vbi sub. vers. Sed notandum est*, Couarruuias *pract. c. 53.* Castillus *tom. 7. cap. 8. n. 28.* Sanchez, & alij apud Salzedum *n. 19.*

41 Nec defuerunt grauissimi D D. dicentes Clericos, & Ecclesiasticos esse Vassallos Principum sæcularium, & sub hoc nomine comprehendi, & ab hac ratione naturali, ac principio conseruatiuo Reipublicæ Regi fidelitatem seruare, ac obedientiam exhibere debere in illis, quæ vtilitatem, ac publicam conseruationem respiciunt, vt latè dat Velaschus *consul. 100.* Gregorius Lopez *in l. 4. tit. 15. part. 4. n. 24.* Azeuedus *in l. 13. tit. 3. lib. 4.* Ioannes de Solorzano *de iure Indiarum, tom. 2. lib. 3. cap. 27. num. 26.* & sunt sub protectione regia iure naturali, quos Rex defendere tenetur, vi oppressos; sicut & cæteros Vassallos, in quos Inuictissimus noster Monarcha suam protectionem exercet, vt in *l. 1. & sequenti, tit. 4. lib. 4. ordinamenti, & l. 1. tit. 4. lib. 6.* vbi Didacus Perez, Azeuedus, & alij, Molina *de primogenitura lib. 1. cap. 13. num. 48.* Solorzanus *de Indiarum jure, lib. 1. cap. 4. num. 13. tom. 2.* Amaia *in l. Cod. de annonis, num. 89. & 90. lib. 10.* qui dicit Regem nostrum exercere auctoritatem in Clericos ratione subiectionis œconomicæ, & prospicientis commune bonum.

42 Et Clericos omnes, ac Episcopos respectu temporalium esse subiectos iurisdictioni Principum sæcularium dixit Osaschus *in decis. 30. numero 50. ex cap. quoniam 10. distin.* Suarez *lib. 3. de legibus, cap. 6.* Bellarminus *lib. 5. de Summo Pontifice, cap. 6. ex regula glossæ in cap. possessor, de regul. iuris in 6.* dicentis Pontificia decreta, in quantum respiciunt ad temporalem dominationem tantum non ligare subditos Regis, cum Reges per se sint Domini non recognoscentes Superiorem in temporalibus, vt benè Ancharanus *cons. 88. lib. 1.* Oldradus *cons. 99.* Romanus *cons. 138.* Paulus *cons. 56.* Vasquius *lib. 1. controu. cap. 20.* Salzedus *lib. 1. de lege politica, cap. 6. n. 28.* omnes enim tàm sæculares, quàm Clerici sunt subiecti ratione politicæ gubernationis Regi temporali tanquam membra Reipublicæ, Francus *dec. 49. num. 50.* Franciscus Marcus *dec. 459. num. 9.* Surdus *cons. 1. n. 7. vol. 1.* Marta *de iurisdict. part. 4. casu 1. n. 27.* Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ* glossa *1. numero 43.* Salgadus *de regia protectione part. 1. cap. 1. præludio 2. num. 58.* Surdus *dec. 129.* Ambrosinus *de immun. capite 21.* Riccius *collectan. 269.* Carleualius *de Iudicijs lib. 1. titulo 1. quæst. 2. disputatione 2. num. 53.*

43 Probatur quintò Clericos teneri contribuere ad demanium: quia tenentur contribuere posita necessitate, *l. neminem 11. C. de sacros. Eccles. l. cum ad felicissimam 2. Cod. de quibus muneribus lib. 12. cap. 2. de immun. Ecclesiarum*, Thesaurus *dec. 234.* & ideò Bart. *in l. neminem*, ait Clericos teneri contribuere tempore necessitatis, ad hoc, vt terra liberetur ab oppressionibus, & pessimis hominibus, quod ampliat Gaspar Kloc *de contributio, cap. 12. n. 212. cum seqq.* Sed in casu nostro agitur in demanio de liberanda terra à pessimis hominibus: ergo. Probatur minor: quia Baronis 44
etymologiam sumi multipliciter dicit Alciatus *in libro de singulari certamine, cap. 37.* Camerarius *in tit. de prohibita feud. alien.* per Federicum *in princ.* Afflictus *in tit. de his, qui feudum dare possunt*, Antonius Sola *in Statuta Sabaudiæ glossa 1. num. 5.* Capicius *in sua inuestitura in verb. Feudatarij Barones*, Horatius Barbatus *de diuisione fructuum, cap. 10. nu. 12.* Etenim apud Grammaticos sumitur pro solido, & inepto, vt ait Cicero *lib. fam. epistol. epist. 161.* vbi ait, *Baro putat te quasi virum* in iure feudorum hoc nomen non reperitur; sed magni Valuasores, vel Capitanei, aut Proceres nominari solent, *cap. 1. de his, qui feudum dare possunt*, Freccia *de subfeudis tit. 2. lib. 1.* Alijs tamen omissis significationibus, significat apud nos virum fortem: & ideò Albericus *in suo dictionario* dicebat; quod Baro significat virum magni corporis, & fortitudinis, Capiblancus *in Rubrica de Baronibus, n. 6.* & ex hoc iura demanij, & pro eius 45
iustitia adducta suprà, magna ex parte loquuntur de libertate, & applicantur ad demanium: quia Vassalli Baronum in Regno quodammodo sunt in seruitute radacti, & libertis quoque æquiparantur, glossa *id c. 1. de milite* Vassallo, adeò quod multis oneribus obligantur Baronibus, de quibus Freccia *de auctoritate* Baronum, Capiblancus *de Baronibus*, & Nouarius *per tres tomos:* & dum sunt sub Barone, tot adstringuntur molestiis, grauaminibus, & seruitutibus, vt verè in seruitute dici possint, vt fundat Regens de Curtis *in diuersorio feudali, p. 1. n. 39 & seqq.* E contra verò Vassalli demaniales dicuntur liberi, vt in constitutione Regni personas. Summa enim libertas est sub Rege viuere, vt in Authen. *de hæredibus, & falcidia*, Neuizanus *cons. 12. n. 95.* & idem sonat nomen Baronis, ac oppressoris, vt benè Camillus de la Ratha, *part. 11. de feudis, dilucid. 28. num. 16.* ergò interest homines liberos à Regia protectione non exire, qui non est Dominus, sed Rex, vt bene Camillus de la Ratha *vbi sup. n. 17.* Nomen verò Regis, præsertim Catholici significat ho- 46
norem, defensionem, & protectionem, cuius nominis encomia, ac præcedentiam refert Gaspar Hermosilla ad Gregorium Lopez *tom. 1. lege 6. cum seqq.* & saltem si non aggrauantur Clerici per Barones, grauantur eorum consanguinei, vt benè Capiblancus *in pragm. 8. part. 3. de Baronibus.*

Probatur sextò: quia vt ait Cicero *1. de officijs* 47
pro maximo vitio habetur patriam deserere: pro qua, vt ait Horatius *lib. 2. od. 2.* dulce, & decorum est mori; nec habuerunt maius incitamentum Romani suarum virtutum, quàm amorem patriæ, nec magis quicquam cuiquam imputatum fuit, quàm Marco Coriolano, quod arma contra Patriam vsurparet, Plutarchus *in Coriol.* Horatius *lib. 1. od. 12.* Valerius Maximus *lib. 5. cap. 6.* Fulgos. *lib. 5. cap. 6.* Sabellius *lib. 8. cap. 1.* vbi plura exempla habes de illis, qui vltrò vitam propriam pro patria profuderunt; & hoc ius naturæ esse, vt parentibus, & patriæ pareamus, teste Pomponio *in l. veluti, ff. de iustitia, & iure.* Hinc constitutum fuit in *l. origine, & in l. si quis, Cod. de municipibus.* Nulli licere patriam deserere, & pœnam appositam Arcadius, & Honorius *in l. vnica, Cod. si curialis*, &c. chari enim sunt liberi, propinqui, & familiares; sed omnes omnium Ciuitatum Ciuitates Patria vna complexa est, pro qua quis bonus 48
dubitet mortem oppetere? Ex quo Elisabetta

Regina Angliæ Leoninum Comitem cùm filio ex Regno Scotiæ reuocauit, eundemque cum redire negaret cum bonis omnibus ; proſcripſit Bodin. *lib.* 1. *de Repub. cap.* 6. nec potuit Alanus Rollandi filius Scotus Regno Anglorum ſe prius ſubmittere, quàm Gulielmus Rex Scotiæ conſentiret, Bruchan. *lib.* 8. *hiſtor. Scotiæ*, propterea non tantùm Vlpian. *in l. aſſumptio, ff. ad Municipalem*, & Valen. *in l. Curiales, C. de Decurionib.* negant alicui licere patriam mutare : ſed etiam Carolus I V. in bulla aurea idem diſpoſuit, niſi publica neceſſitas id exegerit, quam exceptionem appoſuit Vlpian. *vbi ſup.* & Ferdinandus Rex Romanorum anno 1535. in Comitiis Auguſti decreuit licere ſubdito propter Religionem, patriam, & dominium mutare, Michael Beureus *lib.* 1. *Hiſtor.* & apud Polonos ex triplici cauſa conceditur Villanis poteſtas mutandi Dominos. Primo, ſi Dominus opprimat filiam Villani, vel vxorem eius. Secundò, ſi Dominus maneat in excommunicatione per annum. Tertiò, ſi bona Villani diripiantur ob delictum Domini, vt in Statutis Poloniæ *lib.* 1. *cap.* 17. *art.* 5. *lib.* 1. & apud Moſcouitas nec peregrinari licitum eſt inſcio Magno Duce, Sigiſmundus Baro *in hiſtoria Moſcouitarum*, & Mediolanenſes arctius fines patriæ ſeruare tenentur, vt in Statutis Mediolanenſibus ; & apud Hiſpanos : idem teſtatur Arniſeus, *cap.* 6. *in polit. fol.* 181. & apud nos ſi recedant Vaſſalli à patria, poſſunt cogi ad habitandum ; quando fieret id in fraudem, Reg. Reuerter. *dec.* 8. *tom.* 5. De Marinis, *cap.* 107. Merlinus, *cap.* 83. Riccius *collect.* 3647. ergo ſi tanta obligatio eſt ad patriam, quis non dicet obligari Clericos ad patriam tempore neceſſitatis, quo
49 venditur ſcilicet defendendam ; nulla enim maior iuſtitia, quàm defendere patriam, infirmos, debileſque à prædonibus, &c. vt ait S. Ambroſius, *lib.* 1. *de officijs, cap.* 27. de quo in *cap.* 5. 23. *quæſt.* 7. & facultates Eccleſiæ ſunt deputatæ, vt oppreſſos, ſcilicet, captiuos redimant, *cap. aurum* 70. *cap. gloria. Epiſcopi* 71. 12. *q.* 2. & non ſolum pro redimendis captiuis ; ſed etiam ne captiuentur ; nam melius eſt ante tempus occurrere contribuendo, quàm poſt captiuitatem, & deuaſtatam patriam remedium petere, *l. fin. Cod. de temp. in integrum reſtit.*

Hinc plures dicunt D D. poſt Hoſtienſem Ma-
50 gnum Canoniſtam, *in ſumma de immun. Eccleſiar. n.* 50. quod Eccleſia, & Clerici tenentur Domino temporali ad ſubſidium ſi egeat, hanc reddens rationem : quia cum teneatur Eccleſia cuilibet in ſuis neceſſitatibus ſubuenire ; multò fortius Domino, à quo Beneficium habet. Sequitur An-
51 ſaldus *par.* 5. *de iuriſdictione, tit.* 3. *cap.* 3. *num.* 293. ex quo cum dubitatum fuerit in Regia Camera Summariæ an Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ tenerentur contribuere ad donatiuum factum à Regno Regi Hiſpaniarum duorum millionum ſoluendorum infra duos annos pro bello moto à Papa, cùm auxilio Regis Franciæ contra Regnum : Regia Camera Summariæ decidit teneri, quando vocantur ad Parlamentum pro donatiuo : ſecus ſi non vocarentur, vt fuit ibi. Legatur Reuerterius *dec.* 56. *tom.* 1. ſed per Iudicem Eccleſiaſticum : Quando verò infideles regnum inuaderent, provt fuit tempore Regis Ferdinandi I. quando Turcæ inuaſerunt Prouinciam Hydruntinam : tunc pro tuitione, & defenſione Regni, poſſent etiam Clerici collectari, vt per Iacobum de Aiello *in ſuo tract. de Adoba*, & *Relenio*, Reuerterius, *vbi ſuprà.*

52 Probatur vltimo : quia Clerici contribuere tenentur pro reparatione aggerum, ne fluminum inundatione deuaſtentur pro auerſione peſtis, vel ſi vermium morſus deuaſtet prædia, vel ſi hoſtes deuaſtare velint bona Vniuerſitatis : nam in caſibus iſtis contributio non ſolum fit propter publicam vtilitatem ; ſed propter priuatam Eccleſiaſticorum : in quibus non procedit text. *in d. cap. aduerſus de immun. Eccleſ.* Sentiunt enim commoditatem Eccleſiaſtici æquè primo, ac laïci : ergo debent ſentire incommodum, vt bene Henriquez *lib.* 10. *cap.* 15. Molina *tract.* 2. *tom.* 3. *diſp.* 633. Bellettus *part.* 1. *tit.* 50. §. 2. Del Bene, *cap.* 5. *dub.* 16. & *de parlamentis ſect.* 20. *ſubſect.* 1. & 2. & de omnibus expenſis procedit, vt in cauſa Ciuitatis Capuæ cum Caſalibus dicit Reg. Reuerter. *dec.* 48. *tom.* 5. contributio enim facienda pro neceſſitate, vel vtilitate publica, ideſt per ſe, ac principaliter pertinente ad ipſam communitatem, ſeu Rempublicam ; cuius Eccleſiaſtici membra ſint, omnes tangit, v. g. pro reparatione pontium, viarum, murorum, turrium, & ſimilium, ad omnium vtilitatem ſpectantium, Guttierez, Lopez, & Azor. apud Gened. *collect.* 153. *part.* 2. Borell. *de præſtantia Regis, cap.* 62. *num.* 48. Salgadus *de protectione regia, part.* 3. *cap.* 50. Curtell. *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 39. Franciſcus de Vico *ad leges Sardiniæ*, *tom.* 2. *pragm.* 8. *tit.* 2. §. 4. *ex Theologis* Henricus à Gandauo *quodlib.* 9. *quæſt.* 31. Henriquez *in ſumma lib.* 10. *cap.* 15. Ribardeus *ſect.* 3. *n.* 4 *fol.* 56. & *ſeqq.* Viuald. *in Bullam cœnæ, cap.* 18. *n.* 50. dummodo expenſæ fiant ob neceſſitatem, non ad ornatum, ex *l. regia* 11. & 12. *tit.* 3. *lib.* 5. *nouæ recompil.* & *lib.* 10. *tit.* 22. *part.* 3. & *l. ad portus, C. de operib. publ. l. diuina domus, C. de exactor. tribut. lib.* 10. *l. iubemus*, & *l. neminem*, & *l. ad Inſtructiones* 7. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Abbas *conſ.* 3. Sylueſter Piaſec. & alij apud Dianam *part.* 1. *tract.* 3. *reſol.* 22. Del Bene, *cap.* 51. *part.* 1. *dub.* 17. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi alleg.* 13. & *in voto* 8. Garſia *de Beneficijs, tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 13. Marta *par.* 4. *cent.* 1. *caſu* 1. Bellett. *tit.* 5. *part.* 1. §. 2. Duar. *in Bullam cœnæ, can.* 18. *quæſt.* 12. Souſa *in Bullam cœnæ, can.* 19. *diſp.* 92. Fauſtus *in Speculo Confeſſarior. diſp.* 53. *quæſt.* 19. & *ex textu in l. vbſit, Cod. de priuileg. domus Auguſt. lib.* 11. fundat Natta *conſ.* 311. *num.* 4. & 5. & *conſ.* 186. *n.* 6. Burſat. *conſ.* 16. *n.* 24. Surd. *conſ.* 524. *nu.* 27. Schurfius *conſ.* 44. *centur.* 1. & *conſ.* 55. *centur.* 3. Hyppolit. Riminal. *conſ.* 4. *n.* 19. Guttierez *lib.* 1. *quæſt.* 3. & *allegat.* 10. *nu.* 3. Oſaſchus *dec.* 68. Vaſq. *de ſucceſſ. creatione, lib.* 3. *limit.* 3. *num.* 181. Theſaur. *dec.* 134. *num.* 10. Boer. *de cuſtodia clauium*, *num.* 48. Molineus *conſ.* 11. qui in cauſa Francofordienſis Ciuitatis, ibidem conſuluit Nicolaus Euerard. *conſ.* 42. *num.* 40 & in loco à veriſimili, *num.* 8. Franciſcus Marcus *dec.* 68. & 460. *num.* 26. Anneus Robertus 2. *part. rer. iudicatar. cap.* 3. vbi ita deciſum refert Federicus Huſan *de proprijs hominibus, cap.* 8. *n.* 127. Roſental *de feudis, cap.* 50. *concl.* 81. *n.* 2. Aldouinus *conſ.* 59. *nu.* 15. Camill. Borell. *lib.* 2. *de Magiſtrat. cap.* 7. *num.* 57. Hieronym. Ceuallos *quæ.* 415. & 576. Florez de Mena. *q.* 21. *n.* 213. Trentacinq. *lib.* 1. *variar. de iure Fiſci, reſol.* 5. *n.* 13. vbi ita refert iudicatum contra Clericos Biturienſes, & Lugdunenſes, Arniſeus *de exempt. Clericor. cap.* 4. *n.* 13. Gilken. *in Auth. Quas actiones, ca.* 19. *n.* 16. *de ſacroſ. Eccleſijs*, Ritterſuſius *in expoſition. Nouellarũ p.* 1. *c.* 8. *n.* 67.

Licet autem aliqui D D. dixerint *textum in d. l. ad Inſtructionem* 7. *C. de Sacroſanctis Eccleſijs*, ſu-
53 blatum eſſe per *Authen. item. nulla communitas, Cod. de Epiſcopis*, & *Clericis*. Borellus *conſ.* 74. *n.* 45.

n.45. Anna *allegat. 13.num.8. part. 1. vt ait glos. in cap. generaliter verſ.nouarum.6. q.1. &* contrarium docuiſſe poſtea Imperatores, vt in Authen. *item nulla C.de Epiſcopis,& Clericis,*& alij dicunt eſſe correctam per Ius Canonicum,in *cap. non minus, & cap. aduerſus de immunitate Eccleſ.* Diana *part.1.tract.2. reſol.39.* Sperellus *dict.num.49.* tamen contrarium eſt verius, vt bene Paulus de Caſtro *conſ.423. n.2. vol.2.* Petrus Antonius de Petra *de poteſtate Epiſcopi,cap.5.n.21.fol.45.*quia quoties verſatur communis vtilitas tam Eccleſiæ, quam laïcorum par omnium ſubſidij leuamen eſſe debet: & tenetur Eccleſia onus agnoſcere proportione ſua, Hippolytus Riminaldus *conſ.2.num.11. & conſ. 4.n.2.*Crauetta *conſ. 392. n. 50.* Surdus *conſ.301.n. 3. & 490.n.2.* Pacianus *conſ.7.n.7.* Veſſembechius *conſ. 42. n. 3.* & hanc dicit communem Canoniſtarum, Decianus *reſponſo 14. n. 12.vol.1.* cum iuri naturali conſonum ſit, vt qui tuitione, eiuſque pace, & commodo fruitur: neceſſario etiam de eiuſdem onere participet, ſine quo munitio haberi non poteſt, vt eum ſequantur incommoda, quem ſequuntur commoda, *l. ſecundum naturam. 10. ff. de regulis iuris.*

Propterea tenentur Clerici contribuere pro im-
54 penſis Academiæ Principis ſæcularis, quæ fit in conducendis interpretibus, & alijs eo quod reſpiciat etiam commodum ipſorum Clericorum, Decianus *conſ. 14.num.19. 25.& ſequentibus,* quem ſequitur Menochius *conſ.800.num.26.*ſicuti perſonæ Eccleſiaſticæ Ciuitatis Bitirugum: fuerunt coactæ ad contributionem,reſtaurationemq; murorum,Pontium,itinerum,Hoſpitalium Pauperum, & ſalariorum pro Doctoribus Academiæ eiuſdem ciuitatis 7, Octobris 1550. vt benè Petrus de Gregorio *lib. 3. de Republica cap. 7. ſect. 26. fol.115.* Gaſpar Kloc *de contrib. cap. 12. n. 127.* Theodorus Kenchius *de Regimine Eccleſiaſtico, lib. 3. cap.* Hinc quoque tenentur Eccleſiaſtici ad impenſas,quæ fiunt,vt ager territorij, in quo bona poſſident redigantur ad culturam, vt benè conſuluit Laderchus *conſ. 145.n. 1.* ſemper enim Eccleſiaſticæ perſonæ contribuere debent,& participare de muneribus illis, in quibus publica verſatur vtilitas, vt ex pluribus fundat Lucas de Penna in *l.2.in verb.Eccleſias.col.1.2.& 3. C.quibus muneribus,lib.* 10.cui aſſentitur Petrus Gaballus *centur. 1.caſu. 9. n. 7.* Alderanus Maſcardus *de interpret. ſtatutorum,concluſ. 1. num. 24.* Fridericus Mindanus *de interdictis,titul.40. num. 45.*

Confirmatur quia diſpoſitio, quæ publicæ tum
55 vtilitatis, tum neceſſitatis cauſam continet, etiam clericos, virtute iuſtitiæ ſaltem naturalis, obligat ſecundum omnes DD. citatos, nam violare libertatem Eccleſiaſticã, nihil aliud eſt, quàm agere contra libertatem Eccleſiæ,qua fruitur in proprio miniſterio dicendo, & operando doctrinam, & præcepta Chriſti, atque adeò, qui executionem ipſius miniſterij oppugnat, aut impedit, ille impedit libertatem Eccleſiaſticam, vt bene Arumeus *vol.2. de iure publico, diſcurſu 2.* ex quo dicunt D D. quod nec mente,nec verbis eſt contra libertatem Eccleſiæ illud præceptum, & prohibitio, quod diſponit de perſonis, & rebus merè laïcis, & ſubiectis, & quod fit non odio Clericorum, ſed fauore publici, & communis boni, vt bona conſeruentur inter ciues, vel vt ciuitas remaneat ſub aliquo bono publico, vt latè Marchus Antonius Orthes *in reſponſo ſuper cauſa Venetorum,poſt* Geminianum *in cap. fin. de Immunit. Eccleſia-*

rum in 6. Signorolus *conſ. 21. num. 15.* Gaillus *lib.2. obſeru. cap. 33.num.6.* Hinc dicebat Baiardus ad Clarum *in §. fin. quæſt.77. num.37.* libertatem Eccleſiaſticam non lædi per ſtatutum laïcale, quod habet in ſe naturalem æquitatem; ſic tenentur contribuere pro foſſatis ſi ingens neceſſitas ſubſit Guglielmus de Benedictis *in cap Raynutius in verb. & vxorem, num. 475. de teſtamentis,*& pro redemptione captiuorum,de Benedictis *vbi ſupra n. 470.* & ad cuſtodias ciuitatis tempore belli, Decianus *conſ. 14. num.20,lib. 1.* Menochius *conſ. 1047. num. 19.* Boerius *dec. 212. n.6.* Gulielmus de Benedictis *vbi ſuprà num.468.* & ne Ciuitas ab Infidelibus incendatur, vt de communi Berous *conſ.31.n.25.lib.1.*& pro aquis exſiccandis Oſaſchus *dec.68.*Laderchus *dicto conſ. 145.& ſequent.* Villalobos *litt. E,n.3.*Menochius *vbi ſupra* Franciſcus Marcus *dec. 145.part.2.*Marius Antoninus Maceratenſis *lib.1. var.reſol. reſolut. 97.* Thomatus *de Immun.tit.1. num.762.cum ſequentibus,*& Liuius *lib. 33.* in caſu neceſſitatis, & belli cogendos eſſe Sacerdotes ad contribuendum ait, pro ſtipendio militum, qui ſunt in præſidio Vrbis & ſimilibus, Petrus Gregorius *de Republica, lib. 3. capite 7.* Bouadilla *in politica, lib. 2. cap. 18. numero 286.* Villadiego *in politica, cap. 5. à num. 81.* Anſaldus *de Iuriſdictione, part. 5. tit. 3. cap. 3. à numero 243.* ſic producenda aqua per viam publicam. Berous *conſ. 152.vol.3.*Cancerius part.3. *cap.4. à num. 223.* Franciſcus Ripa *de peſte in titulo de præſeruatiuis remedijs, num.43. & 44.* pro cuſtodibus agrorum communium; Natta *conſ.311.* de Graffis *effect. 3. num. 271.* & pro accommodanda via publica intus ciuitatem. *argumento, l.45.ff. de via publica* Bart. *in l. Bithyniam Cod. de immunitat. nemini concedenda, lib. 10.* Paulus de Caſtro *in d. l. ad Inſtructiones 7. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Cepolla *de ſeruitutibus prædiorum, cap. 85. & de ſeruitute viæ, numero 57.* qui dicit idem eſſe ſi via publica eſt per burgos ciuitatis, *ex d. l. 4.* ſic contribuere tenentur, pro manutentione curruum, aut exercitus ad profugandos hoſtes inimicos,&c.vel vt tutius confinia regni conſeruentur. Henriquez *lib. 10.cap. 13.n. 50.in gloſſ. litt. Q,* Curtellius *lib.2.de immunit.q. 79.* & alij apud Carolum de Graffis *de effect. clericatus,effectu 3. num. 143.* quicquid in contrarium dixerit Diana, *part.1.tract. 2. reſol.76. &* Del Bene *vbi ſuprà,num.18. num. 26.* quia vtilitas publica,neceſſitas præfertur priuilegiis Eccleſiæ. Ripa, Antonius Maluaſia, & alij apud Anſaldum *part. 5.tit.8.cap.3.num. 262.* & in ædificatione murorum quia hoc pertinet ad tutelam omnium ciuiu n ergo omnes debent conferre *argum. l. nauis, ff. ad legem* Rhod. *de iactu:* quia prius homo naſcitur ciuitati, quam liberi naſcantur ſibi, & maior eſt charitas ciuitatis, quam liberorum *l. poſtliminium 19.verſ. filius quoque famil. ff.de captiuis,* Ioannes Baptiſta Laderchus *conſ. 145.*Guido Papa *deciſ.78.*Boerius *dec.146.* Natta *conſ.280.*Syluanus *conſ.32.* Anſaldus *p.5.tit.3. c. 3.n.282.*Bocerus *de collectis, cap.11.à num.21.*

Fuit autem diſputatum interdum an Clerici contribuere tenerentur pro primo ingreſſu Regis in ciuitatem? 56

Prima opinio dicebat teneri, ita Remigius de Gonde *de charitatiuo ſubſidio, qu.59.nu.13.*Baunnius *p.1.tract.11.q.33.*Paponius *lib.5 arreſtorum tit. 11. arreſt. 15.* qui dicit pro ſua ſententia de menſe Aprilis 1595. in Curia Pariſienſis fuiſſe iudicatum.

Secunda opinio dicit, quod non teneantur in hoc caſu ad talem contributionem, ita Carolus de Graſſis *effect. 3. num. 264.* Sanchez, & alij apud Dianam *part. 7. tract. 1. reſolut. 2.* Trullench. *in Decalogum, tom. 2. lib. 7. cap. 12. dub. 50. num. 24.* Aluarez *in ſpeculo Principum, cap. 35.* & ita declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum die 19. Ianuarij 1593. & die 20. Auguſti, Anno 1619.

Prima opinio eſt probabilis, ſecunda vero probabilior, quia non agitur de expenſis neceſſarijs ſed ad pompam: at ſecus eſt in caſu demanij, vbi agitur de negotio pertinente ad clericos vti ciues ſecundo agitur de publica vtilitate ſe extendente ad priuatam, tertiò agitur de libertate patriæ, quartò agitur de liberanda ciuitate ab oppreſſionibus Baronum: ergo cur dici debet non teneri contribuere? contribuant ergo ad patriam, cuius ſunt ciues, liberent eam ab oppreſſionibus, ſoluant bona, & alia ſuorum conſanguineorum, & parentum; & viuant ſub inuictiſſimo noſtro Monarcha, ſub cuius dominio viuere, non eſt ſeruire, ſed amore proſequi qui non dominus, ſed Rex appellatur ob cauſas *ſuprà* traditas.

57 Semper tamen obſeruandum eſt clericos in ſupradictis caſibus cogi ad contribuendum, pluribus requiſitis poſitis: Primò ſcilicet vt laïcorum facultates non ſufficiant ad onera ſupportanda de quibus agitur; vocantur enim in ſubſidium. Secundò fieri debet contributio conſulto Summo Pontifice, vel ſaltem Epiſcopis, *Capit. non minus, capite aduerſus de immunit. Eccleſiarum in 6. cap. quanquam de cenſibus in 6.* Clement. *præſenti eodem titulo, cap. fin. de vita, & honeſtate Clericorum, & in Bulla Cœnæ.* Vnde ſine conſenſu Pontificis, (vel ſi Pontifex conſuli non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi) non poſſunt cogi clerici, latè Carolus de Graſſis *de effectu Cleric. effectu 3. à numero 226.* Anſaldus *parte quinta, titulo 3. capite tertio, numero 350.* Addentes ad Gizzarellum *deciſione 38.* Rota *apud Farinacium, parte ſecunda, deciſione 42.* Et in hoc caſu legendi ſunt, Henriquez, Ruebardeus, & Bobadilla *vbi ſuprà* citati *numero 19.* Quia dicunt cogi poſſe per ſæculares Iudices ſimpliciter, & indefinite: & ſecundùm hanc explicationem nobiſcum ſentiunt, Diana *parte prima, tractatu 2. reſolutione 29.* Delbene, *tomo 1. capite 5. numero 25.* licèt aliquando à laïcis cogi poſſe dicat, Flores de Mena *libro ſecundo, variar. quæſtione 21.* videas caſum de quo *ſuprà*, apud Annam *allegat. 13.*

Cogantur ergo poſitis requiſitis, de quibus
58 ſuper Eccleſiaſticos Iudices: & hoc eſt, quod dicere voluit ſacra Congregatio non teneri clericos contribuere ad expenſas pro Medico, vel ludi Magiſtro, quando non adeſt conſenſus Papæ: vel Epiſcopi ſi facultates laïcorum ſufficiunt, ſed ſi non ſufficiunt, tenentur contribuere cum licentia ordinarij, Delbene *vbi ſuprà, dubio 17. in fine*, Barboſa *in ſumma Apoſtolicarum deciſionum collect. 1582.*

Quare, &c.

Iulius Caponus.

DISCEPTATIO CIII.

SVMMARIVM

1 *Facti ſpecies inſinuatur.*
2 *Lazari Salerni bona non omnia ſua fuiſſe oſtenditur.*
3 *Creditores qui ſuper bonis comparuerunt.*
4 *Debitores hæreditarij qui ſint.*
5 *Tribunal Reuerendæ Fabricæ S.P. de Vrbe ſucceſſit poſt annum in locum Epiſcopi.*
6 *Tribunal Fabricæ, inhibere poteſt Epiſcopis, pro legatis petitis coram eis, infrà annum.*
7 *Epiſcopus poteſt vti delegatus S. Apoſtolicæ, ex iuſta cauſa defunctorum voluntates commutare, tranſigere, &c.*
8 *Reuerendiſſimus Oeconomus in præſenti procedit vti delegatus Sedis Apoſtolicæ, & S. P. auctoritate.*
9 *Commutatio vltimæ voluntatis, nondum exequutæ, facilius fit, quam ſi eſſet, exequuta.*
10 *Epiſcopus commutare poterit conditiones appoſitas in fundatione beneficij, quando ſumus in limine fundationis.*
11 *Epiſcopus, vel eius Vicarius, non poteſt derogare legi, &c.*
12 *Tranſactio fieri debet, ob difficultatem adimplementi.*
13 *Dubium in præſenti eſt in Facto, & in Iure.*
14 *Legatum pro conſanguineis pauperibus, an ſit pium.*
15 *Legatum relictum pro meritis, vel vigore tranſactionis non eſt Fabricæ ſubiectum.*
16 *Tranſactio de bonis alienari prohibitis poteſt interdum fieri.*
17 *Princeps ſupremus Eccleſiaſticus, vel ſæcularis, poteſt commutare vltimas voluntates ex cauſa.*
18 *Cauſa commutandi quæ ſit in vltimis voluntatibus.*
19 *Tranſactio ſi fiat inter hæredem ſcriptum, & hæredem ab inteſtato, quis teneatur ad legata, & credita.*
20 *Princeps ſupremus an vltimas voluntates poſſit, ſine cauſa commutare.*
21 *Iuſta cauſa commutandi quæ ſit, & qualis.*
22 *Princeps derogat iuri quæſito, & quærendo multo magis ex cauſa.*
23 *Tranſactio quando ſit ex certa ſcientia, ſacrilegium eſt diſputare, de poteſtate Principis tranſigentis.*
24 *Agnati, vel conſanguinei, habent ſolum Ius in ſpe incertum, & quærendum de futuro, in Monte de quo in præſenti.*
25 *Maioratus conſtitutus priuilegio Principis poteſt reuocari ab eodem.*
26 *Priuilegium Principis alteri conceſſum, ex cauſa poteſt reuocari.*

ARGVMENTVM.

Commutationem vltimarum voluntatum fieri per Summum Pontificem poſſe ob difficultates in adimplendis illis, & vltimas voluntates profanas. Princeps

Secularis

Sæcularis commutare potest, neque in hoc præiudicantur agnati, vel consanguinei, & quando.

PRO

Illis de Salerno, & Venerabili Monasterio S. Augustini Maioris huius Ciuitatis,

CVM

Reuerendissimo Oeconomo Reuerendæ Fabricæ S. Petri de Vrbe.

FACTVM.

REVERENDISSIME domine Lazarum Salernum fuisse mortuum tempore contagij de Anno 1656. Neapoli certum est, reliquisse etiam in suo vltimo elogio, vt ex quantitate ducatorum mille, fieret Hospitale, & legatum fecisse promissis duabus, singulis diebus, necnon post aliquos substitutos, vt ex bonis suis fundaretur, Mons, maritagiorum, & subuentionum pro suis consanguineis liquidò constat. Cum verò eius patrimonium non consistat in bonis stabilibus, nec in annuis censibus, sed in apochis bancalibus, & iuribus contra debitores in actione personali, qui interuallo temporis, sunt facti non soluendo, & impotentes, vt patet, & duo debitores quos habet, cum instrumento, præsupponunt fuisse datas merces, & bona serica, & ex illorum pretio constitutum annuum redditũ, vnde duæ obstant grauissimæ iuris
1 dispositiones: Prima est Bulla S.P. Pij V. *de censibus*; secunda est *pragm. 1. de contractibus*, & litem in S. C. introduxerunt contra Curatorem patrimonij: rationabiliter petitum fuit à Sacra Congregat. Reuer. Fabricæ, per consanguineos vocatos ad Montem, vt vellent hoc totum transigere, & hunc vltimam voluntatem commutare, tum ex rationibus suprà allegatis, tum etiam ex eo quòd totum patrimonium Lazari fuit quondam Dominici Patris Lazari, necnon Thomæ filij Dominici, & sic quia semper vixerunt pro communi, & indiuiso Dominicus, Thomas, & Lazarus, pater, filius, & nepos, præsupponitur de iure totum patrimonium fuisse Dominici.

2 Licèt verò hæc communio patrimonij, quæ indiuisio præsumi poterit vsque ad mortem Dominici, tamen quia postea remanserunt Lazarus, & Thomas filij, patrimonio existente in communi, semper acquiritur pro medietate, provt de iure, vsque ad mortem dicti Lazari, & licèt Lazarus diuersimodè negotiatus fuisset in sui beneficium, semper acquisitum lucrum cedit cõmunitati. Diuiso postea patrimonio, accipi debet totum, & separari, quòd clarè liquet, quia in omnibus Lazari contractibus dicitur (*per arappi, & altro de loro mercantie,*) remanente deinde Lazari portione in aliqua summa, debet accipi medietas bonorum antiquorum ad Lazarum peruenta ex Dominico, quæ debetur proximioribus consanguineis, & pro alia medietate de qua poterat disponere, sunt deducenda onera creditorum, legatariorum, & aliorum, de reliquo, quòd vel parum, vel nihil est, Mons esset erigendus.

Creditores qui ad præsens comparuerunt sunt.

Primò hæredes Brigidæ Adinolpho vxoris Lazari pro ducatis 1500. pro residuo dotis cum pluribus annatis decursis, ex quo mortua est per plures annos prius quam Lazarus, & adducit Capitula matrimonialia *fol.* 4. & partitam Banci *folio* 10. 3

Secundò, comparuerunt hæredes Francisci, & Thomæ de Vitellis pro ducatis septingintis cum interesse, vt ex comparitione, *folio* 13.

Tertiò, D. Michael de Natali in duc. 560. cum interesse, vt ex supplicat. *fol.* 20. & comparitione, *folio* 23.

Quartò, comparuit Procurator Venerabilis Monasterij S. Augustini Maioris huius Ciuitatis, ex persona quondam Donati Salerni, cuius Monasterium est hæres ex testamento, & Donatus vti filius, & hæres Thomæ est creditor Lazari in pluribus: Primò, in ducatis quingintis, quæ Lazarus confessus fuit in suo testamento cum interesse eiusdem summæ, & pro aliis quantitatibus in dicta supplicatione contentis, *fol.* 16. & 17. & in alia supplicatione, *f.* 114. & supponit Monasterium alia creditasoluisse ex persona, & pro parte dicti quõdam Lazari, ex quo soluit, Iosepho Lancella ducatos nonaginta nouem ex partita Banci, *fol.* 94. Scipioni Lancellotto ducatos quinquaginta, vt ex partita Banci, *fol.* 95. Hæredibus Fabij Piscopi ducatos viginti septem, vt ex partita Banci, *fol.* 97. Monasterio S. Seueri pro censu decurso ducatos trigintaquinque, ex partita Banci, *fol.* 99. Iosepho Lanagna alios ducatos 575. vt ex Apocha de recepto, *fol.* 100. pro quibus Monasterium prætendit debere consequi interesse damni emergentis.

Inter debitores hæreditarios est Principissa Scanni, quæ debet vigore instrumenti, & quia oppositum fuisse factum occasione drapporum sericorum per quondam Lazarum venditorum, lite accensa per eandem, deuenerunt ad modicam quandam transactionem, vt *ex instrum. f.* 83. *& seq.* & decreto S.C. fuit corroborata transactio. *fol.* 82. *à tergo.* 4

Inter eosdem debitores est patrimonium Primiani Sparani, & Sociorum, pro ducatis sex millium, vigore litterarum cambij, *fol.* 59. qui opposuerunt non debere, vt ex comparitione, *fol.* 63. & nunc sunt isti decocti, vt est res notoria.

Inter alios debitores quidã sunt mortui, alij decocti, alij sunt in rerum natura, alij ignorantur, alij litigiosi, videat ergo Dominatio sua Reuerendiss. ma in quo stant vires huius patrimonij, & hæreditatis.

Cum ergo in facto hæc vera sint immò verissima, petierunt consanguinei vocati ad emolumentum Montis, & Monasterij superior hæres donati, ad transactionem admitti cum Tribunali Reuerendæ Fabricæ pro suo interesse, & iuridicè fundabunt debere fieri.

Primò, quia Tribunal Reuerendæ Fabricæ ex Bulla Iulij II. anno 1509. Clementis VII. anno 1512. & ex alij S.S. Pontificibus, de quibus Riccius *p.* 2. *praxis resolut.* 379. Ioannes Baptista Thorus *in summa priuilegior, piæ causæ priuil.* 259. Nouarius *tom.* 1. *in collect. Bullar. fol.* 253. *& tom.* 2. *fol.* 295. Episcop. Maranta *p.* 1. *respons.* 2. *num.* 25.

& reſp. 10. *num.* 75. *&* 76. eſt executor piarum diſpoſitionum poſt annum, cum infrà annum ſit exequutor Epiſcopus omnium piarum diſpoſitionum etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, *Trid. ſeſſ.* 22. *cap.* 8. adeò quod etiamſi legatum ſit
6 petitum coram Epiſcopo infrà annum, & non ſolutum, tranſacto anno Tribunal Fabricæ poſſit inhibere, vt latè Epiſcopus Maranta *part.* 3. *reſp.* 68. (quid verò ſit innouatum per decreta Sacræ Congregationis de celebratione Miſſarum, tradit idem D. Marant. *part.* 3. *reſponſo* 75.) ſuccedit ergo Tribunal Reuerendæ Fabricæ in locum Epiſcopi poſt annum, at poteſt Epiſcopus vti delegatus Sedis Apoſtolicæ vltimas voluntates defunctorum, ex
7 iuſta, & rationabili cauſa commutare, tranſigere, &c. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *& ſeſſ.* 25. *cap.* 4. Barboſa *de pot. Epiſcopi, alleg.* 83. *num.* 5. 6. & Tondutus Salingerius *tom.* 1. *cap.* 23. refert fuiſſe practicatum cum conſenſu Epiſcopi Monaſterium ad alium locum tranſlatum fuiſſe ob cauſam rationabilem, renuentibus aliarum Religionum fratribus: ergo Dominatio ſua licito iure poterit hanc tranſactionem admittere, & non admittendo non excuſabitur ab intereſſe Tribunali Reuerendæ Fabricæ reſultante.

8 Probatur ſecundò: quia Sacra Congregatio remiſit ſuæ R. D. vt faceret hanc tranſactionem ſi videat expedire, ergo proceditur auctoritate Superioris cum delegantis auctoritas in delegato repreſentetur, ex Gregorio *ad Epiſcopos Siciliæ in can. valde neceſſarium eſſe, diſt.* 94. qui hæc dat verba dictorum rationem referens (vt vbi nos eſſe non poſſumus, noſtra per eum cui præcipimus, repræſentetur auctoritas) & ex Innocentio III. *in cap. cum in iure peritus* 31. *de offic. Iudicis delegati, cap. Paſtoralis* 11. §. *præterea de offic. Ordinarij*, Rota *d.* 155. *num.* 3. *p.* 1. *in poſthum.* Farinacij, Epiſcop. Marant. *reſponſo* 80. *num.* 16. *p.* 3. *& in Apologetico pro iuribus Eccleſiæ Iuuenatenſis. num.* 110. *&* 111. *p.* 3. *& p.* 5. *reſponſo* 35. *num.* 24. ergo nullus debet cadere ſcrupulus pro tali tranſactione facienda: agitur enim de vltima voluntate nondum exècuta
9 (licèt poſſet exequi quòd non eſt in facto) quo caſu faciliùs ſit commutatio; nam licèt ex clementina, quia contingit de Religioſis domibus diſponatur fieri non poſſe commutationem vltimæ voluntatis, niſi ſalua auctoritate Sedis Apoſtolicæ, cui conforme eſt Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 50. *de reform. in fin.* ita vt Epiſcopus, nec etiam accedente conſenſu patroni derogare poſſit qualitatibus in fundatione appoſitis: provt declarauit Sacra Con-
10 gregatio Concilij, teſte Garſia *de Beneficijs, p.* 7. *cap.* 1. *num.* 112. tamen talis doctrina procedit in voluntate teſtatoris, & fundatoris iam executioni demandata, ſecus eſt, dum verſamur in ipſo limine fundationis, quia tunc poterit Epiſcopus illam facere, Rota *dec.* 1122. *part.* 3. *diuerſ.* Riccius *collect.* 558. qui dicit hoc caſu non ſolum Epiſcopum, verum illius Vicarium Generalem talem voluntatem nondum exequutam poſſe alterare, ſequitur Tondutus *tom.* 1. *cap.* 68. *numero* 8. *& ſequentibus.*

11 Licèt ergo Epiſcopus, aut eius Vicarius non poſſit derogare legi, niſi in caſibus à iure expreſſis, Abbas *in cap. cum dilecti, num.* 10. *de electione*, Sanch. *de matr. lib.* 2. *diſp.* 40. & in terminis commutationis vltimarum voluntatum, tradit Couarr. *in c. tua nobis, n.* 7. *de teſtam. de clement. quia contingit*, Sayr. *de rebus Eccleſiæ non alien. dec.* 2. Genuenſ. *in praxi, cap.* 19. vbi hoc ampliat, quamvis commutatio fiat in melius, immò etiam ſi accedat conſenſus heredis, cum non agatur de voluntate ipſius,
1 vt latè Pyrrus Conradus *lib.* 9. *de diſpenſationibus, cap.* 7. *numero* 73. tamen ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 22. *de reformat. cap.* 6. Epiſcopus poteſt id facere vti delegatus Sedis Apoſtolicæ, Barboſ. *dict. allegat.* 83. Moneta *de commut. vlt. volunt. cap.* 5. *num.* 409. *& cap.* 9. *num.* 36. Tondutus *tom.* 1. *ca-*
12 *pite* 112. ergo abſque vllo ſcrupulo per Oeconomum Reuerendæ Fabricæ, debet fieri talis tranſactio cum ob litis, & difficilem euentum recuperationis, fieri debeat tranſactio, *l.* 1. *& toto titul. de*
13 *tranſact.* Epiſcopus Maranta *part.* 4. *reſponſo* 77. *per totum*, & in caſu noſtro vltra facultates deficientes, eſt etiam dubium iuris, quia pro Miſſis legatis, Reu. Fabrica habet intereſſe formatum, ſed pro Monte maritagiorum pro conſanguinitis eſt dubium an Reuerēda Fabrica habeat intereſſe: quia vna opinio dicit, eſſe legatum profanum
14 affectu conſanguinitatis relictum, de quo *in cap. requiſiſti de teſtament.* Reg. Rouitus *in pragm. de legatis pijs*, alij dicunt eſſe pium, Epiſcopus Maranta *part.* 1. *reſponſo* 3. qui eſt ſibi contrarius, nam *reſponſo* 38. ait non eſſe pium, ſicuti neque legatum ob benemerita, vel vigore tranſactionis
15 debitum pertinere ad Tribunal Fabricæ, dicit idem Maranta *tom.* 1. *reſponſo* 38. poſita ergo dubitatione etiam in articulo iuris, quis negabit in præſenti non poſſe, & fieri debere tranſactionem? vt in ſimili dicimus, quod licèt bona alienari prohibita, non poſſint tranſactione alienari, tamen id
16 fallit multipliciter; Primò, quando interuenit Principis authoritas: Secundò, quando omnes vocati ad diſpoſitionem, ſeu ad Montem, tunc viuentes tranſactioni conueniunt, argum. *l. quoties, C. de fideicommiſſis*, latè Mol. *de iuſt. diſp.* 557. *num.* 10. Molin. & alij apud Monetam *cap.* 9. *numero* 441.

17 Probatur tertiò, quia ſupremus Princeps, ſiuè Eccleſiaſticus, ſiue Secularis, non poteſt commutare vltimas volùntates ſine cauſa, & contrarium faciens non ſolum malè, ſed nulliter agit, vt DD. colligunt, ex *l. ſi teſtamentum, Cod. de teſtamentis, & ex l. ſi donationem, C. de reuoc. donat.* Hoſtienſ. *in ſumma, qui filij ſint legitimi colum. penult.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 34. *volum.* 2. Alciat. *conſ.* 5. *num.* 15. *lib.* 4. Felin. *in cap. nonnulli, num.* 20. & ibi Apoſtilla *de reſcriptis*, Peregrinus *de fideicommiſſ. ar-*
18 *ticulo* 52. *num.* 125. latè Moneta *de commut. vltim. volunt. cap.* 6. *num.* 29. cauſa verò eſt quando redditur impoſſibilis obſeruantia, & executio, *cap. nos quidem de teſtament.* §. *ſi quis in nomine, Auth. de Eccleſiaſticis titulis*, Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *& cap.* 8. *de reformat.* latè Moneta *cap.* 3. *numero* 100. *cum ſequentibus*, & hæc dicitur cauſa neceſſitatis, latè Moneta *capite ſexto, numero* 81. qui *num.* 83. enumerat quatuor cauſas, nimirùm neceſſitatis, vtilitatis, pietatis, & incommodationis, ſeu minoris vtilitatis, quas enumerat Gloſſa *in ſumma*, 12. *quæſt.* 2. latè Monet. *vbi ſuprà*, & ex hoc valet etiam tranſactio inter hæredem, & fideicommiſſarium, *l.* 1. *C. de pactis,*
19 *l. Lucius*, §. *fin. ff. ad Trebell. l. de his. ff. de tranſactionibus*, Peregr. *articulo* 52. *num.* 76. Molina *diſput.* 557. & facit textus *in l. cum pr ponas la prima, Cod. de pact.* §. *l. de fideicommiſſo, Cod. de tranſact. l. qui Romæ*, §. *duo fratres, ff. de verb.* qua tranſactione facta inter hæredem ſcriptum, & hæredem ab inteſtato, legatarij, & creditores, contra quos debeant ſe dirigere, agitur *in l. contron.* 14. *ff. de tranſact.* latè Cyriacus *controuerſ.* 17. *tom.* 1. poſita ergo probabili difficultate adimplementi, eſt locus tranſactioni vltimæ voluntatis, vt dicunt DD. *in l. præſes la ſecunda quæ eſt lex* 46. §. *fin ff.*

de

de administr. tutor. leg. 1. vbi Baldus, *ff. de transactionibus*, Roman. *cons.* 517. *num.* 17. Surdus *decis.* 176. *num.* 1. & *cons.* 451. *num.* 11. & *cons.* 501. *num.* 9. Bertazzol. *cons. ciuili* 88. *num.* 50. Prukman *cons.* 2. *num.* 140. *volum.* 1. & non poterit validum effectum producere, *l.* 4. §. *condemnatum*, vbi DD. *ff. de re iud.* Surdus *cons.* 3. *num.* 11. Rolandus *cons.* 49. *num.* 29. *volum.* 4. idem Surdus *cons.* 136. *num.* 16. & *cons.* 424. *num.* 33. & *consil.* 469. *num.* 9. Arnoldus Ferronius *in consuetudinibus Burdegalensium*, *in tit. de feudis*, §. 15. *folio* 269. Ciriacus *to.* 1. *controu.* 3.

20 Probatur quartò, quia supremus Princeps secundum aliquos etiam sine causa potest vltimas defunctorum voluntates commutare, quos refert Antonius Gabriel *commun. conclus. libro* 3. *in tit. de iure quæsito non tollendo*, *conclusione* 1. Riminaldus *consilio* 189. *à numero* 146. & *consil.* 45. *à numero* 41. *vsque ad* 91. *libro* 1. Regens Tappia *in rubrica de const. Principum*, *cap.* 1. *à numero* 49. alij tamen dicunt ex causa iusta, & legitima, atque publicæ vtilitatis posse auferre vnicuique dominium rei suæ, ita Peregrinus *de fideicommiss. articulo* 52. *numero* 117. Facchineus *libro* 8. *controuers. cap.* 63. Menochius *cons.* 93.

21 *libro* 3. iusta verò causa esset quando non posset sequi voluntas testatoris, & suum non sortiretur effectum, nisi posita tali commutatione, ita Iason *in leg. Gallus*, §. *& quid si tantum in* 2. *lectura*, *numero* 28. *ff. de liber. & posthum.* Ruinus *cons.* 108. *numero* 29. *volumine* 2. Gabriel *de iure quæsito non tollendo*, *dicta conclusione* 1. *numero* 5. & 24. Ioannes Antonius Bellonus *cons.* 66. *numero* 50. omnes ergo Doctores docent quòd vltimas voluntates testatorum, potest tollere, aut mutare, quoad fideicommissa, & maioratus, & quod possit iuri vocatorum, aut substitutorum derogare, & præiudicare, & in effectum ad exclusionem quorundam, & aliorum admissionem succedendi ordinem nouum inducere, & mutare, peruertendo, vel alterando antiquum, ita Gabriel *libro* 3. *de iure quæsito*, *conclusione* 2. Mattiensis *in leg.* 7. *titulo* . *libro* 5. *glossa* 5. & *gloss.* 7. qui omnes citant textum *in leg. Lucius*, *ff. de cuict.* & *in leg. item si verberatum*, §. 1. *ff. de rei vendic.* & *in leg. quòd semel*, *ff. de decretis ab ordin. faciendis*, & sic quod ob talem causam, possit Princeps derogare dispositioni, & vocationibus substitutorum, docent Mieres *de maioratu in principio* 2. *partis à numero* 46. *vsque ad numerum* 64. Thesaurus *decis.* 87. Simon de Petris *libro* 1. *de interpretat. vltim. volunt. fol.* 13. & *libro* 4. *dubio* 3. *numero* 18. Gaillus *libro* 2. *pract. cap.* 56. & 58. Peregrinus *articulo* 52. *de fideicommissis*, *à numero* 117. Facchineus *dict. lib.* 8. *capite* 63. Matteacius *de fideicommissis*, *libro* 3. *cap.* 12. Cardinalis Tuschus *tomo* 6. *littera P*, *conclusione* 680. & *concluf.* 668. Molina *tom.* 3. *de iustit. disputatione* 11. *numero* 36. & 46. Burgos de Paz *consil.* 9. *num.* 29. Garsia *de nobilitate*, *glossa* 12. *numero* 80. Flores de Mena *ad Gamam*, *decis.* 279. Menochius *consil.* 956. Rodolphinus *de absoluta*

22 *Principis potestate*, *cap.* 6. *numero* 145. & non solum in iure quæsito, sed etiam in iure nondum delato, & in spe, vt bene Molina *de primogenitura*, *libro* 3. *cap.* 3. *numero* 22. & *libro* 4. *cap.* 5. *num.* 36. Mieres *de maioratu*, *p.* 2. *in principio*, *numero* 47. & 48. Purpuratus *consil.* 490. *numero* 23. & *consil.* 500. Pereyra *de restit. in integrum*, *num.* 31. Ægydius Boscius *in praxi criminali in titul. de Principe*, *num.* 22. 197. & *numero* 200. & ratio est, quia licet respectu nondum natorum sit ius quærendum, respectu ipsius fundatoris maioratus ex propria ipsius dispositione, ac voluntate, ius est quæsitum, atque ita agitur de tollendo iure quæsito respectu fundatoris non tantum de quærendo, quòd in spe successoribus competit, vt bene considerauit Couarr. *lib.* 3. *var. c.* 6. *n.* 6. & 9. Burgos de Paz *in proœmio legum Tauri*, *n.* 383. Decius *cons.* 357. *n.* 8.

Probatur quintò, quia talis translactio fit ex 23
certa scientia, cum insertione Inuentarij debitorum, creditorumque annotatione, igitur non est de alio quærendum: immò pœna sacrilegij est imposita aduersus disputantem de Principis potestate, ad textum *in l.* 2. *C. de crim. sacrilegij*, & propterea dixerunt DD. esse imponendum perpetuum silentium, nec potest ei dici cur ita facis? est enim suprà, contra, & extra ius, de quo latè per Ias. *in l. rescripta*, *Cod. de precib. imper. offerendis*, & ad propositum Albertus Brunus *cons.* 1. *numero* 33. latè Peregrinus *de fideicommiss. art.* 52. *num.* 117. Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 8. *num.* 29. Curt. *cons.* 1. Menoch. *cons.* 19. *num.* 10. Riminald. *con-* 24
sil. 46. *num.* 20. *volum.* 1. & ius quod habent agnati, & consanguinei est ius quærendum de futuro, & incertum, ergo poterit derogari, Beccius *consil.* 56. Cephalus *cons.* 12. *num.* 19. Riminaldus iunior *consil.* 18. *num.* 25. *volum.* 1. Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.* 13. *part.* 6. *colum.* 8. Couarr. *lib.* 3. *var. cap.* 6. Molina *lib.* 3. *cap.* 3. *numero* 27. Melchior Phœbus *dec. Lusitana* 97. *num.* 12. & 27. Castill. *cap.* 106. *à numero* 25. Petra *de potest. Principis cap.* 32. *num.* 10. vnde Facchineus *lib.* 8. *cap.* 63. ait Principem posse auferre ius quæsitum in spe, quòd ex aliquo futuro euentu quis sperat se consequuturum, Campegius *cons.* 2. *inter consilia feudalia Alberti Bruni*, & ibi Soccinus *cons.* 1. *dubio* 3. post Bart. *in l. hostes*, *ff. de captiuis*, Gozadin. *cons.* 9. *n.* 50.

Hinc dicunt DD. quod maioratus constitutus, 25
gratia, vel priuilegio Principis, possit idem Princeps reuocare, seu dispensare, quòd in propriis terminis disputata quæstione, concludit Gregor. Lopez *vbi suprà*, *part.* 6. *tit.* 13. *lib.* 3. *quæst.* 28. & pro absoluto dicit Couarr. *d. li.* 3. *var. c.* 6. Burgos *in proœm. ad l. Tauri*, *n.* 325. & 327. Vasquius *lib.* 3. *controu. cap.* 61. qui ait pro absoluto Regem posse reuocare ma oratum suâ licentia institutum, & ob id tradidit validam esse transactionem, super maioratu cum Regis assensu, quæ alias sine illo erat inualida, Ludouicus Velaschus de Auendano *in l.* 27. *Tauri gloss.* 1. *num.* 20. Simanchus *de Catholicis inst. tit.* 9. *num.* 269. Molin. *d. lib.* 4. *cap.* 3. 26
num. 26. posse enim Principem suum priuilegium reuocare cum causa dicunt omnes, apud Mieres *part.* 4. *quæst.* 6. Guttierr. *lib.* 3. *pract. quæstione* 76. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 82. Castill. *tom.* 5. *cap.* 151. Suarez *lib.* 8. *de legibus*, *quæst.* 27. Georg. Acacius *de priuileg. lib.* 3. *cap.* 8. Fontanell. *clauf.* 4. *gl.* 5. *n.* 21. Valenzuela *cons.* 99. Rouit. *vol.* 1. *cons. vlt.* & *in prag. in rubr. de reuoc. gratiar. n.* 1. 28. & 29.

Ergo ex his omnibus sine vllo scrupulo, iuris, & facti, poterit procedi ad transactionem, de qua in præsenti, pro ea minori quantitate, pro qua videtur Reu. D. Oeconomo Reuerendæ Fabricæ, cuius integritati, & doctrinæ, hæc omnia corrigenda committo.

DISCEPTATIO CIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*
2 *Epiſcopus non poteſt diſmembrare fructus collegij, & quando.*
3 *Litterę Apoſtolicę ſunt omni reuerentia ſeruandę.*
4 *Bullę Pontificię plura poſſunt recipere impedimenta.*
5 *Poſſeſſorium Capituli Terrę Montellę eſt manutenendum in cura animarum, & electione ex ipſis Canonicis in tali cura Parœciarum.*
6 *Epiſcopus non poteſt Collegium facere, neque deſtruere.*
7 *Vltimus ſtatus Capituli Terrę Montellę ſeruari debet.*
8 *Epiſcopus Nuſcanus in præſenti turbat capitulum Terrę Montellę.*
9 *Cura animarum, quę eſt penes totum Capitulum non poteſt ab Epiſcopo dari ſolum Archipresbytero, aliis nolentibus.*
10 *Epiſcopus non poteſt imponere nouum onus Collegio, Beneficio, &c.*

ARGVMENTVM.

Epiſcopum non poſſe fructus Collegij diſmembrare oſtenditur. Litteras Apoſtolicas eſſe omni reuerentia ſeruandas, Capitulum eſſe manutenendum in cura Animarum quando illam habet, Nec poſſe Epiſcopum Collegium facere, aut deſtruere: Animarum cura, quæ eſt penes totum Capitulum non poteſt ab Epiſcopo dari ſolum Archipresbytero, aliis nolentibus nec poteſt Epiſcopus nouum imponere onus Collegio, Beneficio &c.

PRO

RR. Archipresbytero Primicerio, & Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Plano Terræ Montellæ,

ADVERSVS

Prætenſiones Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Epiſcopi Nuſcani.

FACTVM.

PRÆTENSIONEM Illuſtriſſimi 1
Epiſcopi Nuſcani, vt Canonici, Archipresbyter, & Primicerius eligant Sacerdotes extra Capitulum in Terra Montellæ in Parœcialibus aggregatis iam Collegiatæ eiuſdem Terræ non eſſe iuridicam firmiſſimè aſſero, &c.

Probo primò, quia Epiſcopus non poteſt diſ- 2
membrare fructus Collegij pro nouis imponendis oneribus quando ſufficientia Parœci deputati per Capitulum Collegialis Eccleſiæ Montellæ ſatis ad curam animarum eſt, *cap. vtriuſque*, vbi omnes Canoniſtæ, præſertim Cardinalis Zabarella, & Imola *de vita, & honeſtate clericorum*, Caſſadorus *dec. 19. de præbendis*, Verallus *dec. 222. p. 3.* Rebuff. *in tit. de congrua, n. 65.* præſertim cum non probetur defectus ſeruitij, ita quod propter paucitatem miniſtrorum, & Parœcianorum multitudine, aliqui deceſſerint ſine Sacramentis, vt ſic practicatum refert Genuenſis *in praxi, c. 75. in annotationibus*, Riccius *in praxi. p. 1. reſolut. 43.* Ergo poſita facti ſpecie, de qua in præſenti non poteſt Epiſcopus id facere.

Probatur ſecundò, quia dato quod eſſet neceſſi- 3
tas vrgens, Collegialis Eccleſiæ Terræ Montellæ auctoritate Apoſtolica Summi Pontificis Leonis X. fuit erecta, qui etiam diſpoſuit curam animarum Parœciarum aggregatarum adminiſtrari, per aliquem ſiue aliquos Presbyteros Sæculares ponendos, & amouendos ad nutum Canonicorum, vt in Bulla erectionis: quæ cura cum fuerit penes totum Collegium, & Capitulum, fuit ab eiſdem Canonicis commiſſa tribus diuerſimode. Ergo Epiſcopus vtpotè executor litterarum Apoſtolicarum, debet eas ad vnguem ſeruare, nec in aliquo alterare. Quod ſi aliter ſibi nunc videatur faciendum, Summo reſcribat Pontifici; ſi aliquod impedimentum, vel ſcandalum præuideat ſecuturum ex adimplemento illarum, vt in puncto de his materiis loquuntur iura *in c. ſi quando 50. de Reſcriptis, cap. cum teneamur 6. de Præbendis, Auth. de mandatis Principum*, §. *deinde competens*, vbi gloſſa *in verb. Nuncians*, Couarr. *pract. cap. 35.* qui ait. Quod litteræ Apoſtolicæ ſunt manutenendæ, & exequendæ, & quando aliquod prætenditur in contrarium, quod non poſſint Epiſcopi eas impedire; vt latè Camillus Borrell. *de præſtantia Regis Catholici, cap. 52. num. 4.* Genedus *q. 18. num. 19.* Bouadil. *in politica, lib. 1. c. 18. num. 208.* Zerola *in praxi benefic. §. litteræ Apoſtolicæ*, Emanuel Rodriquez *q. regul. tom. 1. quæſt. 6. articulo 8.* Menoch. *conſ. 1000. vol. 10.* Ergo multo magis in præſenti; vbi non agitur de illis obſeruandis à principio; ſed de retinendis eiſdem per centum, & plures annos obſeruatis, circa quod facilius dantur remedia, & manutentio: Abbas *in cap. Iudæi, n. 2. de Iudæis*, Valenzuela *conſ. 4. n. 36.* Solorzanus *de iure Indiarum, lib. 3. cap. 1. num. 10.* Alexand. *conſ. 83. num. 4. lib. 20.* & facilius conceditur retinere quam de nouo acquirere, *l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, Surd. *dec. 40. num. 5.* Menoch. *conſ. 32. num. 37.* & facilius toleratur ius quæſitum, quam quærendum *leg. 2. §. ex his, leg. pluribus, §. finali, ff. de verborum, l. vt pomum, §. vltimo, ff. de ſeruit.* Quemadmodum è contra faciliùs impeditur ius competiturum, quàm extinguatur acquiſitum, *l. Papinianus*, §. *conditioni*, vbi Gloſſa, *ff. de inoffic. teſtamento*, & difficilius 4

ficilius impeditur introductio, quàm productum in esse *d.l. patre furioso*, Gratian. *c.965.n.*5. ergo non est iuridica prætensio Illustrissimi Episcopi Nuscani.

5 Probatur tertiò, quia non solum Capitulum habet pro se petitorium, & titulum vt fundauimus ex vi erectionis, sed etiam habet possessorium pro tempore de quo in scripturis. Ergo debet manuteneri in hac antiquissima possessione, cum tali solenni titulo erectionis pro quo sufficeret etiam sine titulo, vt latè Rota Rom. coram Motmanno in Vicentina Collegij die lunæ 7. Iunij 1652. Circa id verò quod d. Illustrissimus peculiariter prætendit prædictos, scilicet Canonicos non posse eligere seipsos; sed debere eligere alios, ad exercendam dictam curam animarum, Parœciarum vnitarum prædictæ Collegiatæ. Tunc verum esset quando electio ista compromissa esset vni soli, & in tali casu non posset eligere seipsum, *vtp. per c. quia clerici de iure patronatus*, & habetur apertè in Glos. tum quia iussus dare alicui non potest sibimet retinere, tum quia videretur sibimet auctorizare, vt per textum *in cap. qualiter de Elect.*

6 tum etiam quia inter electum, & eligentem debet esse distinctio, sicuti inter baptizatum, & baptizantem. At in re nostra diuersus est casus, diuersa est ratio, diuersus est modus, cum plures sint electores, & semper magis idonei, & per Episcopum approbati eligantur ad habendam curam animarum prædictarum Parœciarum: quia ipsi electores Archipresbyter, Primicerius, scilicet, & Canonici se habent in hac electione per modum compromissarij, quibus compromittere Summo Pontifici visum est: Et quis vnquam negauit quod Compromissarij non possint eligere ex se, vel ex aliis, si velint, magis idoneos? cum hoc practicari in dies videamus: Sic habetur *in cap. cum in iure peritus 33. de elect.* vbi etiam gl. *in apostille*, Castrens. *cons.230.* & notat Speculator hoc titulo circa finem, Roccus de Curte *n.16.* & multi alij. Ergo sequitur, & bene Capitulum posse eligere aliquos ex suis, & multò magis ob centenariam continuatam possessionem. Nec potest Episcopus aliquid facere contra: quia esset destruere

7 Collegium, quod non potest construere, vt bene Rota *part.1. diuers. dec.155.* argumento sumpto à correlatiuis, quod valet, vt dicunt Doctores *in rubrica, ff. de acquirenda possess.* Ergo Capitulum Collegiatæ Montellæ debet manuteneri in quasi possessione curæ animarum per suos administrandæ, non per extraneos, vt bene Rota *decis.560. p.2.* Caualerius *dec.609.* Rota *dec.151.* etiam in possessione data ab executore litterarum Apostolicarum, Buratus *dec.318. num.12. & 13.* Lotterius *de Beneficiis lib.3. quæst.5. num.38.* Postius *obseruat.30. per totam*, & sufficit pro Capitulo vltimus status pro manutentione in possessione iuris administrandi Sacramenta, Seraphin. *decis.1213.* Mastril. *dec.12.* Postius *obseru.71.n.55.56. & seq.* Rota *apud Postium, decis.3. & 258.* latè Ciarlinus *tom.2.c.204.*

8 Ergo turbat Episcopus Capitulum, & Collegiatam, de qua agimus, si cum habeat curam animarum non manutenetur, sed illud turbat insolita administratione Sacramentorum pacificè, & quietè, vt late Ciarlin. *tom.20.c.190.*

9 Nec potest dici ab Illustrissimo Episcopo, se velle Archipresbyterum tantùm curam animarum administraturum: quia Episcopus debet manutenere Capitulum in vltimo statu, in quo reperitur, argumento *cap. consultationibus de iure patronat.* Ciarlinus *d. cap.204.* sed vltimus status fuit Doctoris D. Hieronymi Carfanei tunc temporis Primicerij, nunc verò Archipresbyteri, & aliorum duorum. Ergo talis status attendi debet.

Neque potest Episcopus imponere nouum onus 10
Collegio, licèt pium, & Ecclesiæ fauorabile, *cap. significatum de præb.* latè Ciarlinus *controuers. forens. cap.69. tom.1.* nec facere vnionem, aut dismembrationem Collegij, latè idem Ciarlinus *vbi supr. tom.20. c.113.* sicut neque potest Episcopus sine iusta causa remouere Cathedram, & Tribunal à Ciuitate D D. communiter apud Riccium *tom.2. resolut.350.* Ergo debet Episcopus accedere ad Summum Pontificem pro hoc faciendo, & interim tum in titulo, tum in possessione non turbare Capitulum Collegialis Ecclesiæ Montellæ, vt faciendum omnino puto.

Nec potest Episcopus cogere Archipresbyterum, vt ipse tantum administret Sacramenta, & præcipuè Sacramentum Baptismatis; qui quotiescunque est legitimè impeditus potest præcipere aliis Sacerdotibus idoneis, vt baptizent, & alia administrent Sacramenta fidelibus, vt patet expressè ex *cap. Officium, §. finali de officio Archipresbyteri*, ibi: Ad Christianos quoque faciendos, & baptizando infantes, & ad succurrendum, omnia à Sacerdotibus, per iussionem illius fiant: Ratio, quia habet iurisdictionem ordinariam, & illam delegare potest aliis. Sicut Episcopis, legitimè impeditis, in visitatione, prædicatione, confessione, aliisque muneribus obeundis; conceditur assumere idoneos ad id exercendum, vt in *cap. inter cætera de officio iudicis ordinarij, & ex regulis iuris in 6.* qui per alium facit per seipsum facere videtur, &c.

Nec obstant motiua adducta in facto: quia circa primum, quod Ecclesiæ Parœciales Montellæ defraudentur, dico hoc non esse præsentis inspectionis, tum quia non defraudantur, vt in facto: tum quia hoc non pertinet ad Episcopum, sed adeat Sedem Apostolicam, & interim manuteneatur Capitulum Montellæ in suo vltimo statu, vt *suprà* dicebamus.

Nec obstat dici in Bulla, quod cura animarum sit administranda ab vno, vel à pluribus: quia, respondeo verba hæc esse ad fauorem Capituli remissa: ergo ad ipsum pertinet, vnum, vel plures constituere non ad Episcopum. Accedit, quod obseruantia talis est: ergo manutenenda, nec potest dici intrusio, quia est titulus erectionis. Ergò, &c. die 12. mensis Maij 1656.

Sicut scripsimus fuit practicatum.

DISCEPTATIO CV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur de qua disputatur.*
2 *Translatio Prælati quid sit definitur.*
3 *Translatio de qua hic duplex est, & assignantur.*
4 *Translationis Prælati causæ quæ sint.*
5 *Translatio personæ, & Monasterij quæ sint.*
6 *Translatio voluntaria, & inuita in quo differant.*
7 *Translationes necessariæ interdum.*
8 *Translatione facta statim vacat Ecclesia, & qualis sit differentia inter voluntariam, & coactam.*

9 *Tranſlatione facta extinguitur omne ius circa fructus.*
10 *Tranſlatio Epiſcopi non fit niſi per Papam.*
11 *Metropolitanus quando deiecit Epiſcopum ab Eccleſia.*
12 *Tranſlatio contra voluntatem an fieri poſſit.*
13 *Tranſlatus de vno ad aliam Eccleſiam authoritate propria qualiter puniatur.*
14 *Electus in Epiſcopum quando poſſit iuri ſuo renunciare, & coram quo.*
15 *Hæreſis eſt dicere à ſententia Papæ poſſe appellari ad Chriſtum Dominum.*
16 *Argumentum valet de matrimonio carnali ad ſpirituale.*
17 *Papa poteſt ſoluere matrimonium carnale conſummatum ſecundum aliquos.*
18 *Papa non poſſe diſpenſare in matrimonio conſummato oſtenditur.*
19 *Matthæi dict.* quos Deus coniunxit homo non ſeparet, *qualiter intelligatur.*
20 *Matrimonium carnale, & ſpirituale non comparantur vniuocè.*
21 *Epiſcopi iuriſdictio qualiter ſit de iure diuino.*
22 *Epiſcopus cum Eccleſia ligatur vinculo indiſſolubili iure humano.*
23 *Textus* in c. inter corporalia, de tranſlat. Epiſcopi, *explicatur.*
24 *Fructus quæſiti à Monacho, & bona non transferuntur cum Monacho tranſlato ad aliud Monaſterium.*
25 *Fructus naturales percepti transferuntur cum tranſlato ad aliam Eccleſiam.*
26 *Vacatio per obitum, & per translatum qualiter differant.*
27 *Indultus de fructibus conſequendis per obitum non comprehendit per translationem.*
28 *Indultus Cameræ Apoſtolicæ ſuper fructibus non comprehendit reſignationem.*
29 *Epiſcopus translatus quos fructus percipiat, & quos Camera.*
30 *Epiſcopus translatus de æquitate quot fructus lucretur.*
31 *Deciſio coram Caualerio* 104. *adducitur in materia.*
32 *Rota Romana quid ſentiat de fructibus translati.*
33 *Fructus ciuiles quorum ſolutionis dies non venerat pertinet ad ſucceſſorem translati.*
34 *Fructus percepti, & à ſolo ſeparati pertinent ad reſignantem ſeu pendentes.*
35 *Beneficiatus in vita qualiter æquiparetur vſufructuario.*
37 *Epiſcopatus qualiter* 24. *prouidentur in Regno Neapolitano ad Regiam præſentationem.*
38 *Fructus Eccleſiarum Regiarum qualiter diuidantur.*
39 *Epiſcopus translatus an poſſit ſecum portare argentea vaſa, &c.*
40 *Epiſcopus cui acquirat bona donata à conſanguineis, & quid in Epiſcopo Regulari.*

ARGVMENTVM.

Tranſlatio Prælati ſeu Epiſcopi qualiter fiat ab Eccleſia ad Eccleſiam, & cuius authoritate, & an tale vinculum cum Eccleſia ſit de iure diuino, an humano, & declaratur celebris, text. in cap. inter corporalia, de tranſlatione Epiſcopi, *qualem pœnam incurrant qui authoritate propria tranſlationem faciunt, & an electus, vel confirmatus poſſit rejici an Metropolitano iure communi obtempto tranſlatum quid, & quotuplex ſit, quibus ex cauſis fiat. Fructus quando, & qualiter debeantur tranſlato, & an poſſit ſecum transferre aliqua mobilia pretioſa. Reſignatio à quo tempore fructus debeantur, & à quo tempore reſignati, & quid de fructibus ciuilibus, quid de naturalibus, & induſtrialibus, quid in Rota ſeruetur, quid fuerit ab Auditore Cameræ olim practicatum; quid ſeruetur in Regno cum Camera Apoſtolica, & ſucceſſore in Epiſcopatibus Regiis.*

Tricaricenſis Tranſlationis Epiſcopatus.

FACTVM.

CVm Epiſcopus Tricaricenſis D. Petr. Carrafa vellet renunciare Eccleſiam propriam, quam habebat, vt aſſumeretur, ac eligeretur, ſeu transferretur in Eccleſiam Barenſem vacantem per mortem Illuſt. Serſalis, pacto, ac conuentione deuenit cum negotiantibus apud ſanctam Sedem Apoſtolicam, vt ſibi liceret ac licitum eſſet exigere de introitibus ſuæ menſæ Tricarici ducatos ferè quatuor mille maturatos, & non exactos à ſeipſo, in qua exactione non poſſet ſucceſſor ſe intromittere, ſed ſibi præcipuos, & ante omnia competeret talis exactio, quæſiuit à Prudentibus an poſſit fieri, ſiue quid agendum in fructibus maturatis, non exactis per tranſlationem ad aliam Eccleſiam. Ego pro veritate, duo diſcutienda propoſui. Primum circa tranſlationem aliqua annotare. Secundò circa fructus maturatos, & non exactos diſcurrere. 1

Quoad primum, ſciendum eſt quod tranſlatio Prælati eſt de loco ad locum commutatio ex cauſa communis vtilitatis, vel neceſſitatis, auctoritate Sedis Apoſtolicæ facta *cap. mutationes 7. quæſt. 1.* & licet ſit multiplex, tamen hæc de qua agimus eſt Epiſcoporum, & à ſacris Canonibus damnata ſemper fuit quæ finit nimirum gratia ſolius tranſlati, quia ſcilicet mutata ſit voluntas eius ſeruandi fidem Eccleſiæ ſibi primum coniugatæ ob eius proprium intereſſe, *cap. ſcias frater, quæſt. 1.* poſita tamen communi vtilitate, vel propria neceſſitate Epiſcopi tunc operatur; vt non ob cupiditatem Epiſcopi neque ipſe cenſeatur ſe transferre; ſed coactus per alium, *dict. cap. mutationes, & cap. ſcias*, & talis fuit tranſlatio Sancti Petri ab Antiochia 2 3

ad

ad vrbem, Romanus *conſ.352. numero 17. cum ſequentibus*, & habetur *in dict. capite commutationes*, poterit etiam hic referri cauſa ſcandali
4 euitandi, veluti ſi vel populus obdurato corde Epiſcopum perſequatur Abb. *in capite vltimo, numero 15. de confirmat. vtili, vel inutili*, vel vbi Epiſcopus eſt infenſus populo, Innocentius *in c. niſi cum pridem de renunciatione*, Lambertinus *de iure patronatus, quæſt.15. art.2. num.14.* Felinus *in cap.quæ in Eccleſiarum,num.43.de conſtit.* quod totum facit vnica ratio euitandi ſcandalum, vt latè deducit Decius *conſ.151. ad numerum 5.* & hoc totum dependet ab authoritate Sedis Apoſtolicæ, nam illa eſt omnino neceſſaria, & cum cauſa alias inuitum transferre non poſſet, Romanus *conſil.345.* Sylua *de Beneficijs, parte 3. quæſtione 37.*

5 Quæ quidem tranſlatio duplex eſt, vna perſonæ tantum, altera perſonæ, & Monaſterij, ſeu Eccleſiæ ſimul cum videlicet ipſa quoque Sedes transfertur, *cap.1. de translatione Epiſcoporum*, Mandoſius *de ſignatura gratiæ, §. translationes, verſ. aliquando*, per tranſlationem verò ſolius perſonæ, illicò non humana ſed diuina poteſtate ſoluitur coniugium, quod habebat Prælatus cum prima Eccleſia, & inducitur vacatio *c.inter corporalia, de translat.Prælator.*

6 Sciendum ſecundò eſt, quod differt tranſlatio de inuito, & de non inuito: quia ſi agatur de inuito, itavt voluntas Pontificis ſit eum omnino quantuncumque inuitum transferre in continenti ſoluitur coniugium, & vacat prima Eccleſia, nec ad eam datur regreſſus, Calderinus *conſ.2.de translatione Prælatorum*, Rota *deciſ.475. num.6.* vnde Abbas *in capite cum nobis, numero 5.* de electione concludit vnum notabile ſecundum eum ſcilicet quod ſi Papa tranſtulit Prælatum abſentem ad maiorem Eccleſiam propter meritum perſonæ, non videtur primam Eccleſiam vacare à tempore promotionis factæ ſcilicet per Papam ſed à tempore quo conſenſit tranſlationi ſecus vbi Papa principaliter tranſlationē fecit ad vtilitatem, ſeu neceſſitatem Eccleſiæ: quia tunc incipit vacatio à tempore propoſitionis, ita Abbas *vbi ſuprà*, quando idem dicit *in cap. vltimo, numero 15.de translat.Epiſcopi*, Rota *dec.475.* Sylu. *vbi ſuprà.*

7 In caſu ergo quo vrget cauſa nulla eſt amaritudo in eo quod transferatur inuitus: quia cùm tota Eccleſia ſit vnum, & idem Corpus myſticum cuius caput eſt Papa ei permiſſum eſt transferre membra vbicumque vtilitatis cauſa expoſcit; ſecus ſi ſolius perſonæ fauor ſuadeat ſcilicet ſolus fauor tranſlati, vbi bene Ioannes Andreas
8 *in cap. quod ob gratiam 16. numero 3. de Reg. iur. in 6.* Ergo nil mirum ſi facta tranſlatione etiam de inuito ſtatim vacet Eccleſia: ex quo enim ſemel ipſe conſenſit Epiſcopatui in Eccleſia vti non poteſt reſiſtere Papæ volenti transferre, pro bono publico ad Eccleſiam particularem, cui quidem Eccleſiæ particulari attenta hac ratione nequaquam denuò copulari dicitur; ſed ſi tranſlatio non fiat de inuito (quod ſemper in dubio præſumitur, Caldonnus *dicto conſilio 20.*) tunc expectetur eius conſenſus & à die conſenſus inducitur vacatio, vt latè conſuluit, Abbas *conſil.101. numero tertio, parte ſecunda*, vbi reſpondet omnibus contrariis, Rota *deciſione 475. ad numerum 16.* vbi ait opinionem illorum dicentium vacationem non induci, niſi poſt adeptam poſſeſſionem eſſe erroneam tanquam innixam authoritate gloſſæ *in dicto capite ſi quis tranſlatio.* Quæ loquitur in tranſlatione abuſiua, & ſufficit conſenſus præſumptus ex ſcientia, & acquieſcentia ſcilicet poſtquam Epiſcopus ſciens ſe ſemel ſubmiſit voluntati Papæ, ex quo ſatis eſt tranſlationem non poſſe dici factam omnino ſine eius conſenſu, vt poſt alios, Ioannes Andreas, & alij *in dicto capite quando ob gratiam*, Abbas *conſil.101. numero 4.*

Quod obſeruandum eſt in fructibus Eccle- 9
ſiæ à qua tranſlatus fuit, nam ſequuta plena tranſlatione ſi agatur de Eccleſia Regulari ſiue Monaſterio etiam quod controuerſia, ſit de fructibus ciuilibus, & nominibus debitorum extinguitur in tranſlato omne ius, *vt infrà.*

Sciendum eſt tertiò, quod tranſlationes Epiſ- 10
coporum nullus poteſt admittere niſi Papa, vel eas confirmare, *capite primo, de translatione Epiſcopi*, Barboſa *allegatione 50. numero 50.* quod idem dicimus de depoſitione, caſſatione, &c. Omnia enim hæc ſpectant ad Papam ſolum, idem de electo tantum, & confirmato, *capite 2. de translatione Epiſcopi*, licèt non fuiſſet conſecratus: quia non poterit dejici ab Eccleſia per Metropolitanum, niſi in caſu, in quo poſt ſex menſes à die confirmationis ſua 11
negligentia, non fuerit conſecratus, tunc enim dejici poteſt à Metropolitano, non tamen in aliam Eccleſiam transferri: quia primum conceſſum eſt à Papa. Archiepiſcopo, ſolus ergo Papa deponit, priuat, aut transfert Tridentinum *ſeſſione 13. de reformatione, capite 6. & ſeſſione 24. de reformatione, capite 5.* Sbrozzius 12
de Vicario, libro 2. quæſtione 59. & Barboſa *allegatione 112.* & ſicut nullus poteſt inuitus ſuam Eccleſiam cogi derelinquere, cum voluntariè fiat tranſlatio vnius ad aliam Eccleſiam *dicto capite inter corporalia*, ibi (ſuam non debet Eccleſiam derelinquere) vt notat Flaminius *lib.3. de reſignatione Beneficiorum, quæſtione 18. numero 14.* ita ſi authoritate propria Epiſcopus transferat ad aliam Eccleſiam ſeu alium Epiſcopatum, vtraque priuatur Eccleſia *capite quanto 3.* 13
de translatione Epiſcopi, & Canonici, qui illum recipiunt, priuantur electione pro illa vice, loquitur enim ille textus *de iure communi*, quando ad canonicos pertinebat eligere Epiſcopum ſicuti eſt in Germania, & aliis partibus. Nec poteſt Epiſcopus electus, & confirmatus, etiam nendum conſecratus Epiſcopatui ſine Papæ licentia renunciare, *vt in dicto capite inter corporalia*, ibi (& ſic electus, & confirmatus) quod notat Sanchez *in Decalogum, tomo 1. libro 4. capite 17.* Suarez *tomo 3. de Religione, libro 1. capite 10. numero primo*, Bartholomæus de Vecchis *diſputatione 2. dubio tertio, numero 5.* Barboſa *in dicto capite ſecundo, numero 8. de translatione Epiſcopi*, ſed ſi electus tantum ſit in Epiſcopum in manibus eligentium iuri ſuo renunciare poteſt ante confirmationem ſine Papæ licen- 14
tia, Gloſſa *in dicto capite inter corporalia*, Rota *deciſ.8. numero 3. de iure patronatus in nouis:* Rendina *in ſuo promptuario iuris, tomo primo, titulo 36. numero 18.* Barboſa *in dicto capite inter corporalia in fine.* Vnde Papa tanquam Chriſti Vicarius has facit tranſlationes, Sebaſtianus Cæſar *de Eccleſiaſt.Hierarchia, diſputatione prima, §. primo, per totum*, vbi latè oſtendit Romani Pontificis dignitatem, ac poteſtatem à

Chriſto Domino in omnes ſuos Vicarios deriuatum, & ideò Conſiſtorium, atque Tribunal Chriſti, & Pontificis cenſentur vnum, & idem in ſpecie, Antonius Ricciullus *libro nono de iure perſonarum capite ſecundo, numero* 11. & Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, parte tertia, allegatione* 54. *numero* 47. vnde hæreſim ſentiret qui diceret à ſententia Papæ licere appellare ad Chriſtum Dominum: quaſi Papa non ſit Chriſti Vicarius nec facere cum eo vnum Tribunal, vt bene Auguſtinus de Ancona de poteſtate Papæ *quæſtione* 6. Iacobus, & alij quos refert, & ſequitur Barboſa *in capite finali, numero* 4. *de translatione Epiſcopi*: Quando verò per Pontificem conceditur alicui, vt poſſit tranſire ad maiorem dignitatem tunc non poterit tranſire ad æqualem *cap. licet in tantum, numero* 4. *de translatione Epiſcopi.*

16 Dices validum eſt argumentum de matrimonio Carnali ad ſpirituale, *dicto capite inter corporalia, de translatione Epiſcoporum*, Franchus *deciſione* 49. *numero ſecundo*, Cardinalis Tuſch. *littera A, concluſione* 506. *& concluſione* 507. *numero* 58. Barboſa *in dicto capite inter corporalia, numero* 4. & in locis communibus *loco ſeptimo*, ſed matrimonium carnale eſt indiſſolubile per diſpenſationem, *Matthæi* 19. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet, ergo etiam ſpirituale.

17 Reſpondent aliqui, Summum Pontificem poſſe diſpenſare in matrimonio conſummato, ita Soccinus *conſil.* 18. *colum. penultima, volumine* 1. Cagnolus *in l. actus qui ff. de Reg. iur.* Baldus *in capite lator. de Iudicijs*, Ioannes Andreas *in capite actus legitimus, de reg. iur. in* 6. *deciſ. in cap.* quæ in Eccleſia *numero* 5. *de conſtitut.* Gratus *conſil.* 1. *numero* 31. *volumine* 2. qui omnes dicunt matrimonium conſummatum diſſolui poſſe à Summo Pontifice quaſi tunc non homo ſeparet, ſed Deus qui ſuam voluntatem nobis exponit, vel per ſe ipſum, vel per Angelos, vel per ſuum Vicarium.

18 Sed contra quia iſti DD. decipiuntur, nam qui homini denegauit poteſtatem ſeparandi realiter copulatos, excluſit etiam Papam qui homo eſt vnde verior eſt ſententia, & communior DD. opinio quos refert, & ſequitur Sanchez *de matrimonio, libro* 2. *diſp.* 14. non poſſe Papam diſpenſare in matrimonio conſummato.

19 Secundò ergo (omiſſis pluribus) quod per illa verba (quos Deus coniunxit) Chriſtum Dominum ſibi reſeruaſſe ſolutionem matrimonij ſpiritualis non in ſenſu litterali: quia conſtat agere de matrimonio carnali, ſed in ſenſu morali qui ſenſus licèt in Sacra Scriptura à Spiritu Sancto intentus ſit, non tamen facit efficax argumentum ad probandum aliquid eſſe legis diuinæ obligatoriæ, quia ſolent Summi Pontifices vti ſacræ Scripturæ teſtimoniis in ſenſu morali ad propria decreta confirmanda, vt patet in propria materia pluralitatis Beneficiorum, nam ad probandum aliquem non poſſe habere duo beneficia adducunt verba Pauli (oportet Presbyterum eſſe vnius vxoris virum) & adducuntur verba Chriſti Domini (nemo poteſt duobus Dominis ſeruire) quæ verba in ſenſu litterali longè aliud ſignificant: ſicuti *in extrauag.* vnam ſanctam inter communes de maioritate, & obedientia, vbi Bonifacius VIII. adducit verba Chriſti de duobus gladiis in ſenſu morali ad ſummam poteſtatem ſtabiliendum, cum alius eſſet ſenſus litteralis, vt ſacri Doctores in eo loco explicarunt, vt probat Alphonſus de Caſtro *libro primo, contra Hæreſes, capite tertio*, Sanctus Thomas *cap.* 3. *parte prima, quæſtione prima, art.* 10. quod principium oportet memoria retinere ad varia noſtri iuris capita declaranda. Cum igitur matrimonium ſpirituale non ſit reſeruatum lege diuina in ſenſu litterali ipſi Chriſto, vt carnale eſt, nil mirum ſi illud Summus Pontifex facile diſſoluit non verò carnale, & ſic eſt aduertendum inter Eccleſiam, & Epiſcopum celebrari coniugium ſpirituale vt latè, & eleganter Sebaſtianus Cæſar *de Eccleſ. Hierarchia, parte prima, diſputatione* 6. *de Epiſcopo*, §. 2. *numero* 24. vbi intelligit hoc eſſe per quandam ſimilitudi- 20
nem ad matrimonium carnale, nam comparatio illa cum matrimonio non eſt per conuenientiam vniuocam, ſed ſolum per quandam proportionalitatem, & ſimilitudinem teneant, quia textus *in dicto capite inter corporalia de translatione Epiſcopi*, dicit, iuriſdictionem Epiſ-
coporum diuina inſtitutione fuiſſe inſtitutam: 21
ideo notant Doctores quod Epiſcopi ſunt de iure diuino ſicut etiam Epiſcopalis dignitas eiuſque iuriſdictio vt ordinaria, & ex officio conſiderata ſaltem in generali: ſi verò ſumatur in particulari, prout ſcilicet in hoc, vel illo ſubiecto reſpectu homum, vel illorum ſubditorum non eſt de iure diuino, nec ab eo habet certos iuriſdictionis gradus qui augeri, vel minui nequeant, ſed totum pendet à Summo Pontifice per quem idem munus immediatè habetur in particulari, & à quo ipſius iuriſdictio immediatè conceditur, & deriuatur vt bene Couarr. *in Regul. poſſeſſ. parte* 2. §. 9. *à numero* 6. Suarez *de Pœnitentia, tom.* 4. *parte* 2. *diſputatione* 25. *ſect.* 1. *à numero* 6. Bellarminus *tomo* 1. *controuerſ.* 3. *generali, lib.* 4. *de Romano Pontifice, c.* 24. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi ſit* 1. *cap.* 1. *numero* 8. Sebaſtianus Cæſar *d. diſp.* 6. §. 4. *num.* 9.

Vnde patet quid dicendum ſit ad textum *in d.* 22
capite inter corporalia, ibi (ſuo tantum iudicio reſeruauit diſſoluendum) per quem textum notatur quod vinculum cum quo Epiſcopus ligatur cum Eccleſia: iure diuino, & naturali, eſt indiſſolubile, vt notat Vaſquez 3. *parte, diſp.* 242. *cap. p.* 3. & 4. ſed alij, & melius putant iure humano, ſeu Pontificio eſſe indiſſolubile, vt poſt Cardinalem Imolam Abbatem Petrum de Ledeſma, & alios dicit Sanchez *libro* 7. *de matritrimonio, diſputatione* 28. *num.* 13. Suarez *de Religione, tomo quinto, libro* 1. *capite* 16. *per totum*, Sebaſtianus Cæſar *de Eccleſ. Hierarchia, in titulo de Epiſcop.* §. *ſecundo, numero* 17. vbi plura fundamenta refert pro hac parte, & tandem *numero* 25. reſpondet prædicta verba dicti textus eſſe explicanda per alia verba quæ inferius ſubiungit text. videlicet (nam enim 23
humana, ſed potius diuina poteſtate coniugium ſpirituale diſſoluitur cum per tanſlationem, depoſitionem, aut caſſationem authoritate Romani Pontificis, quem conſtat eſſe Vicarium IESV CHRISTI) Epiſcopus ab Eccleſia remouetur: ergo eo modo quo diſſoluitur illud vinculum autoritate diuina id eſt autoritate diuinitus data eod. modo vinculum factum eſt indiſſolubile authoritate diuina id eſt diuinitùs data Vicario ſuo, nam ſicuti Deus ſoluit per ſuum Vicarium, ita per eund. reſeruauit, in quo ſenſu explicant DD. verba d. text. ibi illa ſunt, reſeruata Romano Pontifici; non tam conſtitutione Canonica, quàm autoritate Diuina:

quia

quia ipsa constitutio Canonicæ in authoritate divina fundata est, ideſt in authoritate diuinitus data Vicario suo.

Quoad secundum, verò de fructibus dico quod est obseruandum in fructibus Ecclesiæ, in qua translatio fit, quia secuta plena translatione si agatur de Ecclesia Regulari, siue Monasterio, etiam quod controuersia sit de fructibus Ciuilibus, & nominibus debitorum extinguitur in translato, omnis actio, nisi de facto prius fuisset illis spoliatus ea enim actio speciali personæ cohærentis, ab ea per translationem non euellitur, vt dixit Bellamera *in cap. si quis iam translatus, num.* 10. *quæst.* 1. & si tales fructus etiam nomina exigat dicitur rapinam, & fructum facere vt benè consuluit Ancharan. *cons.* 158. quod verissimum est, in Ecclesia Regulari ex quo ipso iure fructus Monasterio acquiruntur, vt *in Auth. de Sanctissimis Episcopis, §. si Monachus reliquerit* vt notat Paninus *de potestate Capituli Sede vacante, num.* 28. & Rota *in antiquis dec. vnica de Monacho translato in Episcopum*, licet quoad fructus collectos ante translationem aliud dicat Panormus.

25 In Ecclesia verò Cathedrali, poterit translatus auferre fructus naturales perceptos, seu recollectos ante translationem, alios verò pendentes, & postea recollectos secus, & hic est sensus *d. decisionis vnicæ*, quam agnouit Vbaldus *de succeſſ. ab inteſt. §. finita, numero* 11. quicquid dixerit Cardinalis *cons.* 110. qui simpliciter tenet, translatum non posse exigere nec quidem hos recollectos, vel quouis modo inexactos veluti effectus Ecclesiæ, eo ipso, quod de illis non distribuit, ante translationem cuius sententia est reprobata per Rotam *in recent. dec.* 240. *num.* 7. *p.* 2.

26 Vnde admittenda est differentia inter vacationem Ecclesiæ per obitum in qua militant deducta per Zabarellam, *cap. præsenti de officio ordinarij in 6.* & vacationem per translationem, neque ad paria judicari debent exceptis casibus in iure exceptis, vt consentiunt plurimi relati per Rotam *dec.* 240. *n.* 7. *p.* 2. *recentiorum* & *dec.* 809. *part.* 1. *diuersorum.*

27 Ex quibus infertur primo quod si aliqui concessus sit indultus capiendi fructus Ecclesiæ vacantis per obitum, non potest illius vigore capere fructus Ecclesiæ vacantis per translationem: quia translatus non potest dici defunctus; sed quasi defunctus, vt loquitur Gratianus *in cap. in Apibus* 7. *quæstione prima*; ergo non iuuat tale indultum quod de morte naturali, non autem de Ciuili est intelligendum, *l. ex ea* 121. §. *in insulam, ff. de verb.* vnde D D. *in d. cap. in Apibus* tenent sententiam prædictam contra habentem Indultum, vt ibi Archidiaconus, *numero* 8. Geminianus *numero* 50. Bellamera *numero* 1. Turrecremata *numero* 1. vbi ait, quod licet contrarium in Curia fuerit pronunciatum tamen id verius est & tenendum vt in effectu tenuit Rota *in suprà dictis decisionibus.*

28 Sed quæstio est quid de indulto Cameræ Apostolicæ: quia Cameræ applicantur fructus omnium Beneficiorum reseruatorum, & affectorum per obitum, vel alio quouis modo vacantium excepta resignatione, vsque ad diem prouisionis seu adeptæ possessionis, vt in Bulla Pij IV. 22. vbi continentur fructus quicumq; mensarum, & Ecclesiarum quarumcumque ex Bulla Sixti V. 100. pone ergo vacare Cathedralem per obitum, Camera omnes fructus ad manus suas reducit: finge rursus ad eam Ecclesiam transferri alium Episcopum in mense Martij; sed ipsam translationem consensu illius non perfici, nisi in mense Iulij, & Cameram omnes hos fructus, veluti adhuc non recollectos sub Sequestrum ponere. Prioris autem ad quam facta est translatio, jam separasse à solo, & cum effectu percepisse videtur absurdum dicere indultum Cameræ non comprehendere fructus vnius, aut alterius perceptionem siquidem, respectu prioris vacantis per obitum nulla adest dubitatio, cum verba indulti sint Clara respectu etiam secundæ à qua facta est translatio videtur quod cesset ratio supradicta per D D. *in dict. cap. in apibus*, quia indultum non est restrictum ad vacationem per obitum; sed complectitur vacationem ex quouis alio Capite, præterquam per resignationem & sic in aliis firmat vim, & efficaciam suam *l. cum præter Cod. de iudicijs* Francus *dec.* 499. *numero* 21. & vbi conueniunt verba legis conuenit etiam legis dispositio etiam si dura possit videri *l. prospexit, ff. qui & à quibus.* 29

Sed durius est translatum vtrinque excludi à perceptione fructuum: quia id repugnat naturaliter rationi, secundùm quam nemo militat suis dispendiis, & qui Altari seruit de Altari viuere debet *cap. cum secundum Apostolum de præb.* nec est credendum Summum Pontificem per sua indulta restringere voluisse talem causam, & rationem; sed captiosam liberalitatem, Prudentum Interpretatione frangi conueniens est, *ex l. cum Aquiliana ff. de transact.* & sic in hoc casu media via tenenda est, & statuendum, ad Cameram spectare fructus istius Ecclesiæ à qua facta est translatio vt ab illis separentur, qui sufficiunt pro alimentis ipsius Episcopi, quod videtur satis declaratum *in d. cap. præsenti de officio Ordinarij in 6.* tum quia alias sequeretur Beneficium Papæ, in conferendo, esse ipsi translato nociuum, qui reperitur se hoc pacto deceptum quod minimè dicendum est *d. cap. præsenti*, vbi Ioan. Andreas *num.* 20. 30

Infertur secundò ad decisionem Baren. fructus coram Cardin. Caualer. *dec.* 164. vbi cum Archiepiscopus Sannitalis renunciasset ad fauorem Caraccioli Ecclesiam Barensem fuit inter eos disputatum de fructibus coram Auditore Cameræ, à quo fuit lata sententia vt scilicet quoad fructus naturales, & industriales restitueret resignatarius resignanti omnes, & quoscumque fructus separatos à solo tempore resignationis, nec non fructus perceptos de quocumque affictu, pro rata tamen fructuum recollectorum; sed quoad fructus Ciuiles condemnauit eumdem ad restituendum omnes fructus censuum, & similes qui ad eius manus peruenerunt post resignationem pro rata: à quaquidem sententia cùm per vtramque partem fuisset appellatum fuit commissa causa aplationis in Rota appellatione remota. 31

Dubitauit ergo Rota, an esset sententia Auditoris Cameræ exequenda, & Domini dixerunt esse distinguendum inter fructus Ciuiles, & naturales, seu industriales vnde sit. 32

Prima Conclusio fructus Ciuiles, vt pensiones domorum, responsiones, & similes, quorum dies solutionis non venerat tempore resignationis pertinent ad successorem ad quem spectant fructus pendentes: ita glossa *in d. cap. præsenti de officio ordin. in 6.* Calderin. *cons.* 2. *de peculio Clericorum* Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 5. *num.* 1. Neque aliquid

obſtat, quod reſignans, quæ Eccleſiæ præfuit, & onera ſuſtinuit vſque ad diem dimiſſionis, & capturæ poſſeſſionis abſurdum videtur, quod nihil habeat in talibus fructibus. Reſpondeo enim: quia dum ſimpliciter dimiſit, abdicauit à ſe omne jus & poſſeſſionem Innocen. *in cap. ſuper hoc de renunciatione* Rota *d.* 1. *eod. tit. in nouis.* Caſſador *dec.* 4. *num.* 3. *de reſtitut. ſpoliat.* Achill. de Graſſ. *dec.* 10. *Cod. tit.* & ideò poſt reſignationem non poteſt percipere amplius fructus, vt in dictis deciſionibus, & notat Paris *conſ.* 39. *lib.* 4. quod ſi poſt reſignationem percipiat tunc tanquam malæ fidei poſſeſſor tenetur ad eorum reſtitutionē ex quo remanſit abſque titulo colorato, & amiſit poſſeſſionem Ciuilem, & naturalem Puteus *dec.* 358. *num.* 4. *lib.* 3. Rota *dec.* 1. Sarmentis *in regula de annali, quæſt.* 57. *num.* 3. Card. Pureus *dec.* 14. *lib.* 3. vbi ex hac ratione tranſlatarius fuit datus integer terminus penſionis poſt tranſlationem maturatæ, etiam pro rata temporis decurſi ante tranſlationem Card. Caualer. *d. dec.* 104. *numero* 4.

34 Secunda Concluſio inter fructus naturales & induſtriales diſtingui debet; nam qui ſunt à ſolo ſeparati ante v. g. diem primam Nouembris &c. qua die reſignatarius fuit prouiſus, & tunc pertinent ad reſignantem, qui pendent ad reſignatarium, iuxtà terminos legis *defuncta, ff. de vſufr.* & *l. diuortio* cum *ibi* notatis *ff. ſolut. matrim.* etiamſi fuiſſent locati, & tempus ſolutionis affictus veniret poſt reſignationem: quia de tali affictu ſeu pretio locationis quod debetur ratione fructuum, idem iudicatur quod fructus, quorum loco affictus ſubrogatur, & ſic non conſideratur dies ſolutionis affictus ſed potius tempus perceptionis fructuum, pro quibus affictus ſoluitur Salycerus *in l. fructus, num.* 3. *Cod. de action. empt.* Natta *conſ.* 141. *n.* 1. & poſt alios Caualer. *vbi ſupra num.* 6.

35 Neque dicas quod Beneficiatus in vita æquiparatur vſufructuario, in morte verò vſuario ex gloſſa *in d. cap. præſenti*; ergo omnes fructus pendentes indiſtinctè ſpectant ad reſignatarium ſiuè ſint ſeparati à ſolo, & venit dies ſolutionis, ſiue fuerint recollecti. Conſequentia patet: quia per reſignationem habetur pro mortuo, *cap. in Apibus* §. *ecce* 7. *quæſt.* 1. *cap. ſi quis iam tranſlatus* 21. *quæſt.* 2. Cardinalis *conſ.* 110.

36 Reſpondeo enim quod telis æquiparatio non eſt vniuerſaliter vera, & in jure facta nō reperitur, & tamen eſt certum, mortem Ciuilem non æquiparari morti naturali, niſi in caſibus à iure expreſſis, gloſſa *in cap. placuit el* 2. *ib. quæſt.* 1. & *in cap. ſuſceptum in verſiculo non mortem de reſcriptis in* 6. vnde dicunt D D. quod ſi aliquis tranſlatus eſt de vna Eccleſia ad aliam, & conſuetudo primæ Eccleſiæ eſt, quod fructus decedentes perueniant ad Capitulum non habebit fructus pendentes tempore tranſlationis poſt alios Caualerius *d.* 104. *in fine*: quæ concludit fructus à ſolo ſeparatos deberi reſignanti, cæteros verò omnes reſignatario.

37 In regno noſtro ex notatis, & practicatis per Regentem de Ponte *dec.* 12. *à num.* 13. habetur fructus Epiſcopatuum ad Regiam præſentationem (qui non ſunt quadraginta, vt dixit Lambertinus *de Iurepatronatus, part.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 11. *principali, art.* 2. *num.* 14. ſed ſolum 24. Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum qui non prouidentur niſi de voluntate & beneplacito D. noſtri Regis, vt antiquitus erat conſuetudinis in multis mundi partibus, & nunc eſt *cap. quod ſine de electione* vbi D D. & ab anno 1531. mediante perſonam Regentis Muſceptulæ Regij Oratoris in Romana Curia fuit inter Pontificem, & Imperatorem Carolum V. negotium hoc ſedatum, videlicet quod viginti quatuor Eccleſiæ Regni Archiepiſcopatuum, & Epiſcopatuum eſſent ad Regis præſentationem, Reliquæ verò eſſent ad abſolutā Pontificis collationē & vt plurimum illæ Regis ſunt in locis maritinis pro deféſione ſtatus, ſunt autem infraſcriptæ Salerno, Regio, Taranto, Brindiſi, Oria, Otranto, Trani, Aquila, Gaeta, Lāciamo, Cotrone, Tropea, Monopoli, Gallipoli, Caſtellamare, Caſſano, Mottula, Acerra, Puzuoli, Matera, Vgento Potenza, Triuento, & Giouenazzo eſt etiam verum quod aliquæ Eccleſiæ particulares & Beneficia remanſerunt provt hodie ſunt abſolutè ad Regis collationem, vt ſunt Eccleſia S. Nicolai de Baro Eccleſia Altamure Canonicatus & Beneficia ciuitatis Luceræ & aliæ quædam.

In talibus ergo Eccleſiis fructus maturi, & non 38
exacti, ſed ſolo ſeparati tempore mortis Epiſcoporum ſpectant ad Cameram Apoſtolicarum & pro ea ad Nuntium Apoſtolicum licet adhuc fructus ne ſint repoſiti in arcis vel vua non ſit conuerſa in vinum, & oliua in oleum, & adhuc ſint in area; ſed ſi fructus fuerint maturi, & pendentes; ſed non recollecti tunc illi ſpectant ad ſucceſſorem futurum in Beneficio; Quo verò ad penſiones Domorum, affictus Molendinorum, Bertagionum, & ſimilium, ex quibus quotidiè fructus percipiuntur ſpectant vſque ad diem mortis ad Cameram Apoſtolicam tanquam ſucceſſorem in Beneficio; verum ſi per Prælatum aliquid anticipatum fuerit exactum, debet excomputari ad ratam ſpectantem ad Cameram Apoſtolicam, & ita practicari in Regno cum talibus Prælatis docet Regens de Ponte *dec.* 12. *in fine.*

Tandem pro complemento ſingulariter noto 39
Conſilium Barbatiæ vigeſimum, *num.* 11. communiter approbatum vbi quidam Epiſcopus in ſuo primo Epiſcopatu ex fructibus illius emerat ſibi libros, & ornamenta, & paramenta multa, & argentaria, & ſimilia quæ volebat ille ſecum aſportare ad alium Epiſcopatum ad quem fuerat tranſlatus, conſuluit Barbatia nullo modo poſſe ſed hæc omnia remanere debebant penes primam Eccleſiam, eo quia erant empta & acquiſita de reditibus prioris Epiſcopatus, quod Conſilium refert, & approbat Barboſa *in cap.* 1. *de tranſlatione Epiſcopi* licet diminutum referat: quia omnia quæſita ex primis remanent apud primam Eccleſiam, & in dubio ſi aliquod ſit relictum Prælato à conſanguineis vel amicis acquirit ſibi non Eccleſiæ *cap.* requiſiſti de Teſtamentis; ſed in Prælato, & Epiſcopo Regulari dicit Barbatia *num.* 15. aliter eſſe, quia acquiſita, & donata à conſanguineis, & amicis acquiruntur Eccleſię ob rationes de quibus ibi fructus tamen perceptos, & res mobiles non 40
pretioſos, ex fructibus primi Epiſcopatus acquiſitas poterit Epiſcopus ab vno ad alium Epiſcopatum tranſlatus ſecum deferre Barboſa *in l. diuortio in principio p.* 2. *num.* 52. *ff. ſolut matrim.* alter Barboſa *in d. cap.* 1. *n.* 4.

Quare &c.

DISCEPTA

DISCEPTATIO CVI.

SVMMARIVM.

1 *Factum proponitur.*
2 *Legitima dos congrua, siue paragium, & virilis quod sint.*
3 *Pater dotando an possit dare minus legitima.*
4 *Pater in dubio bonum consilium præsumitur sumere pro filia.*
5 *Statuto disponente, vt in dote stetur arbitrio patris dotantis, dato magno excessu non nocet.*
6 *Paragium cur ita dicatur, & qualiter debeatur.*
7 *Paragium in nupta non est minùs legitima, quod fallit in moniali.*
8 *Paragium succedit loco legitimæ.*
9 *Paragium & legitima differunt secundum aliquos, & in quo.*
10 *Legitima debetur filio à die mortis patris vnà cum fructibus, siue interesse, etiam sine petitione, secus interesse paragij.*
11 *Paragium interdum liquidatur pro integra virili in muliere maritanda, secus in nupta.*
12 *Paragium est legitima filiæ.*
13 *Paragij, & legitimæ extimatio tempore mortis fieri debet.*
14 *Legitima est quota bonorum non hæreditatis, & præstari debet super singulis corporibus, poteritque liquidari in pecunia, paragium verò sufficit dari in pecunia.*
15 *Paragium respectu burgensaticorum, & feudalium qualiter soluatur.*
16 *Paragium ingressarum quodnam sit, & quale.*
17 *Paragium ingressarum potest esse minus legitima.*
18 *Paragium ingressarum potest esse minus legitima si filia sit monialis viuente patre, secus si post mortem patris.*
19 *Paragium aufert filiæ ius succedendi contra testamentum, vel ab intestato.*
20 *Paragium puellæ viuentis in statu celibatus quantum esse debeat.*
21 *Filia dotata à patre, minus quàm alia agit ad supplementum.*
22 *Filia, quæ habuit minus quam alia soror nupta quid possit prætendere.*
23 *Dos congrua, decens quæ dicatur.*
24 *Dos congrua dicitur quando datur prout à patre alijs, data fuit.*
25 *Actio petendi legitimam, differt ab actione petendi supplementum secundum aliquos.*
26 *Probabilius est actionem petendi legitimam non differre ab actione petendi supplementum.*
27 *Filia dotata à patre qualiter procedat: vt non possit aliud petere.*
28 *Filia enormissimè læsa in legitima an agat ad incongruitatem dotis.*
29 *Dos vnius filiæ an possit, & quando regulari à dote data alteri.*
30 *Promissio de renunciando posita læsione nullum effectum producit, neque contra maritum, neque contra vxorem.*

ARGVMENTVM.

Legitima, dos congrua, paragium, & virilis quid sint? Pater dotando an possit dare minus legitima. Paragium, & legitima in quo differãt. Legitima debetur à die mortis Patris vnà cum fructibus, vel interesse, etiam sine petitione, secùs interesse Paragij. Paragium quando liquidetur pro integra virili, legitima est quota bonorum, non hæreditatis, & præstari debet super singulis corporibus, poteritque liquidari in pecunia. Paragium super Burgensaticis, & feudalibus qualiter soluatur. Paragium ingressarum quodnam sit, & an possit esse minus legitima, & quando, & quantum esse debeat pro puella in statu cælibatus. Dotata à Patre quando possit conqueri; Actio petendi legitimam non differt ab actione agendi ad suplementum.

PRO

D. Violante Macedonio.

Super petitione supplementi Paragij, siue dotis.

FACTVM.

SVPPONITVR in facto, quod in anno 1637. sub die 11. Mensis Nouembris Illustriss. Ioannes Vincentius Macedonius nuptui tradidit D. Violantem Macedoniam filiam suam legitimam, & naturalem, cum Illustriss. D. Marcello Carafa, cui dotis nomine, & in fundum dotis promisit duc. 25. mille, in cuius promissionis confirmationem stipulata fuerunt capitula matrimonialia sub die 21. mensis Augusti 1638. qui quidem duc. 25. mille fuerunt promissi hoc modo videlicet, duc. 15. mille tùm de suis proprijs bonis, & substantia, tùm etiam de bonis quond. D. Annæ Venatæ Abauæ paternæ, ad eandem D. Violantem spectantibus vigore testamenti, & fideicommissi ab eadem facti & omni alio modo ad eandem spectantibus; qui quidem hoc modo videlicet dati fuerunt, scilicet duc. sex mille, & octingenti, quos habebat cum Ciuitate Neapolitana ad quatuor pro centenario, duc. tres mille, & ducenti cum alio Arrendamento, & alij quinque mille super aliis Arrendamentis ad septem pro centenario, & alij duc. decem mille ex Monte iunctorum, fundato ab olim Ill.

D. Andrea

D. Andrea Macedonio &c. cum promissione ex parte D Marcelli Carafa, renunciationis in ampla forma, vt in testamento ad quod relatio habeatur.

Mortuus est Ioannes Vincentius Macedonius, qui in suo vltimo, quod condidit testamento, instituit suum hæredem Domum S S. Annunciatæ de Neapoli, & inter cætera legauit D. Violanti aliqua sua mobilia, &c. & tertiam partem totius hæreditatis quoad vsumfructum tantùm sua vita durante, hoc facto præsuppositio (in simul cum alio, quod ipse Ioannes Vincentius aliam quam habuit filiam scilicet D. Andreanam Macedoniam nuptui tradidit cum Francisco Maria de Sangro Illustriss. Duce veteris cum dote duc. 40. mille, à qua obtinuit renunciationem in forma, &c.) quæritur an D. Violanta Macedonia possit petere supplementum dotis & paragij habito respectu ad dotem datam D. Andrianæ, scilicet duc. 40. mille, ego requisitus de voto dico posse petere, sed antequam punctuales adducam doctrinas, fas mihi erit discurrere per generales conclusiones, deinde ad punctuales deueniendæ.

Qua propter sit

2 Prima conclusio in Regno nostro dantur legitima, dos congrua, siue paragium, & virilis, legitima est triens, vel semis seruata dispositione *tex. in Auth. de nientе, & semisse*, dos de paragio, & congrua arbitrio Iudicis relinquitur, qui non minùs legitima debet arbitrari, *l. filiæ pater* 41. *ff. de leg. 3*. Baldus *cons.* 68. & 451. *cum seqq. per tot. lib.* 1. Idem Bald. *cons.* 323. *num.* 3. *lib.* 3. Decius, qui de communi testatur *cons.* 89. & 106. Andreas *in constit. In aliquibus col.* 7. *vers. Sed hoc paragium*, Afflict. *d.* 160. Gaillus *lib.* 2. *obseru. cap.* 147. Menoch. *casu* 189. Soccinus *cons.* 100. *n.* 11. *vol.* 3.

3 Quod quidem procedit etiamsi pater dotaret, vt latè Amatus *cons.* 69. nec obstat legem de patre præsumere, *l. nec in ea* 22. *in fin. ff. ad l. Iul. de adulter.* & quod patri competens visum fuit, non debet alteri incompetens videri *l. si furioso* 16. *ff. de curatore furiosi*, cum nullus amor vincat paternum, *l. finali in princ. Cod. de Curat. furiosi*, quo argumento multi victi contrarium dixerunt apud

4 Dec. *cons.* 26. Respondeo. n. quod argumentum procedit in dubio, vt pro patre præsumatur, sed dato magno excessu tunc & si à patre fuerit filia dotata adhuc poterit quis ad supplementum, congruæ dotis agere, vt benè Paul. de Cast. *cons.* 75. *vol.* 1. vbi ait pro patre præsumi, nisi ex magno excessu dolus arguatur quandoque enim parentes, malignè se habent erga filios, *l.* 4. *ff. de inoff. testam.*

5 Quod ampliatur etiam si statutum dicat, quod stetur arbitrio patris dotantis, adhuc enim dato magno excessu dos debet augeri, Curt. senior *cons.* 27. *dub.* 4. Alexander *cons.* 33. *vol.* 4. latè Grammaticus *dec.* 101. *num.* 50. 51. & 52. qui aliter respondet ad consilium Decij 26. sequitur Menoch. *d. casu* 149. *numero* 15. & Amatus *cons.* 60.

Paragium ex *Napodano in consuetudine. Si moriatur, in verbo Paragium, num.* 51. dicitur parium gestus scilicet vt soror habeat dotes secundum pares suas, inspectis facultatibus, & dignitatibus mulieris, & viri, *l. quæro*, *l. cum post* §. *gener à socero, & §. nuptias, ff. de iure dot.* ac attento numero liberorum, Afflict. *d.* 160. Napodanus *nu.* 10. Decius *cons.* 269. cum sufficiat mulieri condigno viro esse collocatam, Crauetta *cons.* 273. Vrsill. ad Affl. *d. dec.* 160. diciturque paragium, hoc est dos congrua, Reg. Galeota senior, *lib.* 2. *contr.* 15. *n.* 28.

Etsi in nupta paragium non est minùs legitima, 7
in maritanda potest esse vltra legitimam, vt ait Andr. *in constit. in aliquibus, quæst.* 12. hoc fallit in moniali, quia potest esse minùs legitima, cum sufficiat habere paragium ingressarum, Napodanus *in dicta consuetudine, si moriatur, in verb. paragium, numero* 66. Tappia *dec. S. C.* 48. hoc est dotem spiritualem pro ordinatione, Stephanus de Gaeta *in appendice ad consuetudinem, si moriatur*, incipiens *de hac quæst.* Molfesius *ad consuetudines, part.* 4. *quæst.* 16. *numero* 11. Quia illa dicitur congrua dos ingressarum, quæ solita est dari Monasterio in quod ingreditur, vt pluries decisum per S. C. refert Franch. *decis.* 44. Minadous *in constitutione in aliquibus notab.* 3. *numero* 63. & 83. Molfesius *parte* 3. *quæst.* 8. *num.* 23. & *part.* 4. *quæst.* 16. *numero* 11. Mastrill. *dec.* 48. & 107. Ricc. *collect.* 1083. Thorus qui plures decisiones refert *in verbo paragium, par.* 1. Merlinus *tomo* 1. *cap.* 3. *numero* 6. & *seq.*

Ex quo dici solet quòd paragium, siue dos de 8
paragio debitum filiæ, virtute constitutionis Regni, & consuetudinis huius Ciuitatis, succedit loco legitimæ, vt fundatur ex communi sententia, & primis dictis peritorum, maximè authoritatis Regni huius, teste Isernia *vbi supra, colum.* 7. *vers. quid si frater, & colum. seq. & colum.* 12. & *col.* 1. *colum.* 18. & Napod. *in* 1. *consuetudine, in verb. tenetur, num.* 29. Vbi ait satis videtur de communi voluntate ciuium approbante Principe, paragium transfusum in ius succedendi: Idemque Napodanus *in dict. consuetudine, in verb. paragium, & in verbo succedent.* Franch. *decis.* 618. Minadous *dict. const. in aliquibus, notab.* 7. *colum.* 5. Loffred. *cons.* 26. *num.* 15. Petrus de Gregorio *de Dote, de Paragio, quæst.* 2. vbi Mastrill. *in addit. littera A*, Zucchardus *cons.* 77. *volum.* 1. Becc. *cons.* 112. *numero* 9. Decianus *cons.* 46. *num.* 20. 30. & 40. *volum.* 3. Et dici solet, quòd frater, antequam soror nubat, tenetur ei dare dotem de paragio, postquam nupta est, nulla dote sibi à fratre assignata, non amplius debetur ei dos de paragio, sed legitima: Afflict. *in dict. constitut. in aliquibus, numero* 45. Et masculo non existente, sororibus nuptis datur, pro concurrenti quantitate legitimæ, vt late Staiban. *ref.* 102. *à num.* 95. *qui num.* 77. *cum seq.* post Amatum *cons.* 11. dicit legitimam differre à paragio, & solet esse magis priuilegiatum paragium ipsa legitima: Franchus *dec.* 20. *num.* 10. Regens Tappia *dec. S. C.* 14. *num.* 27. Quia subrogatum est eiusdem naturæ cum eo, qui subrogatur, & æquiparatorum idem est iudicium, licèt in nonnullis differant vita, & militia, & paragium ac legitima, vt bene Præses Merlinus *tomo* 20. *cap.* 11. *numero* 26. Amatus *dict. con.* 11. *qui cons.* 12. quærit an paragium ad hoc præstitione minuatur: Nouissimè Episcopus Capitranus Rastell. *cons.* 15. *cum additionibus Thori.*

Putant alij paragium esse quid diuersum à legi- 9
tima, quia hæc est certa, & limitata secundum personarum distinctionem, *Auth. nouissime, Cod. de inoffic. testament.* Dos autem de paragio est incerta, regulata à personarum qualitate, & locorum consuetudine, item legitima non est debita filiis in vita Patris, sed post mortem, *l. cum quæritur, C. de inoffic. testament.* §. 1. *Auth. de nientе, & semisse.* Dos autem de paragio est debita etiam in vita patris: *leg. fin. Cod. de dotis promissione, l. qui liberos, ff. de ritu nuptiar.* Napodanus *in verbo paragium*, Grammaticus *dec.* 101. *num.* 63. Franch. *dec.* 159.

num. 14

*num.*14. Regens Capicius Latro,*consult.*159. *numero* 37. Merlinus *lib.*3.*de legitima, tit.*1. *quæst.*8. *num.*23. Et sequuta morte patris, statim debetur paragium, & etiam non agnitum ad ipsius filiæ proximiores transmittitur; vt decisum refert D. meus Præses de Marinis *tom.*1. *cap.*146. Sic dos de paragio debetur in pecunia, si frater in feudo successit, sed si in bonis burgensaticis est in illius electione,vel in pecunia, vel in corporibus: Regens Merlinus *tom.*2.*cap.*13. Quoad effectus verò iuris paragium succedit in locum legitimæ; Andr.*in Const.in aliquibus col.*10.Regens Galeota *controu.*15. *tomo* 2. De Georgio *alleg.*11. Merlin. *vbi suprà.*

10 Et legitima debetur filio à die mortis patris, vnà cum fructibus, siue interesse quantumuis nulla interesserit petitio, Glossa magna *in l.in fideicommissariâ*, vbi Ripa *num.*46. *ff. ad S.C. Trebell.*Franchus *d.*16. *num.*13. & *decis.*558.*num.*51 De Marinis *tom.*1.*cap.*200.Rouitus *cons.*20.*lib.*1. quod etiam declarat *tom.*2. *cap.*166. *num.*12.*cum seqq.* in omnibus ergo, non sapit naturam legitimæ,quia fructus non debentur dicti paragij à die mortis patris, provt debentur in legitima, sed tantùm alimenta, Caputus *part.*2.§.3. *num.*22. D. meus Staibanus *tom.*2. *resolut.* 102. *num.* 34. *& seqq.*

11 Fuit etiam interdum decisum paragium liquidari,pro integra virili portione, vt decisum refert Mastrillus *disp.*48. ad hoc vt mulier pari nubat, & latiùs *decis.*107. Staibanus *resol.*102. *num.*40. *cum seq.* quod procedit in muliere maritanda, ad hoc, vt pari nubat Afflictus *d.*160. *num.*2.& 4. Regens Tapia *d.S.C.*14. *num.*31.& 47. Regens de Aponte *de potest. Proregis tit.*9. *num.*2. Quod secus est, in muliere nupta, Afflict. *d.decis.*160. *n.*3.& 4. Et ad inueniendum virum condignum, tunc dos potest ascendere vsque ad virilem non tamen eam excedet, Pisanellus *ad consuetudines, fol.*94. Amatus *consil.*21. *num.*24. & *consil.*59. *num.*7.Et propterea nostri dicunt,quòd paragium in filia maritata non excedit legitimam, Andreas *in constitutione in aliquibus, colum.fin.* vbi Afflict. *n.*45. qui sic decisum refert in S. C. *d.decis.*160. Riccius *collect.*746. Sed in filia non maritata potest arbitrari vsque ad virilem portionem, Napodanus *in consuetudine si moriatur, in verbo paragium*,Isernia *in d.const.it in aliquibus*, Grammaticus *decis.*101. *num.*64. Considerata quantitate patrimonij,qualitate coniugum, & numero filiorum, Franchus *d.*61.*num.*5.*vol.*1. Maxilla *ad consuetudines Barenses §.dos à patre*, *num.*42.& 54. Petrus de Gregorio *de dote de paragio, quæst.*32.*n.*4. vbi plures decisiones refert, Viuius *d.*187. *n.*1. Canalcanus *d.*29.*n.*16.Peregrin.*d.*3.*n.*5.Regens Capicius Latro *d.*59.*n.*15.

12 Secunda conclusio paragium est legitima filiæ, Afflictus *d.*161. Vrsillus *d.*111.*num* 11.Petrus de Gregorio *de dote de paragio*, *quæst.*2. Larata *cons.*26.*num.*9.Maranta *consil.*43.Tuschus *littera F, sing.*138. Viu. *disp.*415. Capicius Latro *d.*59. *num.*6. Lanarius *consil.*70. *num.*4.& 7. De Georgio *d.alleg.*11. *num.*8. & 21. *num.*43. De Ponte *consil.*61. *num.*5.& 17. *tom* 1. Tappia *d.*48.*n.*12. Borrellus *consil.*22.*num.*7. Nouarius *d.*240. Bursatus *consil.*32. *num.*65. quamuis neget Franchus *d.*559.*ad finem*, & *decis.*618. vbi paragium idem esse dicit quòd legitima Visconte *concl.iuris lit.P, in verbo paragium.* Nec debet esse minùs legitima, Guid. Papa *d.*93. Boër.*d.n.*7. & *decis.*62. Larata *cons.*26. *n.*23.& 27. Franchus *d.*77. *n.*11. Natta *cons.*37.*n.*4.Menoch.*cons.*251. Thesaur *d.*192.

Hinc æstimatio paragij, sicut & legitimæ fieri 13
debet tempore mortis, *l.Papinianus*, §.*quartam, ff.de inoff.testam. l.cum quæritur*, & *in auth. nouissima, C.de inoffic. testam. l.etiam*, §.*fin.* & *l.si patronum*, §.*si ex bonis, ff.de bonis libertorum*, Grammaticus *d.*57.Franchus *d.*61.*num.*6.Anna *consil.*26. latè Mastrillus *d.*251.*n.*8.

Differunt verò quod legitima est quota bono- 14
rum, non hæreditas, & ideò super singulis corporibus est præstanda, *leg.scimus*, §.*repletionem,vers. ex ipsa substantia patris*, *C.de inoff. testam. l.omnimodo, ff.eod.* Quia vbi onus cohæredibus non expediret, potest iudex legitimam in pecunia liquidare, Menochius *de Arbitrariis casu* 163. Ioseph Ludouicus *decis.*28. *num.*39. Quòd in paragio est absolutum,quia sufficit in pecunia dari, Napodanus *in consuetudine, Si qua mulier*, *n.*23. vbi ait, quòd hoc onus non est adeò reale,quòd necessario sit ex ipsis corporibus bonorum remansorum in hæreditate præstandum, sufficit enim soluere in pecunia, & ita semper fuit interpretatum, & obseruantia inde sequuta est optima interpretatio,*l.si de interpretatione, ff.de legibus*, Petrus de Gregorio *de dote de paragio,quæst.*3. *in princip.* & *quæst.*38. *num.*7. Gratianus *cap.*116.*n.*26. Capicius Latro *d.*59. *à n.*16.

Et sic paragium in pecunia debetur in succes- 15
sione feudi,vt latè Isernia *in const.in aliquibus*, ibi verius est,vt condemnetur frater ad pecuniam pro paragio, Regens Tappia *in const. in aliquibus sub tit.de succeff. feudi, lib.*6. *Iuris Regni, folio* 154.& *decis.*14. *S.C.num.*30. Molfesius *part.*4. *quæst.*8. *num.*7. Caputus *in consuetud. si moriatur in rubr.de paragio part.*2. §.2.*num.*5.& §.13. Intrigliolus *de feudis centur.*1. *quæst.*51.*num.*266. In burgensaticis verò debetur paragium in corporibus hæreditariis non in pecunia, vt latè Præses Merlinus *tomo* 2. *cap.*13.

Datur etiam paragium ingressarum,& est illud, 16
quod solet à patribus pro suis filiabus, dari Monasteriis vbi ingrediuntur,scilicet quod solent habere aliæ Moniales, vt dicunt addentes ad Napodanum *in consuetudine si moriatur de succeff.ab inteftato*, Vrsillus ad Afflict. *d.*348. *num.*2. Et sic seruari de consuetudine, dicit Franch. *d.*44. qui affert aliam decisionem Rotæ coram Ludouisio, Molfesius *de personis*, *q.*7. *num.*8.& 50. Regens Capicius Latro *decis.*31.*à num.*10.*cum seqq.*Et interdum debetur vsque ad legitimam, Capicius Latro *d.*38. *in fine.*

Vnde dici solet quòd Moniali debetur para- 17
gium ingressarum,quod est dos solita dari Monasterio, etiam quod sit minus legitima, Capicius Latro *decis.*31. *num.*10. Vrsillus ad Afflictum *d.*348.*num.*2. Nam in constitutione dotis mos, & consuetudo regionis attenditur, *cap.*1. *de adulteriis, l.quod si nolit*, §.*quia assidua, ff.de ædilit.edict.* Et magis spectari debet consuetudo, quam quantitas patrimonij,seu legitimæ, vt aliis probatis dicit Gratianus *cap.*945. Et dos ordinaria dicitur quando est consuetudini conformis Gratianus *ibid.num.*6. loquendo propriè de dote Monialium, ideóque dos in minori quantitate datur ingredienti Monasterium, quam nubenti in sæculo, Ludouisius *d.*63. *num.*5. Caluinus *de æquitate, lib.*1. *cap.*85. *num.*4. sequitur Gratian. *cap.*813. *num.*17. *& cap.*945.*num.*22. qui *cap.*813.*n.*18. *&* 945.*num.*23. Dicit in Monialibus non considerari distinctionem nobilitatis, nec quantitatem patrimonij paterni, nec dotem aliis sororibus in sæculo nuptis constitutam, ad quod plures citat Franchus *d.decis.*44.*num.*2. Barbat. *de Assistentia*

*præſtanda, gloſſ.*12. *num.*65. & deciſum per S.C. teſtatur Apoſtilla manuſcripta *D.Conſiliarij Felicis de Rubeis ad Afflict.d.*348.

18 Quæ omnia intellige ſi filia ſit ingreſſa Monaſterium, viuente patre, nam ſi poſt mortem illius ingrediatur, debet habere integram legitimam, vt late Camillus Salernus *in conſuetud. ſi moriatur litt.B.fol.*101. Petrus de Gregorio *de dote de paragio, quæſ.*13. Narbona *de ætate ann.*16. *quæſt.vnica.*

19 Et vtrumque paragium aufert filiæ dotatæ ius ſuccedendi, quæ ſi præterita fuerit nec teſtamentum dicit nullum, ſi à patre fuerit dotata exiſtente maſculo, Afflict. *deciſ.*158. Merlinus *lib.*3. *de legitima, tit.*1. *quæſt.*14. *num.*10. & alter Merlinus *contr.*3. *n.*11. Paponius *lib.*16. *Arreſtorum, tit.*14. *arreſto* 7. Capicius *deciſ.*176. *num.*3. Nouarius *deciſ.*249. Franchus *d.*14P. *n.*7. Ludouiſius *deciſ.*85. *n.*4. Rota *d.*418. *p.*4. Tappia *d.*58. *num.*5. Gratian. *cap.*490. *n.*26. *& Diſcept.For cap.*702. *n.*15. Fontanella *clauſ.*9. *de pactis nuptiarum gloſſa* 1. *part.*1. *n.*69. Neque ſuccedit ab inteſtato ſuo patri, Napodan. *in conſuetudine ſi moriatur, n.*6. exiſtentibus maſculis, Decius *conſ.*106. Præſes Merlin. *d.contro.*3. *n.*10. contra Caſtillum *d.*145. *n.*6. quem increpat Merlin. *d.contr.*3. *num.*11. Tappia *d.*58. *num.*7. Quia ſuitatem amittit filia, & extranea, Grat. *cap.*419. *n.*3. Nouar. *d.deciſ.*240. *n.*4. Et ſi ſuperſtes eſſet maſculus, & ipſa a patre fuit dotata, Afflict. *deciſ.*158. Capicius Latro *d.*38. *num.*48. & in ſimili tradit Oſaſchus *conſil.* 6. Imò excluſa etiam eſt à legitima, Minadous *in conſt.in aliquibus notab.*7. *n.* .Rota *d.*49 *p.*1. Gratian. *cap.*490. *n.*26. D. Staibanus *conſ.*11. *n.*10. Nouarius *vbi ſupr.* Ronitus *conſ.* 6. *num.*4. *&* 8. *vol.*1. Sic etiam paragium eius puellæ, quæ ſtat in domo, vita celibe, dixit Afflict. *in conſtit.in aliquibus, n.*36. debere eſſe legitimam tantum, alij cum Iſernia *ibi*, dicunt eſſe paragium iuxta legitimam, deciſum refert Conſiliarius Rocco *reſponſ.*68. *tom.*2.

20 Quòd ſi pater filiam inſtituat in teſtamento cùm filiis, in ipſa filia maſculiationem producit ex Napodano *in conſuet. Quòd autem, verſ.parentum*, quòd pro indubitato tradit Franchus *d.*87. *&* 157. *num.*9. Et erit maſculiata quoad omnes aliàs ſucceſſiones, Afflictus *d.*378. *n.*11. & ibi Vrſill. *n.*50. Franch. *deciſ.*412. Regens de Ponte *conſ.*50. *n.*14. & *conſ.*74. *n.*11. *vol.*1. latè Conſiliarius Rocco *reſponſo* 63. *tom.*1.

21 Tertia concluſio, filia dotata à patre minùs quàm alia filia, poteſt poſt mortem patris petere ſupplementum ſuæ dotis habito reſpectu ad aliam filiam dotatam, vnde aſſero D. Violantem Macedoniam poſſe hodie petere ſupplementum dotis, habito reſpectu ad Duciſſam veteris quæ maiorem habuit dotem.

Probatur concluſio ex authoritate Caroli de Tocco antiquiſſimi Doctoris, qui gloſſando leges Longobardas *in leg. ſi quis Longobardus habuerit*, quæſtionem proponit an filia, quæ habuit minùs, quàm alia à patre, poſſit petere ſupplementum poſt mortem patris, reſpectu eius, quòd habuit alia filia, & reſpondet, quòd poſſit, & ſic deciſum refert in Sacro Conſilio in cauſa hæredum, Gradilli *in foro Neapolitano habitantium*, de qua re teſtimonium facit, Afflictus *in Conſtitutione quæ incipit fratribus, num.*15. *in fin.* Et eſt illa deciſio de qua Grammaticus *deciſ.*101. *cum ſeq.à n.*50. *cum ſeqq.* quia vt bene idem Afflict. *in d.conſtit.in aliquibus, n.*53. Sex requiruntur, vt dicatur dos congrua de paragio; Primò, ſunt conſiderandæ facultates dotantis, *l.cum poſt*, §. *cum gener, ff.de iure dotium.* Ibi (dotis etiam quantitas pro modo facultatum;) Secundò dignitas parentis, *l.filia*, & ibi Bart. *ff.de l.*3. ibi non eſt difficilè ex dignitate; Tertiò, qualitas perſonæ mulieris, *leg.ſi curatoris*, *Cod.de admin. tut.* Ibi (quòd moderatum eſt honeſtæ perſonæ, præſtare cogatur) & probatur, *ex l.tam de mentis*, *Cod.de Epiſcopali Audientia.* Quartò, qualitas mariti, *d.leg.quæro.* Ibi (ex dignitate mulieris) maritique, & *dict.* §. *gener ibi, & dignitatem mariti.* Quintò, numerus liberorum; vt *in d. conſtit. in aliquibus*, & *dict. leg. filia.* Sicuti in taxanda legitima conſideratur numerus liberorum, vt *in authent. Nouiſſima, Cod. de inoffic. teſtament.* Sextò, conſuetudo patriæ: vt *in dict. leg. quod ſi nolit*, §. *quia aſſidua*, *ff. de ædilit. edict.* Afflict. *vbi ſupra.*

Secundò probatur, ex authoritate multorum, 22
quos refert, & ſequitur Petrus de Gregorio *de dote paragio, quæſt.*3. *num.*4. vbi ait, quòd ſi pater viuens maritaſſet, & dotaſſet plures filias, & eis diuerſas dotes in diuerſa quantitate dediſſet, quia fortè vni filiæ dediſſet in dotem plus, & alteri minùs, quàm ſibi competeret pro legitima portione dotis de paragio, tunc licet hæ filiæ, quibus minus datũ eſt, pro dote, nihil in vita patris dotantis habere poſſint, poterunt tamen poſt mortem patris ſupplementum petere dotis de paragio, & hoc eſt, quòd dici ſolet defuncto patre ſororem poſſe agere contra fratrem ad ſupplementum paragij, Laratha *conſ.*26. *n.*56. *&* 58. Giurba *obſer.*28.

Tertiò, quia dos congrua, & condecens dicitur 23
ſecundùm morem, & conſuetudinem loci, viri, ac patrisfamilias, & facultates patris, & dignitatem mulieris, & mariti, & numerum filiorum, & non ſecundùm propriam phantaſiam, & voluntatem dotantis, *dict.leg.Item quæro cum leg.ſeq. ff.de iure dotium*, Bart. *cum l.filiæ pater, ff.de leg.*3. Pariſius *conſ.*26. *num.*88. & *conſ.*9. *num.*13. *&* 15. *vol.*3. & *conſ.*100. *n.*28. & *conſ.*63. *n.*54. *vol.*2. Ruinus *conſ.*52. *num.*13. *vol.*2. & *conſ.*127. *n.*10. *vol.*3. latè Marzarius *conſil.*20. *num.* 5. *&* 16. *fol.*79. Decius *conſil.*20. *col.penultima*, Rolandus *conſil.*85. *num.*15. *&* 16. *vol.*1. Crauetta *conſ.*36. *n.*3. *&* 4. *volum.*2. Geraldus Mazzola *conſ.*119. *num.* 6. *&* 7. *lib.*1. Aſcanius Clemente *de patria poteſt. effect.*11. *num.* 1. *fol.*12. Curtius ſenior *conſil.*17. *num.*28. Bernardus Diaz *in practica criminali*, *cap.*77. *col.*5. *&* 6.

Debet etiam talis dos dari ſecundùm quòd pa- 24
ter dedit aliis filiabus, quando dos illarum non eſt immoderata, & exceſſiua, Decius *conſil.*20. *col.pen. verſ. & ſatis arguitur*, Pariſius *conſil.*63. *num.*5. Alba *conſ.*23. *num.*4. Iacobus Berretta *conſil.*110. *n.*14. *fol.*180. Niſi tamen variatio, & mutatio temporis non augeret dotes, nam iſto caſu deberet dos augeri, & dari aliis filiabus ſecundùm morem regionis, & conſuetudinem loci, temporis nuptiarum, &c. Sic communiter Doctores quos refert, & ſequitur Caualcanus *deciſ.*50. *à num.*99. *p.*3. omninò videndus, & ideò dixit Regens de Ponte *conſil.*65. *à n.*9. *tomo* 1. Quòd in vita patris non poterit agere filia, ſed poſt mortem agere poterit ad ſupplementum petendum; & idem Caualcanus *d.p.*3. *d.*5. *n.*101. Dicit quòd aliæ filiæ priùs dotatæ in minori quantitate poſſent petere ſupplementum dotis ad inſtar aliarum filiarum vltimo loco dotatarum, licèt à principio fuerint dotatæ ſecundùm conſuetudinem illius loci, & temporis, Riminald. iunior *conſil.*97. *volum.*1. *&* 317. *num.*12. *&* 15. *volum.*3. & *conſil.*141. *num.*19. *volum.*2. Crauetta, Decius, Cephalus, Simon de Petris, & alij, apud Caualcanum *vbi ſupra.* Vnde licet fœmina non agat ad ſupplementum legitimæ, tamen poterit

agere

agere ad congruæ dotis supplementum iuxta morem regionis si non est dotata; vt cæteræ, quòd esse de mente omnium: dicit Merlin. *lib.3. de legitima, tit.1. quæst.13. num.19.* Amicissimus D. Hodierna *in additionibus ad Surdum decis.62. n.56.& seq.* Probatur quartò authoritate Soccini Iunioris *colum.55. volum.1.* & Peregrini *decisione 36.* quem sequitur Fontanella *claus.5. glossa 8. parte prima, num.8. & quæstione 2.* qui dicit Soccini opinionem procedere in non dotata, secus autem in iam nupta, & sic refert iudicatum licet huius rei oppositum dicat Præses de Marinis *tom.1.cap.1.à num.8.cum seq.*

25 Putant verò aliqui Doctores differre inter se actionem petendi supplementum legitimæ ab ipso iure petendi legitimam, quia actio petendi supplementum legitimæ est temporalis non perpetua, Bald.*consil.73.volum.4.* Guid. Papa *d.82.* Ita vt si mulier dotata per quinquennium tacuerit à petitione supplementi excludatur, teste Bart. *cons.14.* quasi ratum habuisset omnia gesta, & iuri suo renuntiasset, *l.si ea, C.qui accusare non possunt, l.1. §.videndum.ff.de succes.æd.* quia paria sunt ad excludendum eam, tempus, & renuntiatio, Præses Merlin. *tom.1.contr.7.n.3.* & Iason *in l.cum quid, ff.si cert.petatur, in 2.lectura, n.10.* Probat hanc tacitam renuntiationem ex temporis lapsu magis afficere quàm expressam; sequitur Tiraquell.*de retractu conuentionali, §.1.gloss.2.n.52.* Bald.*in leg.1. oppositione 27.C.qui admitti,* Amat. *consil.96.n.8.* Paschalis *part.2.cap.4. num.177.* Qui tradit, quòd licèt ius petendi legitimam non præscribatur, nisi spatio 30. annorum; ex notatis per Baldum *in leg. si quis filium, Cod.de inoffic. testament.* Ius tamen petendi supplementum præscribitur quinquennio, & allegat Bart. *in dict. consil.14.* & *in dict.leg.si quis filium.* Ratio est, quia hoc ius est subrogatum loco querelæ, vnde debet durare quantum durat querela, quia subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum est subrogatus, sed querela durat quinquennio, ergo etiam ius petendi supplementum durabit quinquennio, Bart. *in d.leg.si quis filium, in fine,* Grat. *cap.274 num.71.* Paschalis *vbi suprà, num.39.* Regens Galeota *lib.1. cap.26.n.1.* & *cap.59.n.31.*

26 Alij impugnant Bartoli opinionem dicentes præscribi hoc ius spatio 30. annorum, ita Angel. Bald. & alij *in dict. leg.si quis filium, ff.de inoffic. testam.* Guido Papa *decis.62.* Boërius *decis.250.* Ripa *in l.fin.num.235.Cod.de reuoc.donation.* Faber *in suo Codice in tit.de inoffic.donation.defin.7.* quia condictio ex lege cursu 30. annorum, & non vltra durat, *l.1. Cod. de condict. ex leg.* Afflict. *decis.139. num.6.* Doctores *in l.exitus, ff.de acquir. poss.* Fulgos.*consil.214.* Viu. *commun.opin. lib.2. in verb.legitima opinione 458.* Cancerius *lib.1. cap.3. de legitima, num.16.* Paschalis *parte 2.cap.4. num.177.* Mysincerius *centur.2. obseru.72.* Balb. *part.4. de præscription. quæst.23.* Regens Galeota *tom.1.controuers.26.num.7.& seq.* & *cap.59. n.35.* Gratian. *cap.274. num.71.* & *729. num.40.* & *c.60.649.* & *867.* Grammaticus *decis.103.n.46.* Camillus Salernus *in additionibus ad consuetudinem si moriatur, num.50. incipiente paragium quid sit,* Amatus *cons.96.n.8.* Thorus *in addit. ad Episcopum Capritanum, cons.15.*

27 Neque dicas quòd mulier dotata, siue sit filia, siue soror solius dotationis ministerio excluditur ab hæreditate dotantis, vigore constitutionis in aliquibus,& *Reg.pragmaticæ 1.de feudis,* quæ constitutio locum habet etiam in Burgensaticis, & allodialibus, vt latè post alios Præses Merlin.*cap.3. num.3.* Et à patre dotata satis est, nec inuestigandum est, an sit congrua, vel non, cùm talis præsumatur, nec potest de incongruitate conqueri; ita Paul.de Castro *cons.275.lib.1.* Dec.*cons.26.& 611.* quia pater melius, quàm alius scit pro filia consilium capere, *l.nec in ea adl.Iul.de adulteriis,* Grammaticus *decis.57.*

Respondeo enim loqui Doctores cùm Præside Merlino post Afflict. quæ allegat quando filia dotata à patre concurreret cum fratribus, vt in figuratione casus; hoc enim casu certum est non dari actionem ad aliud, sufficit enim à patre fuisse dotatum, vt latè Ramonius *consil.1. per tot.* Giurba *ad consuetudines, Messanæ cap.3. glossa 7. num.24.* & hoc sensu procedunt relata facta per Præsidem de Marin. *tom.2.c.98.à n.8.& seq.*

Vnde Menoch. *consil.8.* præsuppositа læsione 28
enormissima in legitima, dicit posse filiam agere ad incongruitatem dotis, alij dicunt existente læsione vltra dimidiam posse agere, & ponit exemplum, Paul.de Castr. *consil.275. lib.1.* & sequitur Giurba *cap.3. ad consuetud. Messanæ glossa 7. part.1.num.54.* & idem Paul.de Castro *consil.174. lib.1.* Consuluit læsionem consideratis quando filia recepit dotem à patre, minorem triplo eius, quòd consequi debet, quòd apertius dicit Corneus *consil.161. num.7.lib.3.* & *consil.258. n.4. lib.4.* Berous *consil.10.* Simon de Petris *consil.138. num.9.* Marzarius *consil.19.* Alij dicunt requiri maiorem excessum, scilicet quando dos fuerit assignata minùs quarta parte illius quantitatis quæ debebat assignari pro legitima, & dat exemplum Riminaldus iunior *consil.141. num.20. lib.2.* Ancharanus iunior *part.2.quæst.35.* qui considerat læsionem quando debebant dari ducati quatuor mille, & fuerunt assignati sexcentis; & idem Paul. *consil.17. n.24. lib.2.* Considerat læsionem quando fuit assignata in dotem quinta pars, videlicet si legitima erat decem mille, & dos bis mille sic dicunt Marta *voto 59.num.3.& 12.* Turrettus *consil.5. num.59.* Cæsar Barzius *decis.29. num.48.* Laderchius *consil.126.num.4.* Aldouinus *consil.104. num.87.* & *88.* Simon de Petris *consil.138. n.49.*

Neque dicas secundò, quod absurdum est vnius 29
filiæ dotem ab alterius velle regulari, & in patris potestate non esse positum vni plus quàm alteri tribuere, præsertim cum apud omnes sit in confesso curandum non esse, an vni filiæ maior quàm alteri dos sit constituta, *l.parentibus, Cod.de inoffic. testam.* quia res, qualitas locorum, in quibus filiæ nupsere, vel virorum dignitas id postulare potest, Decius *cons.26.n.3.* Beccius *cons.122.n.16.* Ruin. *cons.56.n.16.vol.3.* Gratian.*cap.231.n.27.* Albanus *cons.198.n.30.* Decian.*cons.39.n.19.volum.5.* Bertazzolus *consil.ciuili 70. n.50.*

Accedit pro confirmatione, quia inter vnam, & 30
alteram donationem intercessit ingens interuallum temporis, quæ variatio auget, & minuit dotes, teste Caualcano *d.5.n.99.* cùm non sint vniformes, Intriglolus *cent.2.art.77.n.6.* Ergo si congruè dotata sit filia petere non poterit supplementum, teste Præside Merlino *cap.3. per totum.*

Respondeo quòd argumentum cùm sua confirmatione procedit in vita patris non posse agi ad supplementum; vt dixerunt Caualcanus de Ponte, *& alij suprà citati.* Sed nos loquimur post mortem patris: Secundò procedit quando filius supereſt existentibus filiabus fœminis quæ fuerunt dotatæ, sed nos sumus in casu, vbi pater est mortuus filiabus tantum fœminis existentibus quòd est diuersum à propositis.

31 Insurgit tamen difficultas, quid posita promissione de renunciando facta per D. Marcellum Carafam, an teneantur hæredes si per D. Violantem contrarium prætendatur.

In qua difficultate apparet grauiter fuisse læsam D. Violantem, quia dotem accepit de bonis Abauæ de bonis Montis, &c. Et renunciationem fecit generalem, ergo apparet enormiter fuisse læsam, quo casu renunciatio rescinditur habita absolutione iuramenti, quia iniquitatis vinculum esse non debet, vt plenè, & à fortiori concludit Decius *cons.* 179. Vbi aderat minor læsio, & filia à patre dotata; & idem Decius *cons.* 229. & 379. *n.* 15. & *cons.* 551. quod idem testatur de Franchis *dec.* 247. Grammatic. *d.* 101. *num.* 54. quare si vnica recepta dote, renunciet aliis successionibus in hoc dicitur enormiter læsa, vt post alios Præses Amatus *consil.* 54. *numero tertio*: Et sic quando D. Marcellus Carafa præmisit quod renunciauerit, rescissa renũciatione ob læsionem, oritur in rem exceptio, quæ dirigitur etiam in tertium: *leg. in causæ* 14. §. *fin. ff. de minoribus*, *l. metum* 9. §. *fin. ff. quod metus causa*, & sic cum principalis contractus non teneat, nec mariti fideiussoris obligatio valebit, *l.* 2. *in fin. Cod. de fideiussoribus minorum*, Alciatus *responso* 690. Franchus *d.* 247. & pluries decisum refert: idem Præses de Amato *d. cons.* 54. Frustra enim quærimus de eo cuius euentus nihil plus attulisset; *l. ad probationem, Cod. de prob. l. hæc stipulatio*, §. *minus. ff. vt legato nomine caueatur l. aliquando*, §. 1. *ff. ad Vell. l. cum hæres*, §. *fin. ff. de acquir. hæred.* quæ iura citat ad hoc Decian. *responso* 18. *n.* 155. *vol.* 1. Cephalus *cons.* 370. *num.* 19. dicens, quod frustrà fit, quod factum non releuat, *dict.* §. *Diuus*, latè Riminaldus iunior *tomo* 5. *consilio* 577. *per totum*.

Iure ergò defendimus posse D. Violantem Macedoniam petere in bonis Ioannis Vincentij patris supplementum congruæ dotis, prout data fuit alteri sorori in nihilum repugnante promissione de renunciatione facienda per quondam eius virum Dom. Marcellum Carafam. Scripsi 1. Septembris 1657.

Hæc causa post multos labores inter Aduocatos Creditorum Ioannis Vincentij Macedonij, & Aduocatos hæredis eiusdem, erat enim hæres Hospitale A. L. P. huius ciuitatis, fuit transacta, vt est sub gubernio D.mei Fabritij Minutoli, Pauli Malangore, Caroli Vergara, Iosephi Herayna, & Bartholomæi Desponte qui gubernabant illam Sacram Domum de Anno 1660.

DISCEPTATIO CVII.

SVMMARIVM.

1 *Casalia Casandrini Frattæ Maioris, & Neuani sunt, casalia in temporalibus ciuitatis Neapolitanæ, in spiritualibus Ciuitatis Auersæ.*
2 *Casalium homines cuius sint ciues.*
3 *Casalia veniunt appellatione ciuitatis in testamentis legatis, &c.*
4 *Legatum pro maritandis puellis ciuitatis, potest dari illis de casalibus.*
5 *Ciuitas multis modis sumitur.*
6 *Priuilegia siue concessa ciuibus, siue ciuitati comprehendit comitenses.*
7 *Statuta facta pro ciuitate quando comprehendunt casalia.*
8 *Pœnæ pro ciuitate, quando comprehendunt casalia.*
9 *Onera pro ciuibus, quando contineant casalia.*
10 *Magna C. V. cognoscit de delictis commissis in Ciuitate Neapolitana, & suis casalibus.*
11 *Priuilegia ciuitatis continent casalia.*
12 *Illi qui ex vico sunt, sunt oriundi illius loci, cui vicus subycitur.*
13 *Iurisdictio ciuitatis comprehendit comitenses.*
14 *Priuilegia ciuitatis extenduntur ad villas de nouo additas.*
15 *Magna C. V. non potest procedere ex processu informatiuo contra Neapolitanos, neque potest contra homines casalium.*
16 *Casalia ciuitatis Auersæ fuerunt coacta per ciuitatem ad contribuendum.*
17 *Demanium concessum ciuitati, censetur concessum casalibus.*
18 *Casalia contribuunt ad onera ciuitatis, & quando.*
19 *Ciues non possunt exercere officia in suis ciuitatibus, nec illi de casalibus.*
20 *Iurisdictio casalium non potest separari à ciuitate ad libitum, sed à Rege.*
21 *Clerici sunt ciues Principis temporalis in fauorabilibus.*
22 *Ciuitas qualiter inducatur; & Baro est primus ciuis per allectionem.*
23 *Barones dicuntur Regij Capitanei.*
24 *Citatio Baronis ad domum vbi possit fieri.*
25 *Ciues pro contractibus alibi gestis vbi conueniantur.*
26 *Clerici sunt pars populi, & gaudent cum aliis popularibus.*
27 *Clerici tenentur ad excubias, & vigilias ciuitatis.*
28 *Clerici qualiter laïcis subyciantur, & quoad quæ.*
29 *Curia Clericorum quæ sit, & qualiter.*
30 *Clerici dicuntur de districtu vniuersitatis.*
31 *Clerici quo sensu non dicantur sub iurisdictione Principis Secularis.*
32 *Monachi, & cæteri Regulares sunt ciues ciuitatis, & qualiter.*
33 *Franchitiæ clericorum regulantur à foro spirituali.*
34 *Magis dignum qualiter tradat minus dignum.*
35 *Clericus, & laïcus conuenti, vt hæredes coram quo sint conueniendi.*
36 *Laïcus, & clericus simul obligati coram quo conueniantur, & quid in delictis.*
37 *Iurisdictio duplex, Spiritualis, & Temporalis.*
38 *Clerici considerantur tanquam ciues Principis laicis in fauorabilibus.*
39 *In dubio gabella præsumitur odiosa, & contra eam pronunciandum.*
40 *Gabellarum causæ sunt odiosæ, & earum acceptio fauorabilis.*
41 *Gabella imposita ob publicam vtilitatem, latè est interpretanda.*
42 *Potestas imponendi gabellas est fauorabilis.*
43 *Diminutio gabellæ in dubio præsumitur.*
44 *Solutio Gabellarum, tanquam consuetudinem attendi debet.*
45 *Clerici manuteneri debent in suis Franchitiis.*

46 *Immunitas concessa ciuibus an, & quando extendatur ad eos, qui sustinent onera.*
47 *Baro qualiter, & quo sensu dicatur ciuis.*
48 *Clerici non sunt ciues per allectionem, sed iure natiuitatis.*
49 *Priuilegium immunitatis concessum laicis, est stricti iuris, & quando.*
50 *Immunitas concessa ex vi Priuilegij localis, qualiter intelligatur.*
51 *Immunitas Ecclesiasticorum non est diminuenda, & qualiter.*
52 *Clerici casalium quando Franchitias non habent.*

ARGVMENTVM.

Casalia appellatione ciuitatis venire in pœnis, Priuilegiis, statutis, &c. Priuilegia etiam ciuitatis extenduntur ad villas de nouo additas, & an & quando casalia contribuant oneribus ciuitatis, nec casalium iurisdictio potest separari à ciuitate sine facto Regis. Clerici qualiter sunt ciues ciuitatis, & ad quæ onera teneantur: Gabellarum causas non esse, sed odiosas. Clericorum franchitias, concedendas esse, & quid in Clericis casalium, an regulentur à ciuitate cui subijciuntur in spiritualibus, an ab ea cui subijciuntur in temporalibus.

PRO

Clericis Casalium Frattæ Maioris, Casandrini, &c.

AN

Gaudere debeant Franchitiis, vt gaudent Clerici Auersani, & alij de Regno, an verò vt Clerici Neapolitani.

FACTVM.

PRo facti veritate supponitur, quod casalia Frattę Maioris, Casādrini, & Neuani sunt in spiritualib. subiecta Ciuitati Auersæ, à qua normam, & modum regendi in spiritualibus functionibus recipiunt, in temporalibus verò sunt casalia Ciuitatis Neapolitanæ, cum qua sua temporalia exercent ministeria: ab ea enim ponitur ibi Camerlingus, delictaq; puniuntur, ac omnia fiunt, quæ sapiunt temporalitatem. Adest tamen diuersitas nunc (quæ causam dedit edicto, de quo in præsenti) quod in ciuitate Neapolitana, & casalibus ex transactionibus factis, clerici fiunt immunes à solutione gabellarum, pro quantitate tumulorum sex pro vnoquoque, sed in ciuitate Auersæ, sicut & in toto Regno pro quantitate tumulorum vigintiquinque: Ex quo Clerici Frattæ Maioris, & aliorum casalium suprà nominatorum prætendunt habere suas franchitias sicut homines de Regno, & ciuitatis Auersæ: è contra Dominus Gabellæ Frattæ Maioris alijque affictatores pro aliis casalibus dicunt debere esse immunes tanquam clerici subiecti, ac comprehensi cum transactione ciuitatis Neapolis, cum sint de casalibus huius ciuitatis Neapolitanæ. Hoc igitur est, quod controuertitur in hoc facto proposito, pro quo dilucidando, tria capita propono disputanda. Primum est, an dispositio, statutum, consuetudo, priuilegium ac immunitas ciuitati concessa, & hominibus illius censeatur concessa casalibus, siue illorum gentibus, & quid si casalia sint diuisa quoad iurisdictionem.

Secundum caput est disputandum, vtrum clerici Frattæ Maioris, Cansandrini, &c. sint ciues temporalis dominij, & an Episcopus habeat territorium.

Tertium est, an clerici Frattæ Maioris, & casalium nominatorum sint regulandi in immunitatibus, & franchitiis tanquam ciues Auersæ, an tanquam Ciues Neapolitani.

Quoad primum articulum responsio est affirmatiua, scilicet dispositionem, statutum, consuetudinem, Priuilegium, ac immunitatem Ciuitati concessam, hominibus illius censeri concessam casalibus, siue illorum gentibus.

Probatur primò: quia illa est Patria hominum casalium, cui Reipublicæ vicus ille respondet, *leg. qui ex vico 30. ff. ad municipalem*, vbi Franciscus Accursij filius notat ex eo textu, quòd natus in villa Butrei, dicitur ciuis Florentinus, cum villa Butrei sub ea ciuitate sit: & Accursius Pater notat *in prima glossa*, quod Virgilius dictus fuit Mantuanus, licèt ex vico eius, putà Plectoriæ fuerit natus; & *in glossa sequenti*, dicit hoc procedere quoad omnia, cum in omni materia appellatione ciuitatis contineantur villæ, siue casalia, & appellatione ciuium omnes comitatenses contineri dicit textus *in leg. Lucius, §. ciuibus, ff. de leg. 2.* Surdus *cons. 313. numero 3. lib. 3.* reprobata opinione eorum, qui dicebant, quod non sint Incolæ, nisi, qui stant in ciuitate, Gloss. *in leg. 3. Cod. de Incolis, lib. 10.* quia præsumuntur esse, & iudicantur de iurisdictione, & territorio ciuitatis propinquioris, & adiacentis tanquam illius pars, & vnum, ac idem corpus. Regens de Aponte *consilio 51. numero 2.* De Georgio *allegatione 8. numero 1.* Surdus *decisione 340.* Costa *de portione rata, quæstione 5. numero 11.* Regens Valenzuela *consilio 79. à numero 33.* & in specie *numero 76.* & comprehendit ciuitas omnes Pagos, & villas, quæ illius existunt iurisdictionis, *leg. forma 4. §. si verò quis, ff. de censibus*, qui districtuales, & suburbani dicuntur, & sunt de ciuitate, Natta *consilio 50. numero 13.* Knichen *de territoriorum origine, capite 1. numero 243.* igitur omnia, quæ de ciuitate dicuntur dici debent de casalibus, & successiuè exemptio, & immunitas clericis Auersanis competens, debent etiam competere clericis dictorum casalium.

Probatur secundò, quia in testamentis, & legatis appellatione Ciuitatis Casalia veniunt, etenim sicut ciuitatibus legari potest, quod ad hono-

rem, ornatumque Ciuitatis pertinet, *l. ſi quid relictum* 120. *& l. Ciuitatibus* 125. *vbi gloſſ. ff. de*
3 *leg.* 1. ita etiam parti ipſius Ciuitatis, & Vicis, ſiue villis, ipſius; ex eo quia Ciuitati relictum cenſetur quod eius parti legatur; vt probat textus inſignis *in l. ſi quis à filio* 32. §. *ſi parti Ciuitatis, ff. de leg.* vbi gloſſa *in verbo, debebitur,* expreſsè intelligit partem Ciuitatis pro vicis, dum confundit legatum factum parti Ciuitatis, & ipſius vicis, vt clarè oſtenderet vicos, & villas non minus eſſe Ciuitatis partes, quàm ipſa quarteria intra murorum, & ambitum recluſa: citans, *l. ſi hæres* 76. §. *vicis, ff. de leg.* 1. qui de legato facto vicis Ciuitatis loquitur, & probat textus *in l. cum Pater* 79. §. *vltimo, ff. de leg.* 2. qui de legato facto Ciuitati, de vicis meminit pulcher textus *in l. prædiis* 89. §. *Balneas ff. de leg.* 3. Valenzuela *dicto conſ.* 79. *num.* 60. & *conſ.* 18. *num.* 82. idque verum eſt, quamuis in legatis fiat ſtricta interpretatio, *l. nummis, ff. de leg.* 3. Decius *in l. in teſtamentis, ff. de regul. iur.* ſic legatum factum de maritandis puellis Fanenſibus, comprehendit
4 non ſolum puellas natas in Ciuitate Fani; ſed etiam in illius territorio & villis adiacentibus, ea ratione: quia quidquid conceditur quouis modo Ciuibus cenſetur conceſſum comitatenſibus: ex quo villa, & caſtrum dicitur membrum, & pars Ciuitatis *ex l. vxorem* 59. §. *legauerat, ff. de leg.* 3. & Ædificia Romæ, etiam ea fieri videntur, quæ in continentibus Romæ ædificiis fiunt, *l. ædificia* 139. *l. vt Alfenus* 87. *l. qui in continentibus* 147. *l. Collegiorum* 173. §. *qui extra, ff. de verb. ſignificatione*, & demum ex pluribus in vltima voluntate venire appellatione hominum Ciuitatis, qui ſunt de caſalibus fundat Gratianus *dec.* 96. licèt iura prædicta non expendat.

Quod idem dicitur in contractibus, tum ex identitate rationis, tum quia ſic in proprijs terminis dicitur per D D. præſertim à Bartolo *in l.*
5 2. *num.* 2. *ff. de verb. ſignificatione*, qui dicit, quod quando Ciuitas ponitur pro loco tunc muris finitur; ſed quando ponitur pro populo, tunc comprehendit Comitatenſes *l.* 1. *ff. ad municipalem*, quod latiùs probat Bart. *in l. ſi finita* 15. §. *ex hoc edicto, num.* 5. vbi Paulus de Caſtro *num.* 3. *ff. de damno in facto:* qui dicit de hoc eſſe gloſſam ordinariam, quam Bart. omiſit *in l. reſtituenda* 6. *verſ. noto. Cod. de Aduocatis* diuerſorum iudiciorum; nec fit diſtinctio, vtrum priuilegia ſint conceſſa Ciuitati, an Ciuibus, vt contra Alexandrum,
6 *in rubricâ, ff. ſolut. Matrimonio num.* 13. fundant Niconitius *in rubrica, ff. ſolut. Matrimonio, num.* 132. Valenzuela *vbi ſuprà, num.* 73. *&* 77. Barb. *in l. quia tale* 14. *nan.* 39. *ff. ſolut. Matrimonio* Alciatus *in l.* 2. *numero* 3. *ff. de verb. ſignificatione* Regens Galeota *tom.* 2. *reſolut.* 20. *numero* 18.

Hoc ipſum in legibus, & ſtatutis, quia Villæ comprehenduntur appellatione Ciuitatis, & reguntur, ac moderantur ſtatutis; legibuſque Ciuitatis, cui ſubſunt, tanquàm illius membra, gloſſa *in l. ex eaſſ. de poſtulando*; Felinus. Iaſon, &
7 alij relati per Menoch. *de arbitr. caſu* 99. *num.* 23. *&* 24. Capycius *in inueſtitura, in verbo villis, pag.* 101. Rendella *de jure Protomiſeos in verbo Ciuitate*, Valenzuela vbi *ſuprà num.* 71.

Quod idem in pœnalibus dicimus: quia appellatione Ciuitatis, vel Ciuium continentur Caſa-
8 lia, & Villæ, licet leuius interdum puniantur, vt colligitur *ex l. capitalium*, §. *qui ob inimicitias, ff. de pœnis.* Siquidem nec in pœnis ſegregandæ ſunt Villæ à Ciuitate, cum Villæ ſint paruæ, & humiles domus ipſius Ciuitatis, extra Vrbem ædificatæ; quod ex Virgilio, Cicerone, & aliis fundat Menoch. *caſu* 390. inferens ad diuerſa ſtatuta pœnalia, & ſimilter in conſuetudine, licet alias ſit ſtrictè interpretanda, tamen obſeruandam eſſe etiam in villis dicit Valenzuela, *conſ.* 79. *n.* 62.

Neque dicas obſtare deciſionem Grammatici *in conſilio criminali* 48. vbi fuit deciſum, *cap. Regni* quod incipit, Deoſculanti Virgines in Ciuitate Neapolitana, non habere locum in deoſculante in caſalibus.

Reſpondeo enim quod deciſio Grammatici non fundatur ex eo quod ſimus in pœnalibus; ſed quia capitulum loquitur quod oſculans mulierem in Ciuitate, vel Vrbe plectatur pœna mortis, quo caſu accipitur pro loco, qui muris cingitur, & finitur, vt benè Menoch. *caſu* 99. *num.* 27.

Hoc ipſum dicimus in oneribus ſuſtinendis, & collectarum ſolutione: quia Villæ quoque continentur, & cum Ciuitate faciunt vnum corpus, *l. forma* 4. ibi in Ciuitate, & Pago *ff. de cenſibus,* 9
§. *ſi quis igitur, Authen. quibus modis naturales efficiantur ſui coll.* 7. *vbi gloſſa in verb. perſoluit,* notat Villas, & Caſtra ſub Ciuitate facere collectam vnde ſi Rex imponat collectam Ciuitati, cenſetur imponere etiam Villis ipſius; non alia ratione, niſi quia Villæ ſub Ciuitate continentur, per iura, gloſſas, & D D. quos ſingillatim recenſet Afflictus *in conſtitut. Sancimus de jure protomiſeos, num.* 2. & ſicut magna 10
Curia Vicariæ cognoſcit de criminibus patratis in hac Ciuitate priuatiuè ad quoſcumque Barones, ſiue Officiales, quouis priuilegio inſignitos. Præſes S. C. Merlinus *cap.* 110. *tom.* 1. Caſtillus *dec.* 248. Cutellus *ad leges Martim Concordata* 2. D. Franciſcus Vito *ad leges Sardiniæ, lib.* 2. *tit.* 25. *cap.* 11. ſic cognoſcit de delictis commiſſis in caſalibus, vt ait recolendæ memoriæ Conſiliarius Marcianus *conſ.* 58. 1. *tomo*, dummodo non ſint caſalia diuiſa quoad iuriſdictionem, eo modo, quo declarant deciſum referentes Præſes S. C. Marchio Ramonſis 2. *tomo controu.* 72. & Regens Sanfelicius *dec.* 73. *part.* 1.

Sic in Beneficiis principum, putà ſi ſolius concedentis ius reſpiciant, eiúſque damnum, non alterius, appellatione Ciuiratis caſalia contineri dicit Menochius *conſ.* 331. *n.* 37. *l.* 4. *& conſ.* 1007. *num.* 11. *vol.* 11. in quibus omnes nemine diſſentiente admittunt in conceſſione, ſiue Principis Beneficio, quod latam admittere interpretationem 1
conſtat, Ciuitatis appellatione, Caſalia contineri. Idemque in priuilegiis, quæ non ſunt contra; ſed præter ius commune, dixit Niconitius *in Rubrica, ff. ſol. Matrimonio, num.* 119. 123. *&* 125. vel vbi tendunt ad commodum, & vtilitatem ſubditorum, non in damnum eorum. Natta *conſ.* 464. *n.* 17. Raudenſis *de Analogis, cap.* 15. *n.* 59. cuiuſmodi eſt priuilegium admiſſionis ad Collegium, de quo meminit Ioannes Bolognettus *in rubrica, num.* 97. *ff. ſolut. matrimon.* & de ſtatuto Patauino, quod ſapientes admittantur, & eligantur ad Collegium Doctorum Patauij, concedunt omnes obſeruandum in locis eidem Ciuitati ſubiectis, ex Cormenſe, Soccino iuniore, Ruino, Rolando, 12
Pariſio, Alciato, & alijs, teſte Menochio *caſu* 99. *num.* 25. *&* 26. Valenzuela *dicto conſ.* 79. *num.* 69. *&* 70. ſic in legitimatione per oblationem Curiæ, illi qui non ex Vrbe; ſed ex vico ſunt oriundi eius Ciuitatis, adſcribendi ſunt ordini, ſub qua vicus ille cenſetur, *l.* 3. vbi concordantes *in gloſſa, Cod. de naturalibus liberis,* §. *ſi quis igitur.* vbi *gloſſa in verbo,* perſoluit. *Authen. quibus*

bus modis naturales efficiantur sui sic in priuilegio concesso Episcopo illius Ciuitatis, in qua testator oritur, vel moritur, vt sit executor a iure deputatus quo ad pias defunctorum voluntates, si in vico testator decedat, illius Ciuitatis Episcopus exigere legata, & exequi debebit, sub qua vicos, vel territorium esse dignoscitur, *l. nulli licere 28. vers. sin autem, & vers. cum autem Cod. de Episcopis, & Clericis.*

Hoc ipsum dicimus in iurisdictionibus, siue
13 iurisdictionis concessione, *l. 1. §. cum Vrbem nostram fidei tuæ commiserimus &c. Digest. de Officio Præfecti Vrbis*, vt sic continentia, ædificia, Villæ, & adiacentia intra centesimum milliarium comprehendantur, vt ibi declarant Bart. Bald. & alij, & in officiis, ac alijs honoribus, quæ debentur Ciuibus, deberi etiam comitatensibus, Valenzuola *cons.* 79. *num.* 70. & non solum in Beneficiis, sed etiam in Priuilegijs, quæ derogant iuri communi, & tam si concedantur Ciuitatibus, quam si concedantur Ciuibus Regni, vt refert Molfesius *tom. 1. part. 2. de personis, quæst. 9. num. 8.* immò in priuilegiis contra ius commune, quando Ciuitas non ponitur simpliciter pro loco, sed pro personis, vel pro populo, vt late Franciscus Marcus *part. 1. dec.* 365. vbi testatur pluries determinatum, Menoch. *cons.* 1007. *num.* 89.

Immò priuilegia Ciuitatis extenduntur ad Villas de nouo additas, exemplo eius, quod per alluuionem accrescit, vt decisum refert in Ciuitati-
14 bus vnitis Delphinatui Guido Papa *decis.* 265. & 489. vbi dicit sic seruari eam respectu Priuilegiorum, & immunitatum, quàm quoad onera, & idem dicunt ibi addentes de Prouincia addita Regno, vt iuribus Regni, & Priuilegijs frui debeant, quia omne Priuilegium datum principali porrigitur ad eius argumentum, ex Bart. Romano, & alijs, teste Boërio *decis.* 50. *à num.* 19. nec dissentit Lanarius *cons.* 41. *in fin.* in parte Regni addita accessorie, ita vt sit vnicum Regnum, vel vna ciuitas cum ipsis villis, Valenzuela *d. cons.* 79. *a num.* 36. & quod omnia vnita assumant naturam locorum, cui vniuntur, quoad Priuilegia, consuetudines, & qualitates fundant Zanchus *in repetitione, leg. hæredes mei, §. cum ita, num.* 254. *ff. ad Trebell.* omnium latissime Pacianus *part. 1. de probat. cap.* 27. Testantur igitur omnes quod priuilegia concessa Ciuitati, & Castro, intelligantur concessa locis adiacentibus, eique vnitis, & annexis, vt post multos fundant Cancerius, *tom. 3. cap. 3. num.* 83. Mastrillus *lib. 3. de magistratibus, capite 4. numero* 173. & 176. Valenzuela *vbi suprà numero* 4.

Hoc tandem habere locum dicunt communiter non solum in Villis, siue casalibus vnitis, sed etiam in illis, quæ sunt in aliquo, putà quoad iurisdictionem diuisa; nam non obstante diuisione facta quoad iurisdictionem (quæ separatio à quo sit facienda, & qualiter stricte sit intelligenda, tradit Regens Reuerterius *dec.* 79. *tomo* 2.) diuisa; nam non obstante diuisione facta quoad iurisdictionem, in ceteris omnibus remanent Ciues Ciuitatis, *l. 1. Cod. de Metropoli Berito lib. 11.*
15 & decisum dicit Francus *in dec.* 316. *num.* 4. qui hoc affirmat procedere etiam in priuilegio concesso Neapolitanis, vt non possint torqueri ex processu informatiuo, quo derogatur præeminentiæ M. C. V. inductæ per Ritum, & Capitula Regni, quod affirmat extendi etiam ad homines Casalium diuisorum quoad iurisdictionem.

Probatur vltimo: quia Villæ, & Castra, quæ stant sub Ciuitate sequuntur jus Ciuitatis *dicta l. qui ex vico 30. ff. ad municipalem*, cum habere debeant caput ipsorum. Marchio Torelli *consult. 22. num. 38. tom. 1.* sic tenentur contribuere oneribus Ciuitatis, *l. Insulæ 9. ff. de Iudicijs*, vbi Vlpianus ait, quod Italiæ Insulæ sunt partes Italiæ, & qui in illa Insula est debet respondere Italiæ. Hinc cum accidisset casus, quod Ciuitas Auersæ 16
tempore obitus inuictissimi illius semper recolendæ memoriæ, Philippi scilicet II. funeralia fecisset, coegit Casalia pro illorum contributione, fuit dictum iure cogi ad contribuendum; etenim Casalia Auersæ faciunt duas partes & ex Ciuitate tanquam ex altera parte vnum totum constare: quia Casalia pro duabus partibus repræsentant Ciuitatem Auersæ, vt die 5. Iulij 1601. fuit decisum, teste Gizzarello *dec.* 71. nec mirum mihi vnquam fuit quia Casalia gaudent priuilegijs Ciuitatis, licet fuerint diuisa quoad iurisdictionem Francus vbi *suprà dec.* 316. Capiblacus *de Baronibus prag. 8. part. 1. num.* 58. vbi studentes Casalium dicit posse habitare in locis honestis huius Ciuitatis, licet Casalia sint diuisa quoad iurisdictionem: sic delictum factum in casalibus, præsupponitur factum in Ciuitate Ricius *collect.* 1387. & sic consuetudines Ciuitatis comprehendunt Casalia. Francus *dec.* 604. sic Ciues Casalium trahunt, & non trahuntur, sicut Ciues Ciuitatis Neapolitanæ Francus *dec.* 411. & 381. Anna *singul.* 401. sic demanium concessum Ciuitati censetur concessum casalibus, vt in Casalibus Ciuitatis Salerni consuluit Regens Valenzuela *cons. 2. num.* 87. de Angelis *ad Gizzarellum in dec.* 71. qui
plura cumulat circa contributionem, quam te- 18
nentur facere Casalia in oneribus Ciuitatis. Molfesius, *part. 2. ad consuetudines in tit. de personis, quæst. 9.* Lauseus de *iure vniuersitatis, part. 1. cap. 2. num. 25. & part. 3. cap. 13.* Gratianus *dec.* 154. Capiblancus *in pragm. 8. part. 1. num.* 35. & 58. de Georgio *dicta alleg.* 15. Mele ad Gizzarellum *dicta dec.* 23. & licet separata sint interdum Casalia, tamen non sic præsumuntur; sed vnita, & onus probandi separationem ei incumbit, qui allegat Regen. Tappia *dec. 4. num. 6* nec separari potest iurisdictio Casalium à Ciuitate ad libitum; sed à Rege Staibanus *cons.* 17. & sicut Ciues non possunt esse Officiales in eorum Ciuita- 19
te, ita prohibentur etiam qui ex suburbijs sunt Ciues officium gerere in Ciuitate, Borrellus *de Magistratibus, lib. 1. cap. 5. num.* 8. Demar. ad 20
Gizzarellum *dicta dec.* 71. *num.* 7. Caputus *de Regimine Reipublicæ, cap. 1. § 2. num.* 109. & 111. *ad notata per Regentem Galeotam controu.* 22. & 23. & *controuers.* 8. 1. *tom.* vbi multa in simili refert, & regulare est quod Castrum, siue Casale ea denominatione principali sortiatur suum nomen à Ciuitate, Regens de Aponte *cons.* 51. *vol. 2.*

Ex quibus colligitur statuta, Priuilegia, Immunitates, & consuetudines existentes in Ciuitatibus, ad Casalia extendi, sic Ciuitatibus, & casalibus posse testamento relinqui, & appellatione Ciuitatis Casalia contineri, tum in vltimis voluntatibus, tum in contractibus, sic in statutis etiam pœnalibus, & in solutione onerum, ac Principum Beneficijs, vel iurisdictionalibus, & non solum hoc locum habet in Villis tunc temporis existentibus; sed in de nouo superadditis, nec solum in casalibus vnitis, sed etiam in diuisis à jurisdictione Ciuitatis. Sic delicta facta in

casalibus

caſalibus cenſentur facta in ciuitate, ita vt per omnia à pari iudicentur.

Quoad ſecundum caput, an ſcilicet clerici ſint ciues dominij temporalis ?

21 Probatur primò ob naturalem cauſam, & iure natiuitatis : quia ciuilitas dupliciter à iure conſideratur : quædam enim eſt ciuilitas originalis, quæ non poteſt induci, niſi per naturam, quæ eſt adeò potens, vt renunciari non poſſit, nec ſuper ea lex fingit, *leg. penult. C. de Municipibus, & originarijs, lib.* 10. vbi Amaya, quædam verò eſt ciuilitas, quæ inducitur per conſtitutionem humanam ex aliqua cauſa accidentali, licet vtraque ciuilitas dicatur de iure ciuili ratione formæ, vt magiſtraliter tradit Baldus *conſil.* 64. *volum.* 5. Lucas de Peña *in dict. l. ciues, colum.* 2. *verſ. in* 1. *gloſſa, C. de incolis, libro* 10.

22 quæ ciuilitas inducta per conſtitutionem humanam inducitur manumiſſione, adoptione, & allectione *dicta l. ciues*, Soccinus *conſ.* 129. *vol.* 1. ſic Baro eſt primus ciuis per allectionem illius loci, vbi eſt Baro, Regens Galeota *tom.* 2. *controu.* 67. Præſes Merlinus 1. *tom. controu.* 99. Allectio ad ciuilitatem duplex eſt prima per delationem honoris in aliqua ciuitate, *l. Senatores, Cod. de incolis, lib.* 10. vbi gloſſa exponit allecti ſcilicet electi: ſecunda eſt allectio ad militiam : quia miles dicitur ciuis vbi militat, & recipit ſtipendia, *l. municipes, §. fin.* vbi Bart. *n.* 50. Lucas de Peña *in verb. allectare, verſ.* 4. Ioan. de Platea *in verb. idem dic, allect.* & idem Bart. *in l.* 1. *ff ad municip. n.* 13. Boër. *dec.* 260. *n.* 13. &

23 18. ſic Magiſtratus eſt officialis illius loci, vbi eſt officialis per allectionem : ſic Baro dicitur ciuis ratione officij, quod gerit in feudo, cum iuriſdictionem in dominium habeat, non in officium, Lanarius *conſ.* 5. *num.* 3. *& conſ.* 52. & eſſe Barones regios capitaneos, dixit Freccia *lib.* 1. *de ſubfeudis, de orgine Baronum, num.* 10. Secundò ratione militiæ, cum ibi mereat, vt *in dict. l. municeps, §. fin.* ſic dicit Iſernia *in cap.* 1. *de milite vaſſallo, & c. num.* 3. quod citatio Baronis ad domum, quæ de iure eſt facienda in proprio domicilio, id eſt in domo habitatio-

24 nis, & non alibi *l.* 4. *§. Prator ait, ff. de damno infecto*, fieri poteſt in Caſtro Baronis tanquam in proprio domicilio : vt quia Baro ſit ciuis illius loci, & æquiparat Iſernia Baronem clerico beneficiato, qui dicitur ciuis illius loci, vbi habet beneficium, vt tradit Bart. *in l.* 1. *n.* 13. *ff. ad municipalem*, Felinus *in cap. dilectus filius il* 2. *num.* 4. *&* 5. *de reſcriptis*, & clariùs idem Iſernia *in cap.* 1. *num.* 3. *de controuerſia inter vaſſallum, & alium de benefic. & c.* & ſic intelliguntur Anna *ſing.* 153. Pariſ. de Puteo *de ſyndicatu in verb. ciuilitas Officialis*, quæ tamen ciuilitas ratione officij, vel militiæ non eſt proprie talis, ſed tales ciues habentur pro talibus quoad quædam tantum, non autem quoad omnia, vt formaliter dicit Bart. *de repreſalijs, quæſt.* 5. *num.* 12. & ideò dicit ipſe, quod tales ciues non poſſunt conueniri pro contractibus alibi geſtis, ſed pro his tantùm, quos ibi geſſerunt, quæ Bart. Theorica eſt

25 ab omnibus recepta teſte Boërio *dec.* 260. *num.* 19. & de immunitate conceſſa ciuibus, quod non competat Baroni, quippe qui non eſt propriè ciuis, maximè cum agatur de tertij præiudicio, quo caſu fit ſtrictiſſima interpretatio, vt in indiuiduo determinat Ruinus *conſ.* 112. *il* 2. *dub. volum.* 5. vbi conſuluit, quòd immunitas conceſſa ciuibus, non competit illis, qui non ſunt propriè ciues, maximè in præiudicium domini vectigalis, ſiue pedagij, quia conceſſio immunitatis intelligi debet in caſu vero, non in caſu ficto, argum. *l.* 4. *§. hæc verba, ff. de negotiis geſtis*, & in potentiori ſignificatu : ergò clerici cum à naturali eorum origine, ac natiuitate oriantur in terris ſubiectis Principibus Secularibus eis ſubditi ſunt, & Vaſſalli, vt probant Azeuedus *in l.* 13. *tit.* 3. *lib.* 4. Ioan. Solorzanus *de iure Indiarum, tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 27. *à n.* 26. quia ſubſunt naturaliter, ſcilicet iure natiuitatis Principibus laïcis quoad protectionem, ſicut cæteri vaſſalli, Solorzanus *de iure Indiarum, lib.* 1. *c.* 4. *n.* 13. *to.* 2. Amaya *lib.* 10. *C. tit. de Annonis, & tributis, in l.* 2. *n.* 89. *&* 90. Salzedo *de lege politica, lib.* 1. *cap.* 4. *in fine.*

Probatur ſecundò, quia clerici ſunt pars populi 26
& viuunt in diſtrictu temporali, ac gaudent commoditatibus cum aliis popularibus : ſic etiam in ſubſidium, & defectu laïcorum ſentiunt incommoda, putà tenentur ad reparationem murorum, &c. Gulielm. de Benedictis *in c. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num.* 474. Bouadilla 27
in polit. lib. 2. *c.* 16. *n.* 30. ob quam rationem decidit Senatus Portugalliæ apud Emmanuelem Temudo *dec.* 108. *to.* 2. teneri clericos ad vigilias, & excubias ciuitatis, ac poſſe cogi per Epiſcopum, & defendere ciuitatem, etiamſi inimici non ſint Mauri, Turcæ, & ſimiles, ſed Chriſtiani inuaſores, vt euitentur rapinæ, cædes, ſtupra, crudelitates, & alia horrenda, & abominabilia mala, ex bello prouenientia, ad quod Eccleſiaſtici tenẽtur, vt fuiſſe practicatũ in Hiſpaniis de an. 1596. teſtatur Bouadil. & Temudo *vbi ſuprà, & dec.* 93. *to.* 1. fundat Th. Velaſch. *conſ.* 47. & alter Velaſch. *de priu. paup. priu.* 3. *quæſt.* 8. *n.* 77. *cum ſeqq.* licèt putet Larrea *tom.* 1. *alleg.* 27. *à n.* 53. quod per Iudices Seculares compelli poſſint, quod tamen falſum eſt : niſi in certo quodam caſu raro contingibili, latè Pereyra *de manu regia. c.* 28. *per tot.* Salgad. *de protect. Regia, p.* 3. *tom.* 2. *c.* 5. *à n.* 9. qui diſputant quando teneantur ad opera publica, quia ciues, latè Narbona *libro* 4. *de iuriſdict. l.* 20. *gl.* 2. *num.* 233. *cum ſeqq.* nouiſſime Leoncill. *de priuileg. pauper. p.* 2. *priuil.* 57. putà ſi periculum ſit in mora, Ceuallos *quæſt.* 720. *&* 578. Ant. Faber *in tit. C. de mun. patr. defin.* 19. *& defin.* 26. *& in tit. de Epiſcop. & cleric. defin.* 56. *&* 57. Card. Tuſch. *lit. E, conſ.* 573. Raudenſis de Analogis *c.* 40. Petra *de poteſt. Principis, c.* 4. *&* 5. Reiger. *in Theſ. iuris, in verb. immunitas*, And. Kloc. *de contribut. in princ.* Velaſch. *conſult.* 1. & an circa hoc operetur aliquid tolerantia Pontificis, legendus eſt Steph. Naten *de iuſt. vulnerata, tit.* 50. *c.* 5. *num.* 7. *cum ſeqq.* ſic Hieron. Portoles *ad Schol. Molini,* 1. *to. in verb. cleric.* dicit quod compellatur ad neceſſaria ciuitatis, quia ciuis ob quam rationem ad onera ciuitatis concernentia pietatem tenentur, *l. ad inſtruct. l. neminem, C. de Sacroſ. Eccl. c. non minus, c. aduerſus de immun. Eccl. c.* 1. *eod. tit. in* 6. *clem. vnic. eod. tit. extrauag.* Benedicti XI. *de immun. Eccl.* Oſaſch. *dec.* 68. ſed per Epiſcopum, vt latè Genuenſis *.q* 646. *cum ſequenti*, Fontanella *deciſione* 523. *tomo* 2.

Probatur tertiò, quia clerici, vel Monachi 28
Mantuani, vt loquitur Surdus *dec.* 129. dicuntur de iuriſdictione Mantuæ, cum duæ ſint iuriſdictiones, diuina ſcilicet, & humana, Oldrad. *conſil.* 83. *colum.* 2. *clerici non ſunt de iuriſdict. humana*, & dicit Innoc. *in c.* 2. *de maiorit. & obedient.* quòd ex diuina iuriſdictione clerici ſunt exempti à iuriſdictione ſæculari, adeò vt nulla conſuetudo valeat, quamvis inueterata, quod Rex habeat iuriſdictionem in clericos, vt pulchrè contra Regem Angliæ fundauit Rota *in deciſione* 840. nec Papa diſponendo poteſt clericos laïcorum iuriſdictioni ſubiicere, Cardin. Felinus, & alij *in cap.* 2. *de maioritate, & obedient.* Romanus *ſingul.* 419. Decius *in capite Eccleſiæ S. Mariæ de conſtitutione, num.* 5.

num. 5. Rota *decis.* 10. *de consuetudine, & iurisdictione*, ac curia clericorum est illa Episcopi,& ciuitatis vbi adest Episcopus, cui subest, & sic iurisdictio Episcopi Auersæ & Frattæ Casandrinæ,
29 & similium casalium, vt in puncto, fundat Surdus *dicta decisione* 129. *à num.* 7. 8. *& 9.* Salgadus *de Regia protectione, part.* 1. *c.* 1. *prælud.* 2. sic vniuersitas Frattæ, Casandrinæ, &c. est nomen continens populum,ergo clerici talium casalium dicuntur de iurisdictione vniuersitatis,& populi, quandoquidem in vniuersitate duo sunt populi, & duæ species vniuersitatis, clericorum nempe, & laïcorum,*c. duo sunt* 22. *q.* 1. imò duo sunt Principatus, & duo militum genera, & duæ iurisdictiones, vt latè probat Oldrad. *cons.* 83. *col.* 1. *in fine, & col.* 2. & sic duo extant communia, quorum vtrumque iurisdictionem habet in vniuersitate Frattæ,&c.& ideò rectè clerici dicuntur de iurisdictione Ecclesiasticæ communitatis,vt in puncto Surd. *dec.* 129. *n.* 12. *in fin.*

30 Probatur quartò, quia clerici dicuntur de districtu vniuersitatis, Ioannes Andreas, & Gemin anus *in cap. fin. de officio delegati*, Decius *in c.* 1. *de probat. num.* 10. districtus autem significat territorium, aut iurisdictionem quandam secundum Bald. *in cap.* 1. *§. fin. num.* 4. quibus modis feudum amittatur Soccin. *cons.* 74. *num.* 9. *volum.* 1. Paris. de Puteo *in titulo de verb. significatione, in verb. districtus*, Crauetta *cons.* 672. & districtus dicitur territorium, cui inest iurisdictio, Bald. *cons.* 419. *vol.* 1. latè Hieronymus de Monte *in tract. finium regundorum, cap.* 7. *per totum*, nec datur districtus sine territorio, Alexander *ad Bart. in l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. significat.* Crauetta *cons.* 673.
31 *num.* 2. Ergo idem est dicere de districtu, vel de iurisdictione; & sic clerici Frattæ,&c. possunt dici de iurisdictione Frattæ, sed non sunt sub iurisdictione Iudicis laïci Frattæ, siue ciuitatis Neapolitanæ, sed sub iurisdictione Iudicis Ecclesiastici ciuitatis Auersæ, cum quibus conformandi sunt in omnibus, vt in puncto Surdus *vbi suprà, numero* 14. *in fin.* quapropter clerici licèt non dicantur esse in iurisdictione Imperatoris, Regis, vel alterius cuiusvis Principis sæcularis, cum eo ipso quod quis assumatur ad clericatum, eximatur à potestate Principis Secularis, Grammaticus *decisione* 61. *num.* 13. & in hoc sensu dicuntur Principi Seculari non subditi secundum Baldum *in l. de quibus, vers.* 6. *quæritur, ff. de legibus, & in l.* 1. *colum.* 10. *Cod. de summa Trinit. & fide Catholica*, Bertacchinus *in suo repertorio, in verb clerici*, Cassaneus *in consuetud. Burgundiæ rubrica* 1. §. 14. *num.* 10. Bossius *de crimine læsæ Maiestatis, n.* 87. *& in tract. de pœnis, n.* 43. Rostaurus *de Imperatore, quæst.* 191. Scappa *de iure non scripto, lib.* 1. *cap.* 7. Sicut dicitur dispositum in Ecclesia, quæ dicitur de territorio, & de corpore ciuitatis, in qua est constructa, Felinus *in cap. cum te, num.* 16. *de rescriptis*, Bossius *vbi suprà n.* 88. Surdus *cons.* 301. *lib.* 3. De Grassis *in præludijs de effectibus clericatus, num.* 361. *cum sequentibus*, Hodierna *ad Surdum dec.* 129. qui se remittit ad Carolum de Grassis.

In fauorabilibus clerici veniunt appellatione districtualium, secùs in odiosis, ideò si est concessum aliquod priuilegium, immunitas, indulgentia, vel quid simile districtualibus tale priuilegium consequuntur etiam clerici: sic è contra si imponatur aliquod grauamen. vel excommunicantur districtuales,non comprehenduntur clerici,*c. fi.* vbi Ancharan. *in* 4. *notab. de offic. deleg. in* 6. *l.* 1. §. *cum vrbem, ff. de offic. præfecti vrbis, c. dilecti de foro competenti*, Bertacchinus, Milis,& cæteri DD. apud de Grassis *vbi suprà, n.* 359. cum qua distinctione clerici dicuntur ciues, *c. de his* 12. *dist.* Abbas, & alij *in d. c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ*, Surdus *cons.* 391. Ferrettus *cons.* 138. Romanus *cons.* 180. Velasch. *consult.* 100. Sic non solum dicuntur ciues illius ciuitatis, in qua sunt nati; verum etiam, & ciuitatis, in qua possident beneficium *c.* 3. *de temp. ord. in* 6. *l. placet, C. de Episcopis, & clericis, & in l. ciues, C. de incolis, lib.* 10. Capiblanc. *de Baronib. pragm.* 11. *num.* 95.

Quod tamen diximus in clericis, procedit in 32
Monachis,ac cæteris regularibus, qui in sui fauorem per assumptionem habitus non desinunt esse ciues patriæ,& nihilominus sunt etiam ciues illius ciuitatis, in qua est situm Monasterium, ad quod ingreditur *c. Rogationes de Consecratione, distin.* 4. Bart. *in l.* 1. *ff. ad municipalem*, Lappus *alleg.* 100. Nauarrus *cons.* 6. *n.* 3. *de testamentis*, Minadous *in const. in aliquib. in* 2. *notab. n.* 90. *de succeff.* sic clerici cum eadem distinctione veniunt appellatione populi,*c.* 1. *de præben. c. si sententia de sentent. excomm. c. adiutorium* 10. *dist.* Velasch. *vbi sup. d. consul.* 100. *num.* 4. Carpan. *ad statuta Mediolan. c.* 78. Surdus *cons.* 301. sic veniunt cum hac eadem distinctione appellatione vniuersitatis, & vassallorum, quatenus considerantur vt ciues in illis, quæ non repugnant libertati Ecclesiasticæ, Velasch. *vbi supr. n.* 7. & sic clerici vtuntur omnibus priuilegiis,& statutis concessis ciuibus, & in illorum fauorem, sed non in odium eorundem De Grassis *vbi sup. n.* 360. *vsque ad n.* 381.

Ex quibus infertur clericos iure natiuitatis esse subditos Principi laïco,ac ciues temporalis iurisdictionis,esse partes populi,ac viuere in districtu, & gaudere omnibus commoditatibus popularibus: coguntur etiam ad contribuendum in oneribus ciuitatis,respicientibus publicam vtilitatem,ad quam tamen contributionem faciendam coguntur per Ecclesiasticos ministros,nisi tamen periculum esset in mora:in fauorabilibus tamen clerici cõtinentur appellatione ciuium temporalis dominij, & districtualium, secus in odiosis: quod autem in clericis dicimus, in Monachis locum habere firmiter asserimus.

Quoad tertium articulum, an clerici Frattæ Maioris, Casandrini, &c. sint regulandi tanquam clerici ciuitatis Auersæ,an tanquam clerici ciuitatis Neapolitanæ.

Respondeo tanquam clericos ciuitatis Auersæ, ac proinde debere habere franchitias tumulorum 25. pro vnoquoque.

Probatur primò, quia clerici Frattæ Maioris, 33
&c. in temporalibus sunt ciues Neapolitani,sed in spiritualibus ciues Auersæ, vt clarum est, & probauimus *in* 2. *articulo*, ergo quoad franchitias sunt regulandi provt ciues Auersani,non vt Neapolitani,consequentia probatur:quia in iurisdictio. nalibus præualet forus Iudicis Ecclesiastici,quippe qui maior est,quàm forus sæcularis,nam istius potestas est aliquando sub Episcopo,& Iudice Ecclesiastico,non è contra *l. omni nouatione, C. de Sacrof. Eccles. c. solitè de maior. & obed.* cum magis dignum trahat ad se minus dignum,*c. per tuas de arbitr. cap. quanto de Iudicijs, l. quæ religiosis. ff. de rei vend. l. si communem. ff. quemadmodum seruit. amittatur, l. iustissimè, ff. de ædil. edicto, l. per minorum. ff. de iudicijs, §. si in aliena, & §. litteræ institut. de rerum diuisione, capite quod in dubiis de consecratione Ecclesiæ, capite si duo de officio delegati in sexto capite sacris de sepulturis*, gl. *in c. vnic. de iure patron. in* 6. Alex. *cons.* 82. *lib.* 1. Card. Tusch. *litt. D, con-*

*cluſ.*435. Barboſ.*Axiomate* 72. Gomeſ.*lib.3.variarum,c.*10.Soccin.*conſ.*12.*num.*17.*lib.*1. ſic clericus,& laïcus conuentus tanquam hæredes vnius iudicium dicitur eſſe fori Eccleſiaſtici propter perſonam clerici, quæ velut magis digna trahit ad ſe minus dignam, vt decidit Rota coram Seraphino
35 *dec.*958.vbi loquitur in fratribus Aldobrandinis, qui omnes fuerunt remiſſi ad Iudicem Eccleſiaſticum, quamvis eſſent laïci, cum vnus, ex eis eſſet clericus,& Auditor Rotæ,licet etiam ageretur de bonis patrimonialibus cum reſpectu fori nulla ſit facienda diſtinctio,*c.ſi diligenti,c.ſignificaſti de foro competent.*ſic clericus ſocius laïci trahit ad ſuum Tribunal, Rota *apud Buratum, dec.*780.*num.*3. ſic ſi duo ſint tutores, vel curatores vnus laïcus, alius clericus,ſunt coram Iudice Eccleſiaſtico conueniendi, Soccinus *in c. prudentiam* 2. *colum.*23. *n.*30.*de mutuis petitionib.* quod ſanè procedit non ſolum in caſu indiuiduo, ſed etiam in diuiduo, Menoch.*de arbitr.caſu* 371.*num.*14. Farinac.*q.*8. *n.*151.Gratian.*c.*41. Et hæc dici ſolet continentia cauſæ ratione perſonarum diuerſi fori, putà laïci, atque clerici, vt laïcus conueniatur coram Iudice Eccleſiaſtico: hinc etiam fit quod ſi laïcus
36 cum clerico ſit fideiuſſor, vel inſtitutus hæres, vel teſtamenti alicuius executor, vel ob maleficium communiter perpetratum captus, vel ſi deliquit cum clerico, coram iudice Eccleſiaſtico vnà cum clerico conueniendus erit: ita reductio à compromiſſo facto in clericum,& laïcum ſimul,non laïci, ſed clerici Iudex adeundus eſt,idq; indiſtinctè,ſiue clerici,ſiue laïci numero plures ſint,adeò vt etiã ſi vnus ſit clericus, ſed maiores laïci cauſæ continentia locum habet, Marant.*p.*4.*diſt.*11.*num.*18. DD.per eum textum *in c.per tuas,de arbitr.* Felin. *in c.placuit, n.*6.*de reſcriptis,* Bart.*in l.præcipimus, §.eo obſeruandum,*vbi Paulus *C.de appell.& in l.ſolent, ff. de alimentis, & cib. legatis,* Marſil.*ſingul.* 180. *& ſing.* 167. Matteſilaus *ſingul.* 144. Gaïllus *lib.*1.*de pace publica,c.*6.*n.*18. Menoch.*de arbitr.caſu* 371.*n.*13. Quintilianus Mandoſius *de inhibit.q.*69. Petrus Fridericus Mindanus *de continentia cauſæ,c.*4.*à n.*19.*cum ſeqq.* Dian.*p.*3.*de immunit. reſol.*1. De conſuetudine tamen in delictis ſolent delinquentes iſti vnuſquiſque ad ſuum Iudicem competentem remitti,Iulius Clarus *in §.fi. q.*36.Gaïll.*lib.*1.*obſeru.*37.vbi Sueueus *in addit.* Francus *dec.*426.*num.*4.vbi pluries dicit deciſum, ſicque cum dicunt D D. citati, quòd laïcus conuentus cum clerico coram iudice Eccleſiaſtico ſunt conueniendi,vt *ſuprà* citati dicunt DD.cum Maſtrillo *dec.*269. Caſtillo *tom.*6. *c.*165.*à n.*47. Marta *de iuriſdictione,p.*4.*centuria* 2.*caſu* 118.*& p.*2.*c* 1.*n.*20.Gutierr.*pract.lib.*3.*c.*30.*à num.*48.*& lib.*1.*quæſt.*19.Carolus de Graſſis *effect.*1.*n.*520 Marquez *de diuiſione bonorum,libro* 1.*cap.*3.Velaſchus *de partitionibus, cap.*7. intelligitur per eoſdem in cauſa ciuili, ſed non in criminalibus, vt plures citat Salgadus *de ſupplicatione ad Sanctiſſimum part.*2.*cap.*14.*per totum:* Igitur ſi adeundus eſt forus Eccleſiaſticus per connexionem cum Eccleſiaſtico: quanto magis ipſemet clericus in ſui cognitione regulari debet à foro Eccleſiaſtico Auerſæ, & non à temporali Neapolitanæ ciuitatis.

Probatur ſecundò, quia in vniuerſo ſunt duæ
37 iuriſdictiones, temporalis ſcilicet, & ſpiritualis: Gloſſa,Abbas,& alij *in cap.nouit.de iudicijs*, ſicut duplex Diaboli tyrannis contra duplex Chriſti Domini imperium,ſcilicet temporale, & ſpirituale,vt latè Michaël Nauclerus de Monarchia Seculari Chriſtiana *tom.*2.*p.*4.*lib.*4.*c.*1. ſicut duæ ſunt vitæ carnalis vna,ſpiritualis altera,*c.niſi,§ penult.de renunc.*duo genera militũ,Eccleſiæ,& ſeculi,*c.clericum* 50.*diſt.* duo fora Papæ, & Imp.Driedo *lib.*1. *de libert. Chriſtiana*, quorum tanta eſt diſtinctio, vt vnum non poſſit miſceri cum altero, ſicut dixit Bernardus *lib.*2.*de conſider.ad Eugenium*, ibi: *Si vtrumque ſimul habere velis,perdes vtrumque*, Nouella 6.Iuſtiniani, & illa Eccleſiaſtica à Deo eſt immediatè: illa verò laïcalis ſecundum communem opinionem eſt immediatè ab homine,& non à Deo, Bellarminus *de ſummo Pontifice, libro de tranſlatione Imperij, cap.*7. *& in reſponſione contra Venetos ad octauam propoſitionem, propoſ.*1.Couar. *practicarum,c.*1. nam Reges aut lege hæreditatis, aut electione,aut donationis, aut belli iure ſuccedunt,qui ſunt tituli humani, & non diuini: non ignoro multos cum damnatæ memoriæ auctore: putà cum Hennigio Arniſeo *de exemptione clericorum,c.*1.dixiſſe etiam poteſtatem laïcalem à Deo eſſe immediatè,quod falſum eſt. Conferunt plura ſcitu digna,notata per Fontanellam 1,*tom.clauſ.*4. *gloſſa* 13.*p.*2.*per totam.* Ergo cum ſint duæ poteſtates in Vniuerſitate Frattæ Maioris,&c. quarum vnaquæque eſt ſuis circumſcripta limitibus, *dicto capite ſolitæ de Maior.& obed.cap.cum aduenæ,cap. duo* 96.*diſt.*Oldradus *conſ.*83. Alexander *conſ.*8. *volum.*1.Morla *in emporio,p.*1.*tit.*1.*quæſt.*16.Seſſe *de inhibit.cap.*9.§.3. *num.*19.Marta *de iuriſdictione,p.*4.*caſu* 198. Molina *diſp.*29.Maſtrillus *lib.*3. *c.*3.*num.*21.Gratioſus Vbertus *in congreſſibus legalibus congreſſu* 5.*num.*1. ergo clerici, qui ſunt ſub vtraque iuriſdictione, trahi debent à ſpirituali iuriſdictione Auerſæ, non à Neapolitana temporali iuriſdictione, quippe quæ dignior eſt, vt in ſimili fundant Hallien in defenſione Eccleſiaſticæ Hierarchiæ,*lib.*3. *cap.*4.§.4. *num.*27. Sic ſi Eccleſia in temporalibus habeat,vt ſuperiorem Abbatem; in ſpiritualibus verò Epiſcopum, reſignatio fieri debet Beneficij, coram Epiſcopo cuius eſt potior ratio, & res, vt magis digna trahit ad ſe minus dignam,*c.ſi quis obiecerit* 1.*quæſt.*3.*l.cum quæritur,ff.de ſtat.hominum,* Flaminius *de reſignatione Benefic.p.*1.*lib.*7 *q.*15. *num.*18. Eraſmus Kocch. *de iuriſdict.in exemptos,p.*4.*q.*68. *in* 1. nouiſſimè Eſcalera *de vtroque Brachio* 2.*p. n.*4. hinc videmus quod diuerſo iure vtraque immunitas eſt iudicanda quoad temporalia,ac quoad ſpiritualia, Salzed. *de lege politica,lib.*1.*c.*5. Marchio Torelli Regens Capicius Latro *tom.*2.*conſul.*103. Pereyra *de manu Regia,tom.*1.*c.*3.*de iuriſdict.exercitio,* ergò clerici Frattæ,&c.debent regulari à ſua potentiori iuriſdictione ſcilicet ab Eccleſiaſtica, non à temporali Neapolitana.

Probatur tertiò,quia clerici conſiderãtur tanquã ciues Principis laïci in illis,quæ ſunt eiſdem fauorabilia, in quibus fauorabilibus à laïcorum ſtatutis,& vniuerſalibus edictis non cenſentur excluſi, Theſaur. *lib.*2.*q.*3. & dicuntur in hoc ſenſu ſub vniuerſitate laïcali, Theſaur. *lib.*4. *quæſt.*22.qui 38
diſputat an committat crimen læſæ Maieſtatis affirmans committi ex iuribus canonicis,à quo Principe laïco,eſſent pro tali crimine puniendi, Anſaldus *de iuriſdictione Eccleſiaſtica, part.*2.*tit.*11. *cap.*3. & nouiſſime deciſum in Senatu Portugalliæ contra quendam Epiſcopum conſpirantem contra ſuum Principem laïcum, dicit Emanuel Temudo *in deciſionibus Portugalliæ, deciſione* 118. *tomo ſecundo*, vbi id probat, quia ſunt vaſſalli, & ciues, quod antea dixerat, Farinacius *quæſtione* 118. *numero* 12. Decianus *libro* 7. *criminalium, capite* 14. *& conſilio* 33. *numero* 10. Gabedo *deciſione* 83. Ergo quia in fauorabilibus

tantùm

tantùm clerici sunt sub nomine vniuersitatis comprehensi, non poterunt clerici Frattæ Maioris, &c. trahi à ciuitate Neap. cuius sunt ciues, sed ab Auersana, quia sic magis essent fauorabiles, vt patet.

Probatur quartò, quia in dubio semper pro-
39 nunciari debet pro non solutione Gabellæ, quæ tanquam odiosa, & non fauorabilis recipit strictam interpretationem, cuius ratio est: quia sic reducimur ad ius commune, & ad primæuam libertatem: Bettreus *in capite cum olim de verb. significatione*, Iason *in leg. fin. numero 33. de constitutione Principum*, Ancharanus iunior *libro 2. quæstione 57.* Surdus *cons.* 140. vbi latè disputat quando immunitas dicatur beneficium, & latè interpretandum, quando verò priuilegium, est strictè interpretandum; sic Gabella est quædam seruitus, *cap. seruitium 18. quæstione 2.* Baldus *consil. 370. libro 3.* Bart. *in l. si pupillus in fine, ff. ad legem falcidiam*, Aymon *cons. 231.* Bertazzolus *clauſ. 30. gloſſa 14.* Anna *singul. 661.* & ideò à contrario immunitas à solutione Gabellæ, est fauorabilis, & latè interpretanda, Natta *cons. 274. numero 8.* Bertazzolus *consil. criminali 431. numero 10. libro 2.* Hinc dixit Bart. *in dicta lege si pupillus*, quod si in vno actu sint duæ causæ, considerari semper debet illa 3 quæ minuit Gabellam, sequitur Corneus *cons. 199. columna 4. volum. 1. & cons. 106. & 194. volum. 4.* Crauetta *cons. 231. in fine*, & in simili proposito fundat ex hoc argumento Gabellam esse odiosam, Osaschus *decisione 4.* Hinc semper in dubio est facienda interpretatio pro immunitate, & contra collectarum, ac Gabellarum onera iudicandum, Corneus *cons. 194. numero 8. volum. 4.* Gratus *cons. 61. numero 55. volum. 1.* Decius *consil. 73. in fine*, Surdus *cons. 234. à numero 20.* omnino videndus, *& cons. 262.* tradit quando immunitas extendatur de re ad rem, vel de persona ad personam, & quando concessa censeatur tantùm quoad præiudicium concedentis tradit idem Surd. *cons. 278.* & quãdo cẽseatur personalis immunitas, quando realis, tradit Surd. *cons. 524. tom. 4.* Arnold. Reiger. *in Thes. iuris, in verb. immunitas*, qui quærit quãdo extendatur immunitas, quando non *f. 3014.* sed si attenderetur ex ciuitate Neapolitana: sequeretur quod restringeretur, & fieret interpretatio pro Gabellis contra immunitatem: si verò attendatur ex ciuitate Auersæ, fit interpretatio pro im-
40 munitate: ergo sic fieri debet.

Neque dici potest quod causa Gabellarum sit potius fauorabilis, & pro ea pronunciandum, tanquam inducta ad publicam vtilitatem, cum illæ imponantur tanquam regalia, vt Princeps ex eis victum sumat, & iustitiam administret, vt in puncto concludit Riminaldus iunior *cons. 72. numero 34. & 43.*

Respondeo enim cum veriori sententia, & magis communi Decij *cons. 457. num. 8.* Baldi *in leg. contractus, colum. 1. C. de fide instrumentorum*, Ro-
41 landus *cons. 42. num. 25. lib. 3.* Ioseph Ludouicus *concl. 15. colum. 3.* Card. Tuschus *in verbo Gabella, concluſ. 3.* Surdus *dec. 305. numero 45.* quod Gabella sit odiosa, & immunitas ab ipsis sit fauorabilis, & miratur de Riminaldo contrarium tenente. Et ratio est: quia non valet consequentia Gabella imponitur ob publicam vtilitatem, ergo debet fieri lata interpretatio; nam etiam pœna exigit publicam vtilitatem, vt delicta puniantur, & tamen in pœnalibus sumitur intellectus, vt pœna euitetur, Bart. *in l. 2. in fine, C. qui petant tutores*, Soccinus iunior *cons. 16. num. 34. lib. 2.* & licet potestas imponendi Gabellas esset fauorabilis, & amplianda, tamen actualis impositio est odiosa, & restringenda, sicut dispensatio est odiosa, sed facultas dispensandi fauorabilis, Ruinus *cons. 212.* 42
num. 14. lib. 50. Riminald. *instit. de donationib §. 1. num. 996. & 1064.* & quicquid alij dubitauerint prius an impositio Gabellæ sit strictè interpretanda, vel latè, hodie tamen secundum verissimam sententiam, illam intelligere debemus strictè, vt testatur Claudius Berdazzol. ad consilium criminale Berdazzoli 61. *in verb. magna*, vbi quod olim erat non modica alteratio, sed hodie ita est magis communis sententia Crauetta *cons. 231.* Bossius *de vectigalibus, n. 10.* Iason *in leg. 1. n. 7. ff. si ex noxali causa agatur*, Gratian. *c. 17. in fin.*

Probatur quintò, quia quando sensus verborum 43
est duplex, capi debet ille, qui tendit ad diminutionem Gabellæ, provt magis diminuit si ciues, & habitatores liberarentur omnes, ex Bart. *in dict. leg. pupillus, ff. ad legem falcidiam*, vbi concludit ex illo textu, quod quando concurrunt duæ causæ, debet præualere illa, quæ diminuit Gabellam; & in puncto rogo, vt videatur decisio Caualcani 4. *part. 2. à num. 43.* quæ est punctualis, & singularis, post multa, quæ allegat, scilicet quod si dubium sit an sit attendendum statutum ciuitatis Auersæ, siue illius vsus, an exempli gratia ciuitatis Neapolitanæ, concludit quod statutum ciuitatis Auersæ: Ergo in materia nostra immunitas est accipienda a ciuitate Auersæ, non vero à ciuitate Neapolitana.

Probatur sextò, quia in solutione Gabellarum 44
attenditur consuetudo soluendi *l. si publicanus, §. fin. ff. de publicanis*, Decius *cons. 48. num. 2.* Bald. *cons. 340. num. 3. lib. 5.* Gratianus *cap. 17. num. 12.* sic in immunitatis quasi possessione manutenenda, attenditur vltimus status ipsius, & quid vltimo loco seruabatur, vt dixit Rota Romana in puncto exemptionis Gabellarum de anno 1617. de qua Postius *dec. 646. post tractatum de manutenendo*, sed clerici Frattæ Maioris ante reuolutio-
45 nes habebant franchitias pro quantitate 25. modiorum frumenti, ergo in ea manuteneri debent in præsenti, cum nunquam fuerint tali quasi possessione priuati; sed nunc spoliarentur, vt in puncto Rota *vbi suprà*, & cum ius commune assistat non solutioni Gabellarum, Bertacchinus de Gabellis *part. 1. num. 26.* Rota *vbi suprà, num. 51.* & non soluisse aliqua casalia facit, vt manutentio competat quoad omnia alia, vt in simili dicit Rot. *vbi suprà, n. 1.* ergo sunt manutenendi in suis franchitiis, *vt suprà.*

Opponi potest parte contraria, quod immu- 46
nitas concessa ciuibus non extenditur ad eos, qui non sustinent onera ciuitatis, non solum quando tractatur de eorum damno, sed etiam quando agitur de eorum commodo, Bald. *in l. si non speciali, C. de testam. n. 7. in fi.* Ruin. *cons. 112. vol. 5. & cons. 445. volum. 4. num. 10.* qui in specie loquitur in concessione immunitatis, vt non comprehendat ciues, qui non subeunt onera, in præiudicium tertij, cui competit ius exigendi vectigal, pedagium, &c. Boërius *decisione 272.* quia qui non subeunt onera non possunt, dici ciues, Lucas de Peña *in dicta l. ciues*, nisi latè sumpto 47
vocabulo, quod etiam firmat Alexander *consilio 178. volum. 2.* Afflictus *decisione 384.* Sic Baro, quia non sustinet onera non dicitur propriè ciuis, sed dicitur Pater subiectorum cura, & sollicitudine circa beneficium subditorum, Guido Papa *decisione 631.* Baldus *consilio 460. volum. 1.* Franchus *decisione 197.* sic non contribuit Baro vt ciuis in oneribus, sed tantum vt bona tenens,

Aponte *conſil.* 11. Galeota *controu.* 67. *tom.* 2. Sed Clerici Frattæ Maioris, &c. non ſuſtinent onera Ciuitatis Auerſæ, ergo non gaudent illius immunitatibus.

Reſpondeo, quòd falſum eſt non ſuſtinere onera, doctrina enim prædicta allata in argumento, procedit in illis, qui ſunt facti ciues per allectionem: ſic qui exterus cum ſit aggregatur ad Sedile 48
Neapolitanum, non gaudet immunitate Gabellarum, ſicut nec gaudet aggregatus à Ciuitate, Regens Moles *deciſ.* 56. *quæſt.* 18. & *in deciſ.* 16. *q.* 60. Marchio Torelli *tom.* 1. *conſult.* 50. *in fine*, quod non eſt in clericis, qui non per allectionem ſunt ciues, ſed iure natiuitatis. Addo quod Clerici Caſalium Auerſæ ſuſtinent onera ſpiritualia Ciuitatis ſibi congrua, vt patet in adminiſtratione Sacramentorum, &c. ergo gaudere debent tanquam Ciues illius immunitate; qui enim Ciues ſunt per allectionem (non vt dicit gloſſa *in l. Ciues, C. de incolis, lib.* 10. ſcilicet per aſſumptionem ad Magiſtratum, vel militiam, ſed per receptionem in Ciuem in omnibus, & per omnia decreto Decurionum ſolemniter factam *l. primo, ff. ad municipalem*, vt puta accepto vſu togæ Romanæ, de quo *in l. ſed ſi accepto, ff. de iure fiſci*) fiunt verè, & propriè Ciues non autem ficte, *l. in orbe. ff. de ſtatu hominum, leg. ædificia, l. prouinciales, ff. de verb. ſignific.* ratio eſt, quia cum ciuilitas ſit de iure Ciuili, & in his, quæ ſunt iuris ex non fingat, ſed verè diſponat, merito taliter recepti propriè ciues ſunt, & in omnibus habentur vt originarij, licet non efficiantur originarij, nec verè, nec fictè, Bart. *in leg. ſi is, qui pro emptore, num.* 34. *cum duobus ſequentibus*, vbi latè Iaſon *num.* 291. & 298. *ff. de vſucap.* & per eundem Bart. *conſ.* 61. *vol.* 1. & per Boërium *dicta deciſ.* 260. *num.* 33. Sed vt originarij iudicantur ſolum quoad illa, quæ ab illa terra concedentur, non verò, quæ à iure communi, vt ait Regens Galeota *controu.* 67. *tom.* 2. *à num.* 15. Sed hoc in Ciuitate Neapolitana ſecus eſt, quia Ciues allecti, neque ad immunitates gabellarum admittuntur, quia cum fuiſſet petitum, fuit per Magnum Capitaneum denegatum, vt *in cap.* 23. *Magni Capitanei de anno* 1503. Marchio Torelli *vbi ſuprà, conſult.* 50. *in fine.*

49 Opponi poteſt ſecundò, quia priuilegium immunitatis conceſſum laicis, eſt ſtricti iuris, quod etiam contra concedentem interpretari debet, quia tenentur ſoluere ex iuris diſpoſitione, vt fundat deciſum Fontanella *deciſ.* 266. *cum ſeq. tom.* 1. Regens Salernitanus *deciſ.* 31. Hinc immunitas conceſſa Ciuibus fuit diſputatum an cenſeretur conceſſa Ciuitati? Salernitanus *deciſ.* 4. Reuerterius *deciſ.* 86. *tom.* 5. & idem Salernitanus *deciſ.* 12. Reuerterius *deciſ.* 105. *tom.* 3. hinc etiam dicunt quod immunitas Gabellarum non extenditur ad nouas Gabellas poſt conceſſionem impoſitas, Aſflict. *in cap.* 1. *quæ ſint regalia, §. vectigalia, num.* 99. Ruinus *conſil.* 112. *vol.* 5. cum talia priuilegia ſint reſtringenda, Lanarius *conſil.* 76. *num.* 24. Oſaſchus *deciſ.* 91. *num.* 53. Regens Galeota 2. *tomo controu.* 54. *in fine*, Regens Reuerterius *tom.* 7. *deciſ.* 11. ergo immunitas conceſſa clericis, & aliis Ciuitatis Auerſæ non debet extendi ad Clericos Caſalium Frattæ Maioris, &c.

Reſpondeo, quòd argumentum procedit in immunitate conceſſa ex vi priuilegij localis putà ſi per Proregem Neapolitanum fieret aliquis immu-
50 nis ab onere Gabellarum: hæc immunitas vtpotè fundata in priuilegio; non vero in corpore iuris, eſſet ſtrictè intelligenda: in quibus terminis loquuntur Doctores citati in argumento: nam aliàs quando immunitas eſt à iure communi conceſſa, vt eſt illa clericorum, tunc conceſſa clericis Ciuitatis extenditur ad Clericos Caſalium eiuſdem Ciuitatis Riccius *in praxi part.* 3. *reſolut.* 203.

Opponi poteſt tertiò, quod hæc Gabella ſit noua quædam Gabella, ſic impoſita per Ciuitatem Neapolitanam, ſuúmque fideliſſimum populum, vt non fiant immunes clerici, niſi pro tanta ſumma.

Sed contra, quia non diſputo an ſit noua, necne, & an Populus potuerit Gabellas antiquos auferre, & nouas imponere, quod non eſt meum in præſenti diſputare; ſed quod dico eſt, concordatas factas tali modo eſſe intelligendas, vt non lædatur immunitas Eccleſiaſticorum; cum non poſſit 51
ius tertio quæſitum vllo modo reuocari ſine cauſa, Capicius *deciſ.* 69. *num.* 13. Crauetta *conſil.* 308. Menoch. *conſil.* 307. *lib.* 4. Caſtillus *de tertiis, c.* 41. Salzedus *de lege politica, lib.* 2. *cap.* 15. *à num.* 93. vbi de talibus concordiis agit etiam cum Pontifice factis, & *lib.* 1. *cap.* 8. *à num.* 29. Sed ſic eſt quod Clerici Frattæ Maioris, Caſandrini, &c. habebant hanc immunitatem pro modiis 25. frumenti, ergo in illa ſunt manutenendi, alias ſpoliarentur iure ſuo.

Opponi poteſt quartò, quod Franchitia conceſſa Clericis huius Ciuitatis Neapolitanæ, non debetur Clericis Caſalium eiuſdem Ciuitatis, ex notatis à Riccio *part.* 3. *deciſ.* 84. quem reportat Præſes Merlinus *cap.* 72. *num.* 28. 2. *tomo*, ergo habemus deciſionem in terminis contra Clericos Frattæ Maioris, &c.

Reſpondeo, quod in deciſione Riccij citata 52
Clerici Caſalium in illis non habebant onus ſoluendi Gabellas, provt nec habent nunc, & volebant admitti ad Franchitias, qu. vigore tranſactionis debebantur Clericis Neapoli. nis, & fuit dictum & bene, non poſſe eiſdem dari Franchitias, cum enim onus non patiebantur ſolutionis Gabellarum, qua ratione poterant admitti ad commodum Franchitiarum, quod non eſt in caſu noſtro, quod patet ibi; & hoc fundatur ex eodem Riccio qui *part.* 3. *reſol.* 203. dicit immunitatem conceſſam Clericis Ciuitatis competere Clericis Caſalium: ergo, &c. Hæc occurrunt ſub die 25. Septembris 1649.

Sic practicatum fuit, vt ſcripſi.

DISCEPTATIO CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur de qua in præſenti.*
2 *Factum, de quo agitur duplici modo proponi poteſt.*
3 *Ordinari quilibet debet à proprio Epiſcopo.*
4 *Epiſcopus loci, in quo quis natus eſt, dicitur proprius Epiſcopus.*
5 *Epiſcopus originis paternæ, dicitur proprius Epiſcopus.*
6 *Epiſcopus originis matris, non eſt proprius Epiſcopus filij, niſi ſit filius vulgò quæſitus.*
7 *Epiſcopus ratione Beneficij dicitur proprius.*
8 *Beneficium licèt exiguum facit ſubditum ad effectum ordinandi.*
9 *Beneficium pertinens ad prouiſionem alterius Epiſcopi, forum tribuit.*

10 *Præſtimo*

10 *Præstimonium tribuit forum ordinando.*
11 *Beneficia plura habens, poterit in vnoquoque ordinari.*
12 *Electio competit, & variatio Beneficiato habenti plura Beneficia.*
13 *Beneficia plura quando non possit aliquis habere.*
14 *Beneficia plura Iurispatronatus an, & quando possit quis habere.*
15 *Beneficium primum congruum ad sustentationem habens non potest aliud habere.*
16 *Beneficia plura habens quando secundum vacet.*
17 *Beneficia duo vniformia sub eodem tecto habere quis non potest.*
18 *Beneficia quando dicantur conformia, & sub eodem tecto.*
19 *Beneficia difformia, quæ sint.*
20 *Beneficium congruum ad sustentationem, quando dicatur.*
21 *Beneficium congruum quandonam sit, Iudicis arbitrio remittitur.*
22 *Beneficia duo obtinens insufficientia; an possit obtinere tertium.*
23 *Domicilium tribuit Episcopo facultatem ordinandi Domiciliarium.*
24 *Domicilium quando dicatur quæsitum.*
25 *Domicilium vt mutetur, an requiratur Episcopus licentia.*
26 *Episcopi crdinare potest suum familiarem.*
27 *Familiaris quis dicatur, vt possint ordinari.*
28 *Famuli Familiarium an possint Ordinari ab Episcopo, ratione familiaritatis.*
29 *Familaris qualiter debeat seruire per Triennium.*
30 *Episcopo asserenti familiaritatem, an credatur.*
31 *Triennium pro familiaritate, quando incipere debeat.*
32 *Episcopus quando teneatur conferre Beneficium.*
33 *Episcopus an possit ordinare familiarem ad titulum Patrimonij, & quando.*
34 *Episcopus an possit dispensare super interstitijs cum familiari suo.*
35 *Episcopus cum Clerico facto sibi subdito ratione familiaritatis, potest dispensare.*
36 *Clericus recipiens ordinem ab vno Episcopo, an possit variare, & alios recipere ab alio.*
37 *Episcopus si ordinet non subditum, quam pœnam incurrat.*
38 *Episcopus si ex ignorantia ordinet non subditum, qualiter puniatur.*
39 *Episcopus vltramontanos ordinando, quid seruare debeat.*
40 *Episcopus non potest Laicum non subditum ordinare, conferendo statim Beneficium.*
41 *Beneficij collatio facta Laico non valet, etiam si statim fiat Clericus.*
42 *Clericus coniugatus non est capax Beneficij.*
43 *Episcopus non potest dispensare cum Laico ad Beneficium.*
44 *Clericatus quomodo probetur.*
45 *Beneficij collatio facta Clerico valet in fraudem proprij Episcopi.*
46 *Beneficij collatio facta Laico non valet in fraudem proprij Episcopi.*
47 *Episcopus an possit ordinare Clericum in fraudem proprij Episcopi.*
48 *Episcopus potest ordinare Laicum ex primæua erectione Beneficij.*
49 *Arctatus ad Beneficium obtentum quando dicatur quis.*
50 *Dimissoriæ à Vicario Capitulari non expirant per aduentum noui Episcopi.*
51 *Vicarius Capitularis non dat infra annum dimissorias.*
52 *Vicarius Capitularis quam pœnam incurrat concedendo dimissorias infra annum, & quid si eis non vtatur quis.*
53 *Ordinatus infrà annum, cum dimissoriis Capitularis quam pœnam incurrat.*
54 *Ordinandus sede Episcopali vacante quid agere debeat.*
55 *Vicarius Capitularis an possit exequi Commissiones Apostolicas directas Episcopo.*
56 *Vicarius Papæ, an concedat dimissorias Sede vacante.*
57 *Vicarius Capitularis potest concedere dimissorias post annum.*
58 *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis confert dimissorias Episcopo existento hæretico.*
59 *Clericus habens Patrimonium, vel pensionem potest promoueri pro necessitate, vel commoditate Ecclesiæ.*
60 *Vicarius Capitularis dispensat cum arctatis ad Beneficium.*
61 *Vicarius Capitularis concedit infra annum dimissorias arctatis ad Iuspatronatus.*
62 *Vicarius Capitularis concedit licentiam Episcopo alieno, vt infra annum ordinet Regulares.*
63 *Vicarius Capitularis concedit, infra annum litteras testimoniales Episcopo viciniori.*
64 *Vicarius Capitularis, infra annum concedit licentia exercendi Pontificalia.*
65 *Arctati ad Beneficium receptum qui sint.*
66 *Arctati ad Beneficium recipiendum qui sint.*
67 *Arctatus an dicatur resignatarius Beneficij.*
68 *Episcopus potest ordinare Nouitium, infra annum probationis.*
69 *Beneficia regularia in titulum concedi debent Regularibus.*
70 *Regulares sunt incapaces Beneficiorum etiamsi sint Canonici Regulares.*
71 *Milites S. Iacobi de Spada sunt capaces Beneficiorum Regularium.*
72 *Milites S. Stephani qualiter possunt ad Ecclesias præsentari?*
73 *Regularis vnius Religionis non est capax Beneficij alterius Religionis.*
74 *Beneficia regularia conferri possunt Nouitijs.*
75 *Beneficia Regularia solita concedi professis, possunt conferri Nouitijs.*
76 *Regularia Beneficia possunt conferri secularibus in subsidium.*
77 *Beneficia Regularia quibus danda sint ex Tridentino, & Regulares Canonici ad quæ Beneficia admittantur.*
78 *Laicus de proximo clericandus an possit præsentari ad Beneficium Iurispatronus.*
79 *Faciendum de proximo habetur pro facto, & de proximo liquidandum habetur pro liquidato.*
80 *Arctatus ad Beneficium Iurispatronatus habetur pro subdito.*
81 *Laicus an possit præsentari ad Iuspatronatus, qui de proximo est clericandus.*
82 *Beneficium Ecclesiasticum, an possit conferri Laico sola animi destinatione Clerico.*
83 *Clericus qui habet actionem ad Beneficium dicitur secundùm aliquos Beneficiatus.*
84 *Actionem habens ad rem, dicitur rem habere.*
85 *Beneficiatus debet esse ætatis annorum 14.*
86 *Annus in Beneficio sufficit, si sit inceptus.*

87 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt quis ordinetur ante ætatem.*
88 *Ætas 14. annorum non requiritur in Cappellanijs fundatis abſque Epiſcopi authoritate.*
89 *Ætas 14. annorum requiritur etiam in Iurepatronis.*
90 *Ætas 14. annorum non requiritur quando in fundatione aliter fuit dictum.*
91 *Clericus minor annorum 14. quando poſſit præſentari.*
92 *Textus* in cap. licet de electione in 6. *qualiter procedat.*
93 *Epiſcopus diſpenſat cum illegitimo ad ordines minores, & ad Beneficia ſimplicia.*
94 *Epiſcopo non faciente mentionem de diſpenſatione, quid agendum.*
95 *Epiſcopo nominante Clericum diſpenſatum an ei credendum.*
96 *Diſpenſatio præſumitur ſolemniter facta, & quando.*
97 *Actus factus in conſequentiam, præſumitur ſolemnis.*
98 *Diſpenſatio ſecundò loco facta, de prima mentionem facere debet.*
99 *Beneficium impetrans cum diſpenſatione, debet mentionem facere de alijs diſpenſationibus.*
100 *Diſpenſatus ad ordines, an dicatur diſpenſatus ad Beneficia.*
101 *Diſpenſatio eſt odioſa, & arcta.*
102 *Clericus ad ſacros ordines petens promoueri, quid agendum, Epiſcopo nolente.*

ARGVMENTVM.

Nullum poſſe Clericum ordinari, niſi ab Epiſcopo ſuo, ratione ſcilicet originis Natiuitatis, Domicilij, ac familiaritatis ad textum in cap. cum nullus de temp. ordin. in 6. *vbi latè quid veniat nomine originis, an ſcilicet Auerna, an Matris? Quid nomine Beneficij, an præſtimonium, & Beneficium exiguum, plura habens Beneficia poterit ab vnoquoque ordinari, & quid facta electione, an competat variatio? Plura Beneficia an, & quando poſſit quis habere, quid ſi conformia, & quæ dicantur conformia, quæ difformia, & quæ ſub eodem tecto. Domicilium tribuit facultatem ordinandi, & an poſſit variari inuito Epiſcopo? Familiaris, eiuſque famulus poteſt ordinari, dummodo ei conferatur Beneficium, & an cum hoc familiari poſſit Epiſcopus diſpenſare ſuper interſtitiis? Epiſcopus ſi ordinet non ſubditum, quam pœnam incurrat? Vltramontani qualiter ordinentur ab Epiſcopis Italis. Neque Laïcus, aut Clericus coniugatus eſt capax Beneficij, nec Epiſcopus in hoc poterit diſpenſare, ex primæua tamen erectione poſſe Epiſcopum ordinare Clericum, & facere ſibi ſubditum; vt probabile defenditur, Vicarius Capitularis quando conferat litteras dimiſſoriales ad ordines, & quando diſpenſet cum arctatis, & qui dicantur arctati? Beneficia Regularia an poſſint dari Nouitijs, & qui ſint eorum capaces, & an Laïcus de proximo Clericandus poſſit ad ordines promoueri? Ætas in Beneficiis quæ ſit, & quando minor ætas ſufficiat.*

A N

Ex primæua erectione Iuriſpatronatus Laïcus fiat ſubditus Epiſcopi, in quo illud erigitur, vt ab eodem poſſit ordinari prima tonſura.

FACTVM.

IN Regno Neapolitano ab aliquibus 1
Epiſcopis ſolet practicari, quod ordinetur aliquis Laïcus non ſubditus, ob collationem Beneficij, quam illi faciunt, V. G. Titius Laïcus Neapolitanus, videns non poſſe ordinari ab Epiſcopo Neapolitano, accedit ad Epiſcopum Acerranum, & ab illo ordinatur Clericus, eique confert Beneficium, licèt tenuiſſimum, pluries fui quæſitus, an poſſit hoc fieri, duplici modo poſſe hoc contingere pluries dixi, vno modo omnino improbari puto ſcilicet vt propoſui, quod ſit alienus 2
ſubditus, eique poſt Clericatum conferat Epiſcopus Beneficium: altero modo poſſe fieri prætendo ſcilicet ſi Titius Laïcus fundet in aliena Diœceſi Beneficium de Iurepatronatus pro ſe & familia ſua, ſcilicet emendo aliquod petium Territorij, annuum aliquem Cenſum, vel aliud ſtabile, deinde præſentet filium, vel alium, aut per modum ſupplicationis petat ipſum inſtitui fundatorem, qui cum reperiatur Laïcus, diceretur arctatus ad ordinem ad finem obtinendi Beneficium & hoc caſu poſſet Epiſcopus illum ordinare, vt ei conferat illud Beneficium, quod fundauit, & hoc eſt quod intendo probare in præſenti, pro quo fundando ſit

Concluſio generalis *ex Trident. collecta ſeſſ. 23. de Reformat. cap. 8. ibi* (vnuſquiſque autem à proprio Epiſcopo ordinetur) dicit ergo concluſio, nullum poſſe Clericum ordinari, niſi à proprio ſuo Epiſcopo *ex cap. cum nullus, de tempore ordinat. in 6.* Cuius Epiſcopi proprij appellatione primo venit Epiſcopus loci, vbi quis natus eſt, 4
Barboſ. *alleg. 4. de pot. Epiſcopi*, vbi ergo quis baptizatus eſt, ſeriò, non caſualiter, indè trahit originem, & poterit per librum Baptiſmi probare, ibique ordinari, Gratianus *cap. 75. à nem. 16.* Bonacina *de Sacramentis diſput. 8. quæſtione*

vnica

vnica puncto 4. *à num.* 8. Campanilis *rubr.* 9. *cap.* 8. *num.* 8. Marchinus *de ordine tract.* 1. *p.* 5. *cap.* 6. Ricc. *part.* 4. *dec.* 317. & in praxi *resol.* 298. aliàs *resol.* 257.

5 Secundò ratione originis paternæ, potest quis ordinari ab Episcopo loci, in quo eius Pater natus est, Nauarrus *cons.* 19. *de tempor. ordin.* Zerola in praxi in verbo Dimissoriæ Paulus Comitolus, *lib.* 6. *responsorum*, *quæst.* 45. Prosper. de Augustino in addit. ad Quarantam in summa Bullarij in verbo ordo, Riccius *resol.* 257. & *parte* 4. *decis.* 317. Diana *parte* 4. *tract.* 4. *resol.* 148. Marchinus de ordine, *num.* 1. *part.* 5. *cap.* 6. *nu.* 14. & 15. Barbos. *dicta alleg.* 4. *n.* 4. & sic in Ciuitate vici Æquensi fuisse decisum refert Barbos. *ad Tridentin. dict. sess.* 23. *de reform. cap.* 8. *numero* 17. *de anno* 1629. filium legitimum potuisse ordinari ab Episcopo originis paternæ, licet Pater tempore Natiuitatis illius fi-
6 lij ad aliam Diœcesim iam transtulerat Domicilium, origo autem materna an sufficiat ad ordinem suscipiendum, quæstio est, communiter dicunt, non sufficere, nisi filius esset, vulgo quæsitus, cuius Pater ignoratur, Nauarrus in singularibus Canonicis *singul.* 101. *num.* 10. Thomas Velaschus *alleg.* 15. *numero* 22. Marchinus *tract.* 1. *part.* 5. *cap.* 6. *num.* 3. Marcellus Vulpe *cap.* 7. *num.* 24. Barbosa *dicta alleg.* 4. *num.* 15. ex origine autem aui, non dici nepotem originarium illius loci, in quo auus natus est ad ordines recipiendos, vt dicunt Riccius, Vgolinus, Nauarrus, Marchinus, & alij apud Barbos. *dicta alleg.* 4. *num.* 13. & idem Riccius *part.* 2. *d.* 301.

7 Tertiò ratione Benefici ,j fit quis subiectus Episcopo Diœcesis, in quo illud habet, & ab eo posset ordinari, seu ab alio de eius licentia, quamuis alias & alio modo subditus non sit, Sanchez *in opusculis moralibus*, *lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 23. *vbi num.* 15. *subdit*, Domicilium acquisitum
8 ex Beneficio finiri, Beneficio dimisso, Marchinus, Bonacina, & alij, quos sequitur Barbosa *dict. alleg.* 4. *num.* 55. Nouarius *in summa Bullarij tom.* 1. *pag.* 462. qui ampliat etiam in Beneficio exiguo, & tenuissimo, & licet aliqui dicant cum Riccio *part.* 3. *decis.* 77. *ex decreto Pauli V. in Ciuitate Neapolitana*, nullum Clericum Neapolitanum posse ordinari ab Episcopo alieno ratione Beneficij tenuis, tamen talis Bulla, & Decretum numquam habuit effectum, quia non fuit publicata, vt fundat Nouarius in summa Bullarum *tom.* 1. *fol.* 462. *sub. num.* 6. & quid veniat nomine Beneficij præstimonij, aut patrimonij, & alterius tituli, disputat Nouarius *tom.* 1. in summa Bullarum, *fol.* 452. *cum seqq.* licèt alij dicant ratione Beneficij exigui, non effici aliquem subditum Episcopo Diœcesis, in qua illud habet, quos sequitur Squillante *de Priuilegijs Clericorum*, *cap.* 4. *dubio* 18. *numero* 238. post Piasecium, Riccium, Prosperum de Augustino, & alios, & hoc etiam ampliat, vt
9 procedat in Beneficio, quod pertineret ad prouisionem alterius Episcopi, Barbosa *dicta alleg.* 4. *numero* 52. & procedit etiam si Beneficium non requiret residentiam, vt decisum *de anno* 1594. refert Barbosa *in Trident. sess.* 23. *cap.* 8. *de reformat. num.* 24. dixit enim Sacra Congregatio, obtinentem Beneficium simplex in aliqua Diœcesi, posse ordinari ab Episcopo loci beneficij, contra Genuensem, *cap.* 48. *n.* 3. putantem non posse aliquem ordinari ab Episcopo loci, vbi habet Beneficium residentiam non requirens, & ampliant etiam si Beneficium non in titulis; sed in commendam maximè perpetuam habeat, Bar- 10
bosa *dict. alleg.* 4. *n.* 5. & in possidente præstimonium aliquod, vel Cappellaniam perpetuam in titulum collatum, Riccius *part.* 2. *d.* 190. *& dec.* 11
189. & in habente plura Beneficia in diuersis Diœcesibus, quia ab vnoquoque illorum Episcoporum poterit ordinari, Campanilis, Garsia, & alij apud Nouarium *concl.* 102. *n.* 21. qui dicunt, quod per electionem vnius Episcopi non censetur præclusa via quo minus pro aliis ordinibus non 12
possit ordinari ab alijs Episcopis contra Riccium in praxi *resol.* 265. & contra Molfesium in Theologia morali *tract.* 10. *cap.* 1. *n.* 1.

Dices non potest quis habere plura Beneficia 13
Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 17. *cap. cum de multa de præb.* & plura exempla eorum, qui fuerunt æternaliter condemnati, propter Beneficiorum pluralitatem, referuntur in Prato spirituali *lib.* 50. *in floribus de Apibus*, *cap.* 6. 7. & 8. & Villadiego *part.* 5. *in tit. de auaritia discursu* 6. §. *el autor del libro de apibus*, etiam si Cardinales sint, Trident. vbi supra, & ibi Barbosa *num.* 20. nec excusat consuetudo contraria Barbos. *alleg.* 62. *n.* 8. etiam si sint Beneficia Iurispatronatus, nisi contrarium di- 14
catur in fundatione, vt possint cum alijs retineri, Barbosa *n.* 8. contra aliquos, quos sequitur, Lambertinus *de Iurepatronatus*, *part.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 7. *artic.* 15. *n.* 15. & Massobrius *in praxi requisito* 7. *dubio* 18 & habens primum, si secundum acquirat, vacat primum *dict. cap. cum de multa de præb.* Garsia *part.* 12. *cap.* 5. *nu.* 285. Barbosa *dict. alleg.* 61. *num.* 3.

Respondeo quod intelligitur quando primum 15
est congruum ad substentationem: quia tunc non potest secundum habere; sed si duo sint sufficientia ad congruam sustentationem, tunc non potest habere tertium sine Summi Pontificis dispensatione, quod si primum non sufficiat, habebit secundum, Gonsalez *in regul.* 8. Cancellariæ *gloss.* 5. §. 5. *à nu.* 14. Massobrius *requisito* 17. & dicunt D D. quod si ordinarius conferat tertium Beneficium habenti duo simplicia Beneficia; alias ad sustenta- 16
tionē insufficētia, tunc collatio tertij est valida, sed si tertium esset sufficiens, tunc vacāt illa duo priora Beneficia, sed si noluerit prouisus, quod non vacent, tunc tenetur dimittere alterum ex illis, & si continuauerit possessionem amborum, recipiendo ex illis fructus, tunc vtroque Beneficium vacabit, Garsia *de Beneficijs*, *part.* 11. *cap.* 50. *num.* 310. Vgolinus *de offic. Episcopi*, *cap.* 14. §. 20. *n.* 20. Duo Beneficia vniformia sub eodem tecto non 17
poterit quis habere absque prouisione Sedis Apostolicæ, nisi sit statutum contrarium, vel Ecclesiæ consuetudo, vel Episcopus cum eo expresè dispensauerit: quia vtrumque conferendo, non intelligitur tacitè dispensasse vt decisum refert Barbosa *in Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 17. *num.* 13. nam poterit Episcopus dispensare, vt quis obtinere valeat duo Beneficia difformia sub eodem tecto, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad substentationem prouisi, Garsia *part.* 12. *ca.* 50. *num.* 377. Franciscus de Leo *in Thesauro fori Ec-* 18
clef. part. 2. *cap.* 8. *num.* 55. Molfesius in Summa Theologiæ moralis *tract.* 6. *ca.* 9. *n.* 46. conformia verò si sint sub eodem tecto, non potest Episcopus dispensare Barbos. *dict. alleg.* 62. *num.* 17. dicuntur conformia Beneficia, non illa, quæ vno, eodemque nomine nuncupantur; sed quæ ad vnum eumdemque finem sunt instituta, & quæ idem officium, idemque onus habent, & difformia, seu dissimilia sunt, quæ dissimile habent officium 19
alio,

alio, ſeu diuerſo, & non planè eodem tempore explendum, & ſub eodem tecto dicuntur eſſe beneficia, quæ ſunt intra eandem Eccleſiam, vel eius ambitum, ſiue circuitum, Barboſa *ſeſſ.24. de re-*
20 *formatione, cap.17. num.14.* & Capellæ plures ſub eadem inuocatione in eadem Eccleſia dicuntur ſub eodem tecto, ſi verò petas quodnam dicatur beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ad congruam ſuſtentationem: dicitur, quod remittitur iudicis ar-
21 bitrio paulo plus, vel minus exiſtimandum conſideratis conſiderandis qualitate, ſcilicet perſonarũ, locorum, & temporum, ita Nauar. *de oratione Miſcell.62.* Zerola *in praxi parte prima, in verbo Beneficium*, §.7. & *concl.8.* Gonzalez *in reſolut.8. gloſſa 15. numero trigeſimonono.* Proſper de Auguſtino *in addit.* ad Quarantam *in ſumma Bullarij, in verb. Beneficiorum reſignationes cauſa* 8. Menoch. *de arbitr. caſu 216.* Garſia *p.11. c.50. n.320.* Maſobrius *in praxi habendi concurſum requiſito 7. dub.14.* Barboſa *dicta alleg.62. num.11.* & in Trid.
22 *ſeſſ.24. cap.14. de reformatione*, vbi plura notat digniſſima, & obtinens duo beneficia inſufficientia, an poſſit obtinere tertium abſque diſpenſatione, diſputat Ricc. *part.2. deciſ.245.* & plures Doctores dicunt, quod habens plura beneficia, tenetur in fine Officij tot commemorationes facere, quot ſunt beneficia, ſimúlque teneri tot recitationes facere Officij, quot ſunt beneficia, quæ habet, quos Doctores refert Diana *p.9. tract.9. Miſcell. reſol.10.*

23 Quartò ratione Domicilij, vnde ille, qui non longo tempore degit in aliquo loco ſi tamen habuerit ibi animum perpetuo permanendi in eo loco, poterit ab illius loci Epiſcopo, vel ab alio, illius accedente conſenſu, ordinari, Nauarrus *conſil.20. de temp. ordin.* Riccius *in praxi for. Eccleſ. reſol.263.* Bonacina *dicta part.4. num.4.* Marchinus *de ordine tract.1. part.5. cap.7.* Barboſa *alleg.4. num.26.* quia quando conſtat de voluntate, tunc ſtatim abſque alio lapſu temporis acquirit quis Domicilium, ſiue incolatum, Rota *deciſ.150. num.7. part.1. diuerſ.* & *deciſ.188. num.3. parte 2. recent.* & in puncto Paulus Layman *in Theologia morali, tract.9. cap.9. de Sacram. ordinis, num.10.*
24 Squillante *de priuil. Cleric. c.4. num.253.* at ſi non conſtet, & ſumus in dubio tunc præſumitur animus perpetuò permanendi, ſi aſſiduè probetur habitatio in aliquo loco non minori tempore decennij, Maſcardus *concl.534. num.7.* Piaſecius *in praxi 1. parte, cap.1. num.9.* Riccius *reſolut.263.* Bonacina *dicta parte 4. num.12.* Marchinus *dicto cap.7. num.3.* Barboſa *alleg.4. num.28.* vbi *n.41.*
25 aſſerit in domicilio mutando, non requiri Epiſcopi originarij licentiam, ſed ordinandum debere portare, veritatis teſtimonium circa mores, ſufficientia, ac natalia, niſi à teneris annis Domicilium fuerit trar ſlatum, & ibi habitatio continuata vſquead tempus portationis.

26 Quintò, poteſt Epiſcopus non ſubditum ordinare, ſi ſuus ſit familiaris per triennium, & beneficium illi conferat ſtatim ſine vlla fraude, Trid. *ſeſſ.23. de reform. cap.9.* ſub quo decreto non venit Epiſcopus Titularis, Trident. *ſeſſ.14. de reform. cap.2.* qui non poterit ſuum familiarem ordinare ſine propriis litteris dimiſſoriis ſui Epiſcopi, ſed Cardinales poſſunt ordinare familiares triennales, vel eis concedere dimiſſorias ad ordines ſumendos etiamſi illis, nec ante, nec poſtea conferant
27 Beneficium; Familiaris dicitur vbi eſt mens, & dens, Rota *1. parte, recent. deciſ.184.* & familiaris dicitur etiam deſtinatus ad aliquod officium certum, & ſufficit ſi recipiat portionẽ in pecunia, licèt non comedat in Tinello, etiamſi pecuniam habeat extra domum, Barboſa *dicta alleg.5. num.20.* dummodo ſit præſens in ſeruitio Epiſcopi, Gregorius XV. & ibi additio *deciſ.166.* & famuli fa- 28
miliarium Epiſcoporum, ſi viuant expenſis Epiſcoporum dicuntur: eorum familiares, & fruuntur priuilegio, de quo hic, Diana *parte 4. tract.4. reſol.145.* Sanchez *lib.7. opuſculorum, c.1. dub.20. num.24.* Marchinus *tract.1. part.5. cap.9. num.vlt.* & debet eſſe in ſeruitio per triennium continuum, 29
non tamen creditur Epiſcopo aſſerenti aliquem eſſe familiarem, Campanilis, Nouarius, Marchinus, Riccius, & alij, apud Barboſa *alleg.5. num.9.* & 10. ſed idem Riccius *parte 3. deciſ.71.* ait credi 30
Epiſcopo aſſerenti in Bulla ordinis, ſe ordinaſſe aliquem ex eo quod erat ſuus familiaris, quia ei creditur ſuper familiaritate, ſufficit tamen trien- 31
nium incepiſſe antequam eſſet Epiſcopus, vt deciſum refert Riccius *collect.596.* Bonacina, Marchinus, & alij apud Barboſam *dict. allegat. 5. num.28.*

Et quia tenetur Epiſcopus ſtatim conferre Be- 32
neficium, ſeu paulo poſt, ideo ſi ante conferat, non valet, Ricc. *part.1. deciſ.291.* qui ait fuiſſe deciſum Epiſcopum, non ſatisfeciſſe Decreto, conferentem Beneficium, poſt lapſos vndecim menſes, & alibi dicit fuiſſe factam poſt ſex menſes, & non ſatisfactum menti Concilij, & hoc etiam in prima tonſura, & minoribus ordinibus, quos conferre debet, & ſtatim beneficium Doctores *vbi ſuprà*, nec poterit ordinare familiarem, non illi conferendo Beneficium, licèt illud poſſideat ordinandus in aliena Diœceſi, Barboſa *in Trid. dicta ſeſſ.23. cap.9. de reformat. num.12.* poteritque ordinare familiarem ſuum ad titulum penſionis, ſi pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ iudicet ordinandum, Bonacina *puncto 11. & etiam ad titulum Patrimonij* poteſt ordinare familiares triennales, pro 33
neceſſitate, & commoditate Eccleſiarum, dummodo adſcribantur Eccleſiæ: pro qua non neceſſitate ſunt ordinati, Barboſa *alleg.5. num.12.* cum 34
quo tamen familiari non poteſt ſuper interſtitiis, nec ſuper illegitimatione diſpenſare, verùm facto ſibi ſubdito, per triennalem familiaritatem, & be- 35
neficio collato, poterit ſuper interſtitiis aliorum ordinum diſpenſare, Barboſa in Trid. *vbi ſuprà, in fine.*

Dubium tamen eſt, an ſi quis ſuſcipiat ordines 36
minores ab Epiſcopo Domicilij poſſit variare, & ſuſcipere ſub Diaconatum ab Epiſcopo originis propriæ, vel paternæ, & poſtea Diaconatum, & Sacerdotium accipere ab Epiſcopo Beneficij, putant aliqui, quod non poſſet fieri, ita Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, alleg.4. num.1.* & poſt Quarantam, & Riccium, ita docent Molfeſ. & alij apud Dianam *part.8. tract.20. de miniſtr. ordinis, reſol.9.* ſed ipſe Diana cum Typeo, Auerſa, Squillante, & aliis tenet contrarium, & deciſum, ac practicatum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, cum talis variatio nullibi prohibeatur, ſequitur idem Diana *part.9. tract.9. Miſcell. reſol.4.* & ſequitur Trullenchius *de Sacramentis, lib.6. cap. vnico, dubio 7. num.27.*

Quod ſi Epiſcopus contrarium faciat, ſcilicet 37
ordinando non ſubiectum, remanet ſuſpenſus à collatione ordinum per annum, etiamſi vigore Breuis ad eum accedat ſine tamen teſtimonio ſui ordinarij, niſi ordinaret illum ſub ſpe rationalis, ratihabitionis, Bonacina *de ſuſpenſionibus in particulari, diſp.1. quæſt.2. punct.7.* & ſic ex ignoran- 38
tia probabili, ſi Epiſcopus ordinet non ſubiectum ſine licentia proprij Epiſcopi, ſuſpenſionem non incurrit,

incurrit, Naur. *consil.40.de temp.ordinat.* Riccius *resolut.356. in secunda editione, praxis rerum fori*
39 *Eccles.* Vltramontanos verò si ordinet Episcopus absque litteris dimissoriis, vel cum illis, sed non approbatis à Vicario Papæ, erit per annum suspensus à Pontificalibus, & ordinati incurrant suspensionem perpetuam ex Vrbano VIII. in Bulla, quæ incipit *secretis* de anno 1624. Cuius meminit Bonacina *vbi suprà, puncto 7. in fine,* sub cuius decreti dispositione non comprehendi Regulares Vltramontanos dicit Barbosa in Trident. *dicta sess.23. cap.8. de reform. n.34.*

40 Quibus positis ad primum casum respondeo, non posse Episcopum aliquem ordinare conferendo illi Beneficium post Clericatum, ita communiter omnes.

Probatur quia, vel confert primo beneficium, & tunc est collatio nullius momenti, quia beneficium conferret laico, qui est incapax beneficij, cum præcipua qualitas necessaria in beneficio, sit Clericatus, opus enim est, esse Clericum saltem primæ tonsuræ, *cap.cum adeo de rescriptis, cap.ex litteris, de transact. cap.2. de Instit.* Lambertin. *lib.1. de iurepatron. quæst.9. art.3. num.30.* Selua *de Beneficiis in princ. num.2.* Gonzalez *gloss.2. à n.60. & gloss.5. num.9.* Pacis Iordanus *tom.2. lib.10. tit.13. de qualitatibus requisitis pro benefic. à n.1.* Ceuallos *quæst.523.* Sanchez *de matrimon. lib.7.*
41 *disp.42. n.14.* quæ collatio non validatur etiamsi statim fiat Clericus, quia requiritur talis qualitas Clericatus, de tempore collationis, Doctores com-
42 muniter apud Pacem Iordanum *num.14.* neque Clericus coniugatus capax est beneficij, quia quamvis habeat requisita, Trident. *sess.23. cap.6. & cap.1. de Clericis coniugatis, in 6.* & gaudent priuilegio Canonis, & fori, tamen in reliquis habetur tanquam laicus, & nullo fruitur Clericali priuilegio *dicto cap.1.* vbi omnes, & consequenter
43 est incapax Beneficij Ecclesiastici, Garcia *vbi supra, num.68.* Pacis Iordanus *num.15.* Neque poterit Episcopus dispensare super hoc Doctores citati,
44 Pacianus *lib.2. de prob. cap.54. num 61.* qui Clericus quomodo probetur, tractat Tondutus Sanligerius *tom.1. part.2. cap.5. à num.2. per totum,* & Pacis Iordanus *vbi supra,* si verò prius faciat illum Clericum, deinde conferat Beneficium, tunc illum non subditum ordinaret contra textum *in cap.cum nullus de tempor. ordin. in 6.* ergo nulla esset ordinatio atque suspensus vterque ex dictis *suprà.*

45 Et quia credo Doctores oppositum practicantes se fundare in quibusdam autoritatibus malè intellectis, ideo adducam, quod disputant Doctores, an Episcopus, vt aliquem iusto titulo ordinet, possit beneficium illi conferre immediatè ante ordinationem, & illum statim postea ordinare, & respondent Riccius, Quaranta, & Barbosa apud Marchinum de Sacramento Ordinis *tract.1. p.5. cap.8. num.9.* quod sic quia videtur collatio in fraudem legis facta scilicet ad eximendum illum Clericum alij dicunt posse id fieri, ita Leander de Sacramentis *tom.2. tract.6. disp.8. quæst.19.* quia Ius solum requirit, quod quis beneficium legitimatione obtineat, vt ratione illius ad ordines promoueri possit, nec distinguit quo fine, aut ratione illud obtineat, ergo nec nos distinguere debemus, etiamsi beneficium sit tenue, vt trium, vel quatuor aureorum, Barbosa *de potestate Episcopi, dicta alleg.4. num.44.* Ratio est, quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus; sed textus *in cap. cum nullus, de temp.ordin. in 6.* non explicat valorem rei, ergo & ita tenet Diana *p.10. tract.11. resol. Miscell.48.* sed videant Doctores Episcopi,

quod casus propositus est, quando erat Clericus, eique confertur Beneficium ab Episcopo, idque vt ordinetur ad sacros, vel ad minores; hoc enim est, quod disputatur, an sit in fraudem ordinario, quod non est in casu nostro; idque etiam dicit Diana post alios *part.11. tract.4. Miscell. resol.1.* vbi quærit, an ad effugiendam iurisdictionem Episcopi Domicilij possit quis ordinari alibi titulo beneficij, & respondet, posse, & addit posse Episcopum ordinare illum, qui in hac Diœcesi nullum habet beneficium, si hac sola intentione illi conferat, & communiter dicunt cum Diana *part.11, tract.4. Miscell. resol.1. in fine,* & Leander *de Sacramentis, tom.2. tract.6. disp.8. quæst.19.* Martinus de S. Iosepho *in monitorio confess. tom.1. lib.1. tract.4. de ordine, num.12.* qui tamen loquuntur de Clerico ordinato in fraudem ratione beneficij, non de simplici laico beneficij incapace, vt
47 dicebamus, & in hoc eodem sensu proponit Pater Bardus *lib.3. select. quæst.3. num.7.* quæstionem, scilicet an possit Episcopus ordinare Clericum in fraudem Episcopi, hac intentione, vt possit ab alio Episcopo promoueri, quod quidem non est, quod quærimus, ergo Episcopus non poterit conferre beneficium laico, vt illum ordinet, neque ordinare laicum non subditum, & illi conferre beneficium; vtrumque enim repugnat, vt dicebamus.

48 Circa secundum verò caput, vt dicebamus, posse aliquem laicum ex primæua erectione beneficij iurispatronatus sui ordinari ab Episcopo, in quo est tale ius fundatum, idque tanquam arctatus beneficio prædicto, probatur. Primò, quia Vicarius Capitularis infra annũ à die vocationis Ecclesiæ Cathedralis non potest conferre licentiam ordinandi laicis, aut litteras dimissorias, seu Reuerendas, tum ex iure communi *ex cap.cum nullus de tempor. ordin. in 6.* Trident. *sess.23. de reform.*
49 *cap.10.* si tamen laicus sit arctatus, ratione beneficij susceptj, aut recipiendi, poterit talis Vicarius, cum hoc arctato dispensare, scilicet concedere dimissorias ad ordinem, non obstante quod Ecclesia non vacauerit per annum, ita Trident. *sess.7. de reformatione, cap.10.* quod commendat Piasecius *in praxi Episcopali, parte 1. cap.1. num.19.* Azorius *part.2. lib.3. cap.49. quæst.50.* Fornarius *de Sacramento Ordinis, cap.4. num.4.* Rendina *recept. sent. tit.10.* Quaranta *in summa Bullarij in verbo Capitulum Sede vacante, vers. decimoquarto,* Suarez *tom.3. de censuris, disp.31. sect.1.* Salzedus *in addit.* ad Diaz *in praxi Canonica, cap.16. litt.C,* Franciscus de Leo *in Thesaur. for. Eccles. parte 1. cap.8. num.48.* Campanilis *in diuersorio Iuris Canonici Rubric.9. cap.7.* Riccius *in praxi aurea, resolut.106. & in decis. Curiæ Archiepiscopalis, p.4. decis.185.* Bonacina *de Sacramentis, disp.8. quæst. vnica, punct.4. num.22.* Rainutius *de voce Cano. quæst.59.* Bonacina *de suspensionibus in particulari, disp.3. quæst.1. puncto 11. num.10.* Garsia *part.5. de Beneficiis, cap.7. num.93.* Moneta *de commut. vlt.vol.cap.10. num.164.* Marcellus Vulpe *in praxi iuris Eccles. part.1. tract.20. cap.1. quæst.6.* Barbosa
50 *de potestate Episcopi, par.2. alleg.7. num.10.* qui etiam dicit dimissorias rectè datas à Vicario Capitulari non expirare per modernum Episcopum venientem, sequitur Marchinus *de Sacramentis, tract.1. part.6. cap.3. num.12.* Valenzuela *consil.107. à num.20. tom.2.* idque non obstante quocunque priuilegio, vel immemorabili Trid. *vbi supra, cap.10.* vbi Barbos. *num.10.* Riccius *dicta parte 4. decis.185.* Neque ad primam tonsuram
51 poterit Vicarius Capitularis dimissorias conce-

dere, Riccius *reſolut.* 106. Quaranta, & alij *vbi ſuprà*, & ſi Vicarius Capitularis concedat dimiſſorias intra annum non incurrit pœnam ſuſpenſionis per annum, iuxta *ſeſſ.* 23. *cap.* 10. ſed tantum pœnam interdicti iuxta decretum Trid. *dicta ſeſſ.* 7. *cap.* 10. Franciſcus de Leo *in Theſauro for. Eccleſ. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 48. Molina *tract.* 50. *diſp.* 11. *num.* 4. & ſic non prohibetur concedere alias dimiſſorias, & has pœnas incurrit Vicarius
52 etiamſi ille, cui conceſſit, non vtatur eis, nam actus fuit perfectus, quoad concedentem, per quem non ſtetit, Garſia *in addit. ad cap.* 7 *num.* 92. Marchinus *diſp.* 6. *cap.* 3. *num.* 15. Ille verò qui ordinatur ad minores ordines de licentia Capituli Sede vacante
53 intra annum, nullo priuilegio clericali gaudere debet, præſertim in criminalibus, vt poſt Sayrum, Nauarrum, Quarantam, & Toletum Campanilem, Velaſchum, & Leo dicit Marchinus *part.* 6. *cap.* 3. *num.* 13. vbi addit hanc priuationem priuilegij Clericalis hodie non incurri, niſi poſt iudicis declarationem ex Conſtitutione, & Bulla Vrbani Octaui, contra malè promotos, de qua Barboſa in Trident. *dicta ſeſſ.* 7. *de reformatione, cap.* 10. *n.* 10.

54 Vnde Sede Epiſcopali vacante pro ſuſcipiendis ordinibus, non eſt adeundus vicinior, vel Metropolitanus, ſed adeunda eſt Sedes Apoſtolica, vt refert deciſum, Garſia *parte* 5. *cap.* 7. *numero* 93. poterúntque Vicarius Capitularis mandare exequi litteras Apoſtolicas ab Epiſcopo non exequutas, vt deciſum refert Barboſa in Trident.
55 *ſeſſ.* 7. *cap.* 10. *num.* 50. Nec poterit Vicarius Capitularis exequi commiſſiones Apoſtolicas, ſiue diſpenſationes directas Epiſcopo, & eius Vicario Generali, vt contra Sanchez deciſum refert Barboſa *d. cap.* 10. *num.* 7. Marcellus Vulpe *in praxi in-*
56 *diciaria for. cap.* 44. *n.* 6. Vicarius tamen Papæ non prohibetur etiam ſtatim, poſt vacantem Sedem Apoſtolicam dictas dimiſſorias impartiri, eo quod hoc decretum minimè reſtringit iuriſdictionem Sedis Apoſtolicæ quamvis vacantis, vt dicunt Maiolus *de irregul. lib.* 4. *cap.* 6. Henriquez *lib.* 10. *cap.* 22. §. 3. Salzedus *in praxi cap.* 26. *lit. C*, Campanilis *cap.* 8. *n.* 6. Barboſa *alleg.* 7. *n.* 13. Marcellus Vulpe *cap.* 8. *n.* 34. & *c.* 44. *n.* 20. *in fine.*

57 Poſt annum verò Capitularis Vicarius concedere poteſt litteras dimiſſorias, & facultatem ordinandi in Eccleſia vacante, vt ex Trid. *vbi ſuprà*, colligit Garſia *part.* 5. *cap.* 7. *num.* 93. quæ proſunt etiam finita Capituli authoritate Bonacina *dicto puncto* 11. *num.* 27. Salzedus *part.* 2. *cap.* 50. *n.* 93. & ſpectat ad Vicarium Capitularem concedere litteras dimiſſorias non ad Capitulum, vt deciſum per Sacr. Congregationem refert Barboſa in Trident. *ſeſſ.* 7. *cap.* 10. *num.* 10. & ſubdit Garſia *parte* 5. *de Beneficiis*, *cap.* 7. *num.* 93. non tamen poſſunt fieri litteræ dimiſſoriæ pro prima tonſura, vel ordinibus minoribus directæ cuicunque Epiſcopo, ſed vni tantum dirigi debent, pro ſacris verò ordinibus poſſunt fieri cuicunque Epiſcopo, vt pro Regno Neapolitano fuit diſpoſitum Romæ per decretum Sac. Congregationis ſub Gregorio XV. & aliter faciens Epiſcopus eſt ſuſpenſus per annum à collatione ordinum, & ſuſpenſus eſt ille qui ſuper Bullis ordinatur, de qua re Nouarius *tom.* 1. *fol.* 447. ſub quo decreto non comprehenduntur Regulares, Nouarius *fol.* 447. *n.* 2. in ſumma Bullarum, qui habent etiam dimiſſorias à ſuis ſuperioribus Regularibus directas ad Epiſcopum Diœceſanum illius Monaſterij, vbi eſt ſitum, quod ſi Monaſterium ſit nullius Diœceſis, tunc dantur dimiſſoriæ ad Epiſcopum viciniorem, & incurreret pœnas dicti decreti Superior Regularis, qui ſubditum examinatum ab Epiſcopo Diœceſis, in qua reſidebat, & ob ignorantiam reprobatum, intra eadem tempora ad aliam Diœceſim tranſmittit Riccius *parte* 3. *deciſ.* 160. niſi ordines non ſuſcepiſſet poſtea, Riccius *dec.* 118. *parte* 4. cum quibus Regularibus Epiſcopis ordinans diſpenſat ſuper interſtitiis cum cauſa, Nauar. *vbi ſuprà*. Quod ſi Epiſcopus ſit notoriè hæreticus, tunc 58
facultas concedendi dimiſſorias ſpectat ad Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, & caſu quo pertinet ad Capitulum, poterit etiam diſpenſare ſuper interſtitiis, ex cauſis in Concilio expreſſis, quod non poſſet Vicarius Capitularis, qui non plus poteſt, quàm Vicarius Epiſcopi, & quia habens Patrimonium, vel penſionem, non poteſt promoueri, niſi Epiſco- 59
pus pro neceſſitate, vel commoditate ſuæ Eccleſiæ, iudicauerit eos aſſumendos eſſe, vt ait Trident. *ſeſſ.* 21. *de reform. c.* 20. ideo hanc facultatem, non poterit Concilium Prouinciale limitare Vicario Capitulari.

Poterit tamen Vicarius Capitularis cum arcta- 60
tis ad beneficia tam habita, quàm habenda dare dimiſſorias intra annum, vt ex Trident. *ſeſſ.* 7. *de reform. c.* 10. vbi (arctatus non fuerit) ex quo notant Salzedus *dicto c.* 26. *litt. C*, Garſia *part.* 5. *c.* 7. *à n.* 96. Molina *tract.* 50. *diſp.* 11. Zerola *in praxi Epiſcop. parte* 1. *in verbo Capitulum*, Quaranta *ibid. in verſ. decimo quæro*, Barboſa *dicta ſeſſ.* 7. *de reform. c.* 10. *n.* 15. qui omnes dicunt poſſe Capi- 61
tulum pro talibus arctatis litteras dimiſſorias concedere ei, qui habet Epiſcopum, à quo ratione originis Domicilij, aut alterius beneficij compatibilis ab eo recepti, illas poſſet obtinere, imò ſi concedat ei, qui eſt præſentatus à Patronis laicis ad beneficium iuriſpatronatus ipſorum, vt illud obtinere valeat, tunc validè concedit, Garſia *dicto c.* 7. *n.* 93. Molfeſius *in Theologia morali, tract.* 6. *c.* 7. *num.* 50.
Nec poterit Vicarius Capitularis durante anno 62
dare licentiam Epiſcopo commoranti in Ciuitate, vel Diœceſi, vt ordinet Regulares, etiam præuio examine per ipſum Vicarium facto, vt notat Ragucius *de voce Canonicorum, q.* 39. *num.* 4. & etiam 63
Sede Epiſcopali vacante teſtimoniales litteræ dantur Epiſcopo viciniori, Moneta *dicto c.* 10. *n.* 182. ſed poterit Vicarius Capitularis dare licentiam ordinandi ei qui obtinuit Breue à Papa, cum licentia ſui Ordinarij, Nauarrus, Piaſecius, & alij apud Dianam *p.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 40. *verſ.* 3. ſic po- 64
teſt Vicarius Capitularis anno durante concedere licentiam alicui Epiſcopo exercendi Pontificalia, & ordinandi proprios ſubditos, non tamen ſubditos vacantis Eccleſiæ, Quaranta *vbi ſuprà, q.* 11. Genuenſis *in praxi c.* 87. *n.* 33. Piaſecius *vbi ſuprà*, Nauar. *de temp. ordin. conſil.* 27. *& ſeq.* Marchinus *dicta p.* 6. *c.* 3. *n.* 16.

Dicuntur verò arctati occaſione beneficij re- 65
cepti illi, qui obtinent aliquod beneficium, requirens ſeruitium perſonale, ratione cuius de iure, conſuetudine, Priuilegio, ſtatuto Eccleſiæ, vel fundatione intra annum, tenentur ſe promoueri facere, vt bene Garſia *p.* 5. *c.* 7. *n.* 58. Vgolinus *de poteſt. Epiſcopi, c.* 26. §. 20. *n.* 5. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 98. & exemplificat in eo, qui obtinet Parœcialem Eccleſiam, quod ſit arctatus ad Sacerdotium intra annum, & in eo, qui obtinet Canonicatum ad ordinem illi annexum, & in aliquibus beneficiis, ſeu Capellaniis requirentibus ex inſtitutione ſeruitium perſonale, ſeu aliquem ordinem, vt latè Moneta *de com. vlt. vol. c.* 10. *num.* 66. *cum ſeqq.* vbi cum Garſia, Vgolino, & aliis idem dicit, vbi ordo ſuſcipiendus ita eſt annexus beneficio, vt

tempore

tempore prouisionis in eo constitutus esse debeat, qui Beneficium obtinet; sed impetrans dispensatus fuit, vt hoc non obstante tale Beneficium possit obtineri, vel vbi in litteris continetur clausula non obstantibus aliquibus &c.

66 Secundò dicuntur actati occasione Beneficij recipiendi illi scilicet qui habent jus, seu sunt vocati ad aliquod Beneficium vacans, seu Capellaniam, quæ tamen requirit actu certum ordinem, quo illi carent, vel illi dicuntur, qui cum sint ordinati prima tonsura, sunt præsentati ad Beneficia, ita Riccius *dict. resol.* 98. Monet *dict. cap.* 10. *num.* 137. Vgolinus *dict.* §. 20. *num.* 50. Gar-

67 sia *cap.* 7. *num.* 99. & 100. qui dicit etiam, non dici arctatum ratione Beneficij recipiendi illum, cui aliquis vult resignare Beneficium aliquod, requirens actu ordinem quo ille cavet, de quo Riccius, Moneta, & alij apud Barbosam *d. sess.* 7. *cap.* 10. *in fine* : ergo sicuti arctatis posset Vicarius Capitularis concedere dimissorias, sic ille, qui est arctatus ad Beneficium vigore fundationis suæ, vel Parentum, obtinere ab Episcopo ordines, in cuius Diœcesi est Beneficium.

68 Quod probatur vlterius, quia potest Episcopus ordinare Nouitium infrà annum probationis, licet alibi sit natus, dummodo sit Nouitius in Diœcesi Episcopi ordinantis, & ibi Nouitiatum faciat, licet nondum professus, ita Campanilis, Riccius, Lezzana, & alij apud Barbosam *alleg.* 4. *num.* 62. quia licet Regulares sint ordinandi ab Episcopo loci, vbi degunt, vel ab alio cum eius assensu, præcedentibus tamen litteris dimissorijs sui Superioris, vt dicunt Nauarrus *cons.* 22. *de tempor. ordinat. alias est cons.* 36. Campanilis *rubric.* 9. *cap.* 3. & *Rubr.* 12. *cap.* 13. *à num.* 33. Portellius *in dubijs Regularibus in verbo Ordines Sacri, num.* 20. Lezzana *quæst. Regul. cap.* 14. *n.* 2. Nouarius *concl.* 104. Barbosa *alleg.* 4. *à num.* 60. *cum seqq.* tamen si sit Nouitius poterit ordinari: quia sufficit esse initiatus ad professionem; ergo sufficit si laicus sit in ordine ad Clericatum dispositus, quia dicitur Beneficio arctatus, & poterit ab eo Episcopo, vbi Beneficium fundauit, ordinari.

69 Facit etiam: quia Beneficia Regularia in titulum Regularibus professis prouideri consueta, cum vacant, Religiosis tantum illius ordinis conferri debent, vel illis, qui habitum sunt suscepturi, & professionem emittere tenentur, & non aliis Trid. *sess.* 14. *cap.* 10. *de reformat.* Riccius *collect.* 763. & *in praxi aurea resol.* 332. Gonzales *gloss.* 8. *in principio*, Garsia *part.* 7. Cardin. Tuschus *litt. B, concl.* 67. Squillante *de priuileg. Cleric. cap.* 4. Tamburinus *de Iur. Abb. tom.* 3. *disp.* 9. *quæst.* 7. *nu.* 18. Rota in Ferrariensi Prioratus 18. *Aprilis* 1611. & sub hoc Decreto comprehendi Be-

70 neficia S. Ioannis Hierosolymitani, dict. Rota *d.* 569. *part.* 2. *recent.* etenim Regulares sunt incapaces Beneficij simplicis etiam si essent Canonici Regulares, non autem Beneficij Curati juxta dispositionem Capituli. Quod Dei timorem de statu Monachorum, quod tamen de stylo concedi non debet, nisi instante Episcopo, pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, vt decisum refert Garsia *part.* 7. *de Beneficijs, cap.* 10. *num.* 31. & 32.

71 Milites S. Iacobi de Spata sunt capaces Beneficiorum secularium, siue simplicium, siue Curatorum Garsia *part.* 1. *cap.* 4. *n.* 24. Barbosa *alleg.* 57.

72 *num.* 174. sic equites S. Stephani, & Cappellani eiusdem possunt præsentari ad Ecclesias sæculares Barbos. *dict. alleg.* 57. *num.* 173. & quæ dicantur Beneficia sæcularia, quæ Regulant, tra-

dit Sanchez *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 11. Barbosa vbi *suprà num.* 168. verùm Regularis vnius Religio- 73
nis non est capax Beneficij Regularis alterius Religionis, Gonzalez *vbi suprà, gloss.* 8. *num.* 96. Sanchez *num.* 29. qui dicit, quod nec Papa soleat conferre vni Regulari Prioratum alterius ordinis, nisi illum ibi transferendo, D D. vbi suprà.

Sed Beneficia Regularia possunt conferri non 74
solum professis in ordine; sed etiam Nouitij: quia non est necesse quòd sit professus, sed sufficit si habitum gerat in ordine ad professionem, vt decidit Rot. Romana in vna Carpetoratensi Prioratus *de anno* 1619. relata per Burattum *tom.* 2. *dec.* 390. de qua etiam Barbosa *in Trid. sess.* 14. *de Reform. cap.* 10. *num.* 10. & sic concludunt D D. quod 75
Beneficia Regularia administrationem non habentia; nec non Monachales, & Canonicales portiones Regularibus prouideri consuetas, possunt conferri non solum professis, sed secularibus, qui habitum susceperunt, & professionem emittere omnino teneantur, vt docent Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancell. gloss.* 8. *num.* 77. Piasecius *in praxi, p.* 2. *cap.* 5. *num.* 23. Sanchez *lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 4. Rodriquez *in compend. resol.* 15. *num.* 4. Massobrius *in praxi concursus prælud.* 7. *dub.* 21. *nu.* 9. 76
at in subsidium si deficiant Regulares, aut necessitas vrgeat, puta quia idonei non reperiuntur Beneficia Regularia sæcularibus, & è contra, conferri posse, probat *text. in cap. inter quatuor de Relig. Domibus*, & post Rebuffum tradit Gonzalez *in dict. gloss.* 8. *num.* 43. Garsia *part.* 7. *cap.* 10. *num.* 16. Layman *lib.* 4. *in Theologia morali, tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 30. vbi ait quod Sacerdos Regularis in subsidium admittitur ad seculare Beneficium Curatum, quod dicit Abbas *in cap.* 1. *de Capellis Monachorum*, Ioannes Baptista Costa de remediis subsidiariis, *remed.* 71. *num.* 2. vbi intelligit, siue sit liberum, siue Iuspatronatus Laicorum, plura de Beneficiis Regularibus tradit Antonius Fabritius de Beneficiis Regularibus, & Sæcularibus per totum.

Sicuti ergo nullus Regularis ad Beneficia se- 77
cularia etiam curata admitti debet Trid. *dict. sess.* 14. *de Reform. cap.* 11. sine dispensatione Sedis Apostolicæ nec in perpetuũ, nec ad tempus, Quaranta qui sic decisum refert *in summa Bullarium in verbo Canonicus Regularis* Riccius *dec.* 157. *part.* 1. & sic declarauit *Greg.* XIII. Teste Barbosa *in dict. cap. quod Dei timorem num.* 3. *de statu Monachorum, & in Trid. sess.* 14. *cap.* 11. *num.* 50. etiam si esset talis Canonicus Regularis, Tambur. *tom.* 3. *disput.* 3. *quæst.* 7. *num.* 11. *cum seqq.* ergo sicuti per Rotam fuit decisum, posse Beneficium Regulare conferri Nouitio nondum professo, ita poterit Beneficium seculare conferri alicui Clerico nondum ordinato prima tonsura; sed dispositio ad eum, vt potè arctato Beneficio, cum non sit maior ratio de vno casu, quàm de alio.

Quod vlterius patet: quia Laïcus de proximo 78
Clericandus potest præsentari ad Beneficum Iurispatronatus *ex decisione Rota in vna Imolensi Iurispatronatus* 19. *Nouembris* 1584. *coram Orano*, quæ ad hoc propositum adducitur à Parisio *de resignatione Beneficiorum, lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 6. & nouissimè à Gratiano, *lib.* 1. *cap.* 430. *num.* 6. *tom.* 3. vbi firmat in terminis Laïcum de proximo tonsurandum posse præsentari, quia quod proximè est faciendum, habetur pro facto, Baldus, & 79
Barth. *in l. penult. per illum textum ff. de milit. test.* latissimè Tiraquell. *de legibus connubialib. l.* 15. *n.* 4. & destinatio habetur pro actu facto, & com-

pleto latè Gabriel *concl. 12. de præſumpt.* & præparatum habetur pro facto, Marſil. *ſingul. 638.* & de proximo condemnandus habetur pro condemnato, *l. qui pœnæ, Paragr. Diuus, Digeſt. de manumiſſ.* & fructus de proximo colligendi habentur pro collectis Iaſ. *in l. diuortio, §. interdum, num. 14. ff. ſolut. matr.* & carceratus de proximo abſoluendus, habetur pro abſoluto ad finem, vt ſaltem ſub fideiuſſoribus relaxetur, Iulius Clarus *in pract. criminali, §. fin. quæſt. 46.* & certitudo de proximo certificanda, habetur pro certificata, Marſil. *in rubr. Cod. de prob. num. 426.* ſic exceptio de breui liquidanda, habetur pro liquida, Neuizanus *conſ. 50. num. 9. & conſ. 82. num. 15.* & compenſatio licet non fiat de liquido ad non liquidum, tamen fit ad ſta-
80 tum liquidandum. Oſaſchus *diſt. 129. num. 137.* ergo cum de proximo: ſit hic ordinandus, dicitur arctatus ad Beneficium Iuriſpatronatus, & habebitur pro habili ad ordinem ab alieno Epiſcopo ſuſcipiendum ratione Beneficij ſui Iuriſpatronatus, ad quod dicitur arctatus quicquid in contrarium dicat Riccius *d. 125. part. 4.* & à fortiori poterit fieri littera, & mandatum de præſentan-
81 do Laïcum, qui tamen tempore præſentationis reperiatur Clericus quod & ipſemet Riccius vbi ſuprà admittit, *num. 16. qui tom. 3. in praxi reſol. 318.* firmiter aſſerit Laïcum factum Clericum, & ordinatum à non ſuo Epiſcopo, abſque litteris dimiſſorijs gaudere fori Priuilegio: quia habet characterem impreſſum, licet ſit ſuſpenſus, idem Riccius *part. 2. reſol. 150.*

82 Nec defuerunt viri grauiſſimi dicentes Beneficium Eccleſiaſticum conferri poſſe Laïco ſola animi deſtinatione tonſuram, & habitum Clericalem gerenti: quia is Clericus cenſetur, adeo vt gaudeat priuilegio Canonis *ſi quis ſuadente Diabolo 17. quæſt. 4.* vt poſt multos refert Riccius *in praxi, tom. 1. reſol. 325.* à quo petebat quidam Epiſcopus an poſſet ordinare Laïcum non ſuum ſubditum propter Beneficij deſtinationem, & benè reſpondet Riccius non poſſe primam tonſuram conferri Laïco animi deſtinatione Clerico effecto, habitumque Clericalem gerenti, id tamen non eſt in caſu noſtro, quando vt ſupponimus Clericus licèt non ſit, tamen ratione Beneficij Iuriſpatronatus quod fundauit, & ex primæua erectione dicitur arctatus Beneficio, & intrat totum id, quod dicebamus ſuprà.

83 Vndè non defuerunt D D. qui dixerunt Clericum habentem actionem ad Beneficium, dici Beneficiatum, vt valeat vti Beneficio fori, iuxtà mentem Concilij: quia dicitur habere actionem ad Beneficium, vel expectatiuam; ergo vti poterit priuilegio fori, quod vigore Trid. *ſeſſ. 23. cap. 2. competit omnibus Clericis Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, nam ex l. qui actionem, ff. de Regul. iuris,* qui actionem habet ad rem recuperandam ipſam rem habere videtur, vnde non videtur rem amittere ad cuius recuperationem habet actionem, *l. non videtur, ff. de acq. poſſ.* & tunc dicitur rem in bonis noſtris eſſe *l. rem in bonis, ff. de acquir. rer. domin.* & idem iudicatur de actione, ac de re ipſa, ad quam competit *dict. actio* Bart. *in l. poteſt ff. de auth. tutor. Theſaur. dec. 160.* Simoncellus *de decretis lib. 1. tit. 30.* & illud quod mihi debitum,
84 meum appellatur *gloſſ. in l. ſi ſibi in verſ. meum, ff.* ſi certum petat, & Barthol. *in l. ſi pecuniam, Cod. de negot. geſtis*, & ſic paria ſunt amittere poſſeſſionem, & amittere actionem competentē per eam *Barth. in l. ſi prius in vna quæſt. num. 20. ff. de noui operis renunciatione*, & dicitur quis habere id ad quod habet actionem, Iaſ. *in l. diuortio, ff. ſolut. matrimon.* & dicitur apud me eſſe, ad quod conſequendum habeo actionem, & hoc procedit tam in actione reali, quàm perſonali. Cepolla *de ſimulatione contractus præſumpt. 13. num. 58.* quicquid contrarium dicat Riccius *part. 3. d. 39.*

Quia autem in caſu, quem habui præ manibus, in quo conſului arctatum poſſe ordinari ex primæua erectione Beneficij Iuriſpatronatus, occurrit alia difficultas quod erat Puer vndecim annorum, dicebat Epiſcopus illum non poſſe ordinare: quia ex Trident. *ſeſſ. 23. de reformation. capite 6.* habetur nullum prima tonſura initiatum, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutum ante 14. annum Beneficium obtinere poſſe, qui 86
annus decimus quartus ſuffici ſi ſit cœptus, licèt non ſit completus, vt deciſum refert Riccius *collect. 860.* Garſia *de Beneficijs, part. 7. capite 4. num. 11.* Nouar. *concl. 13. num. 4.* Gonſalez *in Regul. 8. gloſſ. 5. numero 90.* Cardin. Tuſchus *tom. 3. litt. E, concluſ. 338. numero 12.* Barboſa *alleg. 60. numero 73.* Nec poterit Epiſcopus
87 diſpenſare, vt quis ante 14. annorum habeat Beneficium, & conferens illud ante talem ætatem peccet mortaliter, & collatio eſt nulla, Barboſa *dicta alleg. 60. num. 73.* quæ tamen ætas in
88 Cappellanijs non requiritur ſcilicet quando ſunt fundatæ abſque Epiſcopi authoritate, in quibus ſuccedere debent Clerici de Parentela, vel quando conferuntur à Patronis Laïcis, vt deciſum refert Gonzalez *in regul. 8. Cancell. gloſſ. 5. nu. 27.* pro Canonicatu verò obtinendo in Eccleſia Collegiata, ſufficit ætas 14. *annorum*, Gonzalez *numero 91.* Barboſa de Canonicis, *capite 13. numero 14.* & quia Concilium generaliter
89 loquitur per verbum (obtinere) ideò dicunt D D. talem ætatem 14. annorum requiri etiam ad obtinendum Beneficium de Iurepatronatus, vt poſt alios dicit Barboſa *dict. alleg. 60. num. 17.*

Ego tamen: quia eramus in fundatione Bene- 90
ficij Iuriſpatronatus, & ſic in primæua erectione, recordatus doctrinæ nunc allegandæ dixi in fundatione, vt præſentari poſſet quis etiam minor 14. annorum, diſpoſitio enim Tridentin. & generalis Doctrina ſupra allata procedens etiam in Iurepatronatus Laïcali, tunc habet locum, quando in fundatione Iuriſpatronatus contrarium non diſpoſuiſſet Fundator, vt ſcilicet etiam minor 14. annis præſentari poſſit, quia diſpoſitioni prædictæ ſtandum eſt, cum derogatum non fuerit per *Tridentin. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.* vbi notat Barboſa *numero 7. & alleg. 60. num. 77.* vnde poterit præſentari etiam Clericus minor annorum decem, Maſſobrius *requiſito 7.* 91
dubio 12. num. 4. propenſione verò obtinenda ſufficit ætas 7. annorum, & in ea non procedere diſpoſitionem Concilij Tridentini dicit Riccius in praxi deciſionum *diſt. 430. in prima editione alias reſol. 367. in ſecunda editione* Gonzalez *gloſſ. 5. §. 5. numero 16.* Nouarius *concluſ. 13. à numero 10.* quicquid dicant Garſia *parte 1. cap. 50. num. 129.* Campanilis *cap. 6. numero 50.* & Rubric. *11. cap. 14. numero 16.* dicentes extendi etiam ad penſionem, quod fuiſſe deciſum per Sacr. Congregationem dicit Barboſa *in Trident. dict. ſeſſ. 25. cap. 6. num. 9.* & ſic errat Riccius *dict. 26. part. 3.* dum ait fundatorem non poſſe diſponere, vt minor 14. annis præſentetur in Iurepatronatus licet *dict. 90. part. 3.* & bene dicat minorem annorum 11. eſſe capacem

detinendi

detinendi Cappellaniam fundatam authoritate ordinarij, & ad beneficia, & Cappellanias incompatibiles Episcopus poterit dispensare, idem Riccius *decis.*105.*part.*4.

92 Et licet aliquis non habeat annum 25.inchoatum, poterit ad Parœciam obtinendam admitti, licèt infra annum deinde faciat se Sacerdotem, & si non fiat Sacerdos infra annum ipso iure priuabitur Parœcia, *ex cap. licet de electione, in 6.* Riccius *decis.*235. *part.*3. & *part.*4. *decis.*281. vbi quærit an textus *in dicto cap.licet*, procedat in Cappellania Sacerdotali, & per eum textum nota, quod licet infra annum debeat fieri Sacerdos factus Parœcus, non Sacerdos, tamen requiritur, vt tempore assumptionis ad Parœciam habeat ætatem annorum 25. alias nulla erit collatio, vt in Trident. *vbi suprà.*

93 Et quia in eodem casu, quem consului, occurrebat alia difficultas, quod ille puer annorum 11. erat naturalis, ego dicebam, quod licèt illegitimè nati non solum ad beneficia, sed etiam ad ordines, & ipsum Clericatum promoueri non possint sine dispensatione, *cap. innotuit* 20. *de electione, cap. finali, de filiis Presbyter.* tamen Pontificis dispensatione redduntur habiles ad omnes, & Episcopi dispensatione ad ordines minores tantum, & beneficia simplicia, *cap.*1. *vbi gloss.* & Doctores *de filiis*
94 *Presbyterorum, in 6.* Quod si Episcopus in collatione Clericatus de hac dispensatione fecerit mentionem non erit necesse ei qui sic collatio facta fuit, docere de aliquo iudiciario processu, aut extra iudicialiter de dispensatione facta, cum de iure præsumatur collationem ordinum ritè, & rectè factam fuisse, & ab eo dispensationem examinatam, quia non tenetur ordinarius in talibus dispensationibus procedere in forma iudicij, sed sufficit sola informatio extraiudicialis, quando nullus adest contradictor, & in commissione non adest clausula (vocatis vocandis) Cardinalis Puteus *decis.*140. alias *decis.*154. Gonzalez *in regul.*8.§.9.
95 *gloss.*1. *num.*20. Tondutus *parte* 1. *cap.*8. quando ergo Episcopus in litteris ordinum, seu Clericatus nominat promouendum filium naturalem à Summo Pontifice dispensatum, non tenetur promouendus iustificare illam enuntiatiuam, quia in extraiudicialibus semper præsumitur, quod interuenerit solemnitas ad talem actum requisita, & quæ spectat ad officium exercentis talem actum Innocentius *in cap. innotuit, num.*4. *de eo, qui furtiuè ordines suscepit,* Ferrettus *consil.*362. *n.*50. *vol.*2. & ita per Rotam semper fuit iudicatum in quadam dispensatione matrimoniali commissa ordinario, qui assensum præstiterat contractui matrimonij, quamvis non constaret de aliqua verificatione narratorum, quia dixit Rota, quod cum tale matrimonium in facie Ecclesiæ celebratum fuerit, præsumendum est, litteras ordinario fuisse exhibitas, ipsúmque se extraiudicialiter informas-
96 se, Rota *decis.*406. *part.*1. *recent.* & cum dispensatio effectum suum sortita fuerit, præsumendum est, quod præcesserit informatio tanquam necessarium antecedens, Rota *vbi suprà*, Garsia *parte* 6. *de*
97 *Beneficiis, cap.*2. *num.*247. nec opus est in impetratione beneficij vt fiat aliqua mentio dispensationis iam sortitæ effectum, & per ordinarium exequutam, dum primam tonsuram contulit, quia omnes actus, qui fiunt in consequentiam, siue ad sacros ordines, siue ad beneficia conferenda fiunt tantum in exequutione actus præcedentis, Rota
98 *decis.*13. *de filiis Presbyterorum*, verùm si secunda impetretur dispensatio oportet quod de prima fiat mentio, Rota *dicta decis.*3. *de filiis Presbyterorum*, Garsia *parte* 7. *cap.*2. *num.*73. sic non debet omitti in impetratione beneficij expressio aliorum beneficiorum per impetrantem obtentorum, quia 99
omissio talis expressionis, nullam redderet impetrationem, *cap. si motu proprio de præb. in 6.* Clem.2. *de officio ordinarij*, quod si in hoc fuerit erratum, remedium adhibendum est per nouam prouisionem, Tondutus *dicto cap.*8. *in fine*, & *cap.*27. *num.*36. & *cap.*29. Ille verò qui ad ordi- 100
nes est dispensatus, non dicitur dispensatus ad beneficia, vt decisum refert Ricc. *parte* 1. *decis.*95. quia dispensatio est odiosa de iure communi Rota *decis.*140. & 444. *parte* 1. *in nouissimis*, ideóque 101
dicitur arida, & arcta dispensatio, Felinus *in cap. postulasti, num.*8. *de rescriptis*, scio alios dixisse contrarium in quodam irregulari dispensato ad ordines, quod possit sine alia dispensatione obtinere beneficia, vt tradit Diana *parte* 7. *tractatu* 10. *resolut.*6.

Tandem obserua, quod cum quidam Clericus 102
ad sacros ordines desiderabat ascendere, & Episcopis recusabat dare licentiam, consului, vt peteret à Papa commissionem directam alicui ex vicinioribus Episcopis, vt concederet talem licentiam, & hoc fundaui ex Rota *decis.*10. *parte* 2. *diuers.* & ex Massobrio *in praxi concursus requisito* 10. *dubio* 50. *per totum*, & ex Gonzalez *in reg.*8. *Cancellariæ, gloss.*5.§.1. *num.*184. Tondut. *part.*3. *c.*27. *num.*1. *per totum.*

Quæ autem in præsenti dixi, correctioni S.R.E. submitto, & meliora scribentium, mihi satis sit fundare probabilem esse opinionem tot Prælatorum, qui sic in praxi obseruant.

DISCEPTATIO CIX.

SVMMARIVM.

1 *Petitio actoris refertur, & causarum numerus per eundem defensarum.*
2 *Capitulum Sede vacante, vbi non fit spolium fructuum pendentium soluit debita Episcopi.*
3 *Camera Apostolica succedit Episcopo, & sic soluere tenetur eius debita.*
4 *Camera Apostolica succedens in fructibus, soluit expensas necessarias Prælati.*
5 *Camera succedens Episcopo tenetur ad eleemosynas, quas tenebatur facere Episcopus.*
6 Lanfranchus Zacchias de salario, q.7. *adducitur contra Cameram.*
7 Text.in cap.præsenti de offic. ordin. in 6. *adducitur pro conclusione.*
8 *Camera Apostolica soluit debita necessaria Prælati.*
9 *Salarium quando dicatur debitum necessarium, & quando dicatur præscriptum in famulis Prælatorum.*
10 Text.in cap.1.de solution. *adducitur pro conclusione probanda.*
11 *Successor defuncti tenetur stare locationi antecessoris, & quando.*
12 *Successor Maioratus, quomodo teneatur ad debita antecessoris.*
13 *Successor feudi ex pacto, & prouidentia an teneatur ad debita contracta per antecessorem.*
14 Text.in cap.sæpè, de elect.in 6. *adducitur ad materiam.*
15 *Aduocato mensæ Episcopalis debetur salarium mortuo Prælato, à Camera Apostolica.*
16 *Aduocatorum Honorarium æquiparatur vitæ.*

17 *Salarium non conuentum Aduocato debetur.*
18 *Salarium Aduocato, vt debeatur si non sit conuentum, quod probare debeat.*
19 *Successor Prælati in fructibus tenetur soluere debita mensæ, non ad hæredem, etiamsi Prælatus habeat patrimonium.*
20 *Successor in fructibus tenetur ad debita laudabilia, & necessaria, non alia Prælati.*
21 *Salarium Aduocati esse debitum præ necessitate Ecclesiæ probatur.*
22 *Aduocatus ab amicis, an habeat salarium.*
23 *Aduocatus ab amicis, & coniunctis salarium quando debeatur.*
24 *Amicitia quando inter Aduocatum, & clientulum, excludat petitionem salarij.*
25 *Amicitia, & familiaritas non excludunt petitionem salarij.*
26 *Aduocato an debeatur Palmarium, & salarium ex causa transacta.*
27 *Aduocato quare ex concordia debeatur Palmarium, siue Honorarium, & quid si causam perdiderit.*
28 *Salarium non conuentum quando, & qualiter debeatur.*
29 *Salarium an sufficiat in genere promissum esse.*
30 *Salaria operariorum debent esse conuenta, non Aduocatorum.*
31 *Salaria debentur operariis solitis locare operas, licet non sit conuentum.*
32 *Salarij probatio Iudicis officio subiicitur.*
33 *Salarium Procuratoris de iure non debetur, nisi conuentum, fallit de consuetudine.*
34 *Medico debetur salarium non conuentum.*
35 *Procuratori post biennium à die finiti officij salarium non debetur.*
36 *Vicario Episcopi debetur salarium non conuentum.*
37 *Vicario quando non debeatur salarium.*
38 *Salarium Aduocati habet dotis priuilegia, & viam exequutiuam.*
39 *Aduocati salarium, quod in ducatis centum à lege taxatur pro vna causa tamen ij centum aurei, quid significat, & aureus quid importet.*
40 *Salarium an debeatur seruienti per plures annos, & non petenti.*
41 *Salarij nomine aliquod datum in contemplationem eiusdem censetur, & residuum petitur.*
42 *Salarium anteccessoris censetur proximum successori.*
43 *Salarium præscribitur spatio 30. annorum Neapoli, licet alias præscribitur Romæ, & Siciliæ.*
44 *Aduocatum, & Causidicorum salarium non præscribitur, etiam stante statuta loquente de præscriptione.*
45 *Forensis pro salario ligatur statuto vrbis.*
46 *Aduocatus dum petit salarium, aut palmarium debet probare causas in specie alias fuit absolutus quidam post annos sexdecim.*
47 *Salarij materia est fauorabilis; vt alimenta.*
48 *Salarium qua actione petatur.*
49 *Dignus est operarius mercede sua, & opus pretium meretur.*
50 *Tutori, & Actori, non debetur salarium non conuentum, nec procuratori, quod fallit de consuetudine.*
51 *Præsumptio pro Aduocato semper est pro salario.*
52 *Aduocatorum, & Procuratorum salaria assimilantur, & quando.*
53 *Salarium Procuratoris qualiter à Iudice taxandum.*
54 *Salarium Procuratoris quomodo dici soleat non posse excedere centum aureos.*
55 *Aurei nomen quid veniat, & quid sestertium.*
56 *Salarium augetur aucto labore, & quando.*
57 *Salarium non conuentum, an debeatur sollicitatori.*
58 *Clientulus pro salario sortitur forum vbi causa erat.*
59 D. Fagnani *authoritas affertur ad propositum quæstionis.*
60 *Successor in beneficio tenetur ad pensionem anteccessoris.*
61 *Successor in beneficio tenetur ad pensionem factis diligentiis contra hæredem.*
62 *Congrua qualiter seruanda dum imponitur pensio.*
63 *Congrua debetur quando pensio imponitur cum clausula (Dummodo, &c.)*
64 *Congruam non adesse quis teneatur probare posita clausula.*
65 *Congrua non debetur posita clausula etiamsi non remaneant mille pro Episcopis.*
66 *Congrua, an debeatur posita tacita clausula, etiamsi, &c.*
67 *Congrua an debeatur imposita pensione sine vlla clausula expressa, vel tacita.*
68 *Valor bonorum Episcopatus pro validitate pensionis probatur tempore impositionis.*
69 *Pensionis translatio ex Bulla Vrbani VIII. non potest fieri nisi excedat medietatem valoris, pro quo attenditur tempus decennij ad fructuum valorem.*
70 *Pretia rerum quando, & qualiter considerentur.*
71 *Pensio vt remaneat congrua, fructus considerantur deductis oneribus.*
72 *Pensionarius non tenetur contribuere ad expensas prædicatoris Episcopi.*
73 *Pensionarius non contribuit ad expensas Organistæ, Factoris, vel Exactoris Ecclesiæ, sed contribuit ad expensas Candeloræ, &c.*
74 *Pensionarius contribuit ad expensas reparationis Ecclesiæ necessariæ.*
75 *Friuolæ Episcoporum querelæ in non soluendis pensionibus referuntur remissiuè, & alibi reseruatur.*

ARGVMENTVM.

Aduocatis & Procuratoribus salarium debetur, & de quantitate etiam super fructus mensæ Episcopalis vacantis quando aduocatus causas Episcopi Moray, & mensæ defendit, vbi examinatur si successor in beneficio debita anteccessoris soluere debet, & beneficiarius pensionem reseruatam.

PRO

V. I. D. Iulio Capone,

CONTRA

Reu. Cameram Apostolicam.

FACTVM.

FACTVM.

DOctor Iulius Caponus ab annis decem, vsque ad tempus mortis Eminentissimi Cardinalis Philamarini, fui semper, & continuò in patrocinandis causis mensæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, vt omnibus notum est, in cuius mensæ patrocinio vacando, diuersas causas adeò; vt hodie nulla sit causa, nisi vna dictæ mensæ, & ad fauorem omnes lucratus fui vltra alias, quæ ad eundem Eminentissimum Cardinalem pertinebant, de quibus *infrà*.

In primis in Reg. Camera summariæ lucratus fui causam mensæ, vulgariter detta della Poluerera, seu Oua, & Capretti, in qua acerrimus fuit contradictor D. Didacus Moles ob interesse, quod habebat in dicta causa, & Aduocatus contrarius fuit Magnificus Carolus Vergara, quæ causa quãtum vtile mensæ adduxerit ex processu apparet, de hoc fidem authenticam adduxi eiusdem D. Caroli Vergara.

Secundò causam defendi census, & laudemiorum Insulæ Nisitæ emptæ elapsis annis à D. Præsidente Dominico Astuto, & non erant soluta plura laudemia, vnde oportuit coram D. Commissario Hortensio Pepi tunc Regio Consiliario, tunc dignissimo Præside Regiæ Cameræ Summariæ, à quo fuit condemnatus Curatos patrimonij ad soluendum plusquam ducatos bismille, & octingentum, & vti fructus Eminentissimo Domino.

Tertiò causam defendi contra Magistrum Actorum Iulium Vindicto, qui acceperat quandam fideiussionem quorundam colonorum terræ Miani certorum territoriorum mensæ, & post multa Vindictus condemnatus fuit ad ducatos sexcentos, quos soluit Eminentiss. Domino Præses D. Hieronymus de Philippis, ob emptionem cuiusdam domus in suo Casali Miani, quod est plusquam notorium, & est fides Magnifici Marci Antonij de Risis, qui pro Vindicto interueniebat.

Quartò causam defendi laudemij domus venditæ per illos de Coqui. & per Patres Discalceatos S. Augustini, in qua ad relationem D. Pauli Staibani recuperata est magna quantitas pecuniarum, & posita in actu possessorij mensæ Archiepiscopalis, vt ex fide Procuratoris Magnifici Francisci Curtij, & ex fide Aduocati contrarij Magnifici Fancilci Saia.

Quinto loco defendi causam mensæ prædictæ, cum Nepotibus Dom. Præsidis Dominici Astuti, ob deuolutionem petitam cuiusdam Massariæ in Casali Turris Octanæ, ex qua causa lucrum habuit quondam Eminentiss. Dom. ducatorum sexcentorum solutorum per Magnificum Franciscum Salzanum, vt ex fide facta per Aduocatum contrarium dictæ causæ, sc. per Magnificum Ioannem Laurentium Gaudiosum.

Sexto loco causam defendi censuum illorum de Fonzeca, ex qua mensa predicta reportauit magnũ lucrum, & statuta est in possessione erigendi à quolibet particulari ad relationem Ill. Marchionis la Tertia, vt ex fide Magnifici Franc. Saia Aduocati partis contrariæ.

Septimo loco defendi causam Apothecarum ciuitatis Salerni, vna insimul cum olim Ill. Marco Antonio Cioffi Marchione Oliueti, cum ciuitate Salernitana contraria, quæ prætendebat non posse exteros venientes ad nundinas in mense Septembris cogi locare dictas Apothecas in loco nundinarum, quæ causa concernit interesse Abbatiæ Sancti Benedicti eiusdem Eminentiss. in ciuitate Salerni.

Octauo loco defendi causam contra Vniuersitatem Sacci ex affictu quorundam territoriorum eiusdem Abbatiæ Salernitanæ, ex qua causa post multos labores in S. C. recuperauit Eminentiss. quondam Dominus ducatos sexcentos de contanti, vt ex fide Aduocati contrarij, scilicet Magnifici Dominici de Angelis, & Procuratoris in causa Caroli Arigliani, qui fecit dictam solutionem.

Nono loco defendi causam admissionis ad Collegium Neapolitanum, eiusdem Eminentiss. Domini, in qua totum ferè Collegium habuit contrarium, & proposita causa in S. C. fuit ibi decisa ad sui fauorem ad relationem eruditissimi tunc Consiliarij, postmodum Regentis, Antonij Miroballi, & in dicto Collegio fui admissus ad capiendam possessionem egomet Iulius Caponus, ex qua admissione lucrum habuit Eminentiss. Dom. ducatos mille, & octuaginta, vt ex libro eleemosynarum, quem conseruat Venerabilis Mater Abbatissa Monialium S. Francisci, vulgò *le Cappoccinelle*, & hoc vltra alia munuscula, quæ accepit idem Eminentissimus Dominus per aliud tempus, præsertim in hoc anno suæ infirmitatis.

Decimo loco defendi, & in ea allegaui notabiliter diffusæ, & latè per plura scripta, in causa demolitionis Palatij S.M.D. Reginæ, prope Palatium Archiepiscopale, quæ causa Romæ agitabatur, patrocinante pro Monialibus eruditissimo Aduocato Ioan. Baptista de Luca, ad relationem Illustriss. Dom. Baranzonis, cui causa per Papam fuit commissa, & decisa fuit ad fauorem D. Eminentiss. contra Moniales, vt demoliretur Palatium, quod fuit deindè dirutum, vt patet omnibus, & de dicta causa, & decisione mentionem feci *in libro controuers. for. controuersia prima.*

Vndecimo loco defendi causam contra Parœcos nolentes venire, ad examen generale ab eo propositum pro iterum examinandis Parœcis suæ Diœcesis, contradicente Cardinale Franciotto pro interesse, quod habebat in sua Parœcia Abbatiali Casalis Procidæ, qui prætendebat Parœcum suum non debere accedere ad examen, & facta solenni scriptura, atque remissa ad Sanctam Congregationem Concilij, censuit Sacra Congregatio teneri accedere ad examen, vt est notorium Neapoli, & de d. causa mentionem feci in meo libro, *controu. for. contr.* 42.

His positis pro facti specie, petij ego Doctor Caponus à Reuerenda Camera Apostolica, patrocinij mei salarium, seu honorarium super fructibus maturatis, & non exactis tempore antecessoris, & qui nunc exiguntur à successore in Ecclesia, siue à Camera Apostolica, idque non obstantibus quibuscumque in contrarium opponendis, de quibus *infrà*.

Probatur ergo primò, Misij Iulio Caponi deberi patrocinium, atque palmarium petitum in Tribunali Reuerend. Nuntiaturæ ducatorum bis mille: ex dictis fructibus, quia Capitulum Sede vacante dicitur administrator rerum Episcopatus, & primo loco tenetur soluere debita Episcopi defuncti, ex redditibus Episcopatus, residuumque futuro Episcopo custodire, *c. quia sæpe de elect. in 6. c. præsenti de Offic. ord. in 6.* & ibi glos. *in verbis debitis, quæ conclusio*

Procedit

Procedit, vbi non ſunt Collectores ſpoliorum, quia tunc Capitula adminiſtrant at vbi ſunt Collectores ſpoliorum, ipſi ſoluere tenentur, *vt infrà*, & hanc poſitam concluſionem, agnouerunt Quaranta *in ſumma Bullarij*, *in verbo Capitulum Sede vacante*, Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 114. *num.* 8. Zerol. *in verbo Beneficia*, Anton. Gom. *dec.* 313. & *d.* 340. Tuſchus *de viſitat. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 9. Garſia *de Benefic. p.* 2. *c.* 1. *n.* 89. Theſ. *dec.* 143. & Themud. *tom.* 1. *deciſionum Portugallia d.* 48. *cum ſeqq. tom.* 1. qui ſic deciſum refert per Auditorem Apoſtolici Nuntij Luſitaniæ de anno 1637. etiam in gradu appellationis, vt bene Themudo *vbi ſuprà*, ergo ad Cameram Apoſtolicam pertinet ſoluere debita Aduocatorum, & ſimilium per Anteceſſorem Prælatum.

3 Tertia ratio eſt, quia Camera Apoſtolica in Regno (provt de iure communi Capitulum Sede vacante) ſuccedit Epiſcopo in omnibus, ac ſi viueret, exceptis reſeruatis, Quaranta *in dicto verbo Capitulum Sede vacante in princ.* ergo cum ſuccedat Epiſcopo tenetur ſoluere ſalarium, quod debetur ab Epiſcopo; pro regimine vſque ad vitam, Speculat. *lib.* 1. *tit. de actore*, §. 1. *num.* 64. & *lib.* 2. *in tit. de fructibus*, & *intereſſe*, §. 1. *num.* 15. & *lib.* 4. *de ſtatu Monachorum*, *num.* 64. Barboſ. *in l. Diuortio in princip. ff. ſol. matr.* cuius rationis ratio eſt, quia fructus ſunt acceſſorij beneficio, qui ſemper debentur Prælato, pro tempore quo ſeruitium præſtitum ſibi eſt, *c. non licet* 2. *c. Epiſcopus* 4. *c. cum ſecundum* 16. *c. Dilecto filio* 25. *de præb.* ergo Iudex Apoſtolicus, ſiue Camera Apoſtolica licito iure condemnari petitur, ex fructibus maturatis, & non exactis, ſoluere ſalaria, & palmaria cauſarum, quas Iulius Caponus pro menſa Archiepiſcopali Neapolitana, allegando, & defendendo lucratus eſt.

4 Quartò, quia ergo Capitulum ſuccedebat adminiſtrando fructus Epiſcopi, *c. ſi Epiſcopus il* 3. vbi gl. *in verb. Sed Capitulum*, *cum Capitulo ſeq. de ſupplenda neglig. Prælatorum in* 6. ſicuti ſuccedit Camera in Regno, & vbi ſunt ſpoliorum collectores, ideò tenetur ad expenſas, & omnia neceſſaria debita ſoluere, gloſſ. *in clem.* 1. *de hæret.* DD. *in cap. cum olim*, & *c. his quæ de maior. & obed.* Rebuff. *in prax. Beneficior. in tit. de volunt. num.* 86. Azeued. *ad Curiam Piſanam*, *lib.* 1. *c.* 8. *à num.* 10. & alia refert Garſia *p.* 5. *de Beneficijs*, *c.* 7. *num.* 2. ſicuti etiam

5 tenetur Capitulum, vel ille qui percipit fructus, eleemoſynas impartiri, ad quas Epiſcopus tenebatur, vt ex Calderino, & aliis ita dicit Card. Tuſch. *in verb. Capitulum*, *concluſ.* 31. Them. *dec. Eccleſiaſtica Portugalliæ* 75. *num.* 9. & de Camera Apoſtolica quod ſuccedens in ſpoliis teneatur ſoluere debita pro ſeruitiis præſtitis Prælato, cui ſuccedit, fundat latè Lanfranchus Zacchias *de ſalario*, *q.* 7. *num.* 4. *cum ſeqq.* ad quod allegat text. *in cap. fin. de offic. ordinar. in* 6. *& in c.* 1. *de ſolution.* vbi dicitur, quod ſicuti filius debita patris ſoluere, tenetur, ita

6 Prælatus debita ſui prædeceſſoris contracta pro Eccleſiæ vtilitate, aut neceſſitate, & ita Doctores relati à Zacchia *d. q.* 7. *n.* 4. & Gratian. *c.* 94. *n.* 30. Rota coram Buratto *d.* 401. *num.* 50. ergo Camera Apoſtolica quæ per ſpecialem Papæ reſeruationem ſuccedit in talibus ſpoliis; tenetur ſoluere debita contracta pro ſalariis eorum, qui Prælato defuncto præſtiterunt operas: Rota *in antiquis deciſ.* 41. *de prob.* Bellam. *dec.* 755. Rodoan. *de ſpoliis Eccl. q.* 10. *per tot.* Grat. *cap.* 94. *num.* 31. Menoch. *conſ.* 64. *numero* 20. Camill. de Medic. *conſil.* 12. *numero* 13.

7 Probatur ſecundò, *ex d. c. præſenti de offic. ordin. in* 6. ibi: *Porrò, vbi ex Priuilegio, vel conſuetudine, ſeu alia de cauſa rationabili, ſibi aliquis prædictorum aſſerit, bona competere ſupradicta, hoc de illis bonis ſolum debet intelligi, ſolutis debitis, ſi quæ ſint, & his ſcilicet quæ fuerunt neceſſaria, pro ſeruitoribus, & miniſtris, ac incumbentibus oneribus vſque ad nouos redditus ſupportandis, congrue reſeruatis, ex ipſis reperta fuerint ſupereſſe, &c.* ibique *gloſſ. in verbo ſolutis debitis*, & ibi Geminianus *num.* 2. 3. Franc. *n.* 1. *gl. in c. ſi tibi conceſſo in verbo fructus de præb. in* 6. Tiraquel. *de retractu lignag.* §. 15. *gl.* 1. *num.* 6. *& ſeq.* Menoch. *conſ.* 64. *n.* 20. Grat. *c.* 94. 22. Franciſc. Marc. *d.* 346. *lib.* 1. Bonacoſſa *de Famulis*, *q.* 14. Rodoan. *de rebus Eccl. non alien. q.* 4. *num.* 3. Camill. *de Medic. d. conſ.* 12. *numero* 15. Geminianus *conſ.* 78. Nouell. *de iure protomiſeos*, §. 7. *num.* 66. *tom.* 17. *tract. fol.* 45. & habetur *in deciſ.* 41. *n.* 2. *de prob. in antiquis.*

Tamen declarant DD. procedere, quando ſalarium 8 quod petitur eſt debitum neceſſarium, & non eſt præſcriptum, quia ſi eſſet debitum voluntarium, vel eſſet præſcriptum, nullatenus ad illius ſolutionem Camera teneretur: Diceretur verò præſcriptum, quoties famuli illud in vita Prælati, conſequi neglexerint, per ſpatium longius duorum annorum, & poſt mortem, intrà vnius anni tempus petere neglexerint: Rodoanus *de ſpoliis q.* 10. *num.* 33. Bonacoſſa *de Famulis*, *q.* 14. *in fin.* & hoc ex diſpoſitione motus proprij Pauli III. & Pij V. de quibus Zacchias *p.* 3. *in tit. de præſcript. ſalarij*, vocant noſtri ſalarium, neceſſarium debitum, quando potuiſſet defunctus Prælatus de iure compelli, ad illius ſolutionem, voluntarium verò, tunc 9 diceretur debitum, quando Prælatus non potuiſſet inuitus cogi ad ſoluendum putà ſi ſalarium famuli, non fuiſſet conuentus, ad quod non tenetur ſucceſſor Prælati, niſi probentur duo illa extrema: quod Prælatus fuiſſet ſolitus conducere famulos cum mercede, & famulus nonniſi, ſoluta ſibi competenti mercede, eſſet ſolitus ſuas operas præſtare, Rota coram Puteo *d.* 43. & 44. *lib.* 2. Gratian. *capite* 96. *numero* 35. & 36. *cum ſequentibus*, & Vltramontani Hæretici Saſſones cum Carpzouio, hanc tenent concluſionem, quod defuncto Eccleſiæ Miniſtro ſoluatur Aduocato ſalarium de fructibus ita Carpzouius *tit.* 1. *def in.* 79. Speidel *lit. S*, *fol.* 1161.

Probatur tertiò, quia quicunq; ſucceſſor in be- 10 neficio, tenetur ſoluere debita ſui anteceſſoris contracta, pro Eccleſiæ neceſſitatibus, vel vtilitatibus, *c.* 1. *de ſolutionibus*, concordantes adducit Auguſt. Barboſ. *in d. c.* 1. *num.* 1. qui ampliat etiamſi contraxiſſet pro ſua ſuſtentatione, quia etiam diceretur pro neceſſitate Eccleſiæ contraxiſſe, vnde ſi clericus nihil habebat, ſucceſſor in beneficio, tenetur ad funeris expenſas, quæ tenduntur ad remedium ſalutis animæ, Geminian. *conſ.* 1. Franc. Marc. *d.* 436. *p.* 1. *& d.* 557. *p.* 2. Gratian *cap.* 94. *num.* 2. *cum ſeqq.* Burſatus *conſ.* 336. *num.* 95. *& n.* 127. *& conſ.* 158. *n.* 10. *vol.* 3. Bellettus *in diſquiſ. clericali*, *p.* 1. *in tit. de clerico debitore*, §. 3. *à n.* 3. *&* 50. ſic videmus, quod ſucceſſor tenetur ſtare locationi factæ per Prælatum anteceſſorem, niſi eſſet facta locatio nomine proprio anteceſſoris: quia tunc ſucceſſor, non tenetur ſtare colono, Gratian. *cap.* 606. 11 *n.* 11. ſicuti ſucceſſor in maioratu, tenetur ſoluere debita prædeceſſoris, ſi contracta ſint, pro neceſſitate, vel pro vtilitate, vel conſeruatione ipſius maioratus ſi pro neceſſitate, vel vtilitate ipſius prædeceſſoris in Maioratu, Bellettus *vbi ſuprà*, §. 50. *numero* 29. Barboſa *in dicto capite* 1. *de ſolutionibus*, *num.* 7. & alij apud eoſdem Doctores citatos,

citatos, at debita contracta ab eo, qui Maioratum fundauit, tenetur quilibet successor vniuersalis soluere, dummodo prius capiantur bona libera, redditúsque primogenij, & illis non sufficientibus ad bona Maioratus deueniendum est, Barbos. *num.* 8. sic successor Regni, tenetur ad debita prædecessoris, Card. Tusch. *litt. R, concl.* 330. & *litt. S, concl.* 876. Castillus *lib.* 3. *quotid. quæst. c.* 19. *n.* 126. *cum seqq.* secus in successore ex pacto, & prouiden-
13 tia, quia non tenetur ad debita contracta per antecessorem, Barbosa *num.* 9. & hoc pro expensis litis, & impensis necessariis factis pro Ecclesiæ ministris, & famulis, vt latè Rodoan. *de spoliis Ecclesiast. quæst.* 10. Franciscus Marcus *decis.* 436. *lib.* 1. Gratian. *cap.* 941. *à num.* 30. & etiam in debitis pro vtilitate Ecclesiæ pro patrocinio Aduocatorum præstito, & de salario eiusdem, quod totum tenetur soluere successor immediatus, non verò mediatus, quia de primo intelligitur ne res procedat in infinitum, & hoc procedit etiam in salariis famulorum, & Vicarij, quia pro vtilitate Ecclesiæ, & necessaria Gubernatione, sunt contracta, Flores de Mena *lib.* 1. *quæst.* 8. *n.* 4. Gratian. *cap.* 94. *num.* 36. *cum seqq.* Barbosa *in dict. cap.* 1. *de solution.* & hoc est, quod dicebat text. *in d. cap.*
14 *sæpè de electione, in* 6. vbi bona relicta à Prælatis Cathedralium Ecclesiarum, vel Collegiatarum ad futurum successorem pertinent, vbi non fiunt spolia, nam vbi fiunt spolia, pertinent ad Cameram Apostolicam, Boërius *decis.* 340. *cum seqq.* cum onere soluendi debita facta pro necessitate Ecclesiæ, vel eiusdem vtilitate, vt bene Barbosa *in d. cap. quia sæpè*, & *in d. cap. præsenti off. ordin.* ibi, *quæ solutis debitis, &c.*) enim habetur, quod si quis ex priuilegio, vel consuetudine sibi prætendit competere bona Ecclesiæ vacantis, intelligitur de illis tantum, quæ solutis debitis supersunt, vt bene Costa *de remediis subsidiariis remed.* 106. *n.* 8.

15 Probatur quartò, quia Aduocato salarium debetur certi iuris est, ad notata per Doctores *in l.* 1. *§. in honorariis, ff. de variis, & extraordinariis cognitionibus*, & *in l.* 1. *C. de suffragiis*, & *in l. sumptus, ff. de pact.* Carrocius *de locat. part.* 1. *de fructibus & litium expensis, quæst.* 8. Rota *decis.* 258. *part.* 1. *in recentioribus*, quia tale exercitium, tam eximios labores habet, vt vitæ æstimationis recipiat *leg. si pater in fine, ff. de donat.* Bart. *in l.* 1. *§. Diuus, ff. de*
16 *extraordinar. crimin.* & quod Aduocatis datur proprio nomine vocatur honorarium, *l.* 1. *ff. de variis, & extraordinar. cognit.* Ripa *de priuilegiis contractuum causa Pestis, num.* 117. Cephal. *consil.* 70. *num.* 7. & *consil.* 71. *num.* 2. Surd. *consil.* 41. *num.* 2. & *decis.* 219. *num.* 50. & facit text. *in l. qui operas, ff. locati*, & ampliatur etiamsi non fuisset conuen-
17 tum, quia honorarium Aduocati habet hoc priuilegium, vt etiam non conuentum debeatur *ex dict. l.* 1. vbi Bart. *ff. de variis, & extraord. cognition.* Federicus de Senis *consil.* 218. Pilaia *in decis. can. tom.* 1. *lib.* 1. *decis.* 11. *num.* 191. Natta *consil.* 176. *per totum*, Gratian. *cap.* 377. *num.* 6. & 7. Ricc. *collect.* 656. Rota *decis.* 302. post Consilia Criminalia Farinacij præsertim vbi adest consuetudo locandi operas suas, & soluendi salarium, provt principaliter viget in Curia Romana & alibi apud nos, Rota *decis.* 238. *part.* 3. *in recentioribus*, Coccinus *decis.* 256. Seraphinus *decis.* 1322. Corneus *consil.* 116. *lib.* 4. & sic seruari in Rota Romana in iudicando testatur Grat. *c.* 257. *n.* 50. & hæc solet assignari differentia inter salarium Procuratoris, & Aduocati scilicet quod non Conuentū Procuratori non debetur secus Aduocato, de qua re infra, sed interim videatur Zacch. *de salario, q.* 50. *à n.* 1. *vsque*

ad 7. *&c.* debet tamen Aduocatus, vt honorarium consequatur, licet non Conuentum, probare, quod 18
per ipsum fuerit præstitum patrocinium ad fauorem eius, à quo salarium petit, & cum specificatione negotiorum, & causarum: nam non sufficeret examinare testes, qui deponant suas operas præstitisse, nisi specificent qualitates litium, & causarum, vt *in d.* 1. *ff. de variis, & extraordin. cognition.* & hoc ad effectum, vt possit Iudex dignoscere qualitatem laboris, & seruitij præstiti, & secundum qualitatem illorum, probet salarium liquidare, vt ait Rota apud Zacchiam *q.* 52. *n.* 15. ergo successor Prælati tenetur soluere salarium Aduocati antecessoris, *d. Gloss. d. cap.* 1. *&* 2. *de solutionibus*, Carrocius *dict. quæst.* 8. *de fruct. & litium expensis, num.* 12. Guid. Papa *decis.* 561. Decius *in cap.* 1. *num.* 1. *de prob.* Statilius Pacificus *de Saluiano interdicto inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 684. Card. Puteus *decis.* 10. *lib.* 3. ad successorem enim non autem hæredem spectat soluere debita contracta per Prælatum ad sui sustentationem, & defensionem, etiamsi talis Prælatus haberet patrimonium, Innocentius *in cap. Episcop. de præb.* Bald. *consil.* 313. *volum.* 2. quia cum Prælatus inseruiat Ecclesiæ, debet alimentari de bonis Ecclesiæ *cap. ex his* 12. *quæst.* 1. *cap. Episcop.* 12. *quæst.* 29. Rota *decis.* 387. *tom.* 3. *part.* 5. *diuersorum, recentiorum, & decis.* 37. *num.* 1. ergo debitum contractum 19
pro seruitio necessario Prælati, dicitur contractum, pro necessitate ipsius Ecclesiæ aut ait, Calderinus *consil.* 1, *de solution.* & cum clarum sit successorem teneri extinguere debita contracta per antecessorem pro suis necessitatibus, seu vtilitate Ecclesiæ Innocentius *in cap.* 1. *de solut.* per consequens sequitur successorem, seu Ecclesiam teneri ad solutionem debitorum, quæ à Prælato contracta fuerunt, ex causa vtili, necessaria, & laudabili, non au- 20
tem ex causa voluptuosa, & vituperabili, ne alias dicamus Ecclesiam subministrare pecunias Prælatis ad delinquendum, propterea in casu nostro, ad hoc, vt successor Prælati teneatur ad solutionem debitorum Conuentorum ab antecessore, ex causa mercedis Aduocati requiritur, quod causa ab Aduocato patrocinata fuerit iusta non calumniosa, vt bene Zacchias *d. q.* 52. *n.* 12.

Dices primò iura citata disponunt successorem 21
teneri ad debita prædicti antecessoris, quando illa fuerunt contracta pro necessitatibus Ecclesiæ, at salaria debita, non videntur contracta pro necessitate Ecclesiæ, ergo sub dispositione dictorum iurium non continentur, ergo ad eorum solutionem Camera non tenetur, iuxta Gloss. *in d. cap.* 1. *in verbo necessitate.*

Respondetur enim, quod debita contracta pro sustentatione Prælati, dicuntur contracta pro necessitate Ecclesiæ Abb. *in d. c. præsentium, num.* 3. *de pign. cap.* 1. *num.* 2. *de solut.* & *in cap. si quorundam eodem tit.* Rodoc. *de spoliis, quæst.* 10. *num.* 32. Flor. de Men. 1. *var. quæst. iur. quæst.* 8. *§.* 1. *num.* 4. Solorzanus *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 46. Carleual. *de iudic. tom.* 2. *disp.* 19. *num.* 16. cùm Ecclesia teneatur illum alimentari *dict. cap. ex præsentium*, vbi Abbas *de pignor. ex dict. cap.* 1. *num.* 1. *de solutionibus*, ex regula, quæ est, quod qui Altari seruit, de Altari viuere debet, Burlatus *consil.* 225. *num.* 95. Surd. *decis.* 255. *num.* 14. Paris. *lib. de resignat. beneficiorum, quæst.* 36. *num.* 5. Paul. Comitol. *lib.* 1. *respons. moral. quæst.* 87. *num.* 3. & est illa regula, quod qui Altari seruit de Altari viuere debet, *cap. consuetud. de præbend. cap. de hoc* 2. *q.* 2. Belles. *in disp. Clerical. p.* 1. *in tit. de bonis clericor. §.* 6. *n.* 30. Surd. *de alimentis, tit.* 1. *q.* 62.

22 Dices secundò, Aduocatus non debet petere salarium ab amicis, ob præstitum patrocinium, quoniam sine spe salarij aduocasse præsumitur, *l. in fin. ff. mandati*, quia contraria sunt in officio merces, & amicitiæ merces, vt notat Ball. *in l. 2. num. 2. C. de iur. dot.* Ioseph. Ludou. *decis. Perusina* 111. *num.* 50. Caroc. *de locato, part.* 1. *in tit. de fructib. & litium expens. q.* 8. *n.* 42. & pro amicis intrinsecis præsumitur donatio, Bald. *in l. 2. n.* 20. *C. de iure dot.* Ruin. *cons.* 100. *n.* 25. *lib.* 4. licet in dubio donatio non præsumatur, *l. cum de indebito de prob.* ergo tale patrocinium præsumitur præstitum fuisse ob amicitiam.

23 Confirmatur, quia si quis aduocasset pro aliqua persona coniuncta, amico suo, putà si aduocasset filium alicuius sui amici; neque poterit petere salarium ex Bart. *in l. 2. num. 3. Cod. de negot. gest.* Ioseph Ludouicus *de decis.* 192. *num.* 6. Galganet. *ad statuta vrbis, lib. 3. cap.* 92. *colum.* 823. *num.* 10. Menoch. *de arbitrar. casu* 88. *num.* 60. qui explicat, quod nec etiam possit repetere expensas, quia ob causam amicitiæ præsumitur illas expensas donasse, Bald. *in d. l. 2. num. 2. C. de iur. dotium*, Ruinus *cons.* 100. *n.* 1. & 50. *vol.* 4.

Respondetur ad argumentum, & confirmatio-
24 nem, quod procedunt, quando tria concurrunt, scilicet primo vera amicitia, secundo causa pietatis, *l. 1. & l. is qui amicitia, C. de negotiis gestis*, tertio, quod expensæ fuerint in parua summa, Bald. *in d. l. 2. n.* 2. Menoch. *vbi supra, num.* 62. Mascard. *de prob. cons.* 554. *n.* 47. Carrocius *de locat. & conduct. in titulo de expensis, quæst.* 8. *n.* 44. & notat Doctores *in d. l. qui amicitia, ff. de sper.* vnde licet amicitia inter Aduocatum, & cliente ulum sit coniectura quod absque salario patrocinari voluerit gloss. *in d. l.* 1. §. *Aduocatus, ff. de variis, & extraordin. cognit.* Bart. *in d. l. 2. num.* 4. *ff. de neg. gest.* Bald. *in l. 2. n.* 1. *C. de iure dot.* Menoch. *consil.* 88. *num.* 6. & *consil.* 683. *num.* 1. *lib.* 7. Marchesanus *de commiss. in causa mercedis, num.* 13. Mascardus *de prob. concl.* 554. *num.* 56. Marescottus *lib. 2. variar. c.* 10. *num.* 3. Surd. *consil.* 196. *num.* 18. *lib. 2. & alimentis, tit. 6. q.* 1. *n.* 23. Leoncill. *de priuileg. pauperum, p. 2. priuileg.* 282. *num.* 16. & facit Rota *decis.* 69. *p.* 7. *in recentioribus*, tamen intelligitur, quando est vera
25 amicitia, & talis, vt ei veræ amicitiæ, nomen conueniat, & non sit quædam familiaritas; seu beneuolentia, quæ non dicitur propriè amicitia, sed bene amicitiæ principium, Albericus *in l. cum quidam, n.* 1. *ff. de leg.* 2. & tractat Arist. *in Ethicis, cap.* 9. & ad hoc talis amicitia de per se non sufficit ad excludendum agentem pro salario, etiam non Conuento, stante loci consuetudine, nisi alia cum ipsa amicitia concurrant adminicula: vt voluit Rota *coram* Seraphino *decis.* 1322. *n.* 2. & *coram* Caualerio *d.* 400. *n.* 3.

26 Dices tertiò, causas quas defendi fuerunt maiori parte transactione sopitæ, vt illa Terræ Sacci, illa nepotum D. Præsidentis Astuti, &c. ergo non debetur integrum salarium seu honorarium, neque palmarium.

Respondetur, quod solutio huius argumenti, pendet ab ea quæstione an si Aduocato sit promissum palmarium certum, vel salarium certum & partes concordent, integrum debeatur. Prima opinio dicit, quod sic Cagnol. *in l. Diem fructum, n.* 56. *ff. de officio assessoris*, Guid. Pap. *d.* 102. *n.* 2. Magonius *d.* 12. *n.* 20. Iason *in* §. *Actionum, vers. tripli, n.* 58. *instit. de act.* Beninc. *de paupertate, q.* 7. *n.* 6. Bald. *in l.* 1. *q.* 58. *C. de suffragiis*, Marsil. *sing.* 693. Gratian. *cap.* 55. *n.* 16. Adrianus Negusant. *q.* 192. *n.* 10. Azor. *in summa in tit.* 6. *C. de Aduocatis diuersorum iudic.* Barbosa *p.* 3. *de potest. Episc. alleg.* 79. *n.* 40. Caualc. *d.* 41. *n.* 48. *p.* 1. Dec. *in l. iure ciuili, n.* 1. *ff. de reg. iur.* Pileus Mediceus. *q.* 54. Seraph. *d.* 295. *n.* 50. Duranus *d.* 53. *n.* 50. Carroc. *de locato in tit. de fruct. & expensis, q.* 8. *n.* 14. vbi ait hunc casum esse menti tenendum, & sæpè in facto occurrere, cum tanta sit litigantium auaritia, vt ita fugiunt solutionem mercedis Aduocatorum, & Procuratorum, vt lupus lunam fugit, & faciunt compromissa, quæ hodie, vt plurimum nouas litigantibus pariunt lites, Mag. *decis.* 12. *num.* 13. & quando aliquid soluere debent Aduocato, Chiragra laborare videntur, vt dicit Martial. *epigram.* 66. *lib.* 1. *ad Glaucum.*

Litigat, & podagra Diadorus Flacce laborat,
Sed nil Patrono porrigit hæc Chiragra est.

Ratio autem ob quam debeatur Aduocato sala- 27
rium, etiam in casu concordiæ hæc est, tum quia concordia aliquando accipitur pro defensione, *cap. inter cætera*, vbi *glos. vlt.* 16. *q.* 6. tum quia per Aduocatum non stetit, quin exitus causam pro suo officio vsque ad finem prosequeretur, & dicitur ex parte sua adimpleta conditio *l. iure ciuili ff. de reg. iur.* ergo videtur reportasse victoriam, etiamsi amicabilis concordia, medio alterius, quam Aduocati sequuta fuisset, *l. finali, ff. mand.* Speculator *in tit. de salario*, §. *sequitur de Aduoc. n.* 3 *in fin.* tum quia Aduocatus iste, non est in culpa, ergo non est, quod sibi imputari debeat, *cap. ad nos* 47. *dist. c. Epheti* 43. *dist. cap. occidend.* 23. *quæst.* 3. tum quia sufficit si negotium vtiliter gestum sit, ergo postquam vtiliter gestum est, licet non fuerit sequuta sententia, tamen fuit sequutus effectus, *l. sed an vltro, ff. de negot. gest. l. si necessitas, C. de pign. act. l. verum*, §. *si locuples. ff. de minoribus*, tum quia res inter alios acta, tertio præiudicare non potest, vt *in toto tit. C. res inter alios acta*; alij dicunt cum secunda opinione Aduocatum ex causa transacta per partes; non posse totum salarium consequi de quibus plures apud Zacch. *quæst.* 52. *de salario, à num.* 49. tum quia Aduocatus iniquus videtur, qui absque labore, vult cons. qui omnia promissa, quæ præstanda erant pro labore, quem in patrocinio totius litis impendisset, & videtur velle locupletari cum aliena iactura, text. *in l. nam hoc natura. ff. de condict. indebiti, l. iur. natural. ff. de reg. iur.* tum quia Aduocatus non præstitit patrocinium in tota causa, ergo non poterit habere totum salarium, quia labor, & præmium recipiunt diuisionem, Bald. *in d. l. vnica, C. de naufrag. num.* 17. Guid. Papa *decis.* 102. latè Franch. *dec.* 265. Zacchias *cap.* 24. *à n.* 24.

Imò debetur salarium Aduocato, & Procuratori etiamsi causas perdiderit, & etiamsi non aduocassent, & procurassent, nec per eos stetisset, & etiam quod partes deuenissent ad concordiam, quia adhuc eis debetur salarium, vt dicunt, Muta *in cap. Regni Siciliæ, cap.* 62. *tom.* 7. & *cap.* 243. *tom.* 5. *num.* 10. Afflict. qui alios citat *in Const. Regni quæ incipit constit. num.* 10. *tit.* 70. & *in const. hoc Edictal. n.* 6. Muta *n.* 14. Gaill. *lib.* 1. *obseruat.* 44. *n.* 12. & debetur etiam Procuratori absenti cum licentia tamen principalis, vt ait Fabius de Anna *cons.* 42. *n.* 15. *vol.* 1.

Dices quartò, salarium non Conuentum non 28
debetur *d. l.* 1. *ff. de variis, & extraord. cognitionib. l.* 1. & *l. salarium, C. mand. l. qui amicitias*, §. *salaria, ff. eodem tit.* Reg. de Marin. *tom.* 1. *cap.* 73. *num.* 12. Ceuall. *quæst.* 288. *num.* 5. Ciriacus *controu.* 61. *n.* 21. Flores de Mena *quæst.* 8. *num.* 17. Gabriel *in tit. de*

Procurato

Procuratoribus concl. 5. Card. Tuſch. *litt. S, concl.* 7. Carroccius *de mercede famulor. quæſt.* 20. *num.* 7. Cardin. Mantica *de tacitis lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 16. Scaccia *de cambijs*, §. 4. *Gloſ.* 3. *num.* 20. Marcheſanus *part.* 1. *de commiſſ. in cauſa mercedis*, §. 1. *num.* 20. Danza *de pugn. D D. tomo* 1. *tit. de ſalario, cap.* 3. *num.* 3. Mauſon. *de cauſis exequtionis ampliat.* 32. *num.* 14. Leoncillus *de priuileg. pauperum, part.* 2. *priuileg.* 359. Maſtril *de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 101. Riccius *collect.* 656. *plures Rotæ deciſ. refert* Zacchias Lanfrancus *d.* 102. *à n.* 1.

29 Confirmatur, quia non ſufficit eſſe Conuentum, & promiſſum in genere, ſed requiritur fuiſſe promiſſum ad certam formam, vel aliam rem iuxta notata per ſpeculatorem in titulo de ſalario, vbi exemplificat ſi fuerit dictum bene faciam tibi, vel retribuam tibi, ita Marcheſanus *de commiſſi. part.* 1. *fol.* 2193. Danza *primo tomo in tit. de ſalario à num.* 19.

30 Reſpondetur ad argumentum procedere in ſalariis operariorum, non in Aduocatis, quorum officium conſiſtit cum probitate ſcientiæ, & intellectus, provt ſunt Aduocati, & Doctores Medici, & ſimiles, quibus eadem ratio doctrinæ competit, qui ſalarium conſequuntur ab illis, ad quorum fauorem operas impenderunt, & ſi nullum de ſolutione pactum, ſeu conſtitutum præceſſerit *d. l.* 1. *ff. de varijs, & extraord. cognit. D D. in l.* 2. *Cod. de ſuffrag. & in l. Archiatri, alias incipit* Antioch. *Cod. de profeſſ. & Medic. lib.* 10. Grat. *cap.* 158. *n.* 6. *&* 7. *&* Rot. Rom. *coram* Seraph. *d.* 74. *&* 849. *nu.* 3. & eſt in aliis deciſionibus apud Zacch. *de ſalario, cap.* 102. *à num.* 8. & ſic in talibus non procedit argumentum; ſed in famulis, & aliis vilioribus perſonis, quæ ſæpe numero inſeruiunt ſine ſalario Gratian. *cap.* 257. *num.* 3. Paytoll. *in expeditionibus cauſarum ciuilium expedit* 99. *num.* 6. Ricc. *collect.* 1885. Rota coram Seraph. *d.* 74. *num.* 2. *& d.* 84. *num.* 20. quia illi, qui vacant muneribus habentibus annexa priuilegia, & honores patrocinium ſolent præſtare ſub ſpe magnæ remunerationis, quam pro ſalario exercere ſolent, Rota coram Cerro, & coram Albergato in Romana pecuniaria 26. Maij 1654. & 3. Aprilis. 1655.

31 Reſpondetur ſecundo, quod argumentum non procedit quando ſumus in operario inſtante pro mercede; qui ſit ſolitus locare operas ſuas, & Dominus conducere, quia poſitis his duobus extremis, non obſtabit petenti, quod ſalarium non ſit conventum *l. excepto Cod. locati* Bonacoſſa *de famulis, quæſt.* 79. Marcheſan. *de commiſſ.* vbi ſupra Rota coram Puteo *d.* 44. *lib.* 2. *& d.* 1. *lib.* 3. & coram Pennia *dec.* 138. & coram Cavaler. *d.* 400. & coram Seraph. *d.* 74. *& d.* 1312. & coram Mantic. *d.* 266.

32 Ad confirmationem reſpondeo, quod ad hoc; vt dicatur probatum, in famulis, & aliis operariis, ſi in genere ſit promiſſum, ſubintrat poſtea Iudicis officium, pro decernēda mercede, & pro determinata quantitate, Rot. apud Zacch. *d. q.* 102. *n.* 8. *&* 9. at in Aduocatis, & aliis ſimilibus nulla opus eſt conventione, quia debetur Aduocato etiam non conuentum, Bart. *in l.* 1. §. *in honorarijs, ff. de varijs, & extraord. cognit.* Alexander *conſ.* 109. *lib.* 6. Soccinus *conſ.* 196. *vol.* 2. Gratian. *d. cap.* 257. *num.* 10. Magon. *d. Florentiæ* 12. *num.* 4. & ſolet appellari palmarium alias honorarium *ex l.* Vlpiano *in d. l.* 1. §. *in honorarijs, & §. ſi cui cautum eſt*, & dicitur palmarium, quia victoriam cauſæ ſignificat: palmarium enim idem eſt, quod victoria ſicuti exponit, *Gloſſ. in d.* §. *ſi cui cautum eſt in verbo nomine palmarij*, & ita Neapoli practicatur, vbi palmarium Aduocati vocant illud, quod ipſis præſtant in fine litis pro victoria cauſæ, cuius quidem palmarij ſiue victoriæ nomine ſi fuerit aliquod promiſſum, valet promiſſio, nec poteſt dici pactum de quota litis, Salycetus, & Angelus *in l. ſumptus, ff. de pact. & in l. litem, Cod. de pact.* & alij relati per Menoch. *caſu* 522. *num.* 8. & debetur Aduocato etiam ſi de facto, non aduocaſſet, vt per S. C. deciſum refert, Thor. *part.* 1. *in verb. ſalarium* an debeatur Aduocato, & Iudicis officio taxari dicit Menoch. *caſu* 543. *nu.* 7. & Pilaia *in dec. can. lib.* 2. *dec.* 11. *n.* 109. *in fine.*

Procuratoris non conventum, ſalarium verò 33
non debetur, quia Procuratoris officium debet eſſe gratuitum *l.* 1. §. *vlt. ff. mand.* Alexand. *d. conſ.* 109. *lib.* 6. vbi indubitanter affirmat procuratori, non non deberi ſalarium non conuentum, ſed quicquid ſit de iure nunc de conſuetudine ſalarium deberi etiam non conuentum omnes dicunt, & deberi à die conſtitutionis procuratoris vſque ad diem reuocationis, Rot. *d.* 157. *part.* 2. in recentioribus, & taxatur ſecundum laborem, & conſuetudinem, Zacchia *d.* 12. *per tot. & d.* 13. & in eo taxando attenditur loci conſuetudo. Rota apud Zacch. *d.* 15. eaque facta per Iudicem omninò attendi debet, Zacch. *d.* 16. & qualiter moueatur Iudex ad illud taxandum, & arbitrandum dixit Rot. coram Corrado *dec.* 17. *pœn.* Zacchiam, & 34
etiam *Medico* debetur ſalarium non conuentum Zacch. *d.* 61. *& d.* 63. 64. *&* 65. *cum d.* 66. verum non debetur poſt biennium à die finiti officij
quia præſumitur procuratoris ſatisfactio, Ant. Fa- 35
ber. *in ſuo Cod. in tit. de locat de fin.* 34. Barbat. *de de diuiſ. fruct. p.* 2. *cap.* 11. *n.* 10. *cum ſeq.* ſic Vicario Epiſcopi debetur etiam ſalarium non conuentum, Rot. *deciſ.* 126. *p.* 4. in nouiſſimis, Gra- 36
tian. *cap.* 257. *n.* 7. & licet Rot. alias feciſſet diſtinctionem, an ſit Epiſcopus ſolitus erat conducere, & Vicarius ſolitus locare, tamen ab hac diſtinctione Rot. receſſit, vt teſtatur Lanfranchus vbi ſupra *num.* 9. Sed limitatur in aliquibus caſibus, vt non procedat in ſucceſſore Epiſcopi, quia
non tenentur illud ſoluere: quia electio Vicarij 37
eſt voluntaria, non autem neceſſaria, ſecundo non procedit, quando Vicarius habet victum, & & veſtitum pro ſe, & famulo, & commodam habitationem ab Epiſcopo, tertio, quando ex redditibus extraordinarijs, Banci perciperet ſufficientia emolumenta: vt practicari in Ciuitate Beneuenti refert, Barbat. *d.* 11. *n.* 28. qui *n.* 29. ait quod pro tali ſalario dantur priuilegia ad inſtar dotis, & vtile ſal-
uianum interdictum, & prælationem Aduocatis 38
in eadem re cæteris creditoribus, ad inſtar creditoris, qui rem melioranit, Amat. *reſol.* 3. *part. tom.* & cenſus ex cauſa patrocinij ſuper feudo, illud officit, Giurb. *d.* 108. Golin. *cap.* 10. *numero* 51.

Putant verò aliqui, Aduocati ſalarium non de- 39
bere excedere ſummam à iure determinatam *d. l.* 1. §. *in honorarijs, ff de varijs, & extraord. cognit.* ibi in honorariis verò aduocatorum, ita verſari Iudex debet, vt pro modo litis, pro Aduocati facundia, & loci conſuetudine, & iudicij in quo erat acturus extimationem adhibeat, dummodò licitum honorarium, quantitas non excedat, ita Iaſon, *in §. tripl. num.* 35. *inſt. de act.* Bart. *in l.* 1. §. *ſi cui num.* 1. *ff. de varijs, & extraord. cognit.* Benn. *de priuileg. I. C. priuileg.* 73. *part.* 3. *num.* 8. & ſumma determinatur in iure centum aureorum, pro qualibet cauſa, vt in *d. l.* 1. §. *licita autem*, itaque pro vnaquaque cauſa vſque ad centum

aureos , quod textus fallit, ſecundum Bald. *in l. 1. in fin.* in Aduocatis Epiſcoporum & aliorum in dignitate conſtitutorum , qui pro ſtatu dignitatis, clientulorum quibus ſeruiunt , poſſunt petere ſalarium vltra ſummam taxatam Iaſon *in d. §. tripli num. 53. verb.eod.mod.inſt. de act. & in d.l. 1. Cod.de legat.*Barb. *in l. fortiſſimis Cod. de milit. veſt.lib.*12. & facit *textus in l. ſi pater , ff. de donat.* Anton. Corſett. *in ſuis ſing. in verb. condit.* incipiens *aliquis promiſit mihi facere veſtem,* Mancin.*de effect. iura. effectu* 253. *num.* 5. *&* 6. quod etiam procedit ſi lites eſſent ſuper hæreditatibus opulentis, vel ageretur de magna ſumma , quia tali caſu , non habet locum prædicta ſalarij taxatio , vt benè, Zacch.*d. quæſt.* 52.*n.*105. vnde hodie ſemper ſalarium debetur habito reſpectu ad qualitatem perſonarum , earumque induſtriam, & peritiam , Bald. *conſ.* 155.*lib.*1. Zacch. *de ſalario, quæſt.* 9. *&* d.9. *poſt tract.* & aucto labore interdum augetur ſalarium,Zacch. *d. quæ.*9. *&* d. 10. & per hoc intrat Iudicis arbitrium in eo taxando, Zacch. *d.* 11.

40 Dices quinto , quando operarius per plures annos ſeruitium præſtitit , nec vnquam à Domino ſalarium requiſiuit, ſed ſemper tacuit per hanc taciturnitatem,cenſetur abſque ſalario ſeruire voluiſſe, ita Federic. de Sen. *conſ.*110. Soccin.*conſ.* 196.*vol.* 2. Alexandr. *conſ.*109. Marta *voto* 99. Rota *d.*559.*p.*1.*& in recentioribus,d.*310.*p.*3.*&* coram Penn.*d.*138.*n.*7.& coram Mantica *d.*116. & coram Seraph. *d.*894.*n.*4. & in Romana ſalarij 30.Aprilis 1655. coram Albergato.

Reſpondeo cum Seraphino *d. deciſ.*1322.*n.*4. *&* Caualer.*d.dec.*400. *n.*4. quod taciturnitas plurium annorum, non inducit renunciationem ſalarij , niſi concurrat legitima temporis præſcriptio, vel concordando has duas opiniones, poteſt dici, quod prima opinio procedit,quando ille,qui operas præſtitit aliquid fuit conſequutus ab eo,in cuius cõmodum operæ fuerunt impenſæ , quia tunc intrat concluſio,quod talis præſumitur facta conuentio,qualem docuit ſubſequta obſeruantia , Felin. *in cap.cum* Bertol.*n.*41.*de re iudicata,*Bald. *in*
41 *l.ſi certis ann.n.*9.*C.de pact.*Alex.*conſ.*107.*n.*2.*lib.* 1. Natta *conſ.*292.Ioſeph. Ludou. *conſ.* 38.*illat.* 95. *&* d.*Romana ſalarij* die 30. Aprilis 1655. coram Albergato , at ſecunda opinio procedit, quando operarius nihil fuit conſequutus, prout ſe declarat Caual.*in eadem dec.*400.*n.*5.& Seraph.*d.* 849. *n.* 4. poſt Syluanum *conſ.*26. *n.*13. Sed in dubio nunquã præſumitur ſibi præiudicaſſe:vnde Rota 129.*n.*1.*p.*4.*diuerſ.*dicit,quod per receptionem alicuius rei,quæ loco ſalarij ſuccedat,non dicitur quis ſibi præiudicaſſe, vt ſupplementum vſque ad ſummam concurrentem,petere non poſſit, ſi quod recepit debitor mercedi non correſpondet, quod ipſum firmatum videtur in eadem *deciſ.*Caualerij 400. *verſ. demum,n.*6. ergo pro concordia ſupradictarum opinionum , quæ videntur inter ſe contrariæ , erit talis diſtinctio adhibenda , ſcilicet quod tunc taciturnitas in petendo cum receptione alicuius rei , loco mercedis præiudicat , itavt non poſſit illud ſalarium expoſci, quando id quod fuit receptum correſpondet labori, ſecus vero,quando eſt aliquod minimum ratione laboris impenſi,vt in caſu eiuſdem deciſionis 129. provt apparet ex lectura eiuſdem in fine, *verſ.* portio enim panis, & vini exigua erat , vt patet ſub *n.* 3.

42 Imò caſu quo quis ſuccederet ad inſeruiendum loco alterius operarij,cui certa merces fuiſſet ſoluta,tunc intrat vulgata regula, quod ſalarium ſolui ſolitum, anteceſſoribus,debetur ſucceſſoribus , de qua re,Bal.*in l.licet,Cod.locati,* Surd.*conſ.*42.*n.*12. Menoch.*cõſ.*570.*n.*7.*&* 8.Rot.*d.*88.*n.*5.*&* 9 *p.*2. *diuerſ.*ſed oportebit probare, quod ſalarium fuerit ſemper in eadem quantitate ab anteceſſoribus habitum,& præcipuè vltimis annis ; nam ſi ſolutiones fuiſſent diuerſæ non haberetur illarum ratio, nec recedendum eſt à principali regula ſuprapoſita , quæ eſt , ſalarium non conuentum non deberi Rota & alij apud Zacch.*de ſalario q.*102.*in fin.* qui *q.*14.*n.*17.cum ſequentibus dicit,quod honorarium debetur Aduocato,etiam lite pendente pro ſingulis iuris informationibus , de conſuetudine, quæ conſuetudo viget etiam in Medicis cum illis ſoluatur ſalarium pro ſingulis diebus, & viſitationibus,vt eſt notorium Zacch. vbi ſupra *d. q.*14.*à num.*17.& officio Iudicis taxatur honorarium Aduocati,& Procuratoris,etiam parte non citata Milan.*d.*5.*n.*26. Muta *d. Siciliæ* 66.*n.* 11. Golin. *de Procur.cap.*50.*n.*28.Pilaia *in dec.can. ſup. citatus, num.*190.

Præſcribitur verò ſalarium 30.annis, argum.*l.* 43 *ſicut & l. omnes. Cod. de præſcript.*30. *vel* 40.*annorum,*Gratian. *cap.*1. *num.* 3. licet per ſtatuta locorum , aliter præcipiatur , vt Romæ vbi triennio præſcribitur,Siciliæ quinquennio,latè Zacch. *quæſt.* 105.*num.*5. D.Reg.de Marin.*1.tom.c.*311. *n.*12.Rota *in Burgenſi ſalarij de anno* 1617.coram Caual.vbi fuit cõcluſum,quod creditori mercedis non obſtabat taciturnitas multorum annorum , dum non concurrebat legitima temporis præſcriptio , vt videre eſt in *in deciſ.*400.*num.*3.& cum in vna *Romana mercedis* allegaretur præſcriptio triennij noluit Rota firmare,& notabiliter obſeruat Zacch.*d.q.*105.*n.*25.quod ſalarium Aduocatorum, & ſimilium , non continetur ſub conſtitutionibus dictantibus ſalarium præſcribi , certo aliquo tempore , ad quod allegat plures , præſertim 44
Flores de Mena *q.*8. *n.*46.*&* Velaſch. *conſ.* 115. Maſtrill.*de Magiſt.lib.*1.*c.*2. *n.*102. & cum quidam Romæ non petijſſet ſalarium per annos ſexdecim fuit ei oppoſita præſcriptio temporis,dicebat 45
ille ſe eſſe forenſem , & non ligari ſtatuto, at fuit deciſum ligari ſtatuto vrbis, vbi ſeruitium præſtitit:Rota corã Bubalo *in Romana mercedis,d.*1598. apud Zacch.*d.*91. ſic Aduocatus quidam poſt an- 46
nos ſexdecim petebat honorarium , ſed quia non probauit cauſas in ſpecie patrocinatas,fuit abſolutum Monaſterium à petitione Aduocati, & ſic debet Aduocatus probare cauſas in ſpecie defenſas Rota coram Pirouano apud Zacchiam *d.* 45.

Vnde Infertur 1. ſalarij materiam eſſe fauora- 47
bilem,vt ait Speculator *in tit. de except.* §.3. Carroc.*de locato & conduc.in tit.de bon.q.lib.n.*7.&obtinere vicem alimentorum dicit Pontanus *de alim. c.*16.*n.*20.*fol.*452.*in* 8.*to. tract.p.*1.quia ſucceſſit loco victus *l.*2.*Cod.locati* Amatus *deciſ. Marchiæ* 201.*n.*7.Surd. *de alimentis,q.*67.*in fine,* & ſi cer- 48
tum fuit promiſſum petitur certi condictione ſicuti certum,Iudicis officio *l.*1.§.*de ſalario C.mandati,*ſed ſi incertum, ſit promiſſum ex ſtipulatu , tali actione agitur , & etiam nudo pacto promiſſum, peti poteſt *d. l.*1.§.*in honorarijs,ff. de variis,& extraord.cognit.*& vt dicimus ſupra etiam procuratori deberur non cõuentum quia cura omnis & labor optet præmium Gloſſ.*in c.fin.*8.*q.*1. Marſil.*ſingul.* 693. *&* omne officium ex honeſtate aliqua ſalarium requirat Benincaſa *de paupertate , q.* 7. *Spe-* 49
ciali 1.*n.* 2. & dignus eſt operarius mercede ſua *c. cum ſecundum de præbendis,c.quicunq;ſuffragio* 13. *q.*2.atque iuri,& æquitati. congruit,vt opera pretium

tium requirat *l. cum duobus,§. si in coeunda, ff. pro socio*;aliàs proprium officium esset vnicuique damnosum Gloss. *in §. ne autem vers. pedaneis in Auth. de iudicibus* Menoch. *centuria 6. casu 512.* Osaschus *d.46.n.7.& 8.* & dicitur honorarium : quia dari debet secundū facultates donātis,& donatarij, Amatus *d.52.* qui ait,quod dicitur salarium,& honor Doctorum Glossa *in §. restituenda in verbo salarijs, C.de Aduocatis diuersorum iudiciorum,* Franciscus de Petris *lib.1. Festuarum lectionum,cap.8.*
50 *n.4.& gl.in l.1.§.Aduocati.ff.de varijs,& extraord. cognit.* quæ dicit remoueri à salario non conuento Tutores, Actores,& Procuratores,contr. reprobatur , quia procedit quando non esset consuetudo remunerandi, & dandi salarium procuratorib.quæ consuetudo attendi debet in salarijs soluendis,licet non sint Cōuenta,Surd.*tit.1.de aliment.q.61.n.6.* Gratian.*c.257.n.35.& 36.*Soc.senior *cons.196.* Pilaia citatus supra in fine & sic seruari debet, & ex quo ait Rebuff.*de salarij,to.2.Gl.3.*Gratian.vbi suprà *n.39.*& esse antiquam consuetudinem post alios dicit Castillus *dec.226.p.3.*nullus enim præsumitur hodie tam stultus, vt operam,& Studium gratis,pro alio eroget nec aliquis præsumitur inanibus laboribus se fatigare,Hyppolitus Bonacossa *de præsumpt.§.laboribus*, & ideò omnes reprehendunt Gloss.*in l.1. ff. de procur.* dicentem non dici
51 aliquem procuratorem , nisi gratis mandatum suscipiat;quia lex concedit Procuratori salarium *l.salarium,C.mandati l.salarium.ff. eodem* de Petris *lib.1.Festuarum lectionum.c.7.n.31.*etenim licet mandatum dicatur gratuitum,*l.1.in fin.ff.mand.principium inst.eod.tit.*Ioseph Ludou. *d. Perusina 11.p.2.* non tamen excludit remunerationem institutio laboris *l. si remunerandi in princ.ff.mandati* , vt benè Card. Mantica *de tacitis lib.7.tit.19.* & sic practicari, vbi viget consuetudo in procuratorib. recipiendi salarium,vt in Gallia refert Gaill.*lib.1. obseru.44.in Vrbe Romæ* ; Zacch.*loc.cit. Siciliæ refert,* Muta *dec.66.* Milanens.*d.5. n.16.* Neapoli dicit Fabius Golin.*de procur.p.4.c.50.n.28.* & de omnibus Gabriel *de procur.concl.6.* & quod dici-
52 tur de Aduocatis dici debet de procuratoribus nostri temporis,Franciscus de Petris *lib.1. Festuarum lectionum c. 9. & 6.* & ille procurator,qui fungitur vice procuratoris , & Aduocati debet habere duplex salarium per *text. in l.his scholaribus,Cod.de erogat. militaris annonæ lib.12.*Gail.vbi suprà *n.7.* & post alios Golin.*d. c. 5. nu.34.* qui dicit valdè notandum pro procuratoribus peritis , qui sciunt etiam allegare in iure, Carrocius vbi suprà *n. 57.* Iacobus de Aretio *in tra.de expensis iur.iudic.facti.* etiam *num.23.in 3. tomo tractatuum,p.2.fol. 595.* & quod in salario Aduocato æquiparetur procurator,est *text. in cap. 1. §. nec etiam de foro competente in l. 1. & tractat.* Guillier le Rouille *in tract. de iustit. & iniust. lib.3. cap.50.nu.9.1.tomo tract.fol.383.* Specul.*in tit. de procurato.§. 1. nu. 3.* Riminaldus *in §.1.institit.*per quas personas nobis acquiritur,*num.9.* & Glossa *in rubrica, Cod.de procurato.* vbi Iason, & similis Aduocato est Procurator in causa dicit Iulius Cæsar Imbrianus *dec. 1.& 2. beneficio consideratur 5. numero 113. fol. 105.*

53 Infertur secundo taxandum salarium Procuratoris non Conuentum moderatè à Iudice secundum importantiam causæ consuetudinem loci , & scripturarum productionem *d.l. 1.§.in honorarijs, ff. de varijs,& extraord. cognit.l.1.in fin.C.mand.* & pro earum conditione,Menoch. *d.casu 512.n. 19.& cons.228.n.21.* & quia dicunt DD. quod
54 salarium Procuratoris non possit excedere centum aureos *l.1.§.licita, ff. de varijs,& extraord.cognit.* Gloss. & Bald. *in l. 1. quæst.vltima , Cod. mand.* Bertach. *in verbo salarium num.3.* Stracch. *de proxenetis.part.2.vltim.partes,num.4.in 6. tomo tract. part. 1.fol. 347.* & post speculatorem *in tit. de salario Aduocatorum,§. sequitur*, tradit Castill.*dec. Siciliæ 44.n.10.p.1.*venit intelligendum,iuxtà ea, tradit Alciat.*lib.3.disp.cap.9.* qui dicit, quod cen- 55
tum aurei, valent dena sestertia , & sestertia duas libras argenti , & semissem valuisse , quæ summa moneta libris centum plus minus valent , suntque dena sestertia millæ libræ, qua ratione aureus apud Vlpian. decem librarum nostrarum summa extimatione reddit,ità Alciat,& notat Golin.*p. 3. de procur.n.39. cap.50.* Trentacinq.*lib.1.n.1. in tit. de postulando resol.1.*Speidel.*tom.1.in verb. Aduocatus,fol.35.* Carpzouius *p.1.const.1.per totum,&*
56 aucto labore ; debet augeri salarium : Romanus *cons.25.*Capic.*d.27.* Menoch.*casu 514. n.21.& casu 515. n.50.* Surd.*cons.66.n.6.vol.1.&* Hyppolitus Maia *consultat.* 14. disputans articulum an sollicitatori debeatur salarium nonConuentum, & affirmant,quod sic,& tradidit notabile verbum, 57
quod seruitia Aduocatorum,& Procuratorum vix extimationē recipiunt per *textum in l. si pater,§ si quis in fin. ff. de donatio,*& ibi *ait* Maia, *quod clientulus fit iurisdict. eius loci* , vbi litigat non solum 58
pro expensis iudiciarijs soluendis,verum etiam pro salarijs Aduocatorum,& Procuratorum post Mandosium *de commiss.formula 11.* Flores de Men.*lib. 1.quæstiuris,n.50. in fin.*Gratian.*cap.56.num.7 to. 1.*Golin.*d.c.50.n.43.*& latè de Aduocatis eorumque salarijs Camillus Borr.*tom.1.in sum. decision. tit. 65. & 66.* latè Arnoldus Raigerius *præsumpt. iur.in verbo Conuentum verb. palmarium , & salarium.*

Ex quibus infertur secundo cum Doctissimo 59
Fagnano *ca.1. de solut.n.5.*qui ait,quod successor Prælati,in fructibus Beneficij,tenetur debita contracta per Prælatum antecessorem de illis fructibus soluere, & ad hoc sufficere probare , debita fuisse contracta:pro necessitate Ecclesiæ;sic debita honoraria Aduocatis tenetur dare successor in fructibus Beneficij Fagnanus vbi suprà *n.11.* & tenetur ad 60
pensiones tempore prædecessoris decursas,& non solutas præsertim quando pensio,est concessa cum clausula solita concedi, (vt melius, & commodius sustentari valeas , de alicuius subuentionis auxilio prouidere , & specialem gratiam facere volente) quæ clausula operatur, & facit vt pensio causa limentorum censeatur concessa : vt declarat Quintilianus Mandosius *in reg.de infirmis,quæst.9. n.6.* & super signaturæ *in tit. de pensioribus,q.51.* ergo successor in Beneficio decedentis Fagnanus *in d.c.1.n.15.* verum requiritur , quod constet de diligentijs factis à pensionario cōtra hæredem suc- 61
cessoris:quia Rot.cōdemnat successorem in Beneficio ad soluendā pensionē pensionario quando fecit diligentias contra hæredem prædecessoris,alias si nullam fecit diligentiā,tunc non condemnat,vt post alios Rota corā Greg.XV. *decis.*107.Fagnanus *in c.1.de solu.n.19.*&licet nouus successor teneatur ad pensionem , quam primus habebat , tamen intelligitur dummodo ei remaneat congrua, quæ in primis ante omnia deducenda est , vt deci- 62
sum refert Marchesanus *de commissionibus part. 1. fol.547.*Rota apud Gregor. XV.*d.507.n.5* latè Barbosa *in cap.1.de solut.n.5.* & nouissimè Tondutus Sanligerius *de pensionibus,c.11.* sed quæstio est,an semper congrua debeat remanere apud Beneficiatū in solutione pensionis,sc.apud Episcopū, & apud Parœcum, Respondeo distinguendos esse

plures caſus ex mente Fagnani *in d.cap.1. de ſolut. a num.23.*

63 Primus caſus eſt,quando ponitur à Papa penſio ſuper fructibus Epiſcopatus , vel Parœciæ cum clauſula(dummodo remaneant mille pro Epiſcopo, vel centum pro Rectore,) & hoc caſu non tenetur Epiſcopus, vel Parœcus ad penſionem niſi deducta congrua, quia penſio eſt conditionalis, propter clauſulam(dummodo) Seraphin. *deciſ.1122.* & clara eſt intentio Papæ , quod ita demum vult penſionem , ſi remaneant mille pro Epiſcopo , vel centum pro Parœco ad Trident.*ſeſſione 24.cap.1 §.ad hæc,* Rota *deciſ.679. parte 4. diuerſorum* , & ideò ſi Epiſcopus , vel Parœcus agit petitorio iudicio contra penſionarium , negans ſe penſionem debere , aut dicens penſionem eſſe nullam, tenetur probare penſionarius , quod titulari remaneat congrua , quia intentio penſionarij, fundatur in diſpoſitione conditionali , quæ niſi iuſtificetur , illum non reſeruat , & ita Rota decidit teſte Garſ. *parte 1. de benefic. cap.50. num.424.*

64 & *deciſ.679.p.4. diuerſor.* & hoc procedit etiamſi ſi penſionarius conſenſerit reſeruationi penſionis, quia talis conſenſus intelligitur præſtitus ſub eadem conditione ſub qua penſio reſeruata exiſtit,ex Doctoribus citatis,verũ hoc caſu,ſi talis penſio ſit exceſſiua , poterit ſolum agi ad reductionem , ſed non erit nulla in totum, quia non deficit intentio Papæ eam reſeruantis , in maioris ſumma,cui minor ineſt , nam ſi voluit reſeruare penſionem in maiori ſumma;ergo multo magis in minori,*l.1.§.ſi ſtipulanti, ff.de verb.* Creſcentius *dec.17.n.4.de reſcript.* Card.Put.*d.34.n.12.lib.2.* Mantic. *d.153.* Sed hoc intellige in eo ſenſu tantum,in quo penſio fuit quidem reſeruata conditionaliter, cum prædicta clauſula(dummodo remaneant tot pro titulari,) ſed ſine expreſſione certi valoris,quia tunc penſio exceſſiua non eſt nulla in totum, ſed reducibilis,& ita procedunt deciſiones, ſupra allegatæ, ſecus verò, ſi penſio ſit reſeruata ſimul cum prædicta clauſula (dummodo) & cum expreſſione certi valoris per aſcenſum,quia tunc ſi penſio reperiatur exceſſiua ; non poteſt reduci, ſed propter ſubreptionem debet declarari nulla in totum , vt fuit deciſum in Peruſina Parœcialis , ſeu penſionis 1.Iulij 1641. coram Dunnozzetto Decano.

65 Secundus eſt,quando Papa reſeruat penſionem ſuper fructibus menſæ Epiſcopalis, vel Parœcialis cum clauſula primæ oppoſita ; etiamſi non remaneant mille pro Epiſcopo, vel centum pro Rectore , quod tamen licet antiquitus fieret admodum raro, teſte Fagnano *vbi ſuprà , n.30.* nunc fit ſæpiſſimè , & hoc caſu,certum eſt Epiſcopum , vel Rectorem teneri ad ſolutionem penſionis cum integritate, etiamſi non remaneant mille,vel centum pro congrua,quia de poteſtate Papæ dubitari non poteſt , *cap. propoſuiſti de conceſſ. præb. cap.2. de præb. in 6.* & de voluntate conſtat , quia id verbis expreſſit *l.Labeo,§ idem Tubero,ff.de ſupellectili legata* , Baldus *conſil.305. lib.1.* Geminianus *conſil.61.* & cenſetur Concilium Tridentinum derogaſſe , cum ſtatuerit contrarium eius , quod Concilium diſponit *dicto cap.13.ſeſſione 24.*& eſt Bulla Pij V. de qua Fagnanus *in c.nulla , n.56. de conceſſ. prabenda.*

66 Tertius caſus eſt quando Papa reſeruat penſionem , cum prædicta clauſula (etiamſi non remaneant mille,&c.) non quidem expreſſa , ſed tacita ſubintellecta putà , quia in clauſula conſiſtoriali fuerit expreſſus valor fructuum menſæ Epiſcopalis per aſcenſum, videlicet in ducatis mille,& nihilominus penſio fuit reſeruata in ducatis quingentis, & hoc caſu pariter Epiſcopus tenetur ad ſolutionem integræ penſionis , licet non remaneant mille pro ſua congrua , nec poteſt petere reductionem, quia Papam illo caſu cenſetur voluiſſe derogare Decreto Conc.Trid.*d.c.13.* quia cum ſciuerit valorem fructuum, iuxta quem non remanent mille pro Epiſcopo,talis ſcientia habet vim clauſulæ non obſtante, ita Felin. *in cap.nonnulli,n.13.verſ.fallit quarto de deſcriptis,* & in propriis terminis reſoluit Rota in cauſa S. Angeli penſionis 16. Decembris 1593. coram Cardin. Pamphil. & in Ferrarienſi penſionis 23. Ianuarij 1602. coram Ortembergo , quæ referuntur,in Campanienſi penſionis 23.Ianuarij 1609.coram Iuſto,apud Marcheſanum *de commiſſ.part.1.fol.574.* Rot.*dec.32. poſt tract.*Tondut.*de penſion.* & *d.43.81.83.84. 88.q.93.94.95.98.& 99.*

Quartus eſt caſus , quando Papa reſeruat pen- 67
ſionem , purè , & ſine prædicta clauſula , nec expreſsè , nec tacitè ſubintellecta , puta quia fructus menſæ Epiſcopalis , per aſcenſum expreſſi fuerunt in ducatis mille, & quingentis, & penſio reſeruata fuit ſolum in duc.quingentis , & in hoc caſu,ſi facta fructuum liquidatione, apparet penſionem eſſe exceſſiuam, & non remanere Epiſcopo duc.mille pro ſua congrua,& Papam fuiſſe deceptum, in expreſſione valoris , narrari in Cedula conſiſtoriali, hoc caſu penſio erit reducenda;ita vt Epiſcopo remaneant mille pro ſua ſuſtentatione, vt deciſum fuit , in dicta Campanienſi penſionis, hoc enim caſu Papa non cenſetur voluiſſe derogare , ſed potiùs ſe confirmare cum decreto Concilij Trident. ad excludendam ſcientiam Papæ, de vero valore , pro propoſitione Eccleſiæ in Conſiſtorio,vbi teſtes depoſuerunt fructus aſcendere ad ducatos mille,& quingentos, quæ informauit animum Papæ,quod reſeruata penſione 500.ducatorum remanebant mille pro Epiſcopo , vnde non poteſt dici Papam voluiſſe derogare Concilio Trident. ſed potius ſe conformare , verum tamen eſt , quod ante factam liquidationem fructuum Epiſcopus non poteſt denegare ſolutionem penſionis , hoc prætextu , quod non remaneant mille pro ſua congrua ; poſito poſſeſſorio ex parte penſionarij , vt colligitur ex eadem deciſione Campanienſi penſionis , & aduertit Fagnan. *in dicto cap.1. de ſolut. in fine* , latiſſimè Tondutus Sanligerius *de penſionibus , cap.14.* omninò videndus, pro modernis prouiſionibus ad fauorem Epiſcoporum , qui conqueruntur de penſionibus , & *cap.15.*

Semper tamen obſeruandum eſt , quod ad pro- 68
bandum valorem Epiſcopatus, vel alterius beneficij poſita clauſula (Dummodo remaneant mille pro Epiſcopo , vel dummodò remaneant centum pro Rectore) attenditur valor tempore impoſitionis , & non requiritur, vt probetur valor , per tempus decennij antecedentis , quia ad effectum ſuſtinendi penſionem , ſufficit probatio valoris tempore impoſitæ penſionis , ſed ad effectum validitatis tranſlationis penſionis , quæ tranſlatio ex Bulla Vrbani VIII. 20. in ordine requiritur ad
hoc, vt valeat tranſlatio, vt probetur, quod pen- 69
ſio , quæ transfertur , non excedat medietatem fructuum beneficij , alias eſt nulla tranſlatio , in dicta *Bulla* §.20.*verſ.& inſuper*,quid defectus,vel valor,probandus eſt ab Epiſcopo,vel Parœco grauato penſione , Pariſ. *de reſignat. beneficior. lib.6. quæſt.2.n.66.* Caputaqu.*d.30.p.2.* Rota *d.511. p.4. in recentiorib.* & *d.671. n.4.* coram Buratto,

&

& coram Veroſpio, apud Poſtium *de manutenendo, dec. 303. num. 50.* ſed ad probandum exceſſum ſufficit tempus tranſlationis, ſed probatio valoris deſumitur ex decennio antecedenti, vt in propriis terminis, dixit Rota *dec. 65. num. 15. part. 2. diuerſor. & dec. 825. num. 3. part. 4. diuerſor.* quia ſi probatio pretij reſtringeretur ad tempus contractus,
70 ſequeretur pretium ex momento temporis conſtitui cum contractus momento perficiatur, quod eſt contra text. *in l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid.* vbi notat Bart. *in §. nonnullam, num. 3.* Alexander *num. 10.* Afflict. *d. 316. num. 6.* & ideo Camaritenſi penſionis 1. Iulij 1643. coram Raios conſtitutus fuit valor beneficij, ex redditibus decennij, quod etiam ſeruatum fuit coram Veroſpio *d. 5. deciſionum recentiorum, dec. 544. num. 3.* & in
71 Caſertana penſionis, coram Bichio, die 31. Martij 1645. vt refert Zacchias *d. 8. per tot.* præſertim *à num. 20. cum ſequentibus*, & quia in valore liquidandi deducuntur onera fuit dictum in dicta Caſertana, non eſſe ponendum onus ſalarij Prædicatoris ducatorum 40. quia hoc pertinet ad Epiſcopum, vnde Penſionarj non tenen-
72 tur contribuere, poſt alios Rota, coram Bicchio in dicta Caſertana penſionis *numero 28.* apud Zacchiam *dicta deciſione 8.* in qua deciſione fuit etiam adempta partita ſcutorum annorum 40. pro ſalario Organiſtæ per totum annum, quia eſt voluntaria reſpectu quantitatis, ſic fuit dempta expenſa ducatorum centum, pro ſalario factoris, ſiue
73 exactoris, quia ponitur inter expenſas voluntarias, Rota *dec. 8. num. 29.* impenſa Candeloræ fuit taxata in ducatis 45. annuis, neque fuit calculata impenſa ducatorum centum, & alia 50. pro impenſis reparationis Eccleſiæ, domorum menſæ
74 Epiſcopalis, & ſuppellectilis ſacræ: quia tales impenſæ non minuunt fructum, cum ſint impenſæ incertæ, ac rationabiles, ad neceſſarias verò reparationes penſionarius pro rata tenetur, Rota *in dicta Caſertana 31. & 32.* apud Zacchiam.

75 Ex quo reijciuntur vanæ cantilenæ Epiſcoporum, qui poſt acceptatos Epiſcopatus cum penſionibus dicunt ad penſiones non teneri, eaſque ſoluere non debere, quia non remanet pro eis congrua, quam renunciarunt, & aſſerunt renunciationem factam nullam fuiſſe, quia congrua, vtpotè deſeruiens pro victu renunciari non poteſt, & quod peius nullam curam faciunt de excommunicationibus, quibus ab Auditore Cameræ puniuntur, de qua re alias erit noſtra allegatio, interim ad materiam noſtri Pſalmarij & Salarij reſtringendo rogo D D. Iudicantes agi de cauſa mercedis maximoperè priuilegiata: præſertim ſub iudicio D. mei Doctiſſimi, & integerrimi Auditoris.

DISCEPTATIO CX.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Feudo deuoluto ad Romanam curiam hypothecariæ actiones actiuæ, & paſſiuæ extingui debent.*
3 *Hypoteca contracta cum aſſenſu in praxi non extinguitur per deuolutionem feudi.*
4 *Fiſcus tenetur in caſu deuolutionis ſoluere onera contracta cum aſſenſu.*
5 *Feuda habente ſucceſſorem, & debito contrahente cum aſſenſu ſolui debent à fiſco.*
6 *Feudatarius quo tempore ſucceſſorem habere debeat, an tempore contractus, an mortis tempore.*
7 *Fiſcus creditori agenti cum aſſenſu in caſu deuolutionis, an poſſit opponere, vt agat contra Burgenſatica.*
8 *Feudo deuoluto ad fiſcum extincta ſunt credita ſine aſſenſu contracta.*
9 *Creditores ſine aſſenſu ante deuolutionem qualiter agere poſſint, & ad quid.*
10 *Feudo deuoluto ob lineam finitam, an poſſit fiſcus petere a creditoribus vt cedant actiones ſuper allodiis.*
11 *Feudi onera hæreditaria à quibus hæredibus ſoluuntur.*
12 *Creditores cum aſſenſu quando agant contra Burgenſatica feudo deuoluto.*
13 *Alberti Bruni* conſ. 104. *adducitur notabile ad materiam.*
14 *Succeſſores feudi ex pacto, & prouidentia an agant in caſu deuolutionis contra Burgenſatica.*
15 *Onera feudi triplicis generis, & qualitatis adducuntur.*
16 *Mutuanti ad feudum emendum quam habeat actionem contra feudi ſucceſſorem.*
17 *Onus ſoluendi reſiduum pretij feudi de quo in præſenti quodnam ſit, & à quo ſoluendum feudo deuoluto.*
18 *Illuſtriſſimus Dux Diani adducitur, & laudatur.*
19 *Fiſcus non agit contra Burgenſatica in caſu deuolutionis ſine ceſſione.*
20 *Fiſcus in dubio nullum habet priuilegium.*
21 *Fiſcus ſoluens non ſuccedit in eis iura ſine ceſſione.*
22 *Fiſcus quando agat contra debitorem ſui debitoris, & qua actione.*
23 *Fiſci nomine quilibet agere poteſt, ſed ipſe minime ſine ceſſione.*
24 *Fiſcus non cedit facta ſolutione ex interuallo, nec ipſe agit facta ceſſione ex interuallo.*

ARGVMENTVM.

Feudo deuoluto ad Romanam curiam hypothecariæ actiones actiuæ, & paſſiuæ extingui debent. Praxis admittit, & æquitas non extingui, ſi cum aſſenſu fuerint contractus quando feudatarius ſucceſſorem habebat; & quo tempore illum habere debeat, ſcilicet an tempore contractus, vel mortis? Fiſcus contra tales creditores an poſſit exponere, vt agant contra Burgenſatica, at an agere poſſit contra creditores, vt cedant actiones contra Burgenſatica. Alberti Bruni conſ. 104. *adducitur notabile. Onera feudi tri-*

plicis

plicis generis ſunt. Fiſcus in dubio nullum habet priuilegium, & ſoluens non ſuccedit in locum creditoris ſine ceſſione, & quando agat contra debitorem debitoris, & qua actione, nec fiſcus agit, facta ceſſione cum interuallo, &c.

PRO

Hæredibus quondam D. Hieronymi de Martino,

CVM

Regio Fiſco.

FACTVM.

1 IN Anno 1622. in S. C. fuit ſub haſta poſita Terra Montis Falconis ad inſtantiam quorundam creditorum Genuenſium Marchionis Trinici, & empta fuit à quondam Andrea de Martino pro pretio ducatorum 24000. quos ſoluere promiſit hoc modo videl. ſcud. 9528. in tot effectibus Regiæ Curiæ, & reſiduum ſoluere pro certo tempore, & interim correſpondere promiſit intereſſe, & quia prædicti ſcud. 9528. erant tam dicti quondam Andreæ; quam quondam Scipionis, & Reuerendi D. Hieronymi de Martino Fratrum d. Andreæ emptoris in inſtrumento ceſſionis omnes tres Fratres interuenerunt cum pacto, vt a creditoribus quibus erant aſſignandi, fierent ceſſiones in eorundem Fratrum de Martino beneficium, qua ceſſione non facta, D. Hieronymus egit in S. C. pro liquidatione ſuæ portionis, & ratæ necnon cogi, & compelli creditores prædictos vt facerent ceſſionem, & liquidata rata D. Hieronymi in ſcud. 4147. ac pluribus factis decretis S. C. pro ceſſione facienda: dictum fuit quod habeatur facta provt deterius.

In Anno 1626. per mortem Andreæ fuerunt hæredes declarati in feudalibus Scipio, & in Burgenſaticis Scipio, & Hieronymus, & de an. 1637. poſſidens Scipio dictam Terram defecit à ſolutione tertiarum reſidui pretij, ob quod creditores ſequeſtrari fecerunt ſcudos 24000. Capitalis, quod debebat Illuſtriſſimus Dux Magdaloni: contra quod ſequeſtrum comparuit D. Hieronymus dicens quod ex ſcudis 24000. erant proprij ſcud. 12000. & per S. C. dictum fuit tolli ſequeſtrum pro d. ſumma ducatorum 12000. D. Hieronymi firmo remanente pro ſumma Scipionis

In Anno 1640. factus fuit caſus deuolutionis ad Regium fiſcum Terræ prædictæ ob Scipionis mortem abſque legitimo ſucceſſore, & Regia Curia Terram prædictam incorporauit; ob quod comparuerunt, tàm dicti creditores pro reſiduo pretio, quod debebatur quàm Dom. Hieronymus pro ſua ſumma ſcud. 4147. & pluribus peruentis depoſitis ab affectatoribus Terræ prædictæ fuerunt liberati pro medietate creditoribus Ianuenſibus, & pro medietate Dom. Hieronymo.

In Anno 1645. Terra prædicta fuit vendita ſcud. 20200. pro quibus Romana Camera iuſſit emptori, vt ſolueret creditoribus Ianuenſibus ſcudos 14200. & alios ducatos ſex mille ſequeſtratos retineret emptor pro iuſtis prętenſionibus D. Hieronymi.

In eodem Anno 1645. idem D. Hieron. etiam vti hæres quondam Scipionis conueniri fecit Ducem Magdaloni pro ſcud. 24000. & ad conuentionalem venit cum Ill. Duce, & illi ſoluit maiorem partem, & ad præſens non debet niſi ſcud. 5000. circiter, quo negotio ab eo tempore ſoluit vſque modo.

Quando caſus contingit quod in an. 1661. ad inſtantiam Regij fiſci à D. Præſide Moles fuit ordinatum, vt Ill. Dux Magdaloni faceret depoſitum totius ſummæ tertiarum ducatorum 12000 ab anno 1637. à quo die fuit factum d. ſequeſtrũ, verùm in liberatione audiantur hæredes D. Hieron. à quo decreto pro parte Ill. Ducis fuit obtentum referat, & fuit dictum bene prouiſum, & habito alio referat ad finem videndi, & præſentata comparitione vbi dicebatur à Duce ſe eſſe debitorem ſolũ pro ducatis 5000. pro reſiduo maioris ſummæ, & quod erat promptus ad illos depoſitandos, & quod ex alia ſumma ſoluta per ducem reperiebatur facta emptio cum Iuſtiniano Valentino ſcud. 8000. dicebat dux quod poterat Regius fiſcus ſuper illis recurrere, & per Rom. Cameram fuit dictum non eſſe deferendum verum ex cauſis pro nunc faciat depoſitum ducatorum 5000. necnon viſa petitione fiat ſequeſtrum ſuper Capitali ſcud. 8000. debitorum per dictum Iuſtinianum, qui infrà dies octo faciat depoſitum tertiarum decurſarum, & cum fuiſſet ab Ill. Duce Magdaloni factum depoſitum prædictum fuit eadem die liberatum Regiæ curiæ, & cum hæredes D. Hieronymi reclamauerint à decretis prædictis pendet hoc verbum faciendum. Quæritur ergo an conſtet de bono iure dictorum hæredum, & an Regius fiſcus ſuper Burgenſaticis habeat actionem, cum præſertim ceſſionem à creditoribus Ianuenſibus à quibus cauſam habet, & repræſentare prætendit, non habeat vnde dico, quod

Licèt certum ſit in iure noſtro hypothecarias actiones paſſiuas cum aſſenſu contractas ſuper feudo viuente feudatario; ſi feudum deuoluatur ad Regiam curiam extingui, vt tenet Andr. Aſilictus Regens de Ponte, Campagna, Roſental, & alij feudiſtæ, quos refert, & ſequitur Reg. Rouitus *conſ. 53. n. 19. lib. 1.* Ciriac. *to. 3. c. 446.* Carleualius *diſp. 28. tom. 2. n. 39. & 57.* Koppen. *dec. 39. n. 28.* Maſtrill. *dec. 54. à n. 16.* Fontanell. *dec. 474. n. 10. to. 2.* Selle *dec. Aragoniæ 149. p. 2. n. 58.* Cancerius *lib. 1. c. 11. n. 17.* Oſaſch. *d. 156. n. 9.* Barbat. *in prag. de aſſiſtentia gl. 5. n. 149.* D. Reg. Conſtantius *in l. 1. n. 145. C. pœnis fiſcalib. creditores præferri.* 2

Praxis tamen obtinuit in benignitate Regum noſtrorum fundata, & ad fauorem Baronum Regni inducta, vt ſcilicet deuolutis feudis, creditoribus feudatarij ſatisfiat, quæ ſanè praxis DD. authoritate non eſt deſtituta; quia eam tradiderunt Freccia *lib. 2. de ſubfeudis, auth. 29. n. 6.* Boër. *dec. 181. n. 4. & 5.* Camerarius *in cap. Imperialem. fol. 50. litt. L,* Regens de Ponte *conſ. 81. n. 18. lib. 1.* Capic. *in inueſt. feudali, de feudi deuolutione in verb. hypothec.* Francus *dec. 213. num. 21.* Piſtorius *lib. 2. q. iuris c. 48. à n. 14.* Schrader. *de feudis. p. 8. c. 4. n. 34.* Facchineus *lib. 2. controu. iuris, c. 56.* 3

Ideo fit quod fiſcus tenetur in caſu deuolutionis Terræ prędictæ ad Regiam curiam ob lineam finitam Andreæ, integrè ſoluere creditoribus habentibus 4

bentibus hypothecam cum assensu, Capic. *vbi sup. fol.* 159. Freccia *vbi sup. n.* 7. D. Reg. de Ponte *de pote.* Proregis *tit.* 7. *de assensib. Regiis*, §. 4. *num.* 7. *& dec. Collat. cons.* 4. in qua apparet ad relationem R. Cameræ, per Collaterale Consilium fuisse decisum, secundum hanc sententiam, hoc idem tenet de Mauro qui fuit fisci patronus in R. Camera *in alleg.* 17. *n.* 7. Harmann. *vbi sup. n.* 22. D. Camill. de Med. *cons.* 55. *n.* 6. concludens, quod si feudum deueniat ad fiscum proprio iure ob mortem feudatarij sine successore transit cum onere satisfaciēdi creditoribus cum assensu vsque ad minimum quadrantem, & allegat Andream *in c.* 1. §. *quid ergo, n.* 50. *de inuestitura de re alien. facta*, Gratian. *to.* 5. c. 996. *n.* 3. *cum seq.* Molfes. *p.* 4. *ad consuetud. q.* 47. *n.* 2. Fuluius Lanar. eximius fisci Patronus *in add. ad Regentem Lanarium, in* §. *sed etiam res, n.* 76. *folio* 340. *& in* §. *vsumfructum generis, n.* 1. *fol.* 421. Ioan. Bapt. Bilotta *in conclusionib. feudalib. concl.* 4. *num.* 7. Gallupp. *in methodo feudali, part.* 4. *cap.* 5. *numero* 51. de qua conclusione in praxi non est dubitandum.

5 Sed oportet aduertere conclusionem procedere quondam feudatarius debita contrahendo successorem in feudo habet; sed quo tempore est quæstio putabat Lofred. *cons.* 33. *num.* 8. allegans Annam *in c.* 1. *de Vassallo decrepitæ ætatis, num.* 187. quod feudatarius debeat habere successorem tempore mortis, non autem tempore contractus, vt fiscus teneatur soluere debita contracta cum assensu, sed Doctores omnes *suprà* allegati, & collaterale Consilium sic decidit, vt sufficiat tempore contractus habere successorem, vnde Andreas qui tempore
6 contractus Scipionem Fratrem habebat: si debita feciſſet tenetur fiscus illa soluere: quia sufficit habere successorem tempore contractus, & non requiritur tempore mortis, Camerarius *in c. Imperialem, pag.* 30. *lit. P*, & hæc est opinio recepta, & secundum eam pluries iudicatum in Regno Siciliæ, vt testatur Mastrill. *in add. ad Petrum de Greg. de succeſſ. feud. p.* 4. *q.* 10. *lit. B*, Regens Tapp. *dec.* 4. *num.* 21. & plura allegat Facchineus *lib.* 7. *contr. cap.* 56. Ioannes Harport. *ad Iulium Clarum, in* §. *fendum, q.* 35. *n.* 6.

7 Declaratur etiam conclusio, vt Regius fiscus contra creditorem agentem cum Regio assensu pro consequutione eius crediti, non possit excipiendo opponere, vt dirigat gressus suos super bona allodialia, & deindè in subsidium deuenit ad feudalia: nam electio est creditoris, & absque alia discussione satisfieri potest super bonis feudalibus, vt post Camerarium, & Minadoum rectè affirmat Galluppus *in methodo feudali, p.* 4. *cap.* 50. *de deuolutione feudorum, numero* 52. *verſ.* secundum ex vulgato, text. *in leg. creditoris arbitrio, ff. de distractione*, pignoris circumscripta Regia Pragmatica edita in anno 1531. iam abrogata, vt decisum iunctis aulis dicit Paul. Staibanus senior *cons.* 88. *n.* 18. *&* 20.

8 Quoad creditores verò sine assensu dicendum est esse extinctus eorum actiones sequuta deuolutione ex clara dispositione *pragmat.* 27. *de feudis*, & dixerat Andreas *in cap.* 1. §. *quid ergo, num.* 5. *de inuestitura, de re aliena facta*, vbi ait: Si realis seruitus non præiudicat domino multò minus personalis obligatio quæ non sequitur rem, Regens Constantius *in l.* 1. *num.* 143. *C. pœnis fiscalibus, creditores præferri, lib.* 10. Verum ante deuolutionem viuente legitimo successore in pretio feudi, vel in fructibus illius obtinere possent, *vt in decisione d. de Franchis* 75. cum quo concordat Regens Capicius Latro *consult.* 84. *numero* 4. *& fi-*

nali, nam vel hypothecam absque assensu super 9
fructibus poterunt obtinere aut in pretio poterunt agere tanquam super bonis allodialibus, latè Koppen *dec.* 39. *per totum*, Harmarinus Pistorius *quæstionum iuris, libro* 1. *capite* 15. & Matthias Berlicchius *pract. part.* 1. *concl.* 82. D. Regens Constantius *vbi suprà, numero* 148. vel poterunt agere personali actione contra hæredem in feudalibus, vt agat aut vendat iuxta Bartholi Theoricam *in leg. Iulianus*, §. *si venditor in verb. actionem de act. empt.* Franch. *decisione* 4. *&* 75. Dom. Capic. Latro *consult.* 84. *num.* 7. sequuta verò deuolutione nequaquam poterunt agere tales creditores Lanarius *cons.* 12. Regens Rouitus *in pragmat.* 4. *num.* 74. *&* 75. *de feud.* Afflictus *decisione* 26. *num.* 6. Regens Merlinus *tom.* 2. *cap.* 8. *à numero* 61. *ad* 65. Berlicchius *dict. concl.* 82. Bilotta *conclusione* 82. *numero primo*, *&* 38. & melius Regens Constantius *in dicta lege* 1. *à numero* 14.

Sed dubium est, quid deuoluto feudo ad Re- 10
giam curiam ob lineam finitam feudatarij, quo casu fisco debetur non vti hæredi feudatarij, sed proprio iure vti Domino iure consolidationis, virtute pacti adiecti in inuestitura feudi prædicti an possit Regius fiscus antequam satisfaciat creditoribus cum Regio assensu de eorum credito petere à creditoribus vti cedant eorum iura in Beneficium Regij fisci quibus deinde possit agere contra possessores bonorum Burgensaticorum.

Putant Marcellus de Mauro *allegatione* 1. *numero* 17. & Regens de Ponte *cons.* 82. *à numero* 15. *volumine* 2. quod cum fiscus non possideat feudum iure hæreditario non tenetur soluere debitum hæreditarium sed est onus hæredis qui in vniuersum ius succedit actiuè, & passiuè, & soluendo adimplet onus hæredis ipsique vtile negotium gerit, & proinde vtilem actionem contra hæredem acquirit, sed si fiscus vellet experiri contra possessorem bonorum Burgensaticorum, qui sit creditor posterior talis possessor possit à fisco petere cessionem iurium contra bona feudalia, & ad euitandum inutilem circuitum onera contracta cum assensu essent diuidenda inter fiscum, & possessorem bonorum allodialium pro rata bonorum ex d. Regente de Ponte *cons.* 82. *in fine, volum.* 1.

Sicuti pro absoluto habemus onera hæreditaria 11
si testator nihil expressit persoluenda esse tam ab hærede in feudalibus quàm in allodiis pro rata bonorum, Capicius *dec.* 198. Præses de Franchis *dec.* 1. *num.* 24. *& dec.* 159. *in principio*, Gizzarellus *dec.* 32. *in princip.* plenissimè Dom. Theodorus *allegat.* 14. *num.* 2. Imò licèt venditores annuorum introituum à defuncto feudatario essent factæ super bonis feudalibus, adhuc tamen in solutione contribuere debet hæres in Burgensaticis, prout iudicatum refert Præses de Franchis *decisione* 159. licèt de hac decisione satis dubitet contrariamque sententiam veriorem esse defendat Doctissimus, ac Præses *S. C.* Camillus de Curtis *in diuersorio feudali, parte* 1. *à folio* 14. *numero* 12. concludens spectare illa onera hæredi in feudalibus pro qua d. de Curtis sententia faciunt dicta per Dom. Theodorum *allegatione* 38. *numero* 9. ante eos Grammat. optimè *dec.* 103. *num.* 46. *&* 47.

Sed pro solutione dubij dico quod si super feu- 12
do deuoluto ad Regiam curiam ob lineam finitam concurrant creditores cum assensu qui liberè contraxerunt cum feudatario, & mutuam pecuniam,

vel annuos introïtus abſq; vlla conditione emerunt tunc procedit doctrina de Ponte vt fiſcus ſoluendo iſtis creditoribus poſſit ab eis petere ceſſionem iurium, & deinde experiri ſuper bonis allodialibus feudatarij, ſed caſus noſter eſt diuerſus, nam debitum ſolutum à fiſco ex ſecunda venditione facta Ianuenſibus creditoribus fuit in principio contractus quando emit Andreas de Martino, &c. erat reſiduum pretij ad complementum ducatorum 24. millium pro quo ſoluit decem millia circiter, & ſic creditum debitum creditoribus Ianuenſibus erat reſiduum pretij: ergo in caſu deuolutionis fiſcus ſoluere tenetur ſicuti ſi quis pecuniam mutuatus fuiſſet Andreæ pro emendo feudo tale debitum à fiſco tantum eſſet ſoluendum, ita Andreas *in cap. 1. an Agnatus, num. 3.* Dum dicit debitum feudi tranſit in Agnatum: quia, & in Dominum, Camerarius *in cap. Imperialem, pag. 14. lit. M*, ait verum eſſe quod quando feudum fuit obligatum per feudatarium, putà quia fuit emptum cum pecunia alterius (vt in præſenti) aliena iactura, id quod adeò verum eſt, vt etiam ſi tale debitum contractum à feudatario pro emendo feudo non eſſet vallatum Regio aſſenſu adhuc tenetur ſoluere fiſcus non autem hæres in Burgenſaticis: ita Frexia *de ſubfeudis libro 2. auth. 29. num. 10.* Regens de Ponte *deciſ. collat. conſil. 4. num. 28.* vbi plenè hanc fundat opinionē Galluppus qui alios refert *in methodo feudal. part. 4. cap. 5. num. 56.* qui allegat Brunum maximum feudiſtam, Mandellum, & Piſtorium non modicæ authoritatis apud feudiſtas.

13 Vnde Doctiſſimus Albertus Brunus (cuius Doctoris authoritas maxima eſt in feudis, vt aduertit D. Regens de Curtis *in diuerſorio feudali, part. 1. fol. 50. num. 68.*) dicit quod onera contracta occaſione feudi putà pro illo emendo, & bonificando ſolui debent à ſucceſſore in feudalibus quamvis non ſit hæres, non autem ab hærede in Burgenſaticis, & quia res nullam patiebatur difficultatem idem Albertus Brunus paucis verbis ſe expediuit in conſulendo, contentus ſolùm authoritate Andreæ noſtri quod Alberti conſilium ſequitur Menochius *conſil. 815. numero 70.* Conſtantius *in dict. l. 1. numero 146.* Galluppus *par. 4. cap. 50. num. 56.* Regens Galeota *controuerſia 25. num. 57.* Regens Merlin. *tom. 2. cap. 81. numero 7.* Reg. Lanar. *conſ. 80. num. 51. & 52.* Mandellus de Alb. *conſ. 290. num. 15. volum. 1.* ſequitur Peregrinus *lib. 5. de iure fiſci, numero 144.* & quod Agnatus qui non ſit hæres ſuccedens in feudo teneatur ſoluere debitum contractum propter feudum, putà pro ſoluendo pretio ipſius feudi ex Baldo *conſ. 232. volum. 3. num. 2.* & dicit Doctor Marta *conſ. 73. num. 35* aſſignans rationem, quia dicitur debitum neceſſarium neceſſitate cauſatiua ad quod probandum collegat Petrum Gambarum *in Topica legali loco à neceſſitate, cap. 33.* pari ratione impenſæ, *d. 103. num. 47.* illæ enim impenſæ pro redimendo feudo factæ, ſolui debent de ipſo feudo, ex Andrea *in dicto c. 1. an Agnatus*, Duardus in procœmio *de cenſibus, tom. 1. §. 1. quæſt. 22. num. 27.*

14 Similiter dicimus in ſucceſſione feudi ex pacto, & prouidentia antiquo, in quo fit contributio, pro rata bonorum Burgenſaticorum, & feudalium ſed ſi debita proceſſerunt occaſione feudi feudatarius ſolus ſoluere tenetur, quia cum ſucceſſor capiat feudum non iure hæreditario, ideo ad onera extra feudum non tenebitur, ita Ioannes Vincentius de Anna *alleg. 26. num. 11. & 12.* vbi filius Ioan. Bapt. Bilotta *concl. 11. feudali, n. 50.* dec. verò Capicij 198. quæ communiter allegatur pro contributione bonorum Burgenſaticorum, & feudalium loquitur in onere non intrinſeco feudo, Franc. *d. 1. num. 24.* quia ſecus in pecunia qua emptum eſt feudum, vel in reſiduo pretio illius, quia hæc ad fiſcum, vel ad ſucceſſorem in feudo pertinent, & ſic diſtinguuntur talia onera ſeu credita; onera enim redimenti feudum fiſcus tenetur ſatisfacere, vt apertis iuribus dicit Roſental *de feud. cap. 7. concl. 32. à num. 13. & cap. 10. concl. 44. n. 10. & 13.* & poſt alios Cumias *in cap. ſi aliquem, in verb. onera, n. 4. & ſequenti*, quia ait quod ſi Dominus non reſtituit pecuniam ſoluenti onera datur actio in ſubſidium contra feudum quemadmodum pro paragio quod onus feudi eſt dari actionem in ſubſidium, plures dicunt apud Præſidem de Amato *conſil. 42. num. 27. & 30.* Fabium de Anna *conſil. 75. numero 17. & 18.* Cumiam *in cap. volentes in verbo antiquis, num. 469.* recollendæ memoriæ, Regens Tappia *d. S.C. 48. num. 13.* in ſolutione verò aliorum onerum ſuper feudis contribuere tenetur hæres in Burgenſaticis ex notatis à Franco *dec. 1.* Regente Reuerterio *dec. 134. tomo 2.* vbi Regens de Marinis..... Regens Galeota *contr. 21. & 22. tom. 2.* Lanarius *in add. ad Patrum, fol. 260. n. 17.*

Onera enim feudi ſunt in duplici differentia 15
alia intrinſeca, alia onera feudatarij occaſione feudi; alia ſimiliter onera ſunt feudatarij; ſed extrinſeca penitus nec debentur occaſione feudi, de quibus omnibus loquitur Iſernia *in cap. 1. num. 3. in tit. an Agnatus, & in cap. 1. §. quid ergo de inueſtitura de re aliena facta*, & in conſtitutione Regni ſi quis poſt litem, & Camerarius *in cap. Imperialem, colum. 13. & fol. 50.* Roſental *de feudis, cap. 9. concl. 13. num. 14. & cap. 10. concl. 45.* Ioſeph Cumias *in d. C. ſi aliquem in verbo onere*, Anna *conſ. 4. volum. 1.* intrinſecum feudi eſt paragium ſiue dotarium, & vita militia pro quibus datur actio perſonalis in rem ſcriptam contra tertium poſſeſſorem, & eſt onus legale quod tranſit in Dominum, & agnatum abſque aſſenſu: Andreas *in cap. 1. num. 3. verſ. debitum feudi in tit. an agnatus*, Onera feudatarij occaſione feudi ſunt quæ communionem habent cum feudo, & occaſione feudi contrahuntur in ſpecialem Domini vtilitatem, veluti ſi Vaſſallus fideiuſſit pro Domino, vt in conſtitutione Regni ſi Vaſſallus, & hæc nullo modo feudum obligant ſed feudatarij perſonam occaſione feudi, verùm Dominus, & Agnatus ad ea tenentur, vt ait Camerarius *d. folio 13. columna quarta*, Cumia *in dicto verbo onera, numero tertio*, & addunt alium caſum quando feudatarius contraxit debitum pro ſoluendo ſernitio militari, ſed licet debitum occaſione feudi ſit contractum, quia tamen feudatarius ex fructibus feudi ſoluere tenebatur feudumque habet vt ſeruiat, Dominus non tenetur ad illud Camerarius *vbi ſuprà, littera M*, Anna *conſilio 4. numero 29.* Cumia *in capite ſi aliquem in verbo antiquis, numero 472.* Alia ſunt onera extrinſeca penitus, & cauſa feudi non contracta veluti quando feudatarius pecuniam accipit mutuam, vt emat rem Burgenſaticam, aut aliter expendat, & hoc caſu Dominus, vel Agnatus feudi ſucceſſores ad illa non tenentur, vt ex Theorica Andreæ *in dicto capite 1. §. quid ergo, numero 50.* & alibi dicit Camerarius *folio 13. & ſequenti*, & poſt eum Anna, ac alij de quibus Regens Conſtantius *in dicta lege 1. n. 146. C. pœnis fiſcal. lib. 10.* Bilotta *concluſione 16. de feud.*

Illis

16 Illis vero qui mutuarunt, vel soluerunt pro onere feudi vel pro onere feudatarij in euidentem Domini vtilitatem non alia conceditur actio, quam personalis ex quo vtile gesserunt negotium Domini, & agnati & ab illa onerum obligatione & solutione Dominum liberauerunt, vt bene Camerarius *fol.12.littera F, & fol.13.à tergo, littera G*, & notat Rosental *cap.7. de feud. concl.32. n.13. & seq.* & *cap.10.concl.44. num.10.& 13.* dum dicit feudo deuoluto hæredibus vassalli qui redemit censum aut aliud onus feudi pecuniam esse restituendam ne Dominus videatur contra naturalem æquitatem velle cum aliena pecunia locupletari repugnantibus *l. nam hoc natura, ff. de condit. indebiti, l.iure naturæ* 106. vbi Decius & Cagnolus *ff.de reg. iur. cap.locupletari, de regul. iur. in 6.* & tenetur Dominus actione personali ex quo vtile negotium eius vel agnati gestum est exemplo meliorationum pro quibus personalis actio tribuitur ad illas repetendas, Afflictus *in cap.1. §. si vassallus 5.vers.sed ponamus, in tit.hic finitur lex*, Scharderius *cap.10.de feudis, concl.43.num.100.* Berlichius *part.3.concl.42.n.16.* Galluppus *cap.7.n.19.* Rosental *cap.10. concl.44.*

17 Onus vero de quo in præsenti solutionis, scilicet residui partis factæ Ianuensibus Creditoribus est onus feudatarij soluendi ab eius hærede in feudalibus sine vlla contributione ab illo qui succedit in allodiis, *vt suprà*, Doctores de Regno dixerunt post Andream ex illo celebri consilio Alberti Bruni 104. quod Consilium, & si à Scarderio, & aliis impugnatum dicat famosissimus ille omnium virtutum ornatissimus Illustrissimus Dominus meus D.Carolus Cala, Dux Diani, & nunc Præses meritissimus Regiæ Cameræ ad maiora dignissimus, tum ob profundam omnium litterarum scientiam, tum ob natalium nobilitatem nemini secundus, tum quia vnicus studiorum Mecænas in allegatione, quam typis impressit pro regio fisco, dum illius fungebatur aduocationis munere, *à num.208.* tamen in materia notabile appellat Consilium, & videns non posse satis impugnari in facto de quo scripsit ad factum de quo agebatur Dominus Dux recurrit, & si tunc veluti ingeniosissimus Aduocatus conatus fuit impugnare, spero nunc, quod Iudex eum sequetur, quando tot Heroës Iurisprudentiæ inter quos D. suus, & meus Regens Merlinus sequutus fuit, vt supra dicebam.

18 Et hoc ipsemet Illustriss. Dux Diani dixit expressè nam licet Dominus de Ponte *decis.4. n.35.* dicat prædictum feudi debitum absque assensu, communicandum inter cætera feudi onera, tamen D. Dux *num.212.* contrariam sententiam veriorem esse dicit, nam inquit non videtur onus intrinsecum, & legale feudi cum nulla lege caueatur, vt absque assensu Dominus & agnatus ad illud teneantur, vt dicunt Fabius de Anna *consil.4.* & Amatus *consil.8.* quocirca hæres tenebitur in allodio actione illa personali qua successor, & Dominus, non astringuntur, & colligit D.Illustriss. Dux ex intentione defuncti, qui quando fundum emit videtur voluisse pretium deducere ex patrimonio Burgensatico illúdque conuertere in patrimonium feudale, vnde qui vendunt feuda subdit idem Dominus ex Koppen *decis.39. num.45.* malè agunt si pro restanti pretio non obtinent assensum in obligatione, nam actio personalis quæ instar actionis in rem scriptæ contra successorem datur pro onere feudi consequendo non reperitur in iure cautum, quod detur pro restanti feudi pretio, at in casu nostro Creditores Ianuenses habebant assensum super feudo pro credito, vnde residuum pretium erat feudi onus vel saltem feudatarij ratione feudi quod ex communi omnium sententia à feudi successore solui debet nec hæres in allodio contribuere tenetur vt probauimus: ergo idem D. Dux tam insignis I. C. est pro nobis in illa, quam pro fisco fecit celeberrimam allegationem.

Sed quomodo fiscus poterit agere contra bona 19
burgensatica non habita cessione à Creditoribus Ianuensibus extinctis iam per solutionem secundæ venditionis dictæ Terræ? cum enim certum sit feudo deuoluto ad beneficium Curiæ, actiones personales in fiscum successorem feudatarij non transire, ex Andrea *in Constitutione Regni*, quæ incipit *si quis post litem*, & *in constit. Constitutionem diuæ memoriæ, in fine*, & *in cap.1. §.quid ergo de inuestitura de re aliena facta*, vbi Aluarotus *n.?*. Afflictus *in dicta Constitutione si quis post litem, num.17.* Capicius *in inuestitura feudali, sub tit.de feudorum executione, circa finem, vers. Dominus mortuo vassallo*, Aluarotus *in cap.§.quid ergo de inuestitura de re aliena, num.3.* Freccia *de subfeudis, lib.2. auth.29. num.7.* Regens de Ponte *consil.82. à num.16. vol.1.* quos sequitur Carleualius *tom.2. disp.23.num.6.* quia fiscus est singularis successor, & obligatio personalis in singularem successorem non transit, *l.prima §. si hæres, ff.ad Trebellianum, l.fin.§.fin. ff.de contrah.emptione æris alieni, Cod.de donationibus, l.fideicommissum, §.tractatum, ff.de leg.2.l.quoties, ff.de hared.instit.* Molina *de primogenitura, lib.1.cap.10.num.10.* Freccia *vbi suprà, n.9.* Petrus de Gregorio *de dote de paragio, q.3. num.5.& 6.* Regens Rouit. *in pragm.25.num.68. de feudis*, Pratus *tom.1. discept.forens. cap.48. num.3.* D.Dux Diani *vbi supra, num.140.*& licet 20
fiscus à debitore fiscali suscipere non debet oblatas actiones ex Bart. *in l.1. C.ne fiscus, &c.* dubias scilicet & litigiosas, ne sub prætextu crediti illi debitori patrocinium suum præstare debeat Peregrini *de iure fisci, lib.4.tit.6. à num.43.* qui admittit in subsidium fiscum contra debitorem sui debitoris posse agere suo debitore non existente soluendo, vt tamen agat pro credito, quod scilicet debet habere cessionē à Creditore soluto, quia fiscus in dubio vtitur iure priuati de iure communi, nisi in casu subiecto reperiatur priuilegiatus specialiter *l.idem 6.ff.de compensationibus, l.cum vitiosè, ff.de pignor.* Peregrinus *lib.7.de iure fisci, tit.1.* & cum quæritur, an fiscus sit priuilegiatus in dubio contra fiscum est enuntiandum *ex l. non puto, ff. de iure fisci*, Peregrin. *d.tit.1. num.3. argumento l.in fraudem, § fin.ff.de milit.testament.* idem Peregrin. *num.4.* regulariter enim fiscus in agendo nihil peculiare sibi vendicat, sed iure communi vtitur siue actiuè siue passiuè in iudicio *l.ex imperfecto, C. de testamentis* Laudens. *de fisco, quæst.14.* Euerard. *in topica, cap.26.* Peregrin. *lib.6.tit.1.num.13.* Alfarus *glossa 15.de officio fisci, n.10.*

Et sicuti soluens fisco non succedit in eius iura 21
sine cessione, vt contra Peregrinum & Noguerol. *alleg.5. num.5.* & contra Paschalem *part.1.de patria potest. cap.8. num.579.* docent communiter Doctores cum Olea *de cessione tit.50. quæst.4. à num.30.*& *l.3 & vltima, Cod. de priuil fisci, l.cum aliter, Cod. de fideiuss.* ibi potuisti: sanè cum fisco soluere desiderares, & ius pignoris quod fiscus habet in te tiā ferretur, vbi Gotofredus sic fisco nihil est in hoc speciale, vt agat sine cessione, vt bene Gotofredus *in l.2.C de his, qui in priorum Creditor. locum succedunt*, Iacobus Cuiacius *lib.18. q.40.* Schifordegerus *lib.3.tract.23.quæst.23.* Nec facit

text. *in l. in fraudem, §. qui pro alio, ff. de iure fiſci,* quia ibi I. C. Paulus ſolum probat poſſe eum, qui pro fiſci debitore ſoluit, &c. ceſſionem congruo tempore poſtulare.

22 Sic fiſcus poſita hypotheca expreſſa, vel tacita teſte Alfaro *de priuilegiis fiſci, gloſſa 16. priuileg. 4.* In tribus caſibus agit contra debitorem debitoris ſui quos ponunt DD. *in l. non intelligitur, §. multa, ff. de iure fiſci.*

Primus caſus eſt, quando debitor principalis non eſt ſoluendo, vt eſt caſus *in d. §. non multa,* & *in l. non prius, C. quando fiſcus,* & *in l. 1. C. de condit. ex lege alias cum debitor principalis eſt ſoluendo fiſcus non agit contra illius debitores, l. prima ſecundum tertiam lecturam gloſſæ, ff. de fide inſtrum. lib. 10.*

Secundus caſus eſt, quando ex ratione fiſci, apparet debitum fuiſſe contractum, putà ſi cum fiſci rationale de re ad fiſcum pertinente contraxit, quo caſu fiſco quæritur actio *l. quoties, in principio, ff. de adminiſtratione tutor.*

Tertius eſt caſus quando ex contractu fiſcali debitores conueniuntur *d. §. multa,* vt quia ab eo mutuam pecuniam fiſcalem habuiſſet, vel quia cum conductore rerum fiſcalium, vel emptore de re fiſcali contraxiſſet, Bart. *ibi,* exceptis talibus caſibus fiſcus non agit contra debitorem ſui debitoris, niſi debitor priuati, fiſci debitoris eſſet liquidus debitor vt ſeruari docet Peregrinus *lib. 6. tit. 7. à num. 26.* & *lib. 4. tit. 6. num. 46.* Cuiacius *in l. 3. C. de oblig. & act.* Trentacinquius *lib. 3. variar. reſol. 16.* Guttierez *de Gabellis, quæſt. 164.* Olea *de Ceſſ. Iurium tit. 4. q. 4. n. 45.* & *tit. 4. q. 5. num. 31.* Garronius *de iure fiſci, Decade prima, cap. 4.* Antonius Faber *de erroribus, Decade quinta errore 9.* Calicius *in ſua Margarita fiſci, dub. 3. §. 14. col. 2. verſ. quadrageſimoquarto.*

23 Et ſicuti eſt ſpeciale in fiſco, vt quilibet pro eo agere poſſit ex Bald. *in c. 1. §. iniuria, in tit. de pace tenenda,* Bart. *poſt gloſſam, in tit. ff. de popul. act.* Afflict. *in c. 1. n. 62. in tit. de duobus fratribus,* Peregrin. *de iure fiſci, lib. 7. tit. 2. num. 17.* ita ſolum per ceſſionem fiſcus transfert priuilegia ſua in priuatum *l. fin. C. de priuil. fiſci,* vbi Bart. & alij idem Bart. *in leg. 1. Cod. de priuileg. dotis,* Doctores citati.

24 Et ſicuti fideiuſſori vel alij ſoluenti pro fiſco, cedere non poteſt fiſcus ex interuallo, vt contra Alfarum *gloſſa 16. priuilegio 36. num. 46.* & Noguerol. *alleg. 11. num. 60. qui mouentur, ex l. cum poſſeſſor. ff. de cenſibus,* tenet Olea *de ceſſione iurium, tit. 50. quæſt. 4. num. 34.* Nec textus ille aliquid probat & verius eſt, fiſco tale Priuilegium tributum non eſſet, vt defendit Antonius Faber *lib. 11. de coniecturis, cap. 10.* & Olea *vbi ſuprà,* quia *in dict. leg. cum poſſeſſor.* iura poterunt cedi, ex interuallo non ex priuilegio, vel ſpeciali iure, cedentis hoc eſt fiſci, vt bene exiſtimauit Arias de Meſa *lib. 1. variar. cap. 23. à num. 16.* & 21. ſed ratione perſonæ ceſſionarij, nam cum ille tertius eſſet poſſeſſor hypothecæ ſoluens, quod aliter ex perſonali actione debebat ius nominis emiſſe videtur, ac proinde ceſſio quolibet tempore vtilis eſt; provt accidit *in leg. ſi res obligata 57. ff. de leg. prima,* quæ etiam in tertio poſſeſſore loquitur qui hypothecaria actione conuentus ſoluit, vt bene Olea *dicto tit. 50. quæſt. 4. n. 34.* ſicuti inquam fiſco non competit cedere per interuallum, ſic nec eidem cedi poterit ex interuallo.

Quare cum debitum ſit pertinens ad fiſcum abſque contributione burgenſaticorum illud ſoluere tenetur, vt ex probatis, nec poterit agere iure creditorum iam extinctorum, ſed ſperamus ſub integritate Doctorum iudicantium non eſſe moleſtandos hæredes de quibus *ſuprà.*

DISCEPTATIO CXI.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum Eccleſiæ fieri poteſt ſine ſolemnitatibus, quando teſtator dedit licentiam alienandi.*

2 *Teſtator poteſt præcipere, vt bona, quæ relinquit Eccleſiæ, alienentur, quo caſu non requiritur ſolemnitas.*

3 *Eccleſiaſtica bona poſſunt alteri reſtitui ex præcepto Teſtatoris ſine ſolemnitatibus Iuris.*

4 *Conditio: vt bona Eccleſiæ alienentur non eſt turpis, nec reijcienda contra Bonacinam.*

5 *Pupilli bona alienantur ſine decreto, quando Teſtator conceſſit alienari.*

6 *Decretum Iudicis non requiritur in alienatione bonorum minoris, ſi in ſpecie ſit data à teſtatore licentia alienandi ſecus in genere, & quid alij dicant in præſenti.*

7 *Textus in extrauaganti* Ambitiosè de rebus Eccleſ. non alienandis *requirit dolum, & malam fidem pro incurſu cenſurarum.*

8 *Aſſenſus Apoſtolicus cuius expenſis ſit expediendus.*

9 *Formula legandi ad excludendum aſſenſum Apoſtolicum.*

10 *Formula alia legandi ad eumdem effectum.*

11 *Licentia alienandi ſine aſſenſu contra legem Canonicam, & Ciuilem.*

12 *Licentia alienandi ſine aſſenſu, quod tempus reſpiciat.*

13 *Textus* in cap. decretum, & cap. ſi quidam 10. quæſt. 1. *explicatur.*

14 *Superioris declaratio incorporandi Eccleſias qualiter fiat.*

15 *Superioris declaratio per quos actus fiat.*

16 *Licentia ſimpliciter alienandi non tollit aſſenſum.*

17 *Bordoni locus adducentis ad materiam de qua hic concludens totum quod diximus.*

ARGVMENTVM.

Eccleſiaſtica bona alienari poſſunt ſine aſſenſu Apoſtolico quando Teſtator dedit licentiam alienandi. Sic Pupilli bona ſine Decreto Iudicis alienantur quando Teſtator id conceſſit in ſpecie, ſecus in genere. Aſſenſus cuius expenſis ſit expediendus in alienatione bonorum Eccleſiæ.

Neapolitana alienationis bonorum Eccleſiæ.

FACTVM

FACTVM.

1 EVIT à Teſtatore quodam Prædium relictum Eccleſiæ N. facultate conceſſa diſponendi, vt ſcilicet vendi poſſit ſine aſſenſu Apoſtolico, eiuſque pretium conuerti in annuos redditus, qui annui redditus deſeruiant ſemper pro reparatione prædictæ Eccleſiæ, aliſque neceſſarijs, quæritur, an alienatio valuerit, & an incurrerit alienans pœnam excommunicationis, extrauag. *Ambitiosè* alias Pauline *de reb. Eccleſ. non alienand.*

Reſpondeo duas eſſe opiniones: prima negat id fieri poſſe ſine debita ſolemnitate, & Apoſtolico aſſenſu, ita Quaranta *in verbo alienatio, num.* 31. & 32. Riccius *in praxi reſol.* 674. Bonacina *de contractibus, diſput.* 3. *quæſt.* 8. *punct.* 4. *num.* 8. Bordonus *reſol.* 27. *num.* 44. Eligius Baſſeus *in floribus in verbo alienatio, num.* 8. Ventriglia *in praxi de alienatione rerum Eccleſiæ annotatione* 1. §. 1. *num.* 31. Secunda opinio eſt, poſſe fieri alienationem prædictam ſine vllo aſſenſu Apoſtolico ita Caſtrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 12. *diſp. vnica, punct.* 25. §. 2. *numero* 14. Marius Antonius Maceratenſis *lib.* 1 *var. reſol.* 99. *num.* 50. *& reſol.* 112. *caſu* 44. latè de hac re Thomas Pelliccionus, *quæſt.* 44. *cap.* 15. *verſ. quid autem dicendum*, P. Bard. *lib.* 7. *quæſt. Iuris, qua.* 16. *per totam*, & in ſimili de alienatione bonorum minoris argumentando ad bona Eccleſiæ dicunt Soccinus ſenior *conſ.* 48. *nu.* 4. *& 5. & conſ.* 53. *n.* 16. *& 19. vol.* 1. Ancharanus *conſ.* 217. Philippus Francus *in tit. de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 1. *in* 6. *limit.* 9. Lappus *alleg.* 26. Felinus *in cap. Eccleſ. Mariæ de conſt. num.* 77. ſequitur Theſaurus *de pœnis Eccleſiaſticis in verbo alienatio*, & principalis ratio huius ſententiæ eſt Dominium quod habet vnuſquiſque de re propria diſponenda, quando diſpoſitio neque aliquid impoſſibile, neque aliquid turpe continet; ſed donare, ſeu relinquere bonum aliquod ſtabile, cum poteſtate, vt Donatarius, ſeu legatarius valeat illud alienare, neque impoſſibile, neque turpe continet, ergo poterit Dominus diſponere in Eccleſiam, & Legatarius, vel Donatarius illud recipere cum tali lege.

2 Probatur primò, ex celebri illa allegatione Lappi 25. *in ordine, à num.* 1. vbi probat, quæ res Eccleſiaſtica cum tali conditione ad eam tranſlata, vt alienari poſſit, nulla alia requiratur ſolemnitas in alienatione prædicta, quia ſolemnitas prædictæ extranagantis non requiritur in rebus Eccleſiæ nondum incorporatis, quia iſta alienatio dicitur neceſſaria, ergo non ſubiacet ſolemnitatibus à iure requiſitis, ad notata per DD. *in cap. extirpandæ, de præb.* & poſt Felin. & alios notabiliter Roland. à Valle *conſil.* 15. *vol.* 1. *num.* 8. *per totum.* Hinc alienatio facta ex cauſa neceſſaria à Religioſis incapacibus, eiſdem ſolemnitatibus non ſubiaceret, vt obſeruauit Epiſcopus Ricc. *in praxi, prima parte, reſol.* 53. in magnis, ſed in caſu noſtro prædicta alienatio fuit facta in facultate tradita per teſtatorem, quia ad hunc finem alienandi legauerat, ergo non requiritur alia ſolemnitas.

3 Probaui ſecundò, ex celebri doctrina, quam tradidit Ferdinandus Caſtrus Palaus *tom.* 2. *de reuer. debit. reb. Eccleſ. diſp. vnic. parte* 15. *à num.* 14. §. 2. vbi poſt alios dicit, quòd ſi fiat à teſtatore hæres Eccleſia cum pacto, vt poſt aliquos annos teneatur illam transferre in aliquem ex conſanguineis, quem Eccleſia elegerit; ſi deinde voluerit Eccleſia hanc tranſlationem facere, non requiritur ſolemnitas, extrauag. *ambitiosè*, quod ipſum dixerunt Quarant. *in verb. alienatio rerum Eccleſiæ, num.* 45. *limit.* 16. Vgolin. *de poteſt. Epiſcop. cap.* 14. §. 7. *num.* 7 *in fin.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 95. *num.* 61. ergo neque etiam in caſu noſtro requiritur talis ſolemnitas, vbi ea quodam fideicommiſſo teſtatoris alienatio procedit, imò notabiliter addit idem Caſtrus Palaus *vbi ſuprà*, potuiſſe teſtatorem diſponere, vt bona, quæ relinquebat Eccleſiæ alienarentur ſine ſolemnitatibus requiſitis, quia alienaret, tunc Eccleſia per poteſtatem acceptam per teſtatorem; teſtator autem poterat ſuam rem abſque ſolemnitate alienare, ergo transferens rem Eccleſiæ potuit cum ea poteſtatem transferre.

Neque dici poteſt vti nialè, Bonacina *diſp.* 3. 4
dicto tract. quæſt. 8. *part.* 4. *num.* 8. conditionem illam, vtpotè turpem eſſe reiiciendam, quia iuri contraria, nam vti bene reſpondet Caſtrus Palaus *vbi ſuprà*, is ſolum prohibet alienari res Eccleſiæ, quæ illius ſunt abſolutæ, & perpetuæ, non verò illas, quæ non ſunt abſolutè, & perpetuè Eccleſiæ, ſed quandiu Eccleſiæ placuerit illas retinere, ſed in caſu noſtro fuit relicta Eccleſiæ, vt vendatur, ergo non vti perpetuò res relicta fuit, ergo potuit vendi. Id verò quod ex tali pretio emptum eſt, vtpotè imperpetuum deputatum in vtilitatem Eccleſiæ, non poterit alienari ſine ſolemnitatibus requiſitis, quia in hoc non concurrit voluntas teſtatoris.

Probatur tertiò, quia eodem modo diſcurrunt 5
Doctores in decreto Iudicis requiſito in alienatione bonorum minoris, ſicuti diſcurrimus de ſolemnitatibus requiſitis in extrauag. *Ambitiosè* Doctores communiter, quos longo catalogo refert Gaſpar Kermotilla *in addit. ad Gregor. Lopez* 5. *tom. fol.* 51. ſed quotieſcunque bona minoris alienantur, ex licentia tradita à teſtatore, non requiritur decretum Iudicis, *l.* 1. §. 1. *ff. de reb. eorum, l.* 1. *& 2. C. quand. decret opus eſt*, Guttier. *de tutel.* 2. *p. c.* 5. *n.* 62. Alex. Trentacinq. *lib.* 2. *var. in tit. de minoribus, reſol.* 9. *n.* 21. Gratian. *deciſ.* 131. Surd. *dec.* 77. & *conſil.* 191. *num.* 19. Simoncell. *de decretis, lib.* 2, *tit.* 6. *inſpect.* 11. & *lib.* 3. *tit.* 8. *inſpect.* 4. *à n.* 30. latiſſimè Caſtill. *lib.* 1. *quotidian. cap.* 61. *num.* 24. *& ſeq.* ergo ſicuti in alienatione bonorum minoris data licentia à teſtatore alienandi, non requiritur decretum, ita nec etiam requiritur conſenſus Pontificis in alienatione huius prædij, de quo agimus, ad notata per Giurb. *in deciſ.* 69. ſcio tamen 6
Doctores communiter intelligere iura citata *in tit. C. quando decreto opus non eſt*, quando præciſa, & determinata eſt teſtatoris diſpoſitio de re certa vendenda, non verò, quando Teſtator in genere iuſſit bona ſua vendi, & ex pretio debitum ſolui; quia tunc requireretur ſolemnitas decreti; ita enim dixerunt Surd. Grat. & Caſtill. *vbi ſuprà* quamuis aliter teneat Montan. *de tutel. cap.* 34. *à num.* 27. qui ait ſufficere mandatum generale de vendendo, licet in ſpecie rem non aſſignet: in caſu tamen noſtro ſumus extra hanc controuerſiam, quia Teſtator in ſpecie dixit prædium, de qua alienandum eſſe, & conuerti ad finem, de quo ſuprà, ergo poterit alienatio prædicta fieri ſine tali ſolemnitate, vt potè tali conditione affecta iuxta deciſa per Rot. Roman. coram Merlino *in dec.* 243. *de anno* 1635. vſque ad annum 1637. vbi bona Eccleſiæ eatenus prohibentur alienari ſine ſolemnitatibus, quatenus fuiſſent incorporata ipſemet Eccleſiæ ſimpliciter, & irreuocabiliter, quod non eſt in caſu noſtro, vbi id quod irreuo-

cabiliter Teſtator voluit, eſt, vt adſit annuus redditus deſeruiens pro reparatione Eccleſiæ, & hic redditus eſt, qui non poteſt vllo pacto alienari.

Quæritur ſecundo loco, an poſito, quod non valeret alienatio incurrerint aliquam pœnam.

7 Dico nullam incurriſſe pœnam excommunicationis: quia licet talis Bulla vſu recepta ſit ſecundum magis communem ſententiam, etiam quoad pœnam excommunicationis, tamen vt incurratur, excommunicatio prædicta, requiritur vti ſcienter, & præſumptuosè fiat tranſgreſſio illius legis ob patticulam præſumpſerit, de qua ibi, quam benè ponderauit ad hoc poſt Nauarr. & Quarantam Auguſt. Barboſ. *in d. extrauag. num.* 23. nouiſſimè Carol. Theſaur. *in praxi Eccleſiaſtica, par.* 2. *in verbo alienatio, cap.* 1. *verſ.* 2. *nota in fin.* ergo in caſu noſtro cum iſti tales hoc ignorauerint nullam incurrerunt pœnam, dato quod non potuiſſet fieri alienatio, quod vt ſuprà dicitur falſum eſt; nam potuit fieri.

8 Quæritur tertio, an poſito, quod deberet interuenire aſſenſus, cuius expenſis eſſet impetrandus.

Reſpondetur quod ex præciſa conuentione partium, & loci conſuetudine ad Emptorem pertinet ſolutio expenſarum, vt pluries practicatum refert Ricc. *in praxi. part.* 1. *reſol.* 25. *in magnis.*

9 Ex quibus infertur primo, quod tres caſus poſſunt conſiderari in hac reſolutione practicanda.

Primus eſt ſi dicat Teſtator; lego prædium meum tali Monaſterio ſub conditione, vt ſi opportunitas ſe offerat, & maius ſit ipſius Monaſterij Beneficium, teneatur Superior prædium illud vendere ſine aſſenſu Apoſtolico, & eius pretium applicare in vtilitatem Monaſterij, & hoc caſu non eſt neceſſaria ſolemnitas extrauagantis *ambitioſè de reb. Eccleſ. non alien.* quia talis alienatio non eſt mera voluntaria; ſed neceſſaria, in qua locum non habent Pontificię Conſtitutiones; imò peccaret cõtra Iuſtitiam Superior, ſi in caſu occurrente omitteret alienationem contra Teſtatoris mentem, & hoc caſu Teſtator videtur alienare non Eccleſiam, nam Superior Eccleſiæ exercet, quod Teſtator diſpoſuit.

10 Secundus caſus eſt ſi Teſtator non obliget Superiorem; ſed in eius arbitrium relinquat alienationem cum clauſula expreſſa, vt Superior poſſit, vel incorporare prædium cum reliquis bonis Monaſterij, vel illud alienare abſque præuia ſolemnitate, & aſſenſu Apoſtolico, & hoc caſu ſi Superior iudicet vtilius eſſe Monaſterio prædium alienare, vtique poterit ſine aſſenſu, ita Caſtrus Palaus, & Bard. *vbi ſuprà*, ſicuti poteſt Teſtator Eccleſiam hæredem facere clauſula appoſita, vt poſt aliquot annos reſtituat tali, vel perſonæ eligendæ ab eadem Eccleſia: quia ad hanc tranſlationem nulla requiritur Pontificis licentia, ergo neque in ſecundo caſu propoſito.

11 Neque dicas, talem clauſulam alienandi ſine aſſenſu eſſe contra legem Canonicam, & Ciuilem.

Reſp. nullum eſſe Ius prohibens talẽ alienationem eſſe prohibitam poſita voluntate Teſtatoris, vt in ſimili Trid. *ſeſſ.* 23. *de refo. c.* 6. diſponit, vt nullus beneficium ſimplex obtinere valeat ante 14. annum, & tamen fundator Beneficij, in limine fundationis poteſt aliter diſponere, ſcilicet vt ante talem ætatem, poſſit quis Beneficium obtinere, Barboſa *in Triden. vbi ſuprà* Emanuel Sa *in verb. Beneficium, n.* 30. Garſia *part.* 7. *de Beneficijs, cap.* 4. *n.* 9. qui affert decretum Sacræ Congregationis.

12 Dices, talis facultas alienandi conceſſa à Teſtatore de re legata, reſpicit tempus, quo res tranſijt in dominium Eccleſiæ, & eſt effecta ſpiritualis, ſeu Eccleſiaſtica; ergo non poterit pro eo tempore habere effectum alienationis. Confirmatur *ex l. Stichus ſeruus* 39. *ff. de manumiſſ. teſtam.* vbi ſtatuitur inutilem fuiſſe conceſſionem libertatis datæ ſeruo pro tempore, quo ſeruus ille futurus erat ſub aliena poteſtate.

Reſpondeo diſtinguendo Antecedens licentia 13
alienandi reſpicit tempus, quo eſt effecta Eccleſiaſtica tranſiens cum ſubiectione ad alienandũ, concedo Antecedens; ſine tali ſubiectione ad alienandum, & nego Antecedens; nam aliud eſte ffici alienabilem tempore inhabili ad alienationem, quando nimirum ſpiritualis eſt effecta aliud à principio, & ad confirmationem nego paritatem; nam ſeruus ille non habuit manumiſſionem pro tempore, quo erat ſub Dominio manumittentis, ſed prius fuit alienus effectus, & ideo non debet eſſe mirum, ſi manumiſſio inutilis fuerit.

Dices ſecundo te textus *in ca. ſi quidam, & cap.* 13
decretum 10. *quæſt.* 1. in quibus reprobatur conditio, per quam interdicitur Epiſcopo, ne ſe intromittat in dotem quam quis Eccleſiæ conceſſit, & ideo dicitur ibi omnes conditiones, & Eccleſias manere ſub Epiſcopi ordinatione, & poteſtate, ergo reprobari debet conditio, & clauſula alienandi inconſulto Pontifice.

Reſpondeo cum Gloſſa ibi intelligi textum, quando ſimpliciter, & abſolutè quis donat Eccleſiæ, & poſtea vuult apponere conditionem, ſeu pactum aliquod, alij dicunt textum loqui de dote, quæ ſimpliciter Eccleſiæ conſtructæ debetur *cap. nemo de conſecratione diſt.* 1. *cap.* ſancimus de cenſibus, quæ dos Eccleſiæ cum ſpectet ad Ius publicum non poterit pacto inter priuatos ab initio auferri, *cap. ſi diligenti de foro com. petenti*, vel melius dicas ibi non fuiſſe conceſſam rem Eccleſiæ cum tali pacto à principio: quia *ex cap. verum, de condit.* appoſitis, poteſt quis apponere in re ſua, quam voluerit conditionem rationabilem.

Verum in hoc ſecundo caſu fateor cum P. Bar- 14
do *d. quæſt.* 16. & cum alio Patre, de quo ibi, quod ſi Superior actu poſitino incorporauerit rem Eccleſiæ non poterit amplius illam alienare ſine aſſenſu Apoſtolico: quia ex vi illius actus poſitiui Eccleſia incipit habere jus firmum in re amplius non variabile; ergo eſt prædium ſubiectum legibus Pontificijs, & facta per actum poſitiuum tali incorparatione non poterit variari ad notata per Tiraquellum *in l. Boues.* §. *hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.*

Quod ſi petas per quos actus poſitiuos induca- 15
tur talis incorporatio?

Reſpondeo non ſufficere actum internum, quo Superior Eccleſiaſticus determinet perpetuo incorporare ad illam: quia actus internus nequit transferre Ius in aliud, neque ſufficit actus externus quo quis exprimat determinationem interius factam, ſed requiritur actus externus, qui mediante publico inſtrumento manifeſtetur D D. citati.

Tertius eſt caſus, quando Teſtator legauit 16
prædium tali Monaſterio ſimpliciter dicendo, vt illius Superior poſſit illud alienare, & tunc dico præciſis omnibus circumſtantiis, non poſſe alienari ſine aſſenſu Apoſtolico: quia præſumitur in dubio noluiſſe recedere Teſtatorem à forma Iuris communis, & ſic non poſſe prædium ſine ſolemnitate alienari, tum quia receſſus à Iure cõmuni cum ſit odioſus, in dubijs non eſt præſumendus, tũ quia cum potuiſſet Teſtator prohibere alienationem

alienationem prædij à se concessam, noluit prohibere, seruatis seruandis, scilicet posito assensu Apostolico, vt bene P. Bardus *d. quæst. 16. n. 20. cum seqq.*

In quibus venit intelligendus P. Bordonus *tom. 9. suarum resolutionum controuers. 26. de rebus Eccles. non alien. à num. 9.* qui ait fuisse Patres Carmelitas discalceatos hæredes constitutos, cum facultate alienandi, emendandi bona ad finem satisfaciendi suis creditoribus, quibus eius bona erant obligata, & ait, vt fieret alienatio sine licentia sacræ Congregationis, & resoluit Bordonus talem alienantes posse fieri sine expressa licentia prædij ad obseruandam, voluntatem testatoris, & facto neque quod Religiosi Carmelitæ Discalceati ex statuto Religionis, possunt acquirere stabilia: non tamen possint retinere, sed meritò vendere tenendis redigendo pecuniam in vsum Monasterij, & sic ridiculum esset petere licentiam ad aid quod recessatio faciendum etiam sicuti Theatini possunt acquirere, sed tenen vendere: & sic subiiciuntur decreto de rebus Ecclesiæ non alienandis', vt notant Peregrinus *in cempendio priuilegiorum sui ordinis, in verbo Alienatio*, Nouarius *de alienatione bonorum regularium, num. 19.* & alter Nouarius *in Lucerna Regularium, in verbo Alienatio, n. 2.* Bordonus *resolutione 27. num. 69.* & *num. 83.* & *resolutione 26. num. 18.*

DISCEPTATIO CXII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Diuisio de qua in facto qualiter processerit.*
3 *Diuisio facta per sortem rescinditur per læsionem.*
4 *Diuisio ad quid sit ordinata sui natura.*
5 *Diuisio est species permutationis.*
6 *Diuisio partis, est magis damnosa quam ablatio totius.*
7 *Diuisio est apertissima permutatio.*
8 *Euictio datur in diuisione & non pro mista.*
9 *Euictio venit ex natura cuiuscunque contractus.*
10 *Diuisio dat nouum titulum, quando præcedens est nullus.*
11 *Diuisio fraudulenter facta non valet.*
12 *Communia possidentes in qualibet cespite habent partes.*
13 *Testatoris præceptum ne hæredes bona diuidant potest triplici modo respui.*
14 *Bona alienata per vnum ex sociis imputantur in illius portionem.*
15 *Diuisionis modi multi sunt & quales.*
16 *Diuisio per sortem rescinditur ob læsionem, fraudem vel dolum.*
17 *Læsio quæ requiratur pro diuisione rescindenda, quanta esse debeat.*
18 *Diuisio per sortem qualiter rescindatur, & quomodo posita læsione.*
19 *Minor an restituatur aduersus diuisionem factam per sortem.*
20 Text. in l. maioribus 3. C. commun. vtriusque iudicij *qualiter procedit.*
21 *Diuisio cum enormissima læsione est ipso iure nulla & quando.*
22 *Diuisio quando sit reuidenda, vt emendetur damnum passum.*
23 *Diuisionis damnum datum qualiter rescindendum.*
24 *Damnum contingens in diuisione emendatur vno cum fructibus.*
25 *Fructus veniunt sub nomine damni, & interesse.*
26 *Damnum quodnam dicitur, & quale.*
27 *Interpretatio in cõtractibus qualiter sit facienda.*
28 *Pactorum omnium æqualitas seruari debet.*
29 *Diuisio erronea rescinditur, detecto errore.*
30 *Bona dicens esse vnius qualitatis cum non sint sibi non præiudicat.*
31 Text. in l. 2. C. de rescind. vendit. *an procedat in diuisione.*
32 *Iuramentum non obligat posita læsione.*
33 *Sorte diuisionem fieri debere qualiter affirment Doctores.*
34 *Appellatio an detur, à iudicio sortis, & quando.*
35 *Diuisionis multi modi, & quales.*
36 *Gizzarelli decisio 57. commendatur.*
37 *Læsio enormissima dat causam rescindendi diuisionem etiam per sortem.*
38 *Diuisio inter fratres quando præsumatur & quæ requirantur.*
39 *Diuisio facta per Iudicem cum errore rescinditur & quando.*
40 *Diuisio inter plures socios qualiter facienda.*
41 *Mobilium diuisio qualiter sit facienda.*
42 *Vestes quotidianæ qualiter diuidantur.*
43 *Victualia qualiter diuidantur.*
44 *Stabilia qualiter diuidantur.*
45 *Diuisio bonorum diuersarum matrum qualiter fiat inter fratres.*
46 *Socius quando præferatur in diuisione super re cognita.*
47 *Diuisio bonorum contemplatione matrimonij donatorum qualiter fiat.*
48 *Diuisio quid sit, & qualiter facienda.*
49 *Ecclesiæ bona qualiter diuidenda.*
50 *Hæreditatis diuisio qualiter sit facienda.*
51 *Seruitus aquæ haustus qualiter diuidatur.*
52 *Emphyteutica bona qualiter diuidantur.*
53 *Laudemium an debeatur ex diuisione.*
54 *Diuisio Territorij qualiter sit facienda.*
55 *Diuisio in fraudem mutandi iudicij quando præsumatur.*
56 *Licitatio quando in diuisione est necessaria.*
57 *Diuisio facta per arbitros cum errore non valet.*
58 *Diuisio non potest præscribi & quare.*
59 *Res difficilis diuidi qualiter sit assignanda.*
60 *Diuisionis signa quæ sint, & qualia.*
61 *Sociorum bona communia qualiter diuidantur.*
62 *Diuisio qualiter præsumatur, & quanto temporis spatio.*
62 *Diuisio potest per patrem prohiberi in testamento.*
64 *Hæredes ex causa possunt contrauenire testatoris præcepto de non diuidendo.*
65 *Diuisio præsumitur posita partium æqualitate.*
66 *Diuisio facta per Patrem inter filios cum iuramento & patris consensu quam habeat conditionem.*
67 *Diuisio si contineat feudum qualiter facienda.*
68 *Pupilli non prouocant ad diuisionem, & prouocati quid agant.*
69 *Fœmina habet electionem in diuisione.*
70 *Diuisio præsumitur facta inter fratres prouocante fratre minore.*
71 *Iudicium sortis qualiter per legem sit approbatum.*
72 *Diuisio bonorum fideicommisso subiectorum an operetur euictionem.*

ARGVMENTVM.

Diuiſionis finis qualis ſit, & an ſit ſpecies permutationis, in qua debeatur euictio à Teſtatore percepta, legitimis cauſis poteſt non obſeruari: Plures ſunt diuidendi modi, magis vſitatus qui fit per ſortes, quæ tamen taliter facta per læſionem enormem reſcinditur ſecundum aliquos, vel eſt nulla ipſo iure ſecundum alios. Diuiſionem interdum præſumi poſita æqualitate probamus, inter plures facta per Iudicem vel per arbitros, qualiter, ſi contineat læſionem, reſcindatur. Eccleſiæ bona qualiter diuidantur; qualiter ſeruitutes, & qualiter bona emphyteutica. Rei indiuiſibilis qualiter practicetur licitatio; tandem Fœminam habere electionem in diuiſione probatur.

PRO

Illis de Baldi.

FACTVM.

1 IN anno 1638. D. Antonius Baldi ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo hæredem fecit vſumfructuarium Ioannem Baptiſtam ſuum Fratrem, & poſt mortem Ioan. Baptiſtæ hæredem fecit Catharinam Baldi ſuam ſororem, & cum ea Venerabile Oratorium S. Mariæ Miſericordiæ intus Eccleſiam ſancti Iacobi Hiſpanorum *fol.* 21. poſt mortem D. Antonij comparuit in M.C.V. Ioannes Baptiſtam petens præambulum vigore alterius aſſerti teſtamenti eiuſdem ſui fratris erogari anno 1650. *folio* 25. Moritur Ioannes Baptiſta hærede relicto Didaco Cypero, qui litem habens cum Catharina ſuper validitate ſecundi teſtamenti eiuſdem Antonij, cum certum liquidum eſſet ſecundum teſtamentum dicti D. Antonij nullum fuiſſe, ex quo furioſus erat tunc temporis, vt *fol.* 30. & 33. *cum ſequentibus*, tandem amicabili compoſitione partes tranſegerunt *fol.* 1. *proceſſ. curr. in anno* 1655. in qua dictum fuit vt eligerentur duo Tabularij per ambas partes, qui totam hæreditatem in quatuor partes æquales diuiderent, cum æqualibus oneribus *fol.* 11. *littera A*, & item *littera B*, & *C*, duæ quarum darentur Catharinæ tertia Cypero, & vltima venerabili Oratorio.

2 Cum fuiſſet facta diuiſio per Tabularios, nihil fuit obſeruatum prædictæ tranſactionis promiſſæ, quia cum hæreditas conſiſteret in quibuſdam domibus in platea ſancti Iacobi Hiſpanorum quorum valor deductis oneribus cenſus, remanebat ſcud. 2256. 2. 11. *fol.* 86. & aliæ domus in platea ſanctæ Luciæ valoris ſcud. 9000. *fol.* 88.

Tabularij debentes diuidere in quatuor partes æquales quoad onera fuit totum oppoſitum factum, dum pro prima parte medietas domus ſancti Iacobi fuit data cum onere ſoluendi annuos ſcudos 188. *d. fol.* 88. & *in ſecunda parte*, eiuſdem domus fuerunt dati oneris ducati annui 266. & 1. 16. *fol.* 89. *à tergo*, & hæ duæ partes fuerunt, ſorte, Catharinæ aſſignatæ, atque obuentæ.

Pro tertia parte Doctori Didaco Cypero data fuit medietas domus ſanctæ Luciæ cum onere annuorum ſcud. 116. *fol.* 91.

Pro quarta parte, quæ fuit alia medietas dictæ domus fuit data venerabili Oratorio cum onere annuorum ſcudorum 117. *fol.* 91. *à tergo*, effectus vero Curiæ & Ciuitatis ſupradictæ hæreditatis remanſerunt indiuiſi, provt hodie ſtant.

Videns Catharina Baldi ſe grauatam in dicta diuiſione, ſupplicatione porrexit in S.C. præuia abſolutione iuramenti dicens ſe læſam, iterumque diuiſionem fieri debere factamq; iudicis officio reſcindi, & moderari debere; oſtendens ſe euidenter enormiſſimè læſam, ex quo habuit oneris annuos ſcudos 454. pro duabus partibus, & Didacus, ac Oratorium pro onere habuerunt ducatos 233. & contra formam ſtipulati inſtrumenti.

Et licet aliud inſtrumentum fuerit ſtipulatum, fuit tamen in exequutionem primi contractus, & in primo aderat expreſſum pactum, vt pro partitibus ſpectantibus ad dictum Didacum darentur tot effectus Regiæ Curiæ, vel ciuitatis cum rata rerum *fol.* 12. & 14. quod in diuiſione non fuit exequutum.

Hodie verò pro parte hæredis de Cypero, prætenditur immitti in poſſeſſionem ſuæ tertiæ partis ſibi tangentis quod prætendi nequit pluribus ex cauſis non ſolum *ſuprà* relatis, ſed etiam ex aliis deductis, & præſertim quia tota hæreditas ex adminiſtratione facta per eundem Cyperum ſummque hæredem totius hæreditatis per plures annos à die 2. Iulij 1653. vſque ad annũ, & licet præſentauerit in proceſſu partem computorum poſt plura decreta facta, ſunt illa diſcutienda, & euidenter apparet nullius eſſe conſiderationis ex nonnullis partitis exitus, *fol.* 12. 13. 17. & 19. & ex aliis, vt in proceſſu Computorum vbi eas adducit etiam ad ſui beneficium, & vti petit; neque pars aduerſa negare poteris exactionem integri patrimonij: quia ipſemet confitetur *fol.* 24. peculiari comparitione, vti ait ſe eſſe promptum ad reddenda computa: ergo pendente dictorum computorum redditione nullam poteſt prætendere aſſignationem, & tanto magis, quod tota hæreditas eſt ſub ſequeſtro ad inſtantiam diuerſorum creditorum ab anno 1654. quo tempore fuit datus curator hæreditati *fol.* 71. *proceſſ.* Præambuli, & intimatis Inquilinis *fol.* 75. *à tergo*, & comparentibus creditoribus *fol.* 73. 82. 85. & 87. eiuſdem proceſſus: & fuit decreto S.C. ordinatum vt penſionarij ſe obligent penes acta, *fol.* 84. eiuſdem proceſſus.

Imò ex computis ab eodem præſentatis exactionis (quæ eſt multo maior ab ipſo poſita) apparent 1980. *fol.* 2. *à tergo vſque ad fol.* 4. 5. & 6. & licet dicat potius ſe eſſe creditorem, quàm debitorem, tamen aëreè, cum reuerentia dicit, opponendo expenſas exceſſiuas, quas prætendit feciſſe, cum ſuo ſalario *fol.* 600. tempore quo ipſe habebat intereſſe in negotio, & exigebat contra formam decretorum S. Conſilij à quo ſtabat præceptum vt penſionarij faciant depoſitum *dicto folio* 84.

Nec poteſt ſab hærede Cyperi peti aſſignatio prædicta, & diſſequeſtrum, cum poſito concurſu credito

creditorum ab anno 1654. fuit datus curator hæreditati, & ordinatum sequestrum *fol.* 71. proc. præambuli *fol.* 72. comparuerunt creditores, scilicet Magdalena de la Rocca *fol.* 73. Albentius Nardolinus *fol.* 87. Ecclesiæ S. Mariæ Annuntiatæ ciuitatis Suessæ *fol.* 74. Iulius Zambelli *fol.* 82. Ioseph Ramirez *fol.* 85.

Ideóque sub die 15. mensis Maij anni 1654. fuit ordinatum quod pensionarij se obligent penes acta *f.* 84. proc. præambuli.

Quod, & pars confessa fuit in sua supplicatione *fol.* 50. proc. currentis, & est iterum renouatum sequestrum in anno sequenti *fol.* 61. *proc. curr. & & fol.* 35. & domus locantur nomine *S. C. fol.* 66. *&* 70. *proc. curr.* qui creditores semper instant satisfieri, *folio* 25. 26. *&* 30. *&* 60. *proc. curr.*

Causa huius concursus creditorum fuit: quia Didacus Cyperus pensiones exegit à creditoribus, non soluit.

Pro parte ergo Catharinæ adest enormissima læsio: quia pretium totius hæreditatis, deductis oneribus est 8159. & vnaquæque pars ascendit ad summam ducatorum 2040.

Cum ergo pars Catharinæ deberet esse scudorum 4080. apparet deficere ducatos 2198. ergo est læsio vltra dimidiam iusti pretij.

Ergo omni iure Antonius Spinosa hæres Didaci Cyperi non poterit prætendere intestationem suæ quartæ partis stabilium pendente iudicio prædicto rescissionis, & computorum ab eodem reddendorum.

3 Hac facti serie proposita intrat videndum an posita diuisione facta per sortem de qua suprà posita læsione licitum sit Spinosa habere effectum suæ assignationis, & intestationis, quod est quærere an Catharinæ Baldo obstet diuisio facta per sortem posita tali læsione.

Ego qui partes Catharinæ defendo affero inuincibiliter dicendum Catharinæ nullum fuisse illatum præiudicium.

4 Probo primò, quia diuisio sui natura ordinata ad destructionem subiecti vbi vnio est ad conseruationem dignitatis, decoris, & splendoris familiæ, quia per diuisionem ad nihilum reducitur res, iuxta illud commune Regnum in se diuisum desolabitur, & iuxta aliud in se diuisum labitur imperium, vt considerant Crauetta *cons.* 624. *numero* 61. *&* 62. Surdus *cons.* 375. *num.* 13. Ciriacus *tom.* 2. *contron.* 31. *num.* 18. sic se habet, vt sit 5 species permutationis immò ipsissima permutatio, quia permutatur portio vnius cum portione alterius, cum in quolibet capite terræ quilibet habeat partem pro indiuiso quæ non potest ad oculum demonstrari, Castrens. *in l.* 1. *num.* 4. *Cod. com. vtriusque Iudicij*, Lazarte *de decima venditionis, cap.* 20. *num.* 45. Card. Tusch. *in verb. diuisio, concl.* 521. *num.* 6. & in permutatione quod res succedat loco rei permutatæ dicitur *in l. si donata* 36. *§. fin. ff. de dona. inter virum, l. filiæ* 28. *§ final. ff. de condit. & demonstr. l. Imperator* 70. *alias* 72. *§. fin. ff. de leg.* 2. *l. si rem, & pretium* 22. *ff. de petit. hæreditatis, l. ita constante* 26. *& l. seq. ff. de iure dotium*, Peregrin. *de fideicomm. art.* 44. *num.* 30. & res quæ vni contingit in diuisione subrogatur loco alterius, quæ peruenit ad alium cohæredem, vel consocium per textum *in l. cum in fundo* 78. *§. si fundus communis, ff. de fundo dotali, l. Subranus* 13. *§. idem celsus, ff. de act. empt. l. communi diuidendo* 7. *§. si debitori, ff. comm. diuid.* & in diuisione portiones diuisæ succedunt loco portionum debitorum: quia sumus in vniuersalibus vt bene Paul. de Cast. *cons.* 125. *dub.* 10. *num.* 7. *volum.* 2. Card. Tusch. *in verb. diuisio, concl.* 50. *num.* 5. *tom.* 2. *fol.* 735. posita læsione debet rescindi, vt patet consideranti. Hinc 6 dici debet quod magis est damnosa diuisio partis, quàm ablatio totius, quia per diuisionem partis destruitur status rei, sed per ablationem totius non ita est, Crauet. *cons.* 592. *n.* 87. *&* 89. Menochius *cons.* 264. *num.* 37. *&* 38. latè Sesse *decis. Aragoniæ* 187. *tom.* 2. *num.* 9.

Quia ergo diuisio habet vim permutationis, vel 7 vt alij volunt emptionis, & venditionis *leg.* 1. vbi Cyrius Bart. Bal. & alij *C. comm. vtriusque Iudicij*, Mazzolus *cons.* 75. *num.* 6. Tiraquell. *de retract. consanguinitatis, §.* 1. *gl.* 14. *num.* 77. Prukman. *consil.* 5. *num.* 21. & permutationi omninò similis dicit glossa magna *in l. si familiæ* 14. *Cod. famil. her.* Bart. *in l. cum pater* 77. *§. euictionis, num.* 4. *& §. hæreditatem, ff. de leg.* 20. Riminal. Iunior *cons.* 244. *num.* 246. Corneus *cons.* 228. *num.* 1. *volumine* 4. Soccinus senior *cons.* 50. *num.* 19. *volum.* 5. Decianus *cons.* 3. *num.* 37. *vol.* 4. per textum *in l. cum Pater* 77. *§. hæreditatem, colum.* 20. *ff. de leg.* 2. imò ipsissima permutatio sit *dict. l. cum pater*, gloss. *in leg. si pupillorum, ff. de rebus eorum.* Ideò sicuti permutantes transferunt omnia iura sua quæ habent in bonis permutatis seu diuisis, *l.* 1. *ff. de rerum permutatione*, ideo omnia veniunt in diuisione quæ in permutatione continentur ex natura diuisionis, *leg. si fratres, Cod. commun. vtriusque iudicij*, Bart. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. quæst.* 13. Brunorus à sole *in compendio resolutionum in verb. diuisio*, & sicuti inuentione debetur euictio, etiam non promissa, *leg. in vendendo* 66. *in principio, ff. de contrahenda empt. leg.* 2. *ff. de euict. l. non dubitatur, C. de euict.* ita in diuisione, & sicuti debetur etiam non 8 couenta in permutatione, *leg.* 1. *Cod. de rerum permutatione*: Ita quoque in diuisione quantumvis non fuerit promissa, Ciriacus *tom.* 1. *cap.* 196. *numero* 10. imò etiam inter fratres si fiat diuisio procedit quod dicebamus ne sequatur inæqualitas inter fratres, Guido de Suzzariis quem refert, & sequitur Bald. *in l. si familiæ* 14. *nu.* 3. *Cod. famil. hercis.* Alex. *in l. qui Romæ* 122. *§. duo Fratres, n.* 30. Rippa *num.* 99. Alciatus *num.* 36. *ff. de verb.* Bursatus *cons.* 173. *num.* 19. Decianus *consil.* 2. *num.* 68. *volum.* 2. Menoch. *cons.* 8. *num.* 83. *& lib.* 3. *præsumpt.* 115. *num.* 20. Non ignoro plures dixisse non dari euictionem nisi specifice promissa sit, & non sufficere generalem eius promissionem si scienter talia bona acceptata fuerunt, ita Beccius *cons.* 24. *per totum* maxime, *num.* 33. Peregrin. *de fideicomm. art.* 52. *num.* 65. 68. *&* 69. *& cons.* 93. *num.* 21. *&* 24. *volum.* 1. Roland. *cons.* 51. *volum.* 4. Felicius *de societate, cap.* 40. *num.* 32. Surdus *cons.* 311. *num.* 27. Facchineus *lib.* 6. *contron. cap.* 68. Rosental. *de feud. cap.* 9. *concl.* 54. *num.* 17. 18. *&* 19. quid dicunt esse ei imputandum, qui scienter voluit acceptare dicta bona, & quia acceptando videtur extimasse tanti vtilitatem eorum, vt correspondeat periculo &c. sed talis doctrina est falsa, quia euictionis præstatio est de natura cuiuscumque contractus oneros. *l. sciendii* 52. *ibi an ex alia, ff. de euict.* 9 Capra *Regula* 87. *num.* 199. Riminald. *cons.* 833. *n.* 27. Decianus *cons.* 3. *num.* 11. *vol.* 3. quod consilium est etiam inter consilia Menoch. 123. *n.* 12. & consequenter etiam de natura diuisionis est vt præstetur non promissa siue versemur *in iud. fam. herciscundæ, l. si cum venditor* 66. *§. fin. ff. de euict. l. si familiæ* 14. *C. fam. herciscund.* siue in actione communi diuidendo vt *in l. fratres* 7. *C. cum vtriusque iudicij, l. fin. de communi rer. alienat. l. item quamvis* 10. *in fin. ff. comm. diuidendo*, & vtrumque

tradit gloſ. *in l. hæredes* 25. §. *Item curare qui eſt finalis in verb. de euictione, ff. de fam. herciſc.* & in diuiſione hoc nedum Soccinus Iunior *conſ.* 119. *n.* 14. *volum.* 3. Roland. *c.* 51. *n.* 5. *volum.* 4. Beccius *conſ.* 24. *n.* 9. *& conſ.* 155. *num.* 3. Surd. *conſ.* 67. *numero* 7. *& conſ.* 311. *num.* 26. Gabriel *conſ.* 90. *numero* 42. *vol.* 1. Turrettus *conſ.* 82. *num.* 11. *volum.* 3. Prukman *conſ.* 50. *num.* 22. *& conſ.* 48. *num.* 164. *vol.* 1. Gaill. *conſ.* 145. *num.* 96. *&* 298. *vol.* 1. Aldouinus *conſ.* 58. *num.* 13. & in diuiſione ſociorum ſcribunt Petrus de Vbaldo de duobus fratribus *p.* 8. *num.* 23. Felicius *de ſocietate, cap.* 4. *n.* 30. Mantica *lib.* 6. *de tacitis, tit.* 3. *n.* 16. Gomez *tom.* 2. *var. c.* 2. *num.* 81. *in fin.* Mazzolus *conſ.* 27. *num.* 6. Petrus Sanzius *de diuiſione bonorum, lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. Cyriacus *c.* 188. *n.* 7. *qui controu.* 200. *n.* 11. *&* 12. ait oriri actionem perſonalem non realem *ex l. qui à pupill.* 7. *ff. de euict.* Vnde non datur contra tertium poſſeſſorem: ergo poſita læſione reſcindi debet.

10 Probatur ſecundò, quia diuiſio dat nouum titulum quando præcedens eſt nullus Bolognetus *in l. qui Romæ l.* 22. §. *duo fratres, n.* 30. *ff. de verb.* vnde dicitur contractus nouis pactis veſtitus, quo mediante partes voluerunt ſibi confirmare viciſſim ius præcedens licet inualidum Franciſcus Ciriacus *cap.* 196. *tom.* 1. *num.* 8. ergo debet eſſe æqualis inter ſocios & inter eos æqualitas eſt ſeruanda *l. ſi maior* 4. *in fine*, vbi Baldus *num.* 1. *Cod. comm. diuid.* Ciriacus *cap.* 191. *num.* 28. ergo facta fraudulenter non valet, quia dolus delictum continet *l.* 1. §. *nunc tractemus ff. de tutelis*, & alij dolus probatur coniecturis *l. dolum*, *C. de dolo*, & qui non facit ea ad quæ ſcit ſe teneri eſt in dolo *l. dolus, ff. mandati*, Romanus *conſil.* 191. *num.* 3. Surdus *conſil.* 382. *num.* 51. *& ſeq. lib.* 3. & quia habentes bona communia vnuſquiſque habet dimidiam, in qualibet Ceſpide. Item in feudis loquens *in cap. Imperialem*, §. *præterea, num.* 6. *de prohib. feud. alien.* per Federicum Iaſ. *in l.* . §. *incertum, verſ. nam quota, ff. de acquir. poſſeſſ.* Roſental *de feud. cap.* 9. *concl.* 53. *num.* 15. Maluaſia *conſil.* 100. *num.* 47.

12 *cum ſeq.* Ciriacus *cap.* 191. *num.* 14. *&* 15. Nec poteſt teſtator facere, ne perpetuo diuidantur hæres *l. in hoc Iudicium* 14. §. *ſe conueniat, ff. comm. diuidundo*, Iulius Clarus *in* §. *teſtamentum, quæſt* 67. Graſſus *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 72. Peregrin. *artic.* 11. *num.* 8. vel habere æqualem partem in qualibet re, ſed quod poſſint inter ſe diuidere, & vni ſolus dare, vel etiam totam aſſignare, quam alij dummodo non alienent extra familiam Ciriacus *cap.* 303. *num.* 5. *& ſeq. tom.* 2. Imò ſi teſtator faciat præceptum, ne hæredes diuidant bona pro aliquo tempore ſub pœna, tunc triplici modo poteſt quis venire contra, & non erit ad pœnam obligatus: primò, ſi ipſe non prouocat, ſed prouocatur ab altero fratre maiore, quia tunc poſita proteſtatione venit ad diuiſionem ſine pœna, *l. ſi pupillorum* 7. *vbi gloſſ. ff. de reb. eor.* Romanus

13 *conſil.* 106. Simoncellus *de decretis*, *lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 16. *& num.* 23. Secundò, ſi ille cuius fauore prohibitio facta eſt & cui applicatur perſona in caſu Contrauentionis renuntiet Oltrad. *conſil.* 24. *deciſ. conſil.* 349. Boër. *deciſ.* 87. *num.* 3. & tertiò, quando frater vel alius diſſipat bona, quia tunc poterit, non obſtante præcepto petere diuiſionem, poſt alios Ciriacus *tom.* 1. *cap.* 147. *num.* 9. Imò duo adduco notanda per quod debita contracta ab vno ex ſociis ſolui debent de ſua portione tantum, niſi probentur contracta fuiſſe occaſione bonorum communium, & quod conuerſa fuerint etiam in communem vtilitatem ex cauſa neceſſaria ex *l. ſi fratres* 53. §. *fin, verſ. per contrarium, l. adeo* 60. *in fine, l. locum* 61. §. *ſocius cum reſiſteret, ff. pro ſocio*, Speculator *de Iudiciis*, §. *ſi quæritur, verſ. quid ſi duo fratres*, Riminaldus Iunior *conſil.* 366. Menoch. *conſ.* 860. Secundò notandum eſt quod bona 41 alienata per vnum ex ſociis in totum ſunt imputanda in eius portionem: quia cohæres, & ſocius non poteſt plus parte ſua alienare, *l. nemo ex ſocijs* 69. *cum gl. ff. pro ſocio, l. vnica, C. ſi communis res pignori data ſit*, vbi Gotofr. Roland. *conſ.* 91. *num.* 10. *volum.* 5. Riminald. iunior *con.* 466. *n.* 27. Portius *conſ.* 212. *num.* 4. Ciriac. *cap. c.* 14 . *num.* 6. ergo poſita læſione in diuiſione venit reſcindenda; & annullanda, ſed ita eſt diuiſio de quo in præſenti: ergo, &c.

Probatur tertiò, quia licet plures ſint modi à 15 lege inducti quibus diuiſio fieri debeat, de quibus agunt DD. *in l.* 2. *C. de metath. & epidemicis, lib.* 12. *& Canoniſtæ in cap.* 1. *de Paræciis* cumulatos per Tiraquellum *de iure primogenitur æ, quæſt.* 60. & per Gratianum *c.* 160. *num.* 18. *cum ſequentibus*, primò enim aliqui dicunt quod maior diuidat, & minor eligat, ſecunda opinio dicit: vt facta prius per expertum aliquem à partibus approbatum, vel à Iudice electione electum ſorte dirimatur, ita ciuiliſtæ communiter: tertia opinio dicit iudicis arbitrio eſſe commiſſam diuiſionem, quarta dicit ſtandum eſſe conuentioni circa talem diuidendi modum inter Fratres, quinta ſolet obſeruare vt maior ætate diuidat, deinde ſorte dirimatur cui altera pars ſit adiudicanda quod fieri apud Papientes, dicit Menoch. *conſ.* 123. Sexta dicit quod maior natu eligat, quam opinionem ſaniorem, & eſſe magis communem, quia ſemper in conſiliis dandis dignior, & ſanior loqui debet Romanus *ſingul.* 81. Septima opinio eſt quod in rebus quæ non patiuntur diuiſionem, electio dari debet contiguo vicino *ex l. quicunque C. de omni agro deſerto, libro* 10. Octaua opinio eſt quod in rebus indiuidnis fieri poteſt diuiſio per licitationem: Nona quod in re indiuiſibili vni detur prædium, & alteri extimatio: Decima quod quando tractatur cum fiſco ipſe debebet facere partes, & alteri datur electio, & alia 16 notabilia refert Regens Capic. Latr. *dec.* 28. *to.* 1. ipſe tamen *n.* 21. concludit quod in Terris Eccleſiæ ſeruetur opinio canoniſtarum, vt minor eligat, & maior diuidat: in Terris verò Regiis practicatur per ſortem, vel iudicis arbitrio, niſi aliter ſeruet conſuetudo: quia tunc ipſa eſt attendenda; verùm poſita diuiſione per electorem, vel per ſortem, poſita læſione: putant aliqui reſcindi diuiſionem factam: quia diuiſio per errorem facta retractatur, *leg. ſi ſoror C. de collat.* vbi dicitur quod diuiſio retractatur per iudicem cognito quod plus ad vnum quam ad alienum peruenit: & eſt textus clarus *in leg. maioribus, Cod. comm. vtriuſque Iudicij*, vbi ſuccurrendum eſſe maioribus dicitur, vbi diuiſio perperam, vel per dolum, vel per fraudem facta fuerit: quia in iudiciis bonæ fidei quod inæqualiter factum eſſe conſtiterit in melius reformandum eſt, & ex hoc probat Facchineus *lib.* 8. *controuerſia, capite* 36. qui mordicus defendit textum *in dicta lege maioribus*, non requirere læſionem fuiſſe vltra dimidium, ſed quamlibet grauem ſufficere ad reſcindendam diuiſionem. Sequitur Aiora *parte* 3. *de partitionibus, quæſtione* 6. Griuella *dec. Dolana* 127. Imò Antonius Faber *decade* 8. *errore* 20. *num.* 4. refert pragmaticarum ſententiam eſſe, data læſione non ſolum vltra dimidiam, ſed etiam ad trientem, vel quadrantem reſcindi poſſe diuiſionem; tamen *numero* 10. ait, quod facta per ſortem non detur, quia qui ſorti rem committendam putauit, ſi ex ſorte læſus ſit reſtitui in integrum 17

non

non poterit ad rescindendam diuisionem præsertim, quia secutis hinc inde traditionibus perfecta sit, quia ex contrario potuerat ea sors incidere, ex qua lucrum percepturus fuisset non enim restitutionum causæ ex euentu sunt dijudicandæ, sed ex initio etiam cum de minorum restitutione quæ omnium fauorabilissima est *tractatu, l.3. §.scio, l. verum* 11.§.*Item non restituetur, ff. de minoribus*, sequitur Griuell.*dec.*127.*numero* 24. Alij tamen dicunt cum Viuio *d.*437. diuisionem per sortem rescindi dummodo læsio sit magna, & dicunt habere locum text.*in l.*2.*Cod.de rescind.vend.in contract. diuisionis*, sed requiri dicunt læsionem quæ transcendat dimidium iusti valoris totius rei diuisæ, glossa, Bal.& alij *in d.l.maioribus, Cod.comm. vtriusque Iudic.* Ciriacus *cap.*325.*numero* 24. Barbosa *in cap.cum dilecti* 13.*de emptione, & venditione*, Ceuall. *quæstione* 536. *num.*15. & videtur docuisse Franchum *decis.*675. & Senatus Sabaudiæ apud Antonium Fabrum *dict.l.*3.*Cod.tit. commun.vtriusque Iudicij vltimo*, & apud eundem Franchum *dict.dec.*675. fuerat per arbitros rescissa diuisio,& sic Sacrum Consilium approbauit factum arbitrorum; verum decisum refert Roycius *in dicta decisione, num.*1. post Thesaurum *decis.*239. *n.*5.Trentacinquius *de empt.& vend.resol.*3.*lib.*3. Gamam,*d.*32c.

18 Et Cornazanus *dec.*178. *num.*3.ait per sortem esse faciendam diuisionem dummodo concurrat æqualitas respectu æstimationis diuidendorum, Curtius iunior *cons.*80.*part.*2.etsi inæqualiter facta fuerit debet reformari, & ad æqualitatem reduci, etiam inter maiores post alios Thorus *in compendio,tom.*2.*folio* 145.*columna* 1. *in fine*, alij dixerunt quod si agatur de diuisione facta per arbitros, vel per Iudices: tunc sufficit læsio in *sexta parte* tantùm, sed si agatur de diuisione ex conuentione partium, tunc requiritur læsio vltra dimidium, sequitur Ciriacus *tomo* 2.*capite* 325.*numero* 28.& quia æquiparantur modi diuidendi per electionem, & per sortem ideò non habet in ea locum text.*in dicta lege maioribus* 3.*Cod.commun. vtriusque Iudicij*, vt probat Faber *de erroribus decade* 8. *errore* 2. quia textus ille supponit dolum, vel vim interuenisse, quæ fit vno diuidente, & altero eligente, alij dicunt cum Ciriaco *cap.*325. *numero* 25.& 27. quod vbi quilibet ex condiuisoribus acceptauerit partem suam, cum oneribus eidem assignatis non potest dici læsus:nam si damnum sentit hoc euenit ipsius culpa, & facto quod non potest alteri imputari *cap.damnum* 86.*de Reg. iur.in* 6.Surdus *dec.*6. *num.*8. & quando quis læditur per diuisionem factam per electorem, vel per sortes diciur lædi ex euentu dubio, qui sicut se habuit ad damnum poterat se habere ad lucrum,& hoc casu non dicitur læsus, argum.*l.si factum reris,ff.de act.empt.*

19 Vnde Marquez.*de diuisione bonorum, num.*37. apud Morlinum *cap.*57.*numero* 28.ait, quod nec etiam minor restituitur in integrũ aduersus diuisionem per sortem factam,quod prius dixerat Bal. *in l.ait Prætor,§.fin.ff.de minoribus*, Tiraquellus *de primogenitura,quæst.*17. *num.*96. Sforzaodus *p.*2. *de in integr.restitutione,quæst.*6.*num.*27.nisi tamen læsio sit enormis,& excessiua prout decreuit S.C. apud Gizarell. *dec.*57. *in fine*, & idem Antonius Faber decisum refert *per S.Sabaudiæ,defin.*3.*in titulo Cod.comm.vtriusque Iudicij*, restituendum esse eum qui optionem dedit aduersus diuisionem factam per sortem si læsum se probet vltra dimidiam,vt ibi apparet,& in M.C.V. iudicatum iunctis aulis fuit læsionem ex qua posset rescindi con-

tractus diuisionis factus inter extraneos, non quälibet sufficere sed quæ sit vltra dimidiam iusti pretij rei diuisæ, Merlinus *capite* 57. *tomo* 1. & sic fuit intellectus, text.*in dicta lege maioribus* 3. *Cod. commun. vtriusque iudicij*, vbi videbatur requiri illud tantùm quod scilicet sit inęqualitas, 20
quasi corrigenda illa sit quantum, aut quantulocumque sit, & est textus *in lege seruus* 34.*ff. famil. herciscund.* ibi non emendi sed diuidendi animo, & diuisio dicitur alienatio, *dicta lege si pupillorum* 7. *ff. de rebus eorum*, & obtinet vicem emptionis *lege prima, Cod. commun. vtriusque iudicij*, quia in diuisione quantum quisque à socio consequitur tantum ei de suo vicissim præstat, ita vt post diuisionem neuter cohęredum sit locupletior quàm antea fuisset, *leg. cum Pater* 77.*ff. de lege prima, leg. deducta* 58. §. *acceptis vers. diuersum, ff.ad Trebell.* Immò posita enormissima læsione non solum rescinditur, sed est ipso iure nulla: ita Velascus *de partitionibus, capite* 39. *numero* 53. Immò si sit læsio vltra dimidiam retractari poterit diuisio, Velascus *dicto capite* 39. 21
numero 18. Cagnolus *in lege secunda, numero* 59. vbi Pinellus *parte secunda, capite primo, Cod. de rescindend.vendit.* Alij dicunt quod si diuisio fiat ex conuentione partium, tunc requiritur læsio vltra dimidiam, sed si fiat mediantibus arbitris, & via iudiciali tunc sufficit læsio *in sexta parte*, ita Velaschus *de partitionibus capite* 39. *numero* 9. & 10. legatur Petrus Sanz. *de diuisione bonorum, lib.*1. *cap.*8.Ciriac.*cap.*325. *num.*28.

Probatur quartò: quia quando diuisio fit, & 22
vni contigerunt aliquæ res,quæ sunt alienæ,& ab aliis possessæ, tunc diuisio debet reuideri, non vt iterum, & de nouo fiat, sed vt emendetur damnum passum ab alio, & diuisio debet reduci ad æqualitatem, quia in diuisione præstatur euictio,siue fuerit promissa, siue non,dummodo non fuerit conuentum ne præstaretur, & sane actione ex stipulatu si intercessit promissio ea vero cessante pręscriptis verbis *lege si fratres* 7. *Cod.comm. vtriusque indicij, leg.si familia* 14.*C.famil. herciscr.* vbi glossa magna *lege si cum venditor* 66. §. *finali, ff. de euiction. lege hæredes* 25. *alias* 26. §.*fin. ff. famil. herciscund.* post alios Petrus Sanz. *de diuisione bonorum, libro* 1.*capite* 8.*numero* 3. Velascus *de partionibus capite* 37.*num.*2.Turrettus *consil.*8.*numero* 19.*volumine* 3.Prukman *cons.*48.*numero* 164. Gabriel *concl.*90. *numero* 42. *volum.*1. Gaball. *cons.*296. & 298. Hector Felicius *de societate, cap.*40. *numero* 30.& idem est,non adesse partes, vel fuisse, sed euictas, Bald. *in dicta lege si Fratres* 7.*Cod. comm. vtriusque indicij*, Soccinus iunior *cons.*48.*num.*40.*volum.*1. ergo sicuti præstaretur damnum si verè euictæ fuissent ita quoque venit emendandum cum repertæ non sint in *dicta parte.*

Quod ampliatur quando vni parti sint assi- 23
gnata petia Terræ pro maiori numero modiorum quam verè esset, Soccinus iunior *consilio* 48. *numero* 40. *volumine primo*: quia tunc non obstantibus clausulis prægnantibus fit locus emendationi damni quod non est aliud nisi diminutio Patrimonij *lege tertia, & leg. Proculus* 26. *in fine, ff.de damno infecto*, & diuisio debet reduci ad ęqualitatem. Reducitur verò ad ęqualitatem diuisio non autem quod omnia denuò reducantur in commune,& fiat noua diuisio; vt post Soccinum *vbi suprà*, dicit Gozadinus *consilio* 44. *numero* 15. Villalobus *comm. opin. litt.D, num.*87.Velasch.*de partitionibus,cap.*39.*n.*59.latè

24 Ciriacus *cap.514. tom.3.* verum damnum quod contingit in diuiſione debet emendari vnà cum fructibus vel eorũ valore, tum quia in præſtatione euictionis veniunt fructus arg.text.*in l.venditor 8. in fine, ff.de euict. l.æquis la 1. quæ eſt, l.8.l.videamus, la 2.quæ eſt* 83.§.1. vbi fructus quoque reſtituendi ſunt, *ff.de vſuris, l.quoties* 15. *C.de rei vend.* Rimin.Iun. *conſ.166.n.14.20. & 23.* vbi probat fructus venire ſub nomine damni, & intereſſe,

25 Alciatus *conſil.17.lib.6.* alias eſt *conſil.328.* damnum enim dicitur non ſolum quando quis amit-

26 tit quod ſuum non eſt, ſed etiam quando amittit commodum quod poterat habere Decianus *conſil.47.num.34. vol.5.* & facit text. *in l.euict. ff.de vſuris, & l.quoties, C.de rei vendicat.* vbi euictis agris pretium reſtituitur cum vſuris; in contractibus enim ſemper fieri debet interpretatio illa, quam contrahentes de negotio interrogati veriſimiliter feciſſent, & illa pro expreſſa habenda eſt gloſſa finalis, *in l.tale pactum 41.§.fin.d.pactis*, Decius *conſ.557.n.7.* Crauetta *conſ.442.n.11.vol.3.*

27 & non debet admitti in contractibus illa interpretatio per quam vna ex partibus remanet decepta, & enormiter læſa *l.3.§.1.* ibi verum quoniam non debeant decipi, *ff.de receptis arbitris, l.ſed ſi pupillus 11.§.item ſi plures ibi* (neque enim decipi debẽt cõtrahentes) *ff.de Inſtit.* Auctore Paulus de Caſtr. *conſ.205. in fine, vol.1.* Lancellottus Galiaula *conſil.118.n.31.* ſed ſemper interpretatio ſumi debet ex bono, & æquo ex quo omnis interpretatio deſideret æquitatem non autem iniquitatem Mantica *lib.1.de tacitis, tit.17.n.3.* vbi quod omnis interpretatio debet habere duos Comites bonũ, & æquum maximè in contractu diuiſionis, in quo æqualitas ſeruari debet *l.penult. in fine, C.comm.diuid. l.inter filios, C.fam.herc.* Peregrin.*conſil.70.num.5.vol.5.* & debet fieri de bono, & æquo Decianus *conſ.15.*

28 *n.52.vol.2.* Neguſ.*q.320.n.14.* qui ait quod ſi reſultat inæqualitas diuiſio eſt reformanda, Bordellonus *conſil.58.n.91.* vbi ait quod natura diuiſionis eſt, vt partes ſint & fiant æquales Colerus *conſ.40.n.31.* & generaliter quod in contractibus ſeruanda ſit æqualitas, & pro ea ſit facienda interpretatio dicunt Crauetta *conſ.70.* Gratianus *c.195. n.15.p.1.* & pacta ſunt ſemper reducenda ad æqualitatem Pedrocchus *conſ.vlt.de diuiduis, & indiuiduis, n.458.* quia talis pactorum æqualitas arguit bonam fidem, vt idem Pedrocch. docet *num.347.* & verba contractus ſemper recipiuntur, vt ſint conformia æquitati licet fortè verba non paterentur, & ſcribit Galiaula *d.conſil.118. num.33. & ſeqq.*

30 Probatur primò, quod diuiſio erronea ſit reſcindenda detecto errore ex *d.l.3. C.comm. vtriuſque Iudicis*, vbi diuiſio facta per dolum vel fraudem vel perperam ſine iudicio legibus reſcinditur, quia in bonæ fidei iudiciis quod inæqualiter factum eſt in melius reformabitur, & ex *l.ſi ſoror tua, C.de coll.* ibi, ſi ſoror tua ex paternorum diuiſione te fefellit, nec dotem quam acceperat à patre veſtro inteſtato diem functo conſulit Præſes Prouinciæ examinatis partium allegationibus cum bonis dotem confundi iubebit ergo apertè patet ibi: vt ſi in bonorum paternorum diuiſione commiſſus ſit error tunc legitimè poterit diuiſio retractari. Facit etiam Mandelli Conſilium 101. & *conſ.102.* vbi tranſactio reſcinditur per inſtrumenta de nouo reperta; ſed diuiſio & tranſactio æquiparantur, vt bene Tiberius Decianus *conſ.52.n.12.lib.1.* ergo, &c. Accedit Socinus Iunior *conſ.48.num.43.* & *conſ.112. lib.1.* vbi ait quod ſi quis fateatur rem ſuam in fideicommiſſo eſſe cum non ſit, non ſibi facit præiudicium, & facit celebre Alexandri *Conſilium 137.n.21. lib.2.* vbi conſuluit, quod is qui cum fratre cæteriſque conſanguineis diuiſit bona quæ communia exiſtimabantur, cum verè minimè eſſent in illis dominium eum non tranſtuliſſe ne ſibi prædicaſſe, Decian. *in leg. traditionibus, num.6.C.de pactis*, facit etiam text. *in l.4.C.de iuris & fact.ignorantia*, vbi Imperatores Diocletianus, & Maximianus reſponderunt ſi poſt diuiſionem factam, teſtamenti vitium in lucem emerſerit ex his quæ per ignorantiam facta ſunt præiudicium ſibi non comparabitur: ergo diuiſio ex errore facta reſcindi debet vt bene Caualcanus *deciſ.27. num.14.* & *deciſ.30. num.40.* Iacobus Menochius *conſil.577. lib.6. num.6.8. & vltimo*, & *conſil.91. n.16.lib.1.* Gaill. *lib.2.pract.cap.139.n.4.* Maſcard. *concl.641. lib.2.* Alciatus *conſ.29.n.20. lib.8.* Decius *conſ.600. num.8.* idem Menoch. *conſ.498. num.27. & 476.n.8. lib.5.* & *conſ.vlt.n.94. lib.1.* Tiberius Decianus *conſ.55.n.125.* & *conſ.21.num.37.lib.2.* & *conſ.32.n.35. lib.3.* Socinus Iunior *conſil.86. n.3.lib.3.* idem Iacobus Menoch. *conſ.418.n.25. lib.5.* & debet probari error quod res aliter ſe habuerit, quam dictum ſit Aymon Crauetta *conſil.329.n.17.* & *conſ.423. n.5. lib.3.* Rolandus à Valle *conſ.69. n.48. & 49. lib.3.* idem Menoch. *lib.4. conſ.320.* Carolus Iallongus *racemate 159.* omninò videndus.

Probatur ſextò, quia in diuiſione locum habet 31
remedium *l.2. C.de reſcind.vend. ex d.l.maioribus, C.commun.vtriuſque iudicij*, vbi Bart. & DD. neque obſtat text. *in d.l.in cauſa, §.idem Pomponius, ff.de minoribus*, & *in l.fin. ff. fam.herciſc.* vbi habetur diuiſionem factam reſcindi non poſſe, quia vt optimè ait Pinellus *in dict. l.2. num.20.* quoties non ſolum viget inæqualitatis læſio, ſed etiam error ſiue falſitas, vt in præſenti tunc læſo competit hoc beneficium *d.l.ſi poſt diuiſionem*, & *d.l.cum falſa, C.de iur. & facti ignor.* nec tali remedio poterit per læſum renuntiari vbicunque eſt enormiſſimè læſus, vt optimè fundat Seraphinus de Priuilegiis iurament. priuilegio 90. etiamſi in inſtrumento fuerit dictum contra iuramentum non
venire rationem enormis, vel enormiſſimæ læſio- 32
nis, vt *n.35.36.37. & ſeq.* nec minus ſi adeſſet geminatus conſenſus læſi, vt probat Pinellus *in dict. l.2.cap.1.n.36.* Galganettus *de renuntiatione, tom.2. centuria 2.renuntiatione 103.n.18. & 19.* ergo diuiſio per errorem facta non obſtat diuidenti *dict.l.ſi poſt diuiſionem*, Socinus Iunior *conſ.25.n.4. & 5. lib.4.* Crauetta *conſ.26.188. & 221.n.11. & 18.* Surd. *dec.130. n.6.* ex eo quia error tollit conſenſum *l.ſi per errorem, ff.de iuriſd.omn. iud. l.cum putarem, ff.fam. herc.* ſine quo contractus eſt nullus *l.1.§.conuentionis, ff.de pactis*, eſt quod nullum præiudicium Catharina ſibi intulit Menochius *conſil.162. n.28.* & non ſolum id procedit ſi inter ſocios priuatim ſit facta diuiſio, ſed etiamſi arbitrio dato diuiſio celebrata ſit *l.ſi ſoror 8. C.de collect. d.l.3. C.commun. vtriuſque iudicij*, Seraphinus *conſ.28. num.9. centuria 1.* Imò ſi pater faciat inter filios diuiſionem erit ſeruanda: niſi ſit læſio legitimæ, quia tunc vſque ad illam reuocatur Gaillus *lib.2.obſeru.cap.16.* Decian. *conſ.15.vol.1.* & *conſ.49. num.151. volum.1.* ſic quando permittitur diuiſio inter minores talis diuiſio non poteſt fieri ſine Iudicis decreto, niſi iuramentum interuenerit: verùm tunc læſio abeſſe debet Decius *conſ.349.* Menoch. *caſu 171.* & ſufficit in diuiſione æqualitatem ſeruari ab initio Ioſeph Ludouicus *deciſ. Lucenſi 29.* Hieron. Magonius *deciſ. Florentiæ 62.*

Dices

33 Dices quod licet diuisio fiat pluribus modis maximè inter fratres de quibus Riccius *collect.* 201. *ex l. si quæ sunt ff. famil. herci.* omissis tamen pluribus apud Mele ad Gizzarellum *d.* 57. verior modus est vt fiat sorte, siue per Bussolas qui modus est cõmuniter approbatus per nostros, Viscõte Brunorus à Sole, Cotta, Reiger, & alij in verbo decisio in quo iudicio habet locum Deus qui est Dux Fortunæ iuxtà illud Psalmi 30. *in manibus tuis sortes meæ.* Hinc S. Augustinus *in dict. Psalmo*, ait sors inquit res indubitata humana diuinam indicans voluntatem, *cap. sors* 26. *quæst.* 12. vnde Apostoli sortes miserunt, & electis duobus sors cecidit super Matthiam iudicio diuino, plura loca Sacræ Scripturæ, & Sacrorum, Canonum, ac legum Ciuilium circa sortem, tradit Mandosius *in Regula* 33. *Cancellariæ*, *quæst.* 15. *num.* 14. fit ergo diuisio sorte nisi aliter con-

34 suetudo seruet Thorus *par.* 2. *in verbo diuisio* à quo iudicio sortis non datur reclamatio, nec appellatio quia, vt ait Baldus *in l. si duobus in principio Cod. com. de leg.* Fortuna non habet Imperium in hoc mundo, & ideò à iudicio suo non appellatur vt cum Baldo sentit Iason *ibi num.* 10 Decius *in Rubric. de appell. num.* 39. *& in cap.* licet causam, *num.* 210. *de præb.* Costa *in verbo sortis adiudicatio* Tirall. *de Iure primorum*, *quæst.* 17. *opinione* 1. *num.* 95. Antonius Gomez *in l.* 38. *Tauri num.* 7. & minor læsus non restituitur in hac diuisione *l. verum* 22. §. Sciendum est autem, *ff. de minor.* Bald. *in l. ait Prætor* 7. §. *fin. ff. eod.*

35 Respondeo verum esse multis modis fieri posse diuisiones scilicet quod minor eligat, maior diuidat ex *cap. de Parœcijs* vbi de duobus Episcopis diuidere debentibus qui amplius tempus habet debet diuidere, & maior eligere, & sic fuit diuisio inter Abraham, & Loth, vt ait Sanct. Ambrosius *lib.* 1. *de Abraham Patriarcha*, *cap.* 3. S. Augustinus *lib.* 16. *de Ciuitate Dei cap.* 2. & habetur *in cap. de libellis* 21. *dist. & cap. placuit* 36. *quæst.* 2. *&* 12. opiniones refert Regens Capicius Latr. *dec.* 28. tamen cõmunissima est opinio, vt fiat per sortẽ nisi aliter consuetudine practicetur, sed licet fiat per sortem tamen posita excessiua læsione reformatur in melius *ex l.* 2. *Cod. quando*, & quibus quarta pars debeatur *lib.* 10. Cotta vbi supra Tiraquellus *num.* 97. & practicatum *in S. C.* refert Gizzarellus *dec.* 57. *tom* 1. vbi duo fratres sibi di-

36 uiserunt hæreditatem communem patris per sortem, vnus dixit se læsum in diuisione petijt iterato esse faciendam electis bonis viris qui arbitrarentur & vnicuique iusta, & æqualis pars assignaretur alius dicebat non esse locum iteratæ diuisioni factæ per sortem S. C. ordinauit M.C.V. quod si facto appretio apparuerit adesse enormem læsionem, & excessiuam procederet ad iteratam diuisionem æquis portionibus Gizzarellus *d. dec.* 57. Thorus 2. *part. in verbo appellatio*, licet ergo ex Baldo *in l. si duobus* 6. *com. de leg.* & Colero *dec. Germaniæ* 54. *num.* 8. dicatur quod qui sortes dirigit Superiorem neminem habet: quia si sors est idem ac fortuna & fortunæ Deus est sequitur illud Platonis dictum *de legibus dialogo* 9. Fortunæ legislatorem nullum imperare posse quasi cum nullus ei supereſſet ideo ab eius sorte appellatio non datur, Bertacchinus *in verbo diuisio fol.* 88. Borrellus *in tit. de appell. à nu.* 189. *vsque ad n.* 223. *tom.* 2. Scaccia *de appell. cap.* 2. *quæst.* 16. *limit.* 6. Ruginellus *de appell.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 452. & 867. licet inquam id receptum sit in diuisione per sortem, tamen si sit læsio enormissima datur

37 appellatio, reuisio, & rescissio secundùm Bald. *in l. d. Maioribus*, *num.* 5. *Cod. com. vtriusque Iudicij*, quia tunc potest per restitutionem in integrum &c. & sic procedunt dicta per Fabrum *in tit. C. commun. vtrique Iudicij defin.* 4. per Thor. *part.* 2. *in verbo diuisio fol.* 145. dicunt enim omnes quod diuisio dolosè facta per iudicem rescindi, & retractari debet, & ad æqualitatem reduci etiam inter maiores, cuius proprium est continere æqualitatem Viscõte in verbo diuisio. Hinc est quando licet præsumatur diuisio inter fratres, si steterint

38 inter se diuisi per decem annos, vt latè Benedellus *in constitutione sancimus de iure prothomiseos*, *num.* 76. Maranta *cons.* 66. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 60. *num.* 6. Vrsill. ad Afflictum *dec.* 23. *num.* 3. tamen posita inæqualitate non ita est, duo tamen concurrere debent scilicet vnum quod res probetur aliter se habere secundùm quod volens diuisionem retractare, tractet de damno vitando, Gamma *dec.* 320. Riccius *ad Franch. dec.* 675. & ex Decio *cons.* 408. *num.* 7. qui dicit dicta duo requisita debere concurrere pro retractanda diuisione, & idem dico si probet se deceptum vltra dimidiam, cum in diuisione locum habeat remedium *d. l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* Thesaur. *dec.* 239. Franchus *vbi suprà* Viscõte *loco citato* Plotus *in l. si quando* §. *is de in litem iurando*, *num.* 5. vbi ponit formam libelli, Escobar *de ratiocinijs*, *cap.* 41. *num.* 6.

Quod ampliatur vt etiam si diuisio fiat per Iu- 39
dicem qui faciat partes æquales, & vni vnam, alteri alteram assignet: talis diuisio etiam cum judicis authoritate facta, si adest læsio, vel fuit facta, per instrumenta falsa vel dolo, vel fraude vel malitia: potest rescindi, & annullari etiam si fuisset iurata, & transacta in rem iudicatam nisi fuisset per iudicem facta causa cognita in iudicio contradictorio, Plotus *in d.* §. 11. provt in simili si testator mandauit quod hæredes eius stent in communione, poterit Iudex non obstante præcepto testatoris, diuidere bona inter hæredes si sibi videbitur expediens, Decius *cons.* 349. Petra ad Gramm. *d.* §. *n.* 2. Pinellus *in l.* 2. *p.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. *Cod. de rescind. vend.* Caldas Pereyra *in l. si Curatore*, *in verbo vel Aduersarij dolo. num.* 13. & 14. *Cod. de in integr. restit.* plura de sorte dicit Didacus de Mari ad Gizzarellum *dec.* 57.

Sed non est inutilis dubitatio, qualiter sit fa- 40
cienda diuisio inter plures socios, consortes, omnium bonorum, & dico plures esse casus distinguendos.

Primus est quoad mobilia, & supellectilia 41
domus si sint hæreditaria, & ad eos peruenerunt à communi stipite ipsarum, & tunc dico quod diuidi debent in stirpes, non autem in capita sed si fuerint ab eisdem sociis acquisita, sunt diuidenda super Capitibus eorum qui laborarunt in eis acquirendo pro virili rata cuiuslibet ipsorum Baldus *cons.* 30. *vol.* 3. Canalcanus *d.* 57. *n.* 6. *&* 7. *part.* 2.

Secundus casus est, quoad vestimenta quoti- 42
diana, & hæc remanent vnicuique propria; festiua verò, & pretio extimabilia æstimantur ponitur pretium in communi, & postea diuiduntur, vt dixi de mobilibus, nempè in stirpes si sint hæreditaria in capita vero eorum, qui laborant si sunt acquisita Paulus de Castro *cons.* 366. *vol.* 2. Canalcanus *d* 57. *n.* 6. *&* 7. *p.* 2.

Tertius casus est quoad grana vinum, & alios 43
fructus si fuerint percepti ex bonis hæreditariis communis stipitis, eorum dimidia diuidi debet in stirpes eorum, altera vero dimidia in Capita laborantium si verò sunt ex bonis ab ipsis sociis ac-

quiſitis, vel conductis vel ab eis vti colonis partiariis cultis, diuidi debent ad ratam ſuper capitibus eorum qui laborarunt, Baldus *conſ.*30. *vol.*3. Bart.*conſ.*186.*volum.*1. Alexander *conſ.*199.*col.*1. & *conſ.*133. *vol.*2. & *conſ.*77. *vol.*5. ſiue illi qui laborarunt ſint viri, ſiue mulieres, ſiue adoleſcentes, habita tamen ratione arbitrio boni viri, dandi aliquid plus illis, qui plus, & fortius laborarunt Caualcanus *deciſ.*57.*num.*9.& 10.*p.*2. Alexander *conſ.*199. & *conſ.*133. *vol.*2. & *conſ.*77. *vol.*5. Caualcanus *d.deciſ.num.*10. & 11. vbi dat regulam mulierum, & adoleſcentium, vbi ait quod mulieribus minus dandum eſt, & adoleſcentes vſque ad 12. annum nihil lucrantur vltra expenſas victus & veſtibus ab anno vero duodecimo vſque ad annuum 18. computantur pro dimidia vnius viri, viel pro duabus partibus ex tribus.

44 Quartus eſt caſus quoad ſtabilia, & tunc prima opinio dicit cum Caualcano *d.dec.*57.*n.*12.& 13. *part.*2. tam hæreditatem, quam acquiſita ab ipſis ſociis diuidenda eſſe in ſtirpes nulla habita ratione perſonarum laborantium; Ciriacus vero *tom.*2. *cap.*392. *num.*13. dicit diſtinguendum eſſe ſicut in diuiſione fructuum nempe quod bona vetera hæreditaria diuidi debeant in ſtirpes, bona vero non hæreditaria, ſi fuerint acquiſita partim cum fructibus bonorum antiquorum & partim opera laborantium pars illa quæ proportionabiliter fuit acquiſita cum fructibus bonorum veterum diuidi debet in ſtirpes, & reſiduum in capita ita Socinus Iunior *conſ.*74. *num.*11. *vol.*2. ſed ſi omnia fuerint quæſita opera laborantium, tunc diuidi debent ſecundum capita eorum qui laborauerunt habita ratione ad maiorem vel minorem laborem ſecundum ætatem Cephal *conſil.*69.& *conſ.*775. Decianus *conſ.*39.*vol.*2. Socinus Iunior *dict. conſ.*74. *vol.*2. Maluaſia *conſ.*28. *n.*13. & deciſum per Senatum Mantuanum dicit Ciriacus *cap.*392. *in fine.*

45 Si vero fratres ſibi diuidant bona diuerſarum matrum vnuſquiſque prius deducit dotes maternas in tot ſtabilibus vna cum fructibus à die mortis Patris Surd. *deciſ.*234. Ciriacus *cap.*117. *n.*6. & talis electio etiam ei competit ſi dotes fuiſſent datæ æſtimatæ æſtimatione faciente emptionem, quia tunc licet maritus debitor, *vel eius hæres*, teneatur reddere æſtimationem in pecunia, ſicuti neque vxor poteſt compellere maritum, vel eius hæredes ad reſtituendam eandem rem æſtimatam *leg.quoties* 5. vbi Bald. *num.*7.& 8. *Cod.de iure dotium*, Socinus Senior *conſ.*56. *volum.*1. Couarruuias *practicarum quæſtionum,cap.*28. Sylua nuptialis *lib.*2. *in tit. diuiti non eſt nubendum*, *num.*71. Tobias Nonnius *conſ.*52. Ioſeph. Ludouicus *de iure dotium*, *colum.*1. Maſcardus *concl.*664.*num.*8. Surdus *conſ.*225.*num.*4. Anna *alleg.*149.*poſt collectaneas*, qui omnes etiam dicunt in dubio æſtimationem facere emptionem, quia maritus vel eius hæres eſt obligatus ad dotem reſtituendam in pecunia. Sequitur quod ſi non habeat pecuniam præ manibus pro dicta reſtitutione facienda tenentur mulier & eius hæredes accipere bona in ſolutum pro pecunia, & aliud pro alio inſolutum accipere pro dote, eligendo etiam bona quæ voluerint, & meliora inuito debitore; vt *in auth. hoc niſi,vbi gloſſa in verbo meliorem*, *C.de ſolut.* vbi omnes repetentes, Surd.*conſ.*227.*Theſaur.d.*153. Ioſeph Lud. *dec.Peruſina* 64.*n.*10.& *dec.*65.*n.*2. *l.Creditoris* 8.*ff.de diſt. Pignoris*,& in diuiſione ante omnia deducitur æs alienum, & ſic dotes deducuntur tanquam æs alienum, priuſquam fiat diuiſio Menoch.*conſ.*229. Pariſ. *conſ.*130.*n.*18. *vol.*1. & *conſ.*100. *vol.*2. Socinus Senior *conſ.*23. *n.*13. *volum.*2.

Quando vero Creditor facit ſibi hanc electionem de bonis ſtabilibus melioribus pro dote materna, v.g. tunc poteſt pro ſua portione in bonis paternis petere integrum prædium vel findium, quia quando vnus ex pluribus fratribus, vel ſociis habet partem propriam, contiguam rei communi, tunc iure debet illi aſſignari pars quæ confinat cum parte eius propria Capicius *dec.*42. Anna *alleg.*158. qui dicit ita vidiſſe ſeruari contra Conſilium Cornei 81. *vol.*2. Barzius *dec.*100.*n.*17. Maſcellus ad Capicium *dict. deciſ.*42. vt inde ſtatutum Mantuæ hoc diſponente teſtatur Cyriacus *cap.*117. *tom.*1. 46

Diuiſio vero bonorum donatorum contemplatione matrimonij patri, & filiis naſcituris fit in ſtirpes non in capita: hoc eſt medietas dabitur Patri, & medietas filiis ex *l.ſi quis Titio*, *ff. de vſufr. accreſcend.* vbi ait I.C. quod ſi quis Titio, & hæredibus ſuis vſufructum legauerit, dimidiam Titius, & dimidiam hæredes eius habebunt ex quo text. & ex *l.interdum*, *in princ.* & *l.liber homo*, §.*Titius*, *ff.de hæred.Inſtit.* & *ex l.ſi pater*, *ff.de vulg.* probat Chriſtophorus Martius *examine* 33. *num.*5. quo ſi teſtator plures collectiuè poſuit ſub vnico verbo poſt nominationem alterius nempe inſtituo Caium & filios Sempronij intelligitur inſtituiſſe in ſtirpes ita vt Caius dimidiam, & alteram dimidiam filij Sempronij obtineant, quam dimidiam poſſunt inter ſe poſtea diuidere ſi velint: ſequitur Mantica *lib.*1.*de coniecturis*,*tit.*11.*n.*9.& dat rationem quare iſti filij in ſtirpem ſuccedunt non in capita, & dicit eam eſſe, quia cum teſtator eos ſegregatim non nominauit, ſed coniunctim & ſub inuolutione verborum diſpoſuerit, creditur conſideraſſe eos tanquam vnicam perſonam, & loco vnius tantum habuiſſe, & conſequenter vnicam tantum portionem illis adſcribere voluiſſe Gloſſa, Bart. & alij *in dict.l.interdum*, Fontanella *tom.*1. *clauſ.*4. *gloſſ.*9. *part.*1. *num.*7. Thorus *voto* 29.*num.*51. *cum ſeqq.* vnde. 47

Infertur primò, quod diuiſio eſt vel totius in partes, vel generis in ſpecies ſciſſio, vt res de qua eſt quæſtio facilius atque certius intelligatur Arnoldus Reygier in Theſauro iuris *in verbo diuiſio*, *in bonis Eccleſiæ*, quærit Baldus *in l.iubemus*, *la* 2. *n.*11.*C.de ſacroſ.Eccleſ.* qualiter ſit hæredita,& dicit quod aut loquimur de diuiſione facti (putà vt agri colendi inter colonos diuidantur, vel fructuum,& iſtum poteſt fieri,aut loquimur de diuiſione dominij, & tunc refert, aut Eccleſia pronocatur ad diuiſionem, & tenet diuiſio, quia eſt neceſſaria, aut prouocat alium & tunc, aut pro vtilitate Eccleſiæ, & poteſt fieri diuiſio, alias ſecus, & ſeruari debet in hac diuiſione illa ſolemnitas quæ ſeruatur in alienatione alias non tenet diuiſio, & Eccleſiæ vtilis erat quando Eccleſia ſocium habet rixoſum; hic enim in quietando eam ad diuiſionem prouocare cenſetur Baldus *vbi ſuprà.* 48 49

Infertur ſecundò, hæreditatis diuiſionem,&c. eſſe faciendam, vt minor eligat, ſed maior diuidat ſic iure Canonico diſponente, de qua Gaill. *libro* 2. *obſeruat. cap.*116. Scurphius *conſil.*71. *centuria prima*, Miſingerius *obſeruat.*37. *centuria quarta*, dummodo adſit dolus, & captio inſidioſa, Reiger *in ſuo Theſauro iuris*, *in verbo diuiſio*, *num.*2. & ſic practicatum apud Germanos quod intellige quando ſunt duo, qui diuidant, ſed ſi plures ſint quam duo, tunc diuidunt per ſortem *leg. fin. in principio*, *C. commun. de legatis*, 50

&

& ad Iudicis officium spectat prouidere vt æqualitas seruetur §. *si familiæ Institut. de officio Iudicis*: inter filium vero præmortui fratris senioris, & patruum fit hoc modo, Patruus diuidit & filius præmortui senioris eligit, & qualiter fieri debeat diuisio rerum mobilium, immobilium & nominum, videas textum *in leg. Cod. quando, & quibus quarta pars debeatur, libro decimo*, sic inter fratres habentes communes boues, & terras, quarum vnus fortè laborauit, alter non, quomodo diuidantur fructus prouenientes, & quæ deducantur notat Bart. *consil.86.* vbi dicit operarum rationem habendam esse. Quod si duo habeant ius hauriendi aquam, tunc ille haustus debet diuidi inter eos, pro modo & arbitrio Iudicis *l. si quis, Cod. de aquæduct. lib.11.* Corsettus *in suis singularibus, in verbo aqua.* 51

Infertur tertiò, quod casu quo duo sibi diuidunt rem emphyteuticam, quod potest fieri ex *lege prima & finali, Cod. commun. diuid.* quia communio parit discordiam etiam inter dilectissimos fratres nullus in ea tenetur perpetuo stare, *leg. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg.2. cap. ex tenore de sententia excommunicationis*; si ergo res indiuisibilis & tota adiudicatur soluto, & satisfacto pretio, & æstimatione alteri suæ partis, & portionis quocunque modo id fiat de quibus Fontanella *claus.4. gloss.9. p.2. num.17. & n.71.* 52

cum seqq. tunc secundum magis receptam opinionem non debetur Laudemium, quia est alienatio necessario de Ponte *de Laudemio, quæst.25. num.50.& quæst.26. num.4.* Mainardus *decis.30. num.3.& decis.43. lib.4.* Cancerius *2. part. variar. cap.11. de emphyteusi, part.2. inspect.40. num.5.* Surd. *dec.305. num.31.* Fontanella *dec.280. n.12.* Quod si res sit omninò diuisibilis, tunc diuisio fit hic modo, quod vnusquisque remanet cum sua parte Maurus Burgos *de Laudemio, p.2. inspect.40. num.31.* Guttierrez *de Gabellis, q.22. num.20.* & sic vnusquisque habet de per se illud diuisum quod antea habebat commune, & pro indiuiso Burgos *vbi suprà, n.78.* neque debetur Laudemium, vt latè Fontanella *tom.1. dec.280. n.4. & seq.* 53

Infertur quartò, diuisionem Territorij esse committendam expertis quando immineret controuersia Territorij an sit sufficiens pro cultura agrorum feudi, & pro vsu animalium, ne impediatur vsus animalium propriorum Baron. Franch. *d.301. n.9.* Rendella *de pascuis, c.10.* decisum refert Thorus *in supplemento, in verbo diuisio.* Quod si contingat, vt fiat diuisio rei litigiosæ, & clerico fratri adiudicatæ videtur facta in fraudem mutandi iudicij causa, ad excludendos fratres laicos à conuentione iudicij facti, & ideo per I. C. fuit de anno 1639. decisum, quod respectu portionum laicalium, causa remaneat in S.C. non obstante diuisione, & cum pars reclamasset fuit dictum stare in decisis vt refert Consiliarius Arias de Mesa *lib.3. var.c.18.n.50.* Thorus *in verbo diuisio in suo supplemento.* Quod si res non patiatur commodum tunc ille cui maior pars illa non contingit pecunia debet socium æquare, & quando vna res diuidi commodè non potest tota debet vni concedi, vt in illius æstimatione alter condemnari debet, vt latè Bartius *dec.100. per totam*, quod si non diuisio commodè fieri tunc deueniendum est ad licitationem, in qua si obtinebit, qui habet maiorem partem offerendo pretium æquale: quod pars aduersa obtulit Capicius *dec.36.* & facta diuisione domus si socij discrepant inter se circa electionem vnius einsdémque partis, tunc qui habet aliam domum contiguam, vel rem contiguam illi pacto, debet obtinere Capicius *dec.42.* sed si res non recipit diuisionem, vt gradus, portæ, &c. seruientes ad plures domos, tunc non capit licitationem Capic. *dec.65.* quod si vendatur domus communis duobus à duobus fratribus, & in ea sit apotheca cui ex ipsis emptoribus debeatur disputat Thorus *p.2. votorum, voto 55.* 54

Infertur quintò, diuisionem factam per arbitros extraiudicialiter per errorem iuris in bonis alterius non valere, nec probare iustam causam præscribendi; secus si iudicialiter Caualc. *dec.77.* & poterit retractari non obstante laudo subiecto præscriptione & titulo putatiuo Caualcan. *dec.28.* nec obstante longitudine temporis propter iuris resistentiam Caualc. *dec.30.* quia diuisio non potest præscribi, licet res steterint communes per tempus antiquissimum, cuius initij memoriam non extat Crauetta *cons.60. & 264. l.3. C. in quibus causis cesset præscriptio longi temporis*, cuius rei ratio est, quia nemo compellitur persistere in communione, *l. si non sortem, §. si centum ff. de condit. indeb.* Barb. *in C. n.27.* ideo ad sedandas discordias, quas communio solet importare diuisio fuit inducta Caualc. *dec.46. p.1.* Quod si domus possideatur à pluribus in communi difficilius diuidi poterit quàm fundus, quia fundi diuisio fieri potest declinatione verbali, sed domus non nisi pariete intermedio, & sic domus diuisio per solaria fit, quia solarium habetur loco parietis, sed vbi domus non est ita diuisibilis, tunc putant aliqui quod locetur, & fructus diuidantur, scilicet pensiones ex *l. communis, §. cum de vsufr. ff. comm. diuid.* Alij dicunt, quod vni assignetur, & condenetur ad supplementum aliis cohæredibus in pecunia ex *l. familiæ ff. fam. herciscæ.* Gabedus *d.108.* Portoles *de contractibus, cap.45. n.12.* Velaschus *de partitionibus, cap.22. n.7.* Gratianus *cap.997. n.3.* Raynosius *obseru.21.* Petr. Marquez. *de diuisione bonorum, lib.2. cap.10. n.3. & 4.* 55 56 57 58 59

Infertur sextò, quod signa diuisionis alicuius Territorij fieri & poni solent, quædam magnæ cruces in arbore, vel quidam lapides, &c. de quibus post alios Thorus *in voto 33. num.36. & 39.* casu vero quod Creditores qui habent rem communem hypothecatam domum, scilicet, vel fundum; tunc creditor facta exequutione poterit prouocare socios ad diuisionem *l.1. C. comm. diuid.* sed si domus sit indiuisibilis, tunc creditor oblato pretio plus quam emptor obtulerit consequetur totum prædium, vt bene Faber *in tit. C. de communi rerum alienatione, definitione prima*, Thorus *voto 95. tom.1.* vbi plures refert decisiones; sociorum vero bona communia qualiter diuidãtur tradit Menoch. *centuria 2. casu 123. & 125.* & quid de lucri diuisione inter patrem & filium, qui negotiatus fuit cum pecunia patris, idem Menoch. *casu 126.* & quas expensas contribuat frater in diuisione cum alio fratre tradit idem Menoch. *casu 127. de diuisione aquæductus, & pascuorum*, latè tradit Menoch. *casu 128. & 245.* Thesaur. *dec.71 & 72.* 60 61

Infertur septimò, diuisionẽ induci, cum alter ex dominis rei communis partem rei vti propriam & diuisam longo tempore possedit solus, *l. si maior, C. com. diuid.* quam gloss. cõmuniter approbari dicit Bald. *cons.82. lib.2.* Alex. *cons.52. vol.2.* Bart. *de præscript. p.1. 3. p. principalis, q.12. num.35.* Decian. *cons.79.* idem Bald. *cons.356. lib.1.* Rom. *cons.205. n.3. cons.418.* & tempus longum est decem annorum inter præsentes Alex. *d. cons.92.* dummodo solus soluerit onera, & fructus perceperit, Dec. *consil.79. n.5.* latè Brunorus à Sole *in suo compendio propositionum iuris in verbo diuisio.* 62

Infertur octauò, posse patrem in testamento prohibere 63

hibere diuiſionem faciendam inter filios infrà certum tempus; verum ſi minor vellet huic prohibitioni renunciare non poſſet tamen talis diuiſio prohibita per teſtatorem inter filios, inter quos alij ſunt minores poterit fieri ex cauſa concernente fauorem minoris, item non obſtante prohibitione Teſtatoris proceditur ad diuiſionem inter filios, quando ex prohibitione oriuntur diſcordiæ inter eos, vel aliter diuiſio ſit vtilis, Gramticus *d.* 7. Clarus *in* §. *finali*, *q.* 68. Boerius *dec.* 87. Gaillus *lib.* 1 *cap.* 139. Crauetta *conſ.* 60. Dec. *conſ.* 265. Bart. *in l.* 14 *ff. pro ſocio*, & ſic licet teſtator diſponat quod hæredes permaneant in com-
64 munione rerum, tamen poteſt ab altero eorum peti diuiſio Aſinius *de exequutione*, §. 3. *cap.* 130. diuiſio verò inter fratres cum facultate, & remiſſione Iuris, quod habent, aut habere ſperant tollit jus accreſcendi, Marchiſellus, *lib.* 1. *qu. juris*,
65 *q.* 3. qui *qu.* 15. ait quod diuiſio præſumitur inter fratres communia bona decennio poſſidentes modo partes ſint æquales; nam immoderata inæqualitas excludit præſumptionem diuiſionis, ſecus ſi eſt inæqualitas in modico, imò diuiſio iurata cum promiſſione de non veniendo contra ipſam retractatur ſi in ea ſit erratum Marcheſellus *vbi ſuprà* quod ſi fiat diuiſio inter filios cum juramen-
66 to & patris conſenſu, tunc habet tacitam conditionem ſi pater in voluntate permanſerit Decius *conſ.* 475. *num.* 23. Quod ſi à Patre fiat diuiſio reſeruata ſibi facultate teſtandi inter Filios in vim contractus jurata valet, nec poſtea per Patrem poterit retractari, etiam obtenta abſolutione juramenti; ſecus ſi fiat in vim vltimæ voluntatis Oſaſchus *d.* 125. Card. Puteus *dec.* 84. *part.* 2. *& dec.* 132 Verallus *d.* 275. *part.* 1. *& dec.* 280. *part.* 2. Magonius *dec. Florentiæ* 64.

67 Infertur nono quod in diuiſione vnus alteri teneatur de euictione, & æqualitas ſit ſeruanda, tamen ſi feudum in diuiſione peruenerit ad vnum, & ad alterum allodium mortuo illo cui obuenit feudum relicta filia (quæ ſupponitur incapax feudi de jure communi) ſi dominus feudi ad ſe auocauerit feudum non poterit filia agere pro tali reuocatione contra patruum Rolandus *conſ.* 51. *vol.* 4. Ioſeph Ludouicus *dec. Lucenſi* 29. Menochius *conſ.* 87. *vol.* 1. Quod ſi hæredes diuidantur inter ſe & renunciauerint omni juri quod alter habet vel habere poſſit in parte alterius non per hoc ſi vnus ex hæredibus fuerit negligens in adimplenda voluntate defuncti, alter cui debetur portio negligentis, repelleretur: quia illa renunciatio non refertur ad illud quod quis poſtea amittit ſua negligentia Bart. *in auth. hoc amplius Cod. de fideic. & in l.* 9. *ff. de tranſact.*

68 Infertur decimo pupillos non poſſe prouocare ad diuiſionem, nec plures minores poſſunt ſe prouocare; ſed prouocari poſſunt per maiores & tunc minores poſſunt diuidere, verùm quando expedit Pupillo diuiſionem fieri: ipſe prouocat minorem, & hoc ſit ex legitima à cauſa *l.* 7. *ff. de reb. eorum* Crauetta *conſ.* 268. Menoch. *de arbitr. caſu* 171. Bart. *in l.* 4. *ff. de tutelis, & in l.* 1. §. *ſi communis*,
69 *ff. de rebus eorum* Fœmina tamen habet ſemper electionem in diuiſione Prukman *in l. multis par.* 2. *art.* 23. *ff. de ſtatu hominum* Reigier *in verbo diuiſio, num.* 15. & qualiter antiquior frater diuidere debeat, & minor eligere: tractant Veſſembechius *in paratitlis fam. hærc. num.* 6. Cujacius *lib.* 13. *obſeruatione*, *cap.* 4. *num.* 11. Myſinger. *centuria* 4. *obſeru.* 17. Gaill. *lib.* 2. *obſeru.* 116. *num.* 14. Guid. Papa *dec.* 289. Scurphius *conſ.* 71. *centuria* 1. Colerus *de proceſſu executiuo*, *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 40. & licet ſorte vel judicis officio ſit facienda Viuius *d. dec.* 437. *lib.* 3. & præſumatur taliter facta Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 60. & facta inter fratrem maiorem, & minorem, præſumatur facta prouocante fratre maiore: Idem Menoch. 70
præſumptione 61. ſed quæſtio eſt an ſi quis primo poſſedit partem indiuiſam, & poſtea acquirat totum dicatur nouus poſſeſſor de quare agit Paſtorius *part.* 3. *quæſt.* 111.

Infertur vndecimo judicium ſortis eſſe appro- 71
batum an I. C. *in l. ſed cum ambo*, *ff. de judicijs* præſertim quando res communis commodam diuiſionem non patitur, & ſi diuideretur deformaretur: tunc enim ſorte eſt dirimenda Afflictus *in conſtitutione ſancimus n.* 44. *in princ.* vbi nouiſſima additio Anna latè *conſ.* 47. & tunc res dicitur non pati commodam diuiſionem quando res per diuiſionem deteriararetur Bald. *in l. ſancim. C. de donat.* vel ſi diuiſio eſſe alteri iniurioſa Bald. *in l.* 2. *C. cõm. diuid.* quod remittitur arbitrio judicis ſicuti fit in judiciis diuiſorijs §. *quædam inſt. de actio.* Menoch. *caſu* 132. *num.* 6. *& ſequenti* vbi docet quomodo arbitrium judicis verſari debeat in caſibus, in quibus res commodam diuiſionem non recipit Thorus *in verbo diuiſio domus* Maſullus *ad Capiciũ, dec.* 63. Thorus *in verbo*, *diuiſio*, & dicitur rem non pati commodam diuiſionem tum de iure tum de facto *l. filij, vbi gloſſa*, *de condit. & demonſtr.* Rouitus *in pragm.* 24. *de feudis*, *num.* 35. Mele ad Gizzarellum *dec.* 57.

Nec prętermittendum eſt ſcire quod ſi bona ſub- 72
iecta fideicommiſſo aſſignata fuerint vni in diuiſionem, licet poſſint ab ipſo auferri, tamen euictio non debetur, quamuis ſit promiſſa Rolandus à Valle *conſ.* 51. *vol.* 4.

Hæc dixiſſe ſufficiat ad Cauſam de qua agitur, in qua ſpero decidendum diuiſionem iterum eſſe faciendam poſita læſione de qua ſuprà. Quod ſi incidenter plura alia de diuiſionem dixerim, ſciat quiſquis me colligiſſe ad illuſtrandam materiam prædictam. Scripſi 29. menſis Martij 1661.

DISCEPTATIO CXIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur*, *de qua hic.*
2 *Deciſio Rotæ Lucenſis adducitur.*
3 *Statutum Lucenſe* 39. lib. 2. *explicatur.*
4 *Statutum Lucenſe* 40. lib. 2. *explicatur.*
5 *Mulier non obligatur ſine conſenſu propinqui, & de Iudicis decreto ex ſtatuto Lucenſi.*
6 *Mulier vigore ſtatuti Lucenſis*, *neque poteſt facere diſtractum*, *vel ſolutionem ſine requiſitis ſtatuti.*
7 *Mulier ex tali ſtatuto non poteſt facere quietationem*, *nec dilationem concedere debitori*, *nec remittere.*
8 *Mulier vidua in Republica Lucenſi non poteſt recipere dotem ſine requiſitis à ſtatuto*, *quod fallit in tribus caſibus.*
9 *Mulier vigore ſtatuti Lucenſis* 70. lib. 2. *non poteſt obligare ſuas dotes*, *niſi cum certis ſolemnitatibus.*
10 *Gratianus* ca. 297. *adducitur*, *& declaratur.*
11 *Promiſſio dotis*, *de qua hic facta ab Angela fuit inefficax.*
12 *Mulieris obligatio ei vtilis non valet ſine ſonitatibus ſtatuti Lucenſis.*

13 *Promiſſio*

13 *Promissio de obligando non est obligatio, & quando, quod latè discutitur.*
14 *Promissio dotis constituendæ, an, & quando sit dotis constitutio.*
15 *D. Angela qualiter promiserit dotare, & D. Paulus in Albarano, de quo agitur.*
16 *Mulieris obligatio, de qua hic, est contra formam statuti, & nulla, & quid in accessoria Pauli?*
17 *D. Paulus intercessisse, seu fideiussisse videtur in obligatione, de qua hic.*
18 *Statutum prohibens fœminam, vel minorem obligari quando extenditur ad accessorium, & fideiussorem.*
19 *Statutum Lucense* lib. 2. cap. 39. *an respiciat fauorem publicum, & qualiter.*
20 *Statutum de quo hic annullat contractum si mulier declaret se velle nullum esse, scilicet & statutum Mantuanum &c.*
21 *Fideiussor quando remaneat obligatus ex contractu nullo respectu Principalis.*
22 *Tutor quando remanet obligatus fideiubens pro Pupillo si contractus sit inualidus.*
23 *Pauli obligatio, de qua in præsenti fuit mera fideiussio, & quare.*
24 *Obligatio fideiussoria quando corruit Principali corruente.*
25 *Fideiussor dicitur etiam obligatus cum clausula principali, & insolidum, quando nullam habuit ex contractu vtilitatem.*
26 *Fideiussor in contractu principali nullo an agat contra nulliter obligatum pro suo interesse.*
27 *Mulier se obligans ex falsa causa, tenetur fideiussor, & quare.*
28 *Statutum, vel alia dispositio loquens vniuersaliter non comprehendit dotem secundum vnam opinionem, quam erroneam alij iudicarunt.*
29 *Probabilior est opinio, quod tale statutum, & dispositio vniuersalis dotem comprehendat quando non est in particulari casu priuilegiata.*
30 *Statutum Lucense prohibens mulieribus alienationem loquitur per verba vniuersalia geminata, & enixa.*
31 *Mulier an sit specialiter priuilegiata, vt dotem alienet sine alio requisito.*
32 *D. Andreolus* lib. 2. cap. 112. *distinguit tres casus, & qui sint in materia.*
33 *Textus* in l. fin. Cod. *qui bonis cedere possunt in dote procedit ex Franco d.* 219.
34 *D. Antoninus Merenda* lib. 19. c. 44. to. 4. *adducitur ad rem.*
35 *Priuilegia non extenduntur ad alias personas, vel casus præter expressos.*
36 *Lex loquens generaliter comprehendit omnes casus, quamuis videatur maior ratio in vno, quam in alio.*
37 *Dotis causa venit sub Regulis Generalibus Iuris.*
38 *Text.* in l. 1. ff. solut. matrimon. *explicatur.*
39 *Dispositio Generalis an, & quando comprehendat casus valdè priuilegiatos.*
40 *Textus* in l. si dotare, Cod. ad Velleianum *explicatur.*
41 *Dotis restitutio vigore statuti Lucensis fieri non potest, nisi cum solemnitatibus statuti.*
42 *Consensus consanguineorum debet esse in ipso contractu mulieris contrahentis.*
43 *Minoris contractus requirit solemnitates in actu contractus.*
44 *Beneplacitum Apostolicum in rebus Ecclesiæ potest præcedere, & subsequi alienationem.*
45 *Assensus Apostolicus cur possit præcedere, & subsequi contractum.*
46 *Minoris obligatio absque Curatore an & qualiter valeat.*
47 *Minor qualiter bona recuperet alienata sine solemnitate.*
48 *Pupilli, & minoris bona alienata inutilitatem eiusdem sine decreto an benè alienata.*
49 *Alienatio bonorum Ecclesiæ est nulla etiam si vtilis sit Ecclesiæ, quando fit sine solemnitatibus requisitis.*
50 *Propinquorum consensus à statuto requisitus qualiter esse debeat.*
51 *Paulus, de quo agimus, tempore obligationis per sex dies excedebat maiorem ætatem, vnde iudicatur, vt minor.*
52 *Modicum in jure nostro qualiter, & quomodo non consideretur.*
53 *Obligatio dotis vigore statuti Lucensis qualiter facienda.*
54 *Abbaranum, de quo in præsenti qualiter sit à Paulo subscriptum.*
55 *Subscriptio quid operetur.*
56 *Subscribens quando videatur non obligatus, & ad alium finem facta.*
57 *Condemnatio, de qua in præsenti causa, est ambigua, & declaranda.*

ARGVMENTVM.

Statutum Lucense 39. lib. 2. de alienationibus *à mulieribus non faciendis, nisi certis adhibitis solemnitatibus, etiam causam dotis comprehendere defenditur contra Saliceti doctrinam, D. Altogradi senioris, & iunioris, Censalij, Andrioli, & aliorum I. C. ex Florentissima Republica Lucensi cum nostris scilicet Præside de Franchis, Præside Merlino, alijsque junioribus, promissionem se obligandi, donandi, dotandi, &c. non semper efficacem obligationem censeri cum Doctissimo Fontanella, Petra, Afflicto, & alijs latè probatur, & in hoc etiam D. Andreolus nobiscum consentire videtur: minoris obligatio per sex dies post maiorem ætatem consideratur vti minoris, & habet Beneficia eiusdem. Albaranum subscribens quando videtur vt testis, quando vt Principalis obligatus, vbi D. Suelues Cuonca, Ninno, Caldas Pereyra, & alij adducuntur.*

PRO

Paulo Busdraghi,

CONTRA

Mariam Borsotti viduam quondam Nicolai Borsotti &c.

FACTVM.

1 SVPPONITVR in facto in Ciuitate Luccæ sub die.... Februarij 1640. fuisse factam declarationem per quoddam Albaranum tenoris sequentis 28. *Si dechiara per il presente scrito, come questo giorno con il nome di Dio, della B. Virgine, è con il mezzo dell. Illustrissimo Signore Antonio Nicolò Gratta, e del Sign. Francesco Busdraghi è stato concluso parentato tra l' infradette parti nel modo, e forma, come appresso.*

Promettono la Signora Angela del Signore Cosmo Busdraghi, e li Signori Benedetto Antonio, e Paolo Busdraghi suoi figli, e s'obligano, che la Signora Maria figlia, e Sorella loro respettiuamente, pigliarà per suo legitimo Marito, e Sposo il Signore Nicolò del già Signore Gregorio Barsotti, & in lui consentirà per parola di presente secondo l'vso della S. Madre Chiesa, dentroli 15. di Marzo prossimo, & per contro il Signore Nicolò Borsetti promette pigliare per sua legitima moglie, e sposa la sudetta Signora Maria, & in lei consentire, primieramente come s'è detto, secondo l'vso di S. Madre Chiesa, dentro il tempo sudetto, e per dote, & in nome di dote la sudetta Signora Angela Busdraghi Madre, & li suoi Fratelli insolidum promettono la summa, e quantità di docati 2000. di lire sette 10. in questo modo cioè scuti 250. che sono in mano del molto Illustre officio d Abbondanza per il legato di Buonuisi, in contanti, subito seguito lo sponsalitio, e li restanti docati 1750. vn mese dopoi seguita la morte del Signore Cosmo Busdraghi Padre della Signora Sposa, & in tanto ne piglieranno ogn' anno i' frutti à ragione di docati cinque per cento l'anno, sino all' intiero pagamento, e per la sudetta somma de docati 1750. e frutti se obligaranno la Signora Angela, & figli sopranominati con i' debiti consensi insolidum, loro beni, nella meglior, e più valida forma, che far si possa, promettendo' ancora la sudetta Signora Angela, e li figli di fare venire la ratificatione del Signore Cosmo soprascritto, dentro tre mesi dopoi la celebratione del contratto, da farsi subito doppo fatto lo sponsalitio, oltre di questo la Signora, e figlioli sopradetti daranno alla Signora Maria quei Corredi, che si ritrouerà; consignandoli vn' mese dopoi seguito detto matrimonio, promettendo il detto Signore Nicolò de assecurare dette doti, e Corredi sopra tutti gli suoi beni, che hauera, in forma di raggione valida, con le clausole solite, e consuete, e perciò conseruare, e mantenere dette parole, promettono alla pena, e sotto la pena di detti 1000. di lire 7. 10. da pagarnosi dalla parte inosseruante, à quella, che osseruarà, e che osseruare vorrà, per sue spese, e danni, & interessi, e senza alcuna diminutione, perche cosi conuennero, e pattuirno, obligandono loro, e loro beni, heredi presenti, & futuri, in pienissima forma di raggione valide, e per essere la verità, e la volontà delle sudette Parti, sotoscriueranno il presente di loro propria mano, Questo di, & anno sudetto. In Lucca.

A di 6. di Marzo 1640. Io Castruccio Castrucci mi contento, che la Signora Busdraghi mia zia si obligbi, come nel presente scritto se contiene.

Io Angela Busdraghi mi obligho à quanto di sopra si contiene.

Io Benedetto Busdraghi m'obligho à questo di sopra si contiene.

Io Antonio Busdraghi, come sopra.

Io Paolo Busdraghi come di sopra.

Io Nicolò Borsetti, come di sopra.

Quia supponitur fuisse commentum in Rota Lucensi Paulum Busdraghi, & fuisse condemnatum per hæc verba specialem Paulum vti hæredem D. Angelæ non teneri ad aliquam fideiussionem, ex persona autem propria teneri quantum potest, deductione egeat; Propterea D. Paulus recurrit ad me quid sentirem de causa prædicta, cui respondendo dixi, obligationem dictæ Angelæ nullam, & inualidam fuisse, obligationem etiam suam, nec valuisse, ac proinde absoluendos esse conuentos, vel condemnandos hæredes Angelæ, vt nunc dotem constituant, nulla habita ratione illius primæ conuentionis. 2

Quod quidem probatur ex eo, quia vigore statuti Lucens. 39. *lib.* 2. notati à Surdo *in dec.* 264. *num.* 6. Mulier non potest se obligare sine consensu viri, quod solet limitari, quando mulier esset facta locupletior, iuxta notata per Alexandrum *in l. more, col.* 2. *ff. de acquir. hæred. & in l. mutuum, ff. eodem, & in terminis*, Lambertingus *in tractatu de contract. Mulierum gloss.* 24. *num.* 1. Grandutius *theoremate* 25. *limit.* 14. Roman. *cons.* 313. & 453. Franciſci Merlin. *de Forliuio decis. Lucens.* 10. 3

vnde per statutum Lucens. *lib.* 2. *cap.* 40. fuit dispositum ad tollendum omne dubium, quòd si Mulier aliqua vellet facere aliquem actum extraiudicialem putà addictionem hæreditatis, &c. quod interuenire debet consensus propinquorum, de quo disputatur, quando, & in qua aditione, iuxta notata per Iosephum Ludouicum *in decis. Luc.* 45. quam etiam decisionem compilauit Ottauiani Zuccar. *decis. Luc.* 1. cum ergo in præsenti causa non fuerit consensus viri tunc viuentis, nulla alia solemnitas à statuto requisita interceſſerit, dictam obligationem inualidam censeo. Hinc videmus statuto Lucensi prohiberi mulierem, non posse soluere sine consensu propinqui, & Iudicis decreto, vt ex statutis prædictis *lib.* 2. *cap.* 39. & 40. de quo Zuccarus *decis.* 16. *num.* 2. quod quidem statutum licèt loquatur de contractu, tamen locum habet in distractu, qui venit appellatione contractus per Tiraquell. *de legib. connub. gloss.* 5. *n.* 5. *cum pluribus seqq.* & per Carpanum *ad statuta Mediolanensia, cap.* 238. *num.* 187. *cum pluribus seqq.* & tale statutum locum habet quomodocunque mulier se obligabit, sicque restringit omnem potestatem se obligandi, quo casu indubitatum est, quod etiam facultas distrahendi excluditur, ex Tiraquell. *vbi suprà, num.* 4. vbi apertè docet, quod stante dicto statuto mulier vidua prohibetur sine solemnitatibus statutariis obligatos liberare, sequitur Carpanus *vbi suprà, num.* 94. Zuccarus *decis.* 16. *num.* 6. 4 5 6

sic non poterit facere quietationem sine solemnitatibus statutariis, nec pactum de non petendo, nec remittere, nec dilationem concedere, vt bene Altogradus Senior *consil.* 15. *tom.* 2. qui etiam disputat, an possit remittere caducitatem emphyteutæ *in consil.* 16. *eodem tom.* 2. 7

Imò

8 Imò in dicto statuto *cap.* 4. expressè prohibetur viduis solutiones recipere, sine consensu, &c. exceptis tribus casibus 13. vbi solutiones fierent ex causa mutui, depositi, & commodati, quæ solæ permittuntur fieri, sine consensu propinqui, sed cum solutio non sit ex causa mutui, depositi, & commodati dubitari non potest quin comprehendatur sub dispositione dicti statuti: quia exceptio firmat regulam in contrarium, *cap. nonne de præsumpt. l. Tribunus*, §. *vltimo*, vbi Bald. *ff. de militari testament.* nam vbi statuta procedunt per regulas, & fallentias, omnes aliæ exceptiones, & limitationes censentur exclusæ, Bald. *in l.* 1. §. *sed excipiuntur, ff. de feriis*, Roman. & Burzattus, quod sequitur Zuccarus *vbi sup. n.* 9. igitur cum in præsenti causa non fuerint seruatæ solennitates statuti Lucensis, nulla dici debet obligatio prædicta.

9 Probatur secundò: quia vigore statuti Lucensis *lib.* 2. *cap.* 70. mulier non potest obligare suam dotem vllo modo, & qualibet de causa, nisi interuenerint solennitates, de quibus ibi, & sic aliter facta promissio est nulla, nullumque producit effectum. Neque obstat Gratian. *c.* 297. *n.* 6. 7.
10 & 8. vbi promissio dotis ad finem contrahendi matrimonium iudicatur efficax etiam sine solennitatibus statutariis; quia respondeo primo, quod Gratianus non loquitur de muliere obligante suã dotem contra formam statuti, quod in specie, & expressè prohibet mulieres posse obligare earum dotes absque solemnitatibus, vt in casu statuti, Lucensis notat Zuccarus *d.* 71. *num.* 5. sed solum dicit Gratianus donationes propter nuptias factas causa matrimonij non indigere insinuatione, quod est multum diuersum à casu nostro.

11 Respondeo secundò, quod licèt dicta D. Angela promisisset in dicta apocha, seu albarano dotare suam filiam, adhuc esset promissio inefficax, cum statutum, vt diximus, prohibeat mulieres posse obligare etiam dotes sine debitis solemnitatibus, & consensibus de quibus in dicto statuto, & vbi habemus verba statuti clara, non est vlterius quærendum, ad textum *in l. Ancillæ, ff. de furt.* Beccius *cons.* 12. Magon. *decis. Lucens.* 70. *numero* 40.

12 Probatur tertiò: quia statutum Lucense, vt mulier obligetur; non requirit, quod causa, pro qua mulier obligatur sit ei vtilis, sed solum requirit solemnitates interuenisse & an causa fuerit legitima, hoc etiam sufficit, ita Menoch. *de arbitr. iudicum, lib.* 2. *cap.* 171. *num.* 6. Fellonius *ad statuta vrbis inspect.* 1. *p.* 1. *dec.* 24. *num.* 3. & sustinetur contractus etiamsi mulieri non sit vtilis, dummodo quod non remaneat penitus indotata, scilicet citra dimidiam suarum dotium, ita Rot. *d.* 1187. *coram Seraphino*, Fellonius *ad statuta vrbis, folio* 391. *& cap.* 151. *num.* 30. *fol.* 331. vbi testatur fuisse pluries iudicatum contra decisionem Gregorij 333. & licèt contrarium sentiat Ioannes Petrus Nogueroll. *allegat.* 29. *num.* 198. tamen illi satisfacit optimè, ita vt amplius desiderari non possit, Salgadus *in laberint. credit. p.* 2. *c.* 4. *à n.* 68. *vsque ad* 102. dicitur apertè apparet, quòd cum in contractu, de quo agimus, non interuenerint solemnitates requisitæ à statuto Lucensi.

13 Probatur quartò, quia promissio contenta in albarano non est obligatio actu, sed promissio de se obligando, igitur non poterit contra eos agi, qui taliter promiserunt, antecedens patet ex albarani lectura, vbi dicitur, *si obligheranno*, &c. consequentia probatur, quia aliud est facere, aliud promittere de faciendo, *l. bona fide*, §. *sanè*, vbi gl. & DD. *ff. de eo quod certo loco, l. quod si nolit*, §. *in factum, vers. illud plane, ff. de delict. edict. l. non omnis, ff. de re iudicat.* de quibus Tiraquell. *de retractu conuentionali in fine, num.* 41. *cum multis sequentibus*, & latè Petra *de fideicommiss. quæst.* 8. *num.* 161. Menoch. *consil.* 91. *volum.* 1. Fontanel. *claus.* 4. *gl.* 4. *p.* 4. *num.* 20. *cum seq.* qui plures casus refert, in quibus promissio de facienda, non est facere, sic promissio de vendendo non est venditio, vt latè Thesaur. *decisione* 233. Viuius *decisione* 329. *lib.* 2. promissio de locando, quod non sit locatio, de ratificando, quod non sit ratificatio de fideiubendo, quod non sit fideiussio, vt pulchrè decidit Senatus Sabaudiæ, vt refert Ant. Fab. *defin.* 36. *in tit. C. de fideiuss.* Triuisan. *dec.* 69. *lib.* 1. de permutando, quod non sit permutatio, de mutuando, quod non sit mutuũ, de cedẽdo, quòd non sit cessio de faciẽdo contractum quod non sit contractus, de renunciãdo, quod non sit renunciatio, de renouando quod non sit renouatio, de absoluendo, quod non sit absolutio, de accipiendo in vxorem, quod non sit acceptio, de infeudando, quod non sit infeudatio, de dotando, quod non sit dotatio, de instituendo hæredem, quod non sit institutio, de restituendo quod non sit restitutio, de alienando, quod non sit alienatio, de dando insolutum, quod non sit datio, de transigendo, quod non sit transactio, de subiiciendo, quod non sit subiectio, & de constituendo ante factum, quod non sit constitutio, secundum Petram *vbi sup. n.* 283.

Neque dicas, quod promissio dotis constituendæ sit ipsa constitutio, Afflict. *dec.* 61. *num.* 1. vbi 14
eleganter Vrsill. *in addit.* qui decisum referunt, & promissio de renunciando licet Boërius *dec.* 3. dixerit, quòd non sit renunciatio, contrarium tamen decisum refert Merlin. *controu.* 3. *tom.* 1. *ex l. si intra, ff. de pact.* ibi liberabo te, significat statim liberare, sic promissio de donando est donatio, ad euitandum circuitum inutilem, glos. *in* §. *perficiuntur, in verb. manifestauerit, Inst. de donat.* Bart. *in l. iuris gentium, num.* 2. *ff. de pactis*, Kippa *resp.* 144. Afflict. *dec.* 61. Facchineus *lib.* 2. *cap.* 7. & 8. Castillus *libro* 2. *controu. cap.* 3. quæ quidem opinio vires assumit ex doctrina Ioannis Andreæ *in add. ad Speculat. in tit. de obligat. & solut. super rubric. colum.* 1. qui ait promittentem se obligare ad decem intra certum diem, adueniente die posse conueniri stanti, ac si de præsenti se obligasset: quia inutilis circuitus est euitandus, quam doctrinam explicat Castill. *vbi suprà.*

Respondeo enim cum doctissimo Fontanella *claus.* 9. *p.* 4. *num.* 36. quod quando actus ad sui perfectionem nihil aliud requirit, tunc idem est promittere, ac facere, & quia donatio nihil aliud requirit hodie, *vigore, l. si quis argentum*, §. *fin. C. de donat.* cum ex pacto nudo oriatur actio in donatione vigore, *l. si quis argentum*, §. *fin.* ideo nulla datur differentia inter promissionem, seu pactum de donando, & ipsam donationem, & hæc est illa quæstio, quam defendi ego, dum extraordinariam cathedram Pandectarum agerem in explicando rubricam, *ff. de donat.* de qua celebrè theoramata composuit Discipulus olim meus Carolus Burtiglierius *de successionib. ab intestato, cap.* 2. *theoramate* 42. Si verò actus requirit aliquod extrinsecum, non idem est promissio, ac factio, videlicet in promissione de ascendendo in arbore, requiritur ascensus, ideò non est idem promissio, ac ascensus, sic promissio de donando, vel dotando per publicum instrumentum, non est donatio, vel dotatio, quia requiritur actus extrinsecus, vt bene Fontanell. *clausula* 4. *parte* 9. *numero* 35. Sic si quis promiserit se donaturum alicui in scri-

ptis non poterit conueniri ex vi promissionis, quasi quod per eam censeatur obligatus: nam cum promissio sit de faciendo donationem in scriptis,
15 requiritur vltra consensum actus extrinsecus scripturæ, & sic nil mirum, quod non sit obligatus vigore dictæ promissionis, vt ego post Cancer. & Fontanellam notaui *in quæstion. dotalibus, quæstione 7. num. 51. folio 229.* cum igitur in præsenti d. Angela promiserit se obligaturam, & filios eius cum debitis consensibus, &c. meliori, & validiori via possibili, promittentes ratificationes Domini Cosmæ cum aliis extrinsecis actibus, de quibus in dicto albarano, consequenter non potest applicari conclusio, quod promissio de se obligando, censeatur obligatio, sed applicari debet limitatio, quod promissio de se obligando cum tali, & tali circumstantia extrinseca, non sit obligatio, vt *suprà* dicebamus.

16 Cum obligatio matris sit facta contra formam statuti, ac proinde nulla, consequenter obligatio D. Pauli nulla dici debet, quia contractu personali annullato, omnia accessoria corruunt, *in l. non dubium in secunda parte*, vbi Iason, & omnes *Cod. de legibus, l. cum principalis, ff. de regul. iuris, cap. accessorium, de reg. iur. in 6.* & vtrobique gloss. cum aliis concordantibus, & ex statuto Lucensi filiusfamilias maior quemadmodum pro extraneo fideiubere potest, ita multo magis pro patre, vel matre sua, sicut enim extraneum potest in fidem suam recipere, & pro eo fideiubere, sic poterit, & pro patre, vel matre, *leg. si ex alio, Cod. quod cum eo, l. si dubitet, § filiusfamilias, ff. de fideiuss.* Eringius *de fideiuss. C. 3. in tit. quæ personæ fideiubere possint, numero 337.* Christophorus Martius *decis. Senens. exam. 14. numero 4.* Ludouis. *decis. 220. & filiusfamilias maiorem annis 18.* vnà cum patre, & cum illius consensu, vel sine, obligari quotidie videt in Ciuitate Luccæ: ita permittente statuto, *ca-*
17 *pite 62. numero 2.* & seruandum dicunt omnes per textum *in leg. stipulat. ista habere licere, vers. sed si quis, ff. de verborum obligat.* & notat Censalius *decis. Lucens. 7. numero 44. & sequentibus*, vnde cum promissio dotis sit facta à d. Angela, & filiis insimul, & mater est, quæ principaliter in subsidium Patris puellæ tenetur dotare, totum commodum pertinet ad matrem, ita vt filius tanquam fideiussor in dicto contractu accessisse videatur, vnde succedit regula, quæ dicit, quòd corrupto principali, corruit accessorium, Ludouis. *d. 321. numero 7.* vbi Beltraminus *numero 13.* Marescott. *libro 2. var. capite 65. numero 7.* Censal. *decis. Lucens. 7. in fin.* vnde potuisset D. Paulus contra principalem agere, antequam conueniretur, si tamen obligatio matris, vel ipsius fuisset valida, idque vigore statuti Lucensis *capite 160. libro primo*, in quibus terminis loquitur Magon. *in dec. Lucensi 6. numero 34.* Rot. *dec. 205. apud Censium*, quod etiam de iure communi est verum, iuxta notata per Censalium *dec. Lucens. numero 22. cum sequentibus.*

18 Neque dicas, quòd dupliciter potest statutum disponere, primò quidē prohibendo aliquem contractum fieri propter prædictam vtilitatem principaliter, ita vt ipso iure ab initio sit nullus contractus, secundò potest disponere prohibendo principaliter fauore certæ personæ, in primo casu propter nullitatem causatam ipso iure à statuto non potest accedere fideiussor, quia statutum resistit ab initio, & impedit ortum ciuilis, & naturalis obligationis, & operatur nullitatem etiam partibus inuitis, quia fauore publico renunciare non possunt, & propterea fideiussorem accedere non posse, ex Theorica Bart. *in lege cum lex, numero 4. & 6. ff. de fideiuss.* quem sequitur Cefal. *consilio 437. numero 22. & sequent.* Gratian. *capite 122. numero 28.* Eringius *de fideiuss. capite 5. numero 368.* Mangilius *de emtt. quæstione 174. numero 18.* Muta *ad consuetudinem*, Panormitanus *capite 31. numero 30. & 31.* Caualcan. *dec. 31. n. 23.* Censal. *dec. Lucens. 38. n. 1.* In 2. vero casu fideiussor poterit validè se obligare: quia cessat ratio statuti; præsumitur enim voluisse fauere solum mulieribus, non autem eorum fideiussoribus, & quod est speciale fauore vnius, non debet ad aliud extendi, & ita concludit Simoncellus *libro 2. de decretis, titulo 5. numero 29. & 30.* Gratianus *capite 122. numero 14. vbi numero 15. & 16.* de communi testatur Marescottus *libro 2. variar. capite 65. numero 9. & 10.* Feuzonius *ad statuta vrbis, capite 152. numero 77. & 78.* Cencius *de censibus, quæstione 74. numero 12.* Seraphinus *decisione 1324. numero 6. & 7.* Barzius *decisione 56. numero 23.* Fontanell. *decisione 472. numero 14. & sequentibus*, statutum vero Lucense *cap. 39. libro 2.* non inducit, seu non importat fauorem publicum, sed tantum 19
ius fauorabile respectu illius mulieris contrahentis contra ius commune: at certum est, mulierem iure communi validè contrahere sine consensu propinquorum, quando est maior, *lege 2.* vbi gloss. *in verbo obligauit, Cod. ad Velleian.* Gratianus *cap. 756. numero 24.* Rot. *decisione 88. numero 7. parte 6. rec.* Ergo dum concernit merum fauorem mulieris, sequitur quòd contractus ab initio sit validus, & solum sit nullus ipso iure, si mulier ità declaret, & velit esse nullum ad tradita per glossam *in lege eleganter*, vbi Bart. *numero 3. in fine, ff. de dolo malo*, Paulus *consil. 60. libro 1.* Tiraquellus *in lege si vnquam in verbo reuertatur, numero 302. cum sequent. Cod. de reuocan. donatione, & de legibus connubialibus, gloss. 8. numero 91.* Rolandus à Valle *consilio 22. numero 39. vbi numero 40.* ait, quod interim valet effectus, *& numero 41. & 42. libro 2.* Rot. *decisione 28. parte 2. diuers.* vbi loquitur quando nullitas est inducta ipso iure, Surdus *consilio 1. numero 84. & sequent. & decisione 70. numero 24. 25. & 26.* latè Gonzal. *ad regul. 8. Cancell.* glossa *56. numero 90. & 91.* Latissimè Giurba *obseruat. 71. numero 17.* Surdus *consilio 523. numero 3.* Censal. *in decisione Lucens. 38. numero 5.* qui loquitur in terminis statuti Lucensis *capite 39. libro secundo*, & Surdus ait, quod semper 20
Senatus Mantuanus intellexit statutum Mantuanum inducens nullitatem ipso iure, ita quod semper Senatus ita pronunciauit, Seraphinus *vbi suprà*, Puteus, & Rota apud Censalium *numero 7.* qui loquuntur de contractu à muliere gesto sine debitis solemnitatibus, & sic loquitur Burattus *decisione 937. numero secundo*, Andreolus *controuersia 84. numero 11.* Carpanus ad statuta Mediolanensia *capite 328. numero 415. & 467.* vbi annullatio contractus facta per mulierem vigore statuti intelligi debet, si ipsa mulier voluerit, cum ad eius fauorem sit inducta, Feuzonius *ad statuta verbis capite 151. n. 15.* Sperellus *decisione 16. numero 25. & 26. parte prima*, & defectus solemnitatum, quando ipsa mulier non dat de nullitate, non attenditur, vt post alios probat D. Merlinus *controuersia 21. num. 1.* Surdus *dec. 179. num. 17. & 18.* Capic. Latro *d. 19. num. 6. 7. 8. 9. & 10.*

Itaque

21 Itaque si in tali contractu interueniat fideiussio, procedit doctrina Bartoli, de qua *suprà*, scilicet quòd non valeat fideiussio; sed quando dict. contractu accessit obligatio principalis, & insolidum, in hoc casu non loquitur Bartolus *in d. l. cum lex. ff. de fideiuss.* & dicunt tum antiqui, tum Moderni Doctores, quòd non possit considerari obligatio fideiussoris, vti accessoria; sed vt separata, & de per se reputari debeat, & respectu Creditoris est tanquam duo Rei debendi, itavt deficiente vno principali, remaneat alter, indepẽdenter ab alio principaliter obligato, ita Maurus *de fideiuss. cap.* 27. *num.* 79. cum pluribus sequentibus, Crauetta *de antiquitate temporis par.* 5. *principali, vers. diuino subsidio, num.* 15. *&* 26. Carpanus *ad statuta Mediolanensia, cap.* 328. *num.* 427. qui loquitur in puncto de fideiussore euictionis, de eo, qui se obligauit tanquam principalis, Ciriacus *cap.* 196. *num.* 59. *&* 60. Marescottus *lib.* 2. *var. cap.* 65. *num.* 7. Gratianus, *cap.* 122. *num.* 10. *& seq. & cap.* 310. *num.* 28. *&* 348. *num.* 34. Cencius, *quæst.* 74. *num.* 8. *&* 9. Mangilius *de euict. quæst.* 74. *num.* 8. *&* 28. D. Ferdinandus, Arias de Mesa *lib.* 2. *var. cap.* 13. *per tot.* & præsertim *num.* 6. 10. 11. *&* 12. vbi dicit, quod si lex resistit obligationi, fideiussor datus non tenetur; sed tamen quando ille, qui intercessit, se debitorem principalem constituit, poterit efficaciter conueniri, & adducit Bald. *in l. Præsidium, num.* 50. *Cod. de jure dotium, & num.* 12. subdit rationem: quia tunc sunt duo rei debendi, & quamuis alter non obligetur, in alterius tamen persona obligatio potest consistere, & latiùs *num.* 17. *&* 18. *& cap.* 14. *num.* 1. ad contraria sigillatim respondet Caualcanus *d.* 31. *num.* 27. qui reprobat Laurentium de Pinu contrarium sustinentẽ *conf.* 71. Fontanell. *decis.* 472. *per totam*, nam hoc casu obligatio fideiussoria nullam habet dependentiam ab obligatione alterius; sed consideratur de per se sola, & perinde est, ac si solus se ad soluendum obligasset, & respondet ad opinionem contrariam Laurentij de Pinu, quod in casu suo fideiussor non se obligauerat vti principalis, & in solidum,

22 in simili dicitur de minore contrahente absque solemnitatibus, si tamen in contractu adest Tutor, qui proprio, ac principali nomine se obligauit, sustinetur, contractus respectu ipsius Tutoris, licet respectu minoris sit nullus, & inualidus, ita in terminis probat textus *in l. & si is, quem in §. pignora, & ibi glossa in verbo sanè vers. quantum autem ad Tutorem, Cod. de Prædiis minorum*, Decius *conf.* 7. *num.* 6. *vol.* 1. Bertazzolus *de clausulis, claus.* 7. *glossa* 19. *num.* 3. Menochius *de arbitrarijs casu* 171. *num.* 77. *& seq.* Maurus *de fideiuss. sect.* 1. *cap.* 50. *n.* 17. & in terminis Gratianus *cap.* 122. *num.* 10. *&* 11. *& decis. Marchiæ* 182. *num.* 10. *&* 16. Marescottus *lib.* 2. *variar. cap.* 65. *num.* 7. vbi plures allegat decisiones Rotales, & fuit decisum in Rota Romana census 5. Iulij 1638. coram Verospio.

Ergo apparet, dicunt Aduersarij, & quod licet contractus D. Angelæ fuisset nullus, tamen obligatio D. Pauli erit valida: quia cum fratribus, & Angela Matre se insolidum obligauit.

23 Respondeo autem ad hanc difficultatem non militare factum, de quo agitur: quia Paulus habebat Patrem viuentem tempore obligationis, vt apparet ex scriptura priuata, quæ affertur ibi *Angela del Signore Busdraghi*, & de hoc non est difficultas in facto, & sic Paulus non erat hæres Patris, ergo non tenebatur sororem dotare, frater enim non tenetur, nisi quando succedit Patri in hæreditate, à qua sororem excludit, Surd. *conf.* 255. *num.* 18. Duranus alios referens *dec.* 26. *num.* 1. *&* 8. *part.* 1. aut in casu, quo non existit Pater nec mater, vt probat Surdus *vbi suprà, num.* 37. nam si mater existit, & sit dies post Patrem, qui ob inopiam soluere dotem non poterit, obligatio dotandi filias spectat ad matrem, *ex l. finali, Cod. de dotis promissione*, quam illustrauit Carrocius *in tract. varijs per plures quæstiones*, Iason *in l.* 1. *num.* 28. *ff. sol. matrim.* Costa *de remedys subsidiarijs remedio* 65. Surdus *tit.* 1. *quæst.* 14. *num.* 13. Duranus *dec.* 26. *num.* 8. *part.* 1. & quia in chirographo mater, & fratres dotem promiserunt, patre viuo, & filio Paulo, de quo agitur, per sex dies post maiorem ætatem existente, quo casu, vt infra probabo, adhuc censetur perseuerare minor ætas, signum ergo est, Paulum, vt potè non obligatum suscepisse in se onus alienum, filium fam. &c. ergo merus fuit fideiussor, si esse potuit, vt infrà negabitur; ergo inualidè contraxit, non obstante obligatione insolidum, & allegatis suprà in argumento, & licet non existente Patre, onus dotandi spectet ad fratres, sorores excludentes ex dispositione statuti Lucensis, *cap.* 9. *&* 10. *lib.* 2. tamen certa est iuris conclusio, quod si Pater ipsiusmet Puellæ dotandæ sit inops tunc obligatio dotandi transit ad matrem, & propterea si ipsa det dotem, aut partem dotis filiæ, non censetur dare in exonerationẽ fratris talis Puellæ; sed vt propriæ satisfaciat obligationi, ita Iason *in d. l.* 1. *n.* 20. *ff. solut. matrim.* Mascardus *de probat. conc.* 156. *nu.* 19. Surdus *de alimentis, tit.* 1. *quæst.* 7. *num.* 50. Costa *de remedys subsidiarijs remedio* 65. Barbosa, *in l.* 1. *part.* 4. *ff. sol. matrim.* Fontanella, Angelus, Bossius, & alij de quibus ego *in tract. de dote, quæst.* 4. *in l.* 1. *ff. sol. matrimon.* & hoc casu, quod à matre datum est pro dote dicitur datum in solutionem proprij debiti, & non remanet ex tali causa creditrix filij, eiusdemque fratris puellæ dotatæ, nec tali filio in legitimam imputatur, Mascardus *concl.* 156. *num.* 15. & post alios D. Altogradus *conf.* 59. *tit.* 1. *à num.* 6. & quia talis dos promissa fuit à matre, quæ præsumitur donare voluisse, Surd. *conf.* 524. *num.* 12. maximè si poterat competenter dotari in bonis Patris, ergo censetur, erga filium liberalitatem exercere voluisse, Cephalus *conf.* 485. *num.* 68. Menochius *conf.* 183. *num.* 14. Homodeus *conf.* 91. *num.* 78. *lib.* 1. Costa *de remedys subsidiarijs dict. remedio* 65. *num.* 3. & plures refert Mangilius *quæst.* 20. *n.* 9. Altogradus *conf.* 59. *num.* 14. & quia promisit proprio nomine, ideo dos dicitur promissa solum nomine proprio, vt benè D. Altogradus *d. conf.* 59. *num.* 15. & promisit mater summam ex proprijs bonis suæ dotis, & sic solum contemplatione filiæ, & non filij, post alios D. Altogradus *dict conf.* 59. *n.* 17. latè Zucarus *decis. Lucens.* 8. qui latè loquitur, provt *in conf.* 31. latè explicat textum *in l. si extraneus, ff. de jure dotium*, an & quando mulieri competat actio dotis, & *conf.* 34. latè explicat illud Brochardicum, quod dos data primo viro censetur data secundo; ergo argumentum, de quo suprà non est applicabile ad saluandam obligationem Antonij, quando est nulla obligatio Angelæ matris.

Vnde mirabar de aliquibus, qui opponebant, 24
quòd obligatio accessoria corruit, quãdo principalis deficit ex *l. non dubium, C. de legib. l. cum principalis* 138. *ff. de Regulis iuris*, cum aliis adductis à Bertazzolo *de clausulis instrum. claus.* 7. *gloss.* 19. *num.* 3. quia aduersarij pro prima opinione adducti limitant multipliciter, & signanter quando fideiussor se obligat vti principalis, & insolidum,

tunc enim etiamſi obligatio minoris, ſeu mulieris ſit nulla ob ſolemnitates non ſeruatas, non ideo erit inualida obligatio fideiuſſoris, cum tali caſu obligatio fideiuſſoris non ſit acceſſoria, ſed vti principalis iudicetur, ita notabiliter reſpondet gloſſa *in l. ſi is, quem in verbo acceſſorium, Cod. de prædiis minorum*, Pariſius *conſil. 16. num. 110. & ſeq. lib. 2.* Gratianus *cap. 120. num. 21. & ſeq.* & *deciſ. Marchiæ 182. num. 12. & ſeq.* ſed vera eſt noſtra reſponſio, quod obligatio Pauli ſit fideiuſſoris, cum ad dotandam non tenebatur, & erat Pater viuus, ad quem pertinebat tale onus, ſicuti ſolent etiam reſpondere Doctores, quod argumentum procedit in contractu ſimpliciter prohibito, quia tunc ſi corruit principalis obligatio, corruit acceſſoria, ſecus autem quando contractus eſt prohibitus fauore cæterarum perſonarum, putà pupilli, mulieris, &c. quia tunc obligatio licèt corruat, ob non adhibitas ſolemnitates, non propterea corruit obligatio fideiuſſoris ſimul obligari, cum non ſit æquè fauorabilis, vt in puncto Pariſius *dicto conſil. 16. num. 111. lib. 1.* Gratianus *cap. 122. n. 13.* Seraphinus *deciſ. 1328. num. 6.* aſſignat rationem, quia prohibitio alienationis concernit ſolum commodum pupilli, aut minoris, & non alterius perſonæ, provt per eandem rationem ratiocinatur, Gratianus *vbi ſuprà, num. 14.* ita quòd fideiuſſor conſideretur, vti author nullitatis, & vti talis non poteſt illam allegare in præiudicium alterius, Ferrettus *conſil. 155. num. 7.* Ciriacus *controuerſ. 181. num. 57. & ſeq.* Ludouiſius *deciſ. 140. num. 10.* & fuit in præciſis terminis ſic firmatum in Rota Romana in vna Saluiani interdicti *26. Aprilis 1641.* coram Dunozetto impreſſa poſt Merlinum *de pignoribus, deciſ. 42.* Quod ſanè procedit in obligatione minoris, non autem mulieris habentis ſtatutum contrarium, & vniuerſalitatem verborum repugnantium, & generaliter dicendum eſt, quòd fideiuſſor etiam cum clauſula principali,
25 & inſolidum ſimpliciter dicitur fideiuſſor, cum nihil habuerit, nec participauerit commodi, ſed totum ad beneficium Angelæ Matris factum fuit: Neque dicas quod quantum attinet ad Creditorem, non intelligitur fideiubere, ſed veluti Correus conſideretur, & principaliter, ac inſolidum poterit conueniri, ex notatis ab Arias de Meſa *lib. 2. variar. cap. 14. num. 4.* à Fontanella *deciſ. 472. num. 3.* à Rota Romana coram Merlino *deciſ. 112. n. 9.* à Capicio Latro *deciſ. 133. num. 1. & 2.* Reſpondeo enim id procedere quando obligatio illius Correi concerneret ſui neceſſitatem, ita quod teneretur ad eam faciendam, ſaltem pro rata, at ſecus quando obligatio eſt voluntaria ſine vlla commodi perceptione, ac vtilitate.

26 Et in hoc eſt notandum, quòd quando mulier, vel minor obligantur cum fideiuſſore inſolidum promittente, ſi agat deinde fideiuſſor pro credito recuperando à muliere, vel minore nulliter ſe obligante, non poterit agere, quia cum illi inualidè contraxerint non poterit fideiuſſor agere, & habere regreſſum contra mulierem, vel minorem, vt bene in terminis Lambertingus de contractibus, *gloſſ. 16. num. 21. & 22.* & hoc ait procedere, ſiue fideiuſſor ſponte fideiuſſerit, ſiue etiam de mandato mulieris, vt ſequitur Carpanus ad ſtatuta Mediolanenſia *cap. 328. num. 431. & 432.* Cen-
27 ſalius *deciſ. 48. num. 24.* Imò ſi mulier ſe obliget ex falſa cauſa, putà, quia dixit ſe eſſe hæredem viri ex teſtamento, cum non ſit, tunc neque poterit dicere fideiuſſor ſtante nullitate obligationis mulieris ſe non teneri, quia procedit regula quando falſa cauſa ſe tenet ex parte Creditoris, ſed ſi ſe teneat ex parte mulieris debitricis, tunc imputatur fideiuſſori, qui ſuper dicto mendacio ſequutus fuit fidem mulieris, poſt alios Cenſalius *deciſ. 48. in fine.*

Probatur quintò, quia ſtatutum Lucenſe, de 28
quo *ſuprà*, loquens de muliere non ſe obligante ſine ſuis ſolemnitatibus comprehendit etiam cauſam dotis, quæ probatio dependet ab ea quæſtione, an dotis cauſa contineatur ſub ſtatuto loquente de aliis contractibus, & prima opinio eſt, quòd non veniat, & quòd obligatio matris ſine talibus ſolennitatibus valeat in dote, quaſi quòd non contineatur ſub ſtatuto prædicto, ex gloſſa *in l. fin. verſ. ceſſante*, vbi Salycetus *num. 3. C. de iure dotium*, Barboſa *in l. 1. part. 3. num. 53. ff. ſoluto matrimonio*, Ruinus *conſil. 195. lib. 1.* Iaſon *conſil. 157. lib. 2.* Socinus *conſil. 80. num. 23. lib. 4.* Pariſius *conſil. 81. num. 8. lib. 3.* Cephalus *conſil. 408. num. 9.* Natta *conſil. 52. num. 15.* Laderchus *conſil. 66. num. 50.* Gaballus *conſil. 97. lib. 2.* Baldus Nouellus *de dote, part. 6. priuilegio 12.* Mareſcottus *lib. 1. variarum, cap. 43. num. 9.* Puteus *deciſ. 160. num. 3. & 4. lib. 3.* Caputaquenſis *deciſ. 3. num. 3.* & *deciſ. 287. n. 28.* Barzius *deciſ. 82.* qui teſtatur de communi, *n. 18.* Marzius Medices *deciſ. 88. num. 20.* & *deciſ. 49. num. 3.* Francus *deciſ. 182. num. 20.* Afflictus *deciſ. 121. per tot.* & ſic dos non ſubiacet Regulis iuris communis prohibentibus mulieres ſe obligari Rota *deciſ. 177. num. 11. part. 1. recen.* & *deciſ. 511. part. 2. recent.* & hoc non ſolum procedit in matre ſe obligante pro dote filiæ, ſed etiam in quacunque muliere ſe obligante pro dote cuiuſcunque extraneæ, *l. finali, C. de Velleianum*, Henrigus, *de fideiuſſoribus, cap. 7. num. 453.* Mareſcottus *lib. 1. cap. 43. num. 12.* Martius Medices *deciſ. 48. num. 2.* & *deciſ. 49. num. 3.* Farinaceus *deciſ. 511. part. 1.* Medices *deciſ. 49. num. 8. & ſeq.* Quod non ſolum procedit in obligatione facta per publicum inſtrumentum, ſed etiam facta per priuatam ſcripturam, imò ſola pollicitatione; ac nudo pacto Medices *deciſ. 49. num. 6.* & poſt alios Picus *ad ſtatuta vrbis, deciſ. 13. & 15.* & Andreolus *controuerſ. 112. à num. 16.* & D. Staibanus *reſol. 41. num. 23. tom. 1.* Cenſalius *deciſ. 77. num. 6.* & ſic hæc opinio dicit ſtatutum Lucenſe *cap. 39. lib. 2.* vbi inducitur certa forma in obligatio mulierum, ſcilicet conſenſum mariti, propinqui, ac etiam Iudicis authoritatem, aliáque, &c. non comprehendit dotis obligationem, & ſic mulierem poſſe obligari pro dote alterius mulieris, Bald. Nouellus *de dote, priuilegio 48.* Soccinus *conſil. 80. & prop. num. 23. vol. 4.* Eugenius *conſil. 9.* & *conſil. 14.* qui teſtantur de magis communi, Menoch. *conſil. 242. per totum, & 261. num. 39. & ſeq.* Ciriacus *cap. 81. num. 1.* Mareſcottus *cap. 43. num. 12.* Gratianus *cap. 647. num. 22.* Amatus *deciſ. Marchiæ 39. n. 2.* & *deciſ. 90. num. 8. & 9.* Peregrinus *deciſ. 14.* Velaſchus *conſult. 170. num. 38. & 39.* vbi ait, quòd ſolennitates ſtatuti non curantur; quando mulier ſe dote obligat, & hoc etiam locum habet in dotis augmento Rota Romana *vbi ſuprà*, & ampliat Cenſalius *deciſ. 77. num. 43. cum ſeq.* non ſolum ſi ſtatutum loquitur per vniuerſalia verba, ſed etiamſi per generalia, &c.

Itaque dicit in ſimili Salycetus *in l. fin. num. 3.* 29
C. de iure dotium, quod ſtatutum generaliter diſponens, vt inſtrumenta publica non probent, niſi reperiantur regiſtrata, ſeu inſinuata non comprehendit cauſam dotis, ſeu dotalia inſtrumenta, & ante Salycetus firmat Bald. *in auth. eo decurſum, C. de donat.* ante nuptias, & Salycetum ſequuti ſunt Iaſon *in d. l. finali, num. 9.* Ripa *in l. prima, num. 15.*

*num.*15. vbi Decius *num.*9. *ff. solut. matrim.* Cagnolus *in l.*2. *num.*22. *ff. de reg. iuris*, Baldus Nouellus *de dote*, *part.*6. *priuileg.*47. Negusant. *de pignor. part.*8. *rubr.*1. *num.*23. *in fine*, vbi dicit de communi, & ab ea non esse recedendum, nec in consulendo, nec in iudicando, Lanarius *de instrum. insinuat. quæst.*40. Afflictus *in constitut.* Baiulus *num.*50. Marsilius *singul.*442. Tiraquellus *de retract. consang.* §.1. *gloss.*14. *num.*104. Loffredus *consil.*31. *num.*9. Menoch. *consil.*261. *num.*38. *& seq. vol.*3. Intrigliolus *singul.*95. *lib.*2. Caldas Pereyra *lib.*4. *de iure emphyteut. cap.*10. *num.*23. Corduba *in l. si quis à liberis*, §. *si quis*, *num.*237. *ff. de liber. agnosc.* Barbosa *in l.*1. *part.*1. *num.*17. *ff. solut. matrim.* Francus *decis.*219. *num.*4. Anna qui plures testatur in facto se abstinuisse in rubrica de vassallo decrepitæ ætatis *nun.*31. Puteus *decis.*16. *lib.*3. Verallus *decis.*3. *&* 190. *part.*3. Picus *post tractatum de contractibus*, *decis.*13. *n.*3. Marotta *cap.*14. *num.*14. *&* 15. Giurba *obseru.*38. *num.*12. *&* 16. quod etiam in feudis procedere dicit Camerarius *in cap. Imperialem*, *fol.*85. *de prohibita feudi alienatione*, per Federicum de Ponte *de potest. Proreg. de assensu super dote*, §.20. *num.*23. *volum.*1. D. Rouitus *consil.*94. *num.*23. *volum.*1. Ideo statutum requirens insinuationem, non comprehendere instrumentum donationis contemplatione matrimonij, si præsertim fiat ab illo, qui donare tenebatur; qualis est Pater, vt obseruat Gratian. *c.*474. *n.*24. Grossus *ad Pragm. Siciliæ*, §.1. *num.*10. qui loquens de statuto Siciliæ, quod mandat, insinuandas esse donationes, ex causa dotis, & donationis propter nuptias, ait loqui de illis factis ab extraneo, non autem de illa, quæ fit à Patre ex Cutello *de donat. contemplatione matrimonij*, *tract.*1. *discurs.*1. *part.*11. *num.*53. & *discursu* 3. *part.*6. *num.*17. & *tract.*2. *discursu* 1. *speciali* 4. quidquid dixerit Intrigliolus *singul.*95. *lib.*2. præsertim si factæ fuerint contemplatione certi matrimonij cum certa persona contrahenda, Giurba *obseru.*33. *num.*12. quo casu cessat totalis fraus, Leonius *decis.*137. *num.*13. Grossus *in addit. vbi suprà*, §.20. *num.*15. Monterius *decis.*101. *num.*7. Zerola *obseru.*38. *num.*7. & post Corsettum *consil.*291.

29 Secunda opinio est contra Salycetum, & suos Asseclas, contra quos insurgit dictus Merlinus *cap.*59. *tom.*3. *num.*13. qui ait contrariam sententiam esse pluribus difficultatibus inuolutam, præsertim, quia dotis causa, licèt multas obtineat prærogatiuas, tamen eis non gaudet, nisi in casibus expressis, ea ratione ab ipso *num.*50. memorata, quod statutum generaliter prouidens cõprehendit etiam personas, & causas priuilegiatas, nisi sint priuilegio munitæ indiuiduo casu, de quo agitur, ex textu *in l. in fraudem*, §. *finali*, *ff. de milit. testam. & seq.* D. Pratus *lib.*1. *discept. for. cap.*20. *à num.*29. & *obseru.*70. *num.*14. & D. de Franchis *dicta decis.*286. *num.*3. à quo suas rationes accepit dict. Merlinus *vbi suprà*, & Castillus *decis.*90. *num.*7. qui loquens de instrumento censuali, quod intra tres menses intimari debet, iuxta prag. Regni Siciliæ, ait esse insinuandum etiamsi dotis causam contineat, & d. Merlinus ait, quod prag. *de registrandis assensibus*, loquitur per verba vniuersalia ibi, *che tutti quelli*, & ibi, *che tutte le refutationi*, quæ vniuersalia cum sint, comprehendit etiam causa dotis, & nihil excludit dict. Merlinus *dicto cap.*59. *num.*7. Castillus *decis.*90. *num.*18. & latè Simon Vaez *in principiis iuris*, *lit. O. num.*4. Domin. Marotta *cap.*31. *n.*44. *&* 45. dict. D. Carolus Preta Iudex meritissimus M. C. V. *in ritibus M. C. Vicariæ*, *ritu* 167. *tom.*2. *num.*33. *per totum*, qui refert Doctores vti erroneam existimantes Salyceti doctrinam, vt fuit Curtius Iunior *in l. hæres absens*, *num.*18. *ff. de Iudiciis*, & alij quos refert D. Petra *vbi suprà*, *num.*33. *folio* 98. *in principio.*

Ergo cum statutum Lucense loquatur per 30
verba vniuersalia geminata, & prægnantia, vt patet in statuto 39. *&* 40. *lib.*2. vt nullo modo mulier possit quocunque modo, & ex quacunque causa se obligare, aut quëcunque contractum, vel quasi contractum facere absque consensu dict. Propinqui, &c. sequitur attendi debere statutum vniuersaliter loquens etiam in causa dotis, vt neque ex causa dotis mulier possit obligari, absque solemnitatibus dicti statuti, cum verba vniuersalia comprehendant omnes casus, qui excogitari potuerunt, Crauetta *consil.*294. Rolandus *consil.*44. *num.*36. *lib.*3. Ruinus *consil.*123. *num.*11. *lib.*2. Parisius *consil.*63. *num.*4. *lib.*2. Cephalus *consil.*58. *num.*17. & *consil.*121. Gabriel *consil.*20. *num.*18. *lib.*2. Pedraccha *consil.*16. *num.*17. *& & seqq.* Bartazzolus *claus.*7. *gloss.*19. *num.*20. & confirmatur, quia in eodem Statuto *cap.*41. excipiuntur tres casus, in quibus concedunt statuentes, mulieres posse se obligare sine consensu consanguinei, & quia non reperitur casus dotis dici debet contineri, argum. eorum, quæ notant Giouagnonus *consil.*35. *num.*46. qui alios allegat, Decius *consil.*50. *n.*2. & *consil.*416. *n.*12. Barzius *decis.*82. *n.*8. *&* 9.

Neque dicas, quod mulier est specialiter priui- 31
legiata, vt possit se obligare pro dote *l. si dotare*, & *l. fin. C. ad Vell.* vbi Glossa *l. promittendo. ff. de iure dotium*, ergo in hoc dos est priuilegiata, quod non obstante fragilitate mulieris adhuc remanet pro dote obligata, statutum autem Lucense disponendo adhiberi consensum propinquorum in contractibus mulierum, non comprehendit causam dotis, quia statutum prædictum inuenit causam dotis specialiter priuilegiatam, & sic illam non comprehendit, vt bene Lambertingus *de contractibus gloss.*21. *in verbo occasione*, *num.*50. *pag.*399. Lambertinus *de iurepatronatus*, *lib.*1. *part.*1. *q.*5. *principali*, *art.*3. *num.*4. Gerardus Massolus *consil.*15. *num.*42. Maresecottus *lib.*1. *variar. resol.*43. *num.*9. Cardinalis Puteus *decis.*160. *lib.*3. Rota *decis.*264. *num.*3. & 4. in nouissimis Farinacei, Picus *ad statuta vrbis*, *decis.*13. Barzius *decis.*82. *num.*19. Rota Romana *decis.*177. *num.*11. Amatus *decis.*34. *num.*12. qui omnes affirmant dotem in hoc habere priuilegium, sequitur Altogradus *consil.*34. *tom.*1. *à num.*7. *cum seqq.* qui omnes dicunt, quòd statutum siue loquatur per verba generalia, & geminata, siue per verba vniuersalia, non comprehendit causam dotis, in casu, quo est specialiter priuilegiata, Cancerius *part.*2. *cap.*1. *num.*25. Gratianus *cap.*647. *num.*22. *& seq.* Amatus *decis.*34. & *decis.*47. *num.*8. *&* 9. Galganetus *ad statuta vrbis*, *lib.*1. *cap.*151. Martius Medices *dec.*69. Barbosa *in l. prima*, *num.*23. *part.*1. *ff. solut. matrim.* Ciriacus *contro.*81. Altogradus Senior *consil.*34. *num.*10. & sic opinio contraria corruit, quia procedit, quando non esset dos specialiter in illa materia priuilegiata, vt declarat Alderanus Mascardus de interpretatione statutorum *concl.*5. *numero* 32. 82. 148. 167. & ne sequatur iuris communis correctio Mascardus *vbi suprà*, *num.*148. quod patet, quia licet textus *in l. prima*, *ff. ad Velleianum*, vniuersaliter dicant mulierem pro vllo intercedere debere, tamen non excludit obligationem pro dote, *l. fin. C. ad Velleianum*, & in puncto probat Ciriacus *cap.*81. *num.*10. & in simili Mascardus

vbi

vbi ſuprà, & Medices *dec.*20. *num.*16. & licet ſtatutum *cap.*41. dicat aliquos eſſe caſus, in quibus mulier poteſt obligari ſine ſolemnitatibus, tamen non excludit alios caſus ſimiles iure communi etiam priuilegiatos, vt cauſa dotis ad notata per Altogradum Seniorem *conſil.* 34. *num.* 46. *cum ſeqq.*

32 Reſpondeo enim primò, cum Andreolo *lib.*2. *contr.c.*112. tres diſtinguendos eſſe caſus, Primus quando ſtatutum loquitur ſimpliciter, & ſpecialiter dos in eo caſu priuilegiata reperitur, de quo infra dicemus qualiter comprehendat; Secundus caſus eſt quando ſtatutum loquitur per verba vniuerſalia, & in hoc caſu verior eſt opinio, mulierem ſe obligantem fauore dotis ſine ſolemnitatibus, non poſſe ſe obligare, & dotis quoque cauſa in ſtatuto comprehendi, Andreolus *dicto cap.*112. *num.*18.& 19. Tertius eſt caſus quando ſtatutum vtitur verbis vniuerſalibus, vt enixis, atque prægnantibus, vel geminatis, vt illa (quouis titulo, quomodolibet,& ex quacunque cauſa, &c. vt eſt ſtatutum Lucenſe *dicto cap.*40.*lib.*2. quod loquitur vniuerſaliter, & per verba enixa ibi, quomodolibet, & ex quacunque cauſa, ex quouis titulo, & hoc caſu continet cauſam dotis, itavt nec etiam in talem dotis cauſam poſſit mulier ſe obligare, ſine Propinqui conſilio, & aliis, de quibus ibi, quicquid parum iuridice dicat Andreolus *lib.*2. *cap.*112.*à num.*26. qui potiùs videtur ſe defendere à votis Collegarum, non verò pro veritate ſcripſiſſe, quia omnes conſocij Iudices à ſua opinione receſſerunt, & nobiſcum ſentiebant, vt ibi patet, & quia in generali diſpoſitione ſemper venit cauſa dotis, niſi ſit ſpecialiter priuilegiata in eo caſu,

33 ideo Creditorem ex cauſa dotis cogendum eſſe ab aliis Creditoribus ad dandam dilationem quinquennalem in beneficium debitoris, ſeruata forma *l.finali*, *C.qui bonis cedere poſſunt*, Francus *deciſ.*219. quia vbi non eſt ſpecialiter priuilegiata venit ſub diſpoſitione iuris communis, vnde Amendola ad Francum *vbi ſuprà*, *num.*11. ait, quòd ſtatutum generaliter loquens comprehendit etiam cauſam dotis,quando in eo caſu, in quo loquitur ſtatutum, non eſſet ſpecialiter priuilegiata,

34 & ibi addentes plura allegant, ſed doctus Antonius Merenda *lib.*19.*controu.cap.*44. *tom.*4. dicit, quòd ſtatutum loquens generaliter comprehendit cauſam dotis ex Ciriaco *cap.*81. ſed ſi vniuerſaliter loquatur tunc illam comprehendit, etiam ſi in ſpecie ſit priuilegiata in illa materia, de qua loquitur ſtatutum,& pluribus id comprobat, & ego latè fundaui *in l.prima*, *ff.ſolut. matrim. quæſt.*1. *fol.*92.ſcilicet ex textu *in l.in fraudem* 16.§.*finali*, *ff.de milit.teſtam.* ex qua Baldus ibi colligit, quod diſpoſitio, & determinatio generalis comprehendit caſus, & perſonas alias multum priuilegiatas, quam regulam exornat Marcus Mantua *ſing.*107. Tiraquell.*lib.*1.*retractus*,§.1. *gloſſ.*14. *num.*96. reſonat etiam traditio gloſſæ *in l.item venium*, *n.*22. *in priuatorum*, *ff. de petit. hæredit.* Gloſſa *in dicta lege prima*,*eodem tit.* quæ dicit, quòd licet ſit multum priuilegiatus in iure,tamen in caſibus,in quibus expreſsè non reperitur priuilegiatus, vtitur iure communi.

35 Secundò facit, quia priuilegia non extenduntur ad alias perſonas,vel caſus præter expreſſos, *l.quod verò*,*l.ius ſingulare*, *ff.de legibus*, itavt non valeat conſequentia, perſona in certis caſibus eſt priuilegiata, ergo, & in aliis, Gloſſ.*in l.à Diuo Pio*, *ff.de re iudicata*, Bart.*in l.naturaliter*, §.*nihil commune*, *n.*35. *ff.de acquir.poſſeſſ.*ergo pariter in caſu noſtro non valebit conſequentia, dos reperitur priuilegiata in multis caſibus, ergo debet etiam cenſeri priuilegiata in aliis caſibus non expreſſis, ſed erit valida hæc conſequentia, quod in omnibus caſibus, in quibus dos non reperitur priuilegiata, in illis ſtandum eſt Regulæ Generali *l. ab ea parte*, *ff. deprobat.* Gloſſ. *in l.omnis definitio*, *ff.de regul. iur.*Crotus *in l.ſi conſtante*,*in ſecunda lectura*,*n.*64. *ff.eodem.*

Probatur tertiò, quia lex generalis comprehen- 36
dit omnes caſus, quamuis in vno videatur eſſe maior ratio,quàm in alio, *l.*1. §.*quod autem*,*ff.de aleæ vſu*,*& aleatoribus*, ergo comprehendit etiam alios caſus priuilegiatos,quamuis minor ratio eos comprehendi videatur, & ideo Regula generaliter, & ideo inſtrumentum ad fundandam intentionem actoris, non eſſe edenda, comprehendit etiam caſum depoſiti ex *l.*1.*C.depoſiti.*

Probatur quartò,quia Regulæ Generales etiam 37
in cauſa dotis locum habent, vt *l. traditionibus*, *C.de pactis*, locum habet etiam in cauſa dotis, *l.*1. *ff.de vſucap.pro dote*,*l.de diuiſione*,*ff.ſolut.matrim.* ſic prohibitio generalis comprehendit etiam alienationem factam ex cauſa dotis, *l. lex quæ tutores*, *C. de admin. tut.* ergo lex generalis comprehendit cauſam dotis,in illis caſibus, in quibus non reperitur expreſsè priuilegiata, & ideo diſpoſitio *l.ſicut*, *C.de præſcript.*30. *vel* 40. annorum cauſam dotis comprehendit, quia licet dos priuilegiata reperiatur aduerſus præſcriptionem longi temporis, *l. ſi fundum*, *ff. de fundo dotali*, non tamen reperitur priuilegiata reſpectu præſcriptionis 30. annorum, & ideo generalis diſpoſitio *leg. ſicut etiam cauſam dotis comprehendit*, quod videtur probare textum ſecundum vnum intellectum, *in leg. rebus* 30.§.*finali*, *C.de iure dot.* Nouell. *de dote*, *p.*7. *ſpeciali* 1. *colum.*4. Bald. *de præſcript. part.*8. *Cod. principalis.*

Quòd ſi dicas obſtare *regul.*1. *ff.ſolut.matrim.* 38
ibi cauſa dotis ſemper, & vbique priuilegiata eſt, ergo per generalem diſpoſitionem non videtur derogatum priuilegiis alicuius rei, vel perſonæ ſpecialiter conceſſis, *l.*1. §.*ſi quæ* 11.*de Inſtiniano*, *C. confirmando*, *l.*3. *cum gloſſa*, *C. de ſilentiariis*, *lib.*12.ergo lex Generalis dotem non comprehendit, quando ex illa comprehenſione generali ſequeretur præiudicium priuilegiis doti conceſſis, vt aduertit Soccinus Iunior *in rubr. ff.ſolut. matr. num.*37.

Reſpondeo enim quod non fuit mens Iuriſconſulti dicere, quòd in cauſa dotis ſemper per priuilegia procedatur, & nunquam in illa obſeruetur iuris communis diſpoſitio, hoc enim nimis abſurdum eſſet, & fruſtra Doctores laborarent in colligendis priuilegiis dotis, vt bene Curtius Iunior *in l.hæres abſens*, *num.*18. *ff.de Iudiciis*, ſed voluit dicere I. C. quòd in quacunque materia ſemper inueniantur priuilegia doti conceſſa, nam tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, & etiam in delictis doti inueniuntur conceſſa priuilegia, ſed in caſibus, in quibus dos non inuenitur priuilegiata, dicendum eſt obſeruari debere diſpoſitionem iuris communis,vt in ſimili dicit gloſſa *in l.item veniunt* 22. §. *in priuatorum*, *ff. de petit. hæredit.*& dos ſemper, & vbique præcipua eſt, & in ambiguis pro dote iudicatur, *leg. in ambiguis*, *ff. de reg. iuris*, & ſic dicitur præcipua, quia in dubio,aliis cauſis præfertur, argumento *l.placuit*, *C. de Iudiciis*, & dicit Bart. *in dicta l.*11. *ff.ſolut. matrim.*

Neque dicas ſecundò, diſpoſitionem generalem non comprehendere caſus valdè priuilegiatos, *leg.item apud Labeonem*, §. *ait Prætor*, *ff. de* 39
iniuriis,

iniurijs, cap. quamuis vers. quamquam de præb. in 6. cap. quam periculosum de sententia excommunicationis in 6. ergo statutum Lucense generaliter loquens non comprehendit causam dotis.

Respondeo quod antecedens verum est, quando casus priuilegiati reperiuntur expressè priuilegiati, tunc enim non comprehenduntur sub lege generali, quando autem non inueniuntur priuilegiati, generalitas legis comprehendit quascumque causas, & personas, *l. leges sacratissimæ, Cod. de legibus, l. 1. §. quod autem ff. de aleæ lusu quantumcumque alias priuilegiatas, d. l. in fraudem, §. finali, ff. de milit. testam.*

40 Neque dicas cum Altogrado, Andriolo, & alijs Lucense statutum, de quo agimus, interpretantibus obstare textum *in l. si dotare, Cod. ad Velleianum*, vbi Senatus Consult. Velleian. succurrens mulieribus se obligantibus pro alijs fuit conceptum verbis generalibus, *l. 1. ff. ad Velleian.* & tamen *in d. l. si dotare* habetur per dictum Senatus Consultum non procedere in causa dotis, ergo aperte colligitur dispositionem generalem non comprehendere causam dotis, & ita discurrit Negusantius *de pignor. membro 1. par. 8. n. 25.* & post eum Altogradus, Andriolus, & alij, *vbi supra.*

Respondeo enim quod textus *in d. l. dotare* non probat generaliter mulierem promittentem dotem, non iuuari Velleiano, sed tantum id probat, in casu particulari, quando scilicet Mater pro filia dotem promittit: quia hunc casum interpretati sunt Prudentes non includi sub dispositione Velleiani, & ratio est, quia cum Velleianum fragilitati mulieris succurrat, *l. 2. ff. ad Velleianum*, & mater dotem pro filia, non fragilitate; sed potius paterna pietate prædictam dotis promissionem faciat, meritò Prudentes sunt interpretati Mulierem eo casu, non iuuari Vellaiano, Tiraquellus post leges connubiales: *gloss. 8. num. 210.* & sic esset mulier iuuanda Velleiano extra casum prædictum, nisi posteà contrarium Iustinianus *in l. fin. Cod. ad Velleianum* ob rationem ibi expressam, & sic potest retorqueri argumentum, quod causa dotis sub generalitate comprehenditur, nisi per Iustinianum fuisset specialiter excepta, at est excepta in causa fideiussionis, non ergo ad obligationem principalem; ergo statutum Lucense loquens de muliere se obligante pro dote intelligi debet cum requisitis à statuto prædicto.

41 Probatur sexto quod adeo statutum Lucense ad fauorem mulieris disponit, quamcumque obligationem annullando, nisi facta cum solemnitatibus, de quibus ibi; exceptis tribus casibus, de quibus suprà, vt etiam dotis restitutio à viro vxori debeat fieri cum consensu Propinquorum, & cum Iudicis decreto, & hoc tantum facit præsumi contractum vtilem Mulieri, ad notata per D. Altogradum *cons. 28. num. 4.* per Censalium *in decis. Rotæ Lucensis 7. num. 6.* vndè quando Maritus, vel hæres eiusdem soluit mulieri dotem, licet soluat de necessitate, & iure communi loquendo mulier, vel hæres teneatur accipere solutionem, tamē vigore statuti Lucensis, nulliter fieret solutio vxori, & contra formam statuti, & sic vxor vidua non tenetur dotem recipere, & facere quietationem marito, eumque liberare, nisi cum consensu consanguineorum, & iudicis decreto: quia cum tale statutum, in quibusdā casibus singularib. permittat viduis sine consensu propinquorum à debitoribus solutiones recipere, & eos liberare, per consequens omnes casus excludit, vt benè Zuc-
42 carus *decis. 16. num. 11.* & talis consensus consanguineorum à statuto requisitus non sufficit si ante, vel postea accedat, sed in ipsa actus celebratione pro forma requiritur; latissimè Picus ad *statuta Vrbis lib. 1. cap. 151. gloss. 14. numero 10. & 11.* & ante eum Tiraquellus *de legibus connubialibus, glossa 6. numero 3. & 8.* quia regulariter consensus, qui requiritur ad actus validitatem, debet in ipso actu interuenire, nec sufficit si postea interueniat, latè Osaschus *dec. 166. numero 8.* & si minor vellet talem contractum ratificare factum absque iuris solemnitate, talis ratificatio illum conualidaret ex nunc in vim noui contractus, non autem ex tunc & per consequens non posset fieri inuito altero contrahente; sed nouus eius consensus requireretur, Bart. *in l. ab emptione 59. num. 14. ff. de pactis*, Surdus *dec. 70. à num. 12. vsque ad num. 18.* vbi ita refert decisum, *& decis. 205.* Paschalis *de patria pot. par. 1. cap. 6. num. 25.* Ludouisius *decis. 395.* Cencius *decis. 374.* latè Altogradus junior *contr. 10. in fine.*

Sicuti in simili in contractibus minorum in ipso actu requiruntur solemnitates, non ex post facto, *vt de Tutoris authoritate* est textus *in §. Tutor autem*, & ibi D D. in specie Oynotomus *instit. de auth. Tutor. l. obligari, §. Tutor, l. 1. ff. de Auth. Tutor.* sic iudicis decretum debet interuenire in ipso contractu, vel antea, secus postea ex interuallo, Simoncellus *de Decretis, lib. 1. tit. 1. n. 63.* Picus *ad statuta vrbis, cap. 151. glossa 21. num. 12. & 13.* Bertazzolus *de clausulis, clausula 10. gloss. 21. num. 12.* Quod non ita est in Beneplacito Apo- 44
stolico, in alienatione bonorum Ecclesiæ, quia poterit ex interuallo intercedere; Rota *dec. 277. num. 20. tom. 2. p. 4. recentiorum*, Burattus *dec. 394.* Ciarlinus *cap. 173. num. 18.* & supplebit omnes defectus solemnitatis, Rot. *decis. 473. num. 3. part. 2. recent. & in decis. 711. num. 6. tom. 3. part. 4. recent. & decis. 590. tom. 2. part. 5. recent.* & poterit interuenire ex post facto, Surdus *cons. 28. num. 15.* Regens de Ponte *cons. 81. num. 45.* & sequenti latè Villagut *de reb. Eccles. non alien. part. 2. cap. 50. num. 183. & num. 184.* & optime videnda decisio Rotæ Romanæ apud Duranum *Decis. 393. num. 9. 10. & 11.* Ratio est quia de iure Canonico attenditur solum æquitas, & finis, ob 45
quem solemnitates introductæ fuerunt, non autem rigor iuris ciuilis, per quod solemnitates necessariò pro forma in ipsomet actu debent interuenire, & post alios Altogradus junior *contr. 10. n. 43.* & sic post factum contractum beneplacitum Apostolicum obtinere, & eo mediante illud approbare, & aduersarium ad illius obseruantiam absque nouo consensu cogere, ita Villagut, & D D. vbi suprà.

Probatur 7. quia obligatio minoris absque 46
Curatore à Patre designato, vel alio modo constituto, vigore statuti Lucensis *cap. 45. 45. & 58. lib. 2. est nulla sine solemnitatibus decreti &c. l. 3. C. de in integrum restitutione*, & in dict. statuto habetur, quod siuè minor habeat Curatorem, siue non habeat, nulliter contrahit, & idem dicitur *in cap. 50.* eiusdem statuti, vbi in locum Tutorum deficientium alij subrogari debent; Quod si maiorem ætatem Pupillus expleuerit, si tamen Pater dixerit, vt in tutela remaneat vsque ad annum 25. non poterit, nisi tali tempore expleto, contrahere, *ex lib. 2. statutorum, cap. 45. & 58.* vbi dicitur, quod minoris obligatio tunc valet pro dote, quando ipse minor tenebatur dotare, Rota Romana apud Picum *ad statuta vrbis decis. 16. & dec. 62. n. 29. & 30.* Gabriel *cons. 20. n. 23. lib. 4.* & nos versamur in dotatione voluntaria, vnde dicitur fra-

Item donare, quia donatum eſt, quod nullo jure cogente fit, *l. donare, ff. de regul. juris*, vbi Decius, & Cagnolus, & latè Conſalius *in deciſ. Lucenſi 66.* per totam; ergo alienatio bonorum minoris nulla eſt ſine debitis ſolemnitatibus §. 1. *inſt. de auth. Tutor.* §. *nunc admonendi, inſt. quibus alienare licet, vel non*, §. *pupilli inſtit. de inutilibus ſtipulat. l. Pupilli ff. de ſolut. l. non omnis*, § *finali ff. ſi certum pet.* etiam quoad ſimplicem bonorum poſſeſſionem, *l. Pupilli* 11. ibi nequidem quoad ſimplicem bonorum poſſeſſionem, *ff. de acquir. rer. domin.* poſt alios Didacus Narbona *de ætate annor. 25. q. 5. à n. 7. 8. & 9.* per quas nullum transfertur dominium, nullaque poſſeſſio, nullumque illis præiudicium infertur *l. 2. vbi gloſſa, C. de prædijs minorum, l. lex quæ Tutores, C. de admin. Tut. l. magis puto*, §. *minor, ff. de obl. eorum, l. in cauſæ la 2. ff. de minoribus*, Guttierez *p. 2. de tutelis, ca. 5. n. 8.* Farinacius *in repertorio de contractibus quæſt. 14. n. 55.* Thomaſius *de Tutore, & Curatore, tra. 7. c. 19. n. 515.* Narbona
47 *de ætate annor. 25. n. 3.* & poterit minor non ſolum rei vendicationem proponere *d. l. magis puto*, §. *manet*; ſed etiam iudicis officium implorando, contractum nullum declarari facere, ad reſtitutionem bonorum, vnà cum fructibus perceptis, & percipiendis, iuxtà practicam poſitã per Speculatorẽ *ad tit. de reb. Eccl. non alienandis in pr.* Farinacius *de contr. q. 14. n. 54.* & licet aliqui putent, contractum vtilem Pupilli non ſubiacere ſolemnitatibus de jure requiſitis, tamen quando eſt contractus alienationis ſtabilium, licet ſit vtilis Pupillo, tamen ſubijcitur ſolemnitatibus iure requiſitis, vt bene Ioſeph. Altogradus *contr. for. contr. 8. n. 6.* D. Hodierna *ad Surdum d. 278.* D. Andreolus *cõt. 136. n. 10. p. 2.* Tho-
48 rus *to. 3. p. 1. in verb. decretũ*, vbi ait, quod ob maximã, & exceſſiuã vtilitatem fuit in vna cauſa iudicatum pro validitate contractus, & nihilominus pendet reclamatio, D. Merlinus *to. 2. c. 74. n. 13.* Narbona *de ætate annor. 25. q. 5. n. 4.* Bottiglierius *c. 2. theoremate 82. n. 11.* Sperellus *dec. 154. n. 11.* Altogradus junior *contr. 8. n. 9. per totam*, vt patet in bonis Eccleſiæ, quæ etiam in euidentem vtilitatem
49 Eccleſiæ, nequeunt alienari abſque debitis ſolemnitatibus, *c. ſine exceptione 12. q. 2. c. nulli de reb. Ecc. non alienandis, Auth. hoc jus, C. de ſacroſ. Eccl.* Altogradus Senior *conſ. 26. n. 35. lib. 1.* ergo multominus poterunt alienari bona minorum abſque debitis ſolemnitatibus, quod bene probat Altogradus iunior *d. contr. 8. n. 14.* reprobans Villagut diſtinguentem inter alienationem bonorum Eccleſiæ, & bonorum Pupilli, & *contr. 9.* latè explicat an bona Pupilli poſſint alienari, quando fuerint vendita reſeruato dominio à venditore, & quid importet talis dominij reſeruatio, & *cont. 10.* latè agit de contractu facto à minore ſine debitis ſolemnitatibus ſtatutarijs.

Itaque non ſufficit contractum vtilem eſſe minori, vel mulieri, ſi fuerit factus abſque debitis ſolemnitatibus ſtatuti, vt bene Lambertinghus *gloſſ. 3. num. 50.* & ſe refert ad gloſſam finalem *quæſt. 50. nu. 165.* & licet ipſe *num. 168.* affirmet valere, tamen communis eſt negatiua, de qua Altogradus junior *contr. 8. & contr. 14. n. 15.* qui diſputat quid de hæreditate lucroſa, an poſſit adiri abſque conſenſu à ſtatuto requiſito.

50 Nec ſufficit propinquos interueniſſe, ſed oportet, vt propinqui notitiam habeant eius, quod geritur, & vtilitatem induci contrahenti, vt latè Lambertingus *de contractibus gloſſ. 7. in verbo conſenſus num. 5. & 6.* Carpanus *ad ſtatuta Mediolanenſia cap. 320. num. 157. lib. 1.* Merlin. *dec. 887. n. 7.* Altogradus junior *d. contr. 14. n. 33.*

Quod ſi dicas in præſenti D. Paulum non fuiſ- 51
ſe minoris ætatis, nec ipſa Angela; ergo ad quid deſeruit diſcurſus huius ſeptimæ probationis.

Reſpondeo D. Paulum tempore obligationis vix exceſſiſſe per ſex dies maiorem ætatem; vnde adhuc dicebatur minor; & vti talis conſiderandus, ad notata per Ioannem Theodorum Spergerum *in ſuo tract. de modico, cap. 6. num. 3.* ibi ſpatium quatuor, aut quinque dierum, quod in iure modicũ eſt, non obeſt illi qui ſecum poſtea agendi facultatem facit, *l. 8. ff. ſi quis cautio*, & modici temporis præſentia habetur pro abſentia, *l. 15. §. finali, ff. ex quibus cauſis maiores*, & faciunt adducta per Antonium Corſettum *in tract. de minimo*, & ad notata per Tiraquellum in ſuo tractatu de rebus exiguis, & notata per Dianam *tom. 5. tract. 10. reſol. 19.* & ponderandus eſt textus *in l. ab hoſtibus*, §. *ſed quod ſimpliciter, ff. ex quibus cauſis in integrum reſtitutione, &c.* quem ad propoſitum ſimile ponderauit olim Diſcipulus meus Carolus Bottiglier. *de ſucceſſ. ab inteſtato, cap. 1. theoremate 38. à num. 21. fol. 172.* quia 52
modicum in jure noſtro non conſideratur ex iuribus, quæ allegat, & licet minor non poſſit contrahere ſine ſtatuti ſolemnitatibus, tamen fallit quando contractus eſt iuratus, *gloſſ. notabilis in ca. cum non deceat de electione in 6.* poſt alios Bottiglierius, *cap. 2. theoremate 60. num. 4. & ſeq.* & non obſtante juramento non denegatur minori contrahenti reſtituto in integrum, Bottiglierius *vbi ſuprà, theoremate 62. per totum*, poſita tamen læſione, ſicuti in fideiuſſione facta per minorem cum iuramento, dari in integrum reſtitutionem dicit Regens Capicius Latro *conſult. 45.* Bottiglierius *vbi ſuprà, num. 21.* ergo cum contractus factus à D. Paulo ſit per ſex dies poſtquam maior factus fuit, & nullum interceſſit juramentum in Alborano, vt patet, ac maxima læſio, cum non tenebatur dotare, exiſtente Patre viuo, ac Matre potentibus ſoluere, per conſequens vigore ſaltem reſtitututionis in integrum ad contractus reſciſſionem, quatenùs opus eſſet, nullus dubitare poterit.

Probatur octauo, quia tale chirographum nihil 53
probat niſi fuerit legitimè recognitũ, & debet iurare, & examinari in termino probatorio, aliàs nihil probaret chirographum dotis promiſſę, ex notatis à Cenſalio *dec. 50. num. 23. & 24.* & addit Cenſalius *num. 26.* quod dotis promiſſio debet conſtare, non per apocham priuatam ſubſcriptam à futuro marito, & dotis promiſſore, ſed per publicum inſtrumentum, vel per apocham trino teſte ſignatam, ad text. *in l. in contractibus*, §. *ſed quoniam, Cod. de non numerata pecuniâ*, Fontanella *de pactis nuptialibus, clauſ. 4. gloſſ. 26. tom. 1. num. 31.* ergo cum non fuerit talis promiſſio D. Pauli non poterat ſequi condemnatio, ideo per ſtatutum Lucenſe *123. lib. 1. ſtatutorum* ille quĩ obligatur per ſcripturam recognitam, quæ habet vim inſtrumenti publici, non poteſt audiri, niſi præſtita fideiuſſione, & quando conuenitur ex ſcriptura priuata ad id non tenetur, latè Cenſalius *vbi ſuprà*, at nos ſumus in Albarano, quod non eſt, niſi priuata quædam ſcriptura; ergo, & in muliere ſe obligante nulla authoritatis iudicis interceſſit requiſita per ſtatutum Lucenſe *cap. 39. lib. 2.*

Addo, quod in hoc Albarano mihi præſentato 54
per partes reperitur taliter ſubſcriptum, ſcilicet Ioan. Paulo Butdraghi *comẽ ſopra*; neque reperitur illud verbum obligo me, vt ſupra, quod diſputatum vidi apud Hiſpanos, vt refert D. Ioannes

Chriſtophorus

Christophorus de Suelues, *tom.* 1. *conf.* 70. & post eum D. Iosephus de Ninno de Albarano §. 10. *per totum*, *post tractatum D. Francisci de Cuonca de deposito*, qui *litt. A*, dicit, quod subscri-
55 bens propria manu operatur, ac si ipse scripsisset ex Alexandro *conf.* 147. Mascardo *concl.* 113. *nu.* 17. Surdo *decis.* 265. *num.* 25. *& conf.* 61. *num.* 31. Card. Tusco *litt. S. concl.* 761. *&* 762. & se subscribendo censetur omnia contenta in scriptura approbare, & fateri Mascardus *concl.* 1358. *nu.* 62. *& concl.* 1247. Nicolaus Intrigliolus, *dec.* 15. *num.* 43. Decianus *conf.* 29. *num.* 30. *& seq. lib.* 2. nam subscriptio idem operatur, ac scriptura propria, *l. pluribus, ff. de verb. oblig.* Ofasch. *d.* 37. *n.* 9. Bart. *in l. emptor*, §. *Lutius, ff. de pactis, notab.* 20. Cuonca ad Albaranum *litt. A*, *per totum*, tamen vt bene Caldas Pereyra *de empt. & vendit. quæst.* 6.
56 id non procedit quando subscribens non legit scripturam, eiusque tenoris notitiam non habet, quia tunc consentire non censetur, *l. finali, Cod. plus valere quod agitur*, *&c.* Mascardus *conclusione* 1342. *num.* 16. & ignorantia subscribentis præsumitur, Mascardus *vbi suprà*, Caldas Pereyra *vbi suprà*, *cap.* 6. *num.* 21. præsertim in D. Paulo, qui subscribendo dixit, *vbi suprà*, quod potest referri ad testem, & ad obligationem, & cum simus in dubio potius ad eum veluti ad testem, quàm ad principalem obligatio referri debet ex notatis per Ninno de Albarano, §. 10. *& sequent.* per Suelues *dicto consilio* 77. & Caldas *loco citato*, cum concordantibus, & alios in additionibus ad Nino de Albarano *lit. A.*

57 Et quia audio fuisse condemnatum Dominum Paulum, deducto ne egeat ex persona propria, & qui deducto ne egeat tenetur, carcerari non potest, ad notata *in leg. verum*, *ff. pro socio*, Thesaurus *decisione* 11. & omnium latissimè Dom. Altogradus *tomo primo*, *consilio* 39. *per totum*, & de fratribus vtrinque coniunctis omnes affirmant de consanguineis aliqui etiam disputant, sed communis affirmat, non posse carcerari, quia tenetur frater vtrinque coniunctus, & consanguineus alere fratrem consanguineum: ergo tenetur deducto ne egeat, ergo non potest carcerari, in vterinis etiam puto, quia concurrit obligatio alimentorum.

Sed peterem ly deducto ne egeat, & in quam non potest Paulus, vel cadit ad obligationem dotis primo loco factam, & hoc non potest procedere, quia nulliter facta, & in hac dote concurrent plura specialia contra textum *in lege prima*, *Cod. de dotis promiss.* Etenim in primis per verbum futurum se *obligaranno*, induceretur dotatio: secundò contra formam statuti Lucensis: tertiò vbi per sex dies excesserat minorem ætatem: quartò quando dubitamus de obligatione: quintò quando Patre viuente obligatur: sextò non excussis bonis patris, & matris, quæ dotare tenebantur, si verò ly deducto ne egeat, respicit præsentem obligationem dotandi sororem, nunc soror est vidua habet sua propria bona, ergo non tenetur Paulus illam dotare, &c.

Quare, &c.

DISCEPTATIO CXIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua hic.*
2 *Quinque articuli iuris proponuntur in præsenti disputandi.*
3 *Pater non potest in suo testamento, infantes obligare ad negotiandum.*
4 *Societas non transit ad hæredes, nec vigore pacti.*
5 *Societas casu quo transierit ad hæredes, finiretur vno ex eis mortuo.*
6 *Societas contrahi non potest inter minores, vel reuocari sine solemnitatibus, de rebus minoris loquentibus.*
7 *Societas semper præsumitur in lucro quousque administratores computa non reddiderunt.*
8 *Pupillus etiam cum iussu Patris non contrahit, nec continuat societatem.*
9 *Sociorum personæ semper videntur approbatæ inter se, quando possunt approbari.*
10 *Societas tacita, vt dicatur continuata, quæ requirantur.*
11 *Societas non intelligitur reuocata nisi adimpletis conditionibus requisitis in principio ipsius.*
12 *Minor restitutionem habet in integrum pro non adimpleto præcepto testatoris.*
13 *Tutor debet facere interponi decretum Iudicis pro continuanda societate à testatore imposita in bonis minoris.*
14 *Decreti interpositio in bonis minorum requirit causæ cognitionem.*
15 *Decreti interpositio in bonis minoris in pluribus casibus non requiretur.*
16 *Decretum non requiritur, quando socius maior prouocat ad diuisionem minorem.*
17 *Creditores Pupilli qui contraxerunt cum tutoribus an teneantur probare pupillos factos locupletiores, præsertim si contraxerint pro societate.*
18 *Socij qui sunt inhabiles ad societatem obligantur quando probatur pecuniam conuersam esse in vtilitatem sociorum.*
19 *Decretum Iudicis in obligandis pro societate bonis pupillorum, requiritur.*
20 *Minori competit restitutio ad repudiandam hæreditatem paternam pro suis creditis consequendis.*
21 *Restitutio de qua suprà, competit aduersus omnes contractus factos à minore.*
22 *Quadriennium, quod competit aduersus minorem quando incipiat, & quid quando competit Ecclesiæ, vel vniuersitati.*
23 *Filius, qui hæreditatem Paternam adiecit, quando possit repudiare.*
24 *Minori competit quadriennium post quam factus est à vigintiquinq; annis, non obstante statuto limitante maiorem ætatem in 18. anno, vt in Regno nostro.*
25 *Minor restituitur in integrum aduersus aditam hæreditatem, quamvis maior factus aliquod exegerit à creditoribus hæreditariis.*
26 *Restitutio concessa minori aduersus hæreditatem aditam quæ soluit, quando repetat.*

27 *Creditores de quibus in præſenti, an, & qualiter excludantur.*
28 *Legitima qualiter debeatur deducto ære alieno.*
29 *Aduerſariorum argumenta contra ſupradicta adducuntur.*
30 *Donatio facta abſenti poſt acceptationem reuocari non poteſt.*
31 *Teſtes mortui maiorem fidem in iudicio faciunt.*
32 *Teſtis depoſitio facta in articulo mortis quando, & qualiter probetur.*

ARGVMENTVM.

Societas qualiter, & quando tranſeat in hæredes, quid ſi patris præceptum fuerit, vt tranſeat? quid ſi hæredes, ſint minores, vtrum requiratur Iudicis decretum? Minoribus contra tale præceptum paternum an competat reſtitutio in integrum? Decreti interpoſitio qualiter fieri valeat? Societatis creditores quando teneantur probare pecuniam conuerſam in utilitatem ſocietatis? Filio minori quando detur reſtitutio aduerſus hæreditatem paternam aditam? Quadriennium ad reſtitutionem in integrum à quo tempore currat, ſi per ſtatutum fuerit maior erat limitata.

PRO

Patribus de Arrigo.

CVM

Creditores ſocietatis Dominici de Arrigo, & Ioan. Baptiſtæ Campanaro.

FACTVM.

1 PRo facti ſpecie ſupponitur Dominicum de Arrigo feciſſe vltimum ſuum teſtamentum in quo hæredes inſtituit vniuerſales tres filios maſculos nempe Thomam Antonium annorum nouem circiter, Franciſcum annorum ſeptem, & Didacum annorum quinque poſt quos hæredes inſtitutos in eodem teſtamento inſſit, atque diſpoſuit eoſdem ſuos filios continuare debere ſocietatem cum Ioanne Baptiſta Campanaro ab ipſo teſtatore cœptam, & hoc per alios annos decem vſque quo Thomas Antonius eſſet maioris ætatis, addendo in eadem ſocietate alium conſocium, putà Antonium Coppula vnum ex tutoribus relictis per eundem Dominicum, ea tamen conditione appoſita, vt poſt ſuam mortem fieri deberent ſolita computa primæ ſocietatis ab initio contractæ per eundem teſtatorem, nunc rebus ſic ſtantibus ſocij continuantes ſocietatem multa contraxerunt debita filij quondam teſtatoris prætendunt ſuas legitimas, & portiones ſibi debitas eo quod non potuiſſet Pater infantes pupilli obligare contrahere, vel ſtare in ſocietate, eo magis quod nullum decretum Iudicis fuit interpoſitum videndum an expedierit pupillis contrahere, & ſtare in ſocietate, nec probatur locupletiores factos pupillos ex tali ſocietate contracta, vel continuata, nec in debitis contrahendis ſit interpoſitum decretum fore, & eſſe vtile contrahi talia debita ex cauſa neceſſaria, & tanto magis, quod pupilli prædicti poſt multum temporis ſpatium, renunciarunt hæreditati paternæ cognoſcentes eſſe damnoſam, debitiſque implicatam per viam reſtitutionis in integrum infrà legitima tempora, & petierunt eorum credita anteriora, ob quod non poſſe moleſtari à creditoribus ſub prætextu quod contraxerunt cum prædictis pupillis, eorumque Patre, & quod debitum paternum extinctum ſit etiam per viam reſtitutionis in integrum, ideóque filij prædicti contra creditores ſua iura, & credita defendentes, petunt, vt anteriores eſſe præferendos, & in bonis remanſis ad excluſionem debitorum contractorum in ſocietate, & ſic plures formantur articuli iuris diſputandi.

Primum eſt, an Pater in teſtamento potuerit 2
filios obligare infantes ad negotiandum.

Secundus eſt, an dato quod potuiſſet obligare teneretur tutor interponi facere decretum Iudicis quo mediante declararetur eſſe expediens negotiationem ſequi.

Tertius eſt, an poſito quòd tutores diuerſa debita contraxerint, teneantur creditores probare ex pecuniis creditis locupletiores factos fuiſſe pupillos.

Quartus eſt, an in debitis contrahendis tenerentur creditores interponi facere decretum eſſe expediens pro pupillis contrahi talia debita ex cauſa forſitan neceſſaria extinctionis aliorum debitorum.

Quintus articulus eſt, an pupilli poſt multum temporis ſpatium infra legitima tamen tempora petendi reſtitutionem in integrum potuiſſent repudiare hæreditatem, & credita ſua anteriora prætendere.

Circa primum articulum an potuerit Pater in teſtamento filios obligare infantes ad negotiandum?

Reſpondeo non potuiſſe: quia ſocietatis na- 3
tura hæc eſt, vt morte finiatur *lege prima, ff. pro ſocio, & caſu quo dicitur*, vt duret vſque ad vitam ſociorum dicitur perpetua licèt impropriè Soccinus *conſ.* 84. *num.* 5. *&* 6. *volum.* 3. Franciſc. Monia Prat. *controu. for. controu.* 18. *num.* 72. *quæſtione* 2. & adeò eſt morte finienda vt ad hæredem tranſire non poſſit, §. *ſoluitur inſtit. de ſocietate, leg. actione* 56. §. *morte, ff. pro ſocio*, quod etiam procedit ſi plures ſint ſocij, nam morte vnius extinguitur ſocietas etiam quoad ſuperuenientes, *d.* §. *ſoluitur, &* §. *morte*, Bald. *conſ.* 448. *volum.* 4. Surdus *conſil.* 20. *volum.* 1. *numero* 3. 4
immò nec ex pacto poterit tranſire ad hæredes, *lege nemo poteſt, leg. adeo, leg. ſi fratres*, §. *idem reſpondit, digeſtis pro ſocio*, & aſſignatur ratio à Bartol. *in dicta lege Adeò*, nam ſi tranſiret ad hæredes, impediretur teſtamenti factio

quod

quod bene probat text. *in dict. l. si fratres*, §. *idem respondit, il* 1. quod sanè procedit in societate omnium bonorum secus vero in societate vnius negotij, quia per dispositionem aliquorum non impeditur testari de aliis Oldradus *consil.* 139. Crau. *cons.* 19. Ozasch. *dec.* 100. *n.* 26. Gratian. *cap.* 276. *vol.* 2. Reg. Capyc. Latr. *decis.* 26. *an.* 20. *cum seqq.*

Et dato quod societas ex dispositione testatoris
5 transiret ad hæredes continuatiuè tamen finitur mortuo vno ex hæredibus deinde Trombetta *c.* 6. *de societate*, *num.* 15. *&* 22. Dec. *consil.* 441. est enim in societate electa industria personæ quæ non ita transit ad hæredes, non enim potest scire quis an hæres sit futurus bonus diligens, & industriosus sicut erat ipse Pater Trombetta *vbi suprà*, *c.* 6. *n.* 25. Thesaur. *dec.* 241.

6 Probatur secundò, quia societas à principio contractu inter aliquos vno ex eis mortuo relictis filiis minoribus (vt in casu nostro) non potuit, nec expressè, nec tacitè contrahi siue renouari nisi accedentibus solemnitatibus requisitis à iure communi, vel à iure municipali in alienatione bonorum minoris, vt ex pluribus authoritatibus dicit Cardin. Mantica *lib.* 6. *de tacitis rit.* 261. *num.* 25. *vers. cum pupillis autem*, & Hector Felic. *de societ. cap.* 41. *num.* 4. Rot. Romana apud Buratt. *decis.* 467. *num.* 2. nouissimè in puncto huius nostri casus Ioannes Maria Vermigliolus *cons.* 163. *n.* 3. societas enim non potest à pupillis, & minoribus post ætatem adultam, & maturam haberi rata, nisi solemnitatibus interuenientibus, cuius ratio est, quia cum ratione contractus societatis vnica competat vtrisque sociis actio non est admittendum, quod prædicta re non integra, sed postquam viderint societatem fuisse lucrosam quærant lucrorum communicationem, vbi verò viderint eam fuisse læsiuam illius contractus impugnare liceat, vt ex pluribus affirmat Hector Felicius *cap.* 3. *de societate*, *num.* 16. *cum seqq.* nam alioquin admitteretur societas leonina regulariter non admittenda Felic. *cap.* 41. *num.* 15. Vermigliolus *loc. cit. n.* 50.

7 semper enim societas præsumitur in lucro quousque administratores non reddiderint rationes computorum, Soccin. *consil.* 24. *num.* 41. *lib.* 1. Hector Felicius *cap.* 20. *de societate*, *num.* 12. & *cap.* 24. *num.* 33. & *cap.* 31. *num.* 66. Magon. *decis. Lucens. prima*, *num.* 35. Rot. *in Florentina pecuniarin* 23. *Ianuarij* 1617. *coram Vbaldo*, Vermigliolus *consil.* 255. *n.* 2.

8 Probatur tertiò, quia pupillus etiam iussu Patris non contrahit, nec continuat societatem Leonardus Duardus *de societate*, *lib.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 1. *concl.* 3. *num.* 30. & licèt hæres adeundo hæreditatem censeatur obligari ad omnia ordinata in testamento nihilominus id verum est quando iura non resistunt, nam ius resistit pupillorum obligationibus, vt in casu nostro, nec tanta in testatore adest authoritas, vt possit eius iussu in pupillo consensum inducere, vt post Felic. *dict. cap.* 3. *num.* 36. dicit Duardus *loc. cit.* & idem Felic. *num.* 24. qui

9 latè, & in puncto loquitur semper enim in societate tamen de nouo facienda non continuanda personæ sociorum inter se approbatæ censentur à consociis Alexand. *consil.* 113. *num.* 5. *lib.* 4. Ruin. *consil.* 107. *num.* 14. *lib.* 1. Hondedeus *consil.* 90. *num.* 32. *lib.* 2. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 62. Rota Romana *coram Lancellotto de qua Vermigliolus*, *consil.* 419. *num.* 50. Dummodo potuerint approbari personæ prædictæ, quod secus est in casu nostro, vbi stante inhabilitate personarum pupillorum non potuerunt approbari eorum gesta, vt dicunt Doctores *vbi suprà*.

Probatur quartò, quia societas tacita, vt dica- 10
tur continuata plura requiruntur. Primò, vt non sit mutata forma negotiandi dant exemplum Doctores de inscriptione librorum putà si priùs fieri solebant nomine communi; deinde cœpit fieri liber nomine proprio, vt ait Alex. *consil.* 132. *num.* 9. *lib.* 5. Ruin. *consil.* 11. *num.* 6. *lib.* 2. Dec. *consil.* 21. *num.* 6. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 121. *num.* 96. *lib.* 2. & *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 57. *num.* 13. quia difformitas in modo agendi inducit difformitatem consensus *l. Paulus respondit*, *ff. rem ratam haberi*, *l. aduersus*, *C. de vsuris*, vt cum personis habilibus veniemur, quia non est, nec potest dici continuata cum personis cum quibus fieri non potest, vt cum infantibus minoribus, furiosis, &c. qui contrahere prohibentur; tunc enim nec expressè, nec tacitè etiam testatoris accedente iussu poterit contrahi, contractáque dici, vt post alios Blasius Michalorus *de fratribus*, *part.* 2. *cap.* 44. *num.* 13. *cum seqq.* sic est in casu nostro, vbi pupilli erant filij testatoris, quibus non poterat per Patrem imponi continuari societatem. Tertiò, requiritur ad hoc vt contracta societas, & continuata præsumatur, vt adimpleuerit socius ea omnia pacta, & conuentiones, quæ ex conuentionibus adimpleri potuissent, quia qui non adimplet adimplenda videtur recedere à contractu *leg. Iulianus*, §. *offerri*, *ff. de action. empt.* & in puncto Alexander *de societate*, *consil.* 76. *num.* 7. *lib.* 5. Decian. *consil.* 50. *num.* 44. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 121. *num.* 99. Gozzadinus *consil.* 94. *num.* 50. & qui asserit adimpleuisse pro eius parte adimplenda debet probare Alexand. *consil.* 101. *lib.* 3. Corn. *consil.* 113. *lib.* 1. Crauett. *consil.* 248. provt etiam dicimus quod si quis asserat locationem fuisse renouatam debet priùs ostendere omnia pro eius parte adimplenda fuisse adimpleta, Crauett. *consil.* 65. *num.* 3. Ruin. *consil.* 78. *num.* 3. & 167. *num.* 22. *lib.* 1. vt in casu nostro dictum fuit, vt continuaretur societas quando essent computa data quæ data non fuerunt in casu nostro, ergo, &c. Quartò, requiritur vt si aliqua requisita sint necessaria in renouatione, vel constitutione, non intelligatur, nec renouata, nec constituta, nisi adimpleto illo requisito Crotus *consil.* 15. *num.* 15. Ruin. *consil.* 91. *in fine*, *volum.* 1. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 85. *num.* 31. Felic. *c.* 41. *num.* 23. Michalorus *de fratribus*, *cap.* 44. *num.* 12. & sic est in casu nostro, vbi fuit dictum continuandam societatem per filios, redditis prius computis, quæ tamen non fuerunt reddita, vt in 11
facto supponitur: ergo apparet vera conclusio iuris nullo modo censeri renouatam societatem, si non redditæ sint rationes, siue bilantia provt solitum erat fieri antequam noua societas inciperet, vt bene Paul. de Castr. *consil.* 73. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 121. *num.* 97. Felic. *de societate*, *cap.* 41. *n.* 20. Michalorus *cap.* 44. *num.* 7. in omni enim casu etiam renouationis societatis, vel constitutionis à principio factæ semper intelligitur cum pactis conditionibus, & modis, cum quibus à principio fuit ordinata, & multo magis iustum, vt continuaretur ex *l. item quæritur*, §. *qui impleto*, *ff. locati*, *l. Labeo. ff. de arbitris*, *l. in his*, §. *vxor*, *ff. solut. matr.* Capic. Latr. *consult.* 73. *tom.* 1.

Nec prætermittendum puto, quod minori com- 12
petit restitutio aduersus spretum præceptum testatoris, puta quod dixisset testator esse continuandam societatem, & ille non continuasset; potest tunc per viam restitutionis in integrum venire aduersus testatoris præceptum Franc. Cyriac. *controuers. for. contract.* 451. *num.* 96. Fusar. *de substit. quæst.* 585. *num.* 3. & 5. Martius Venturinus *con-*

ſil.49.num.30.cum ſeqq. ergo in caſu noſtro licèt valuiſſet teſtatoris præceptum de ſocietate per pupillos continuanda(quod non valet *vt ſuprà*,dicebamus) tamen operari non poteſt quin ipſi pupilli per viam reſtitutionis in integrum venire non poſſint aduerſus tale præceptum teſtatoris, vt in puncto fundant Doctores *ſuprà* citati.

13 Circa ſecundum articulum an poſito quod Pater potuiſſet obligare pupillos ad ſocietatem continuandam fuerit obligatus tutor interponi facere decretum Iudicis eſſe, ſcilicet expediens pupillos prædictos negotiari.

In quo articulo abſque dubio reſpondeo affirmatiuè, nam decretum Iudicis in alienatione bonorum minoris interponendum nihil aliud eſt, quàm iudiciariæ authoritatis interpoſitio cauſa cognita ſuper eo, quod poſitum eſt, nec verſatur in abſoluendo, vel condemnando,vt in definitiua, ſed affirmando quid iuſta ex cauſa actum ſit vt bene Alciatus *lib.2. Paradonorum, cap.3.* Caroſ. *in l.prima, num.5. ff.de offic.aſſeſſ.* Menoch. *de recup. poſſ. remed.15. num.143.* Montan. *de tutelis,*
14 *cap.33. num.557. & 558. & ſeqq.* & decreti interpoſitioni cauſæ cognitio, tanquam antecedens neceſſario præcedere debet Viuius *dec.22. num.2.* Card.Mant. *de tacit.lib.4.tit.6.num.16.* Cald. Pereyra *de empt. & vendit. cap.13. num.48. & ſeqq.* repetentes *eorum in rubrica, C.de præd. minor. ſine decreto non alienandis, & in rubrica, ff. de reb. eor.* qui ſub tutela, & cura ſunt, & Hiſpani omnes *in l.18. tit.16. partita 6. & in l.60.tit.18.part.3.* quod quidem decretum in omnibus negotiis interuenire debet, licet in aliquibus caſibus non re-
15 quiratur,quos caſus ſpeciales enumerant noſtrum, & primò, quando teſtator permiſerit alienationem *l.prima, §.primo, ff.de rebus eorum, l.1.& 2. C.quando decreto opus non eſt,* Vaſq.*de ſucceſſ.creatione, §.10. num.75. & 76.* Guttierrez *part.2. de tutel.cap.5.num.62.* Trentacinq. *var.reſol.reſol.9. num.21.* Gratian.*deciſ.121.* Surd.*deciſ.77.* & *conſil.191. num.19. & 20.* Simoncellus *de decretis, lib.2.tit.6.inſpect.11.& lib.3.tit.8.inſpect.4.n.30.* Caſtill. *lib.4. quotid. cap.61. num.24.41. & 45.* inter quos caſus, eſt in conſequentiam præcedentis contractus, putà ſi tradatur res minoris à tutore,eo quod teſtator eam vendiderit, vel teſtamento alienauerit *l. fiſtulas 78. §.primo, ff.de contrah. empt.* Gratian. *dict. deciſ.131.* Caſtill. Guttierrez *vbi ſuprà*, vel quando Pater retrouendere tenebatur Giurb. *deciſ.69. à num.5.* nec requiritur decretum quando ſe obligauerit vt hæres Patris *dict. l.prima*; & *d.l.fin. C. quando decreto opus non eſt, d.l.fin. de rebus eorum*, Card. Put. *dec.105.part.1. num.2.tom.1.dec.776. num.3.* qui loquitur in caſu quo minor ſe obligauit, ſeu in ſe ſuſcepit onus ſoluend. euictione rei à Patre ſuo venditæ, & euictæ, ſed inter caſus prædictos alioſque enumeratos per Simoncellum *vbi ſuprà*, quod Vaſquium *dict.* §.10. *num.78.* per Trentacinq. *loc. cit.* per Montan.*dict.cap.33.de tutelis,à num.427.*vbi *26.* caſus enumerat, inter quos caſus non enumeratur caſus,de quo in præſenti, ergo apertè probatur in obligatione de qua in præſenti requiri decretum Iudicis, cum à regula, de qua *ſuprà*,non ſit exceptuatus hic caſus.

16 Confirmatur hoc ipſum, quia quando ſocius maior pronocat ad diuiſionem non requiritur decretum ex *l.prima, §.ſi communis,ff.de rebus eorum, & l. penult. C. de prædiis minor.* non alia ratione, niſi, quia non agitur de obligatione facienda, ſed in caſu noſtro agitur de obligatione inducenda, quæ à teſtatore non poterat induci *vt ſuprà*, probauimus, ergo requireretur decretum Iudicis in caſu noſtro, vt videremus in caſu noſtro coram iudice, an obligatio prædicta eſſet in vtilitatem minoris,ſcilicet contractus factus per ſocios, ſicut in ſimili dicimus in bonis minoris, abſque ſolennitatibus iuris non poſſe conſtitui ius centum,&c. Rodrig.*lib.1.de annuis reditibus,quæſt.4.* Felicianus *de cenſibus, tom.1. lib.2. cap.3. num.3.* Auendan. *de cenſib.cap.81.* Petr. Gregor. *quæſt.5. de cenſibus in addit. num.104.* Cenc. *de cenſib. part.1. cap.2. quæſt.1. ar.2. num.2.* etiamſi minor locupletior factus ſit, & ſic de aliis obligationibus non poſſint contrahi ſuper bonis pupilli ſtabilibus, vel mobilibus pretioſis dicunt Doctores *vbi ſuprà*, niſi probetur verſam,vt latè Gaſpar Hermoſilla ad Gregorium Lopez *fol.33.tom.2.*

Circa tertium verò articulum an poſito quod 17
tutores diuerſa debita contraxerint teneantur creditores probare ex pecuniis creditis locupletiores factos fuiſſe pupillos in quo articulo. Reſpondeo affirmatiuè, quia ſocios, vt alios ſocios minores poſſit ſibi ipſi obligare, & creditoribus oportet,vt demonſtret contractum factum cum creditoribus verſum fuiſſe in ſocietatis beneficium *l. iure ſocietatis, ff.pro ſocio*, Petr.de Vbaldo *de duobus fratribus, part.9.num.1.*Menoch. *conſ.375.* Trombetta *de ſocietate, cap.5. num.2. & 21.* Petr. de Peruſio *de duobus fratribus; quæſt.1.*Specul.*in tit. de Iudic. lib.4. §.ſequitur verſ. quid ſi duo fratres, num.7.* quod ſanè intelligitur hoc modo,nam ſi ſocij ſunt maiores, & habiles ad contrahendum tunc, vt inter eoſdem ſocios obligatio oriatur requiritur, vt pecuniam probetur conuerſam in ſocietatem, ſed, vt oriatur obligatio inter ſocium, & extraneum contrahentem non requiritur hoc, quia obligatur ſocietas licèt pecunia non ſit in ſocietatis vtilitatem conuerſa, at quando ſocij ſunt inhabiles ad 18
contrahendum requiritur, vt probetur pecuniam fuiſſe conuerſam in vtilitatem ſociorum Reg. Capyc. Latr. *conſult.95. tom.2.* etiam in actione reali Surd. *deciſ.213.* Theſaur.*lib.4. quæſtionum forenſ. quæſt.30.* Hodierna ad Surdum *in dict. deciſ.213.* etenim ſocietatis tenor eſt attendendus *l. ſocietates contrahuntur*, & *l.cũ duobus alias*, incipit,*ſi fratres, ff.item morla, ff.pro ſocio*, Mantic. *de tacitis, lib.6. tit.4.num.1.*& qui cum ſocio contrahit cautus eſſe debet, & ſocietatis formam inſpicere, & an in ea appareat authoritas alios obligandi, aliàs ſibi imputare debet Bald.*conſil.128.lib.5.*Petr.de Vbaldo *de duobus fratribus, part.9. num.5.* Felic. *de ſocietate,cap.30.n.9.&* 10. Capyc.Latr.*conſult.105. num.2.* D. Staiban. Iunior *reſolut.93.tom.1.* ergo cum in caſu noſtro ſocietatis forma de computis reddendis non fuerit obſeruata, nec perſonæ minorum ſint habiles ad contrahendam ſocietatem, contractámque proſequi, & continuare oportet probari pecuniam, & omnem vtilitatem verſam fuiſſe in eorundem pupillorum commodum, quo non probato non remanent creditoribus obligati, vt dicunt Doctores citati non ergo poterunt creditores accipere bona pupillorum ex continuatione ſocietatis prætenſa, quia ad ſocietatem tacitam probandam oportet, vt probent creditores actus ſociales inter eos ſocios factos, & habilitatem contrahentium Bartolus *in leg. ſi patruus, in fine, Cod. communia vtriuſque Iudicij*, & *in l.cum duobus, §.ſi Papinianus,in fine, ff. pro ſocio*, Maſcardus *concl.1309. num.9.* & *num.48.* Decianus *conſil.78. num.20. lib.4.* Mantic. *lib.6. de tacit. tit.Y. num.26.* Surdus *conſil.441. num.9.* & *deciſ.267.num.6.* Gratian.*cap.336. à num.2.* Felic. *cap.10. num.28.* & *cap. ſeq. num.3.* Merenda

lib.13.

lib. 13. controu. cap. 42. per totum, quod non est in casu, de quo modò : ergo.

19 Circa quartum articulum nulli dubium est stante enim inhabilitate ad contrahendam Societatem tàm expressam quàm renouare, & continuare inceptam vt suprà probauimus *in 1. art.* ex parte pupillorum ; sequitur necessario, quod in debitis contrahendis, & obligationibus contra bona pupillorum acquirendis ex parte creditorum, omnino requiri decretum iudicis cum causę cognitione, vt diximus in primo dubio.

Circa quintum articulum an scilicet pupilli post multum temporis spatium habeant restitutionem in integrum infrà legitima tamen tempora, & potuissent repudiare hæreditatem, & sua credita anteriora prætendere?

20 Respondeo affirmatiuè : quia minori competit restitutio quando contractus est factus, siue alienatio cum omnibus solemnitatibus necessariis post quadriennium postquam 25. annum excesserint *l. fin. Cod. de temp. in integr. restit. l. 2. 3. & fin. Cod. si Tutor, vel Curator interuenerit l. si res pupillares ff. 51. de minoribus, l. fin Cod. si aduersus venditionem* quod idē procedit *in Eccl. c. 2. de rest. de in integr.* Trentàciq. *lib. 2. var. in tit. de restit. in integr. resol. 4.* vbi ampliat in Ecclesia Oddus *quæst. 19. part. 1. art. 4. num. 38.* Affl. *decis. 175.* Mola *in empt. in tit. de restit. in integr. quæst. 5. nu. 11. & quæst. 3. n. 8.* Thesaur. *lib. 4. quæst. 9. forens. quæst. 75. num. 9.* Bernardus Diaz *in regul. 653.* Surd. *dec. 136. num. 2.* Gratian. *cap. 601. num.*

21 *26.* Ceuall. *quæst. 536. num. 15.* & talis restitutio competit aduersus omnes contractus, & quamcumque sententiam, & actum iudicialem, & aduersus temporis lapsum, & omne, in quo fuerit læsus infra tempus minoris ætatis quia quod est gestum cum minore restitutionis Beneficio rescinditur *l. ait prætor in principio* vbi Cujac. & *l. 3. §. vtrum. ff. de minoribus* Morla *in tit. de restitut. in integr. quæst. 1. num. 14. & quæst. 3. num. 11.* Cancer. *lib. 2. var. cap. 1. num. 220. & per p. 3. obseru. cap. 4. num. 7. & sequ.* Giurba *dec. 106. num. 1.* Guttierez *lib. 3. pract. quæst. cap. 32.* Surd. *decis. 136.*

22 Quorum quadriennium competit aduersus minorem, & incipit currere à die quo minor impleuit 25. annor. *ex d. l. fin. 6. de tempor. in integr. restit.* Trentacinq. *vbi suprà, num. 9.* Cancer. & alij apud Gasparem Hermosillam *20. 2. fol. 38. num. 3.* aduersus Ecclesiam verò, & Ciuitatem incipit currere à die contractus, seu læsionis *glossa in l. Respublica* vbi D D. *Cod. quibus ex causis maiores.*

23 Licet enim filius qui hæreditatem Paternam adiuit, vel ei se immiserit, non possit amplius illam additionem seu immixtionē reuocare *l. suus C. de repud. hared.* tamen si minor sit poterit *ex l. fin. ff. eodē* latè Caualcan. de tutoribus *n. 75.* Gulielmus de Benedictis *in cap. Raynut. in verbo mortuo testatore 2. part. num. 127.* cum pluribus sequentibus : latè Philipp. Paschalis *part. 4. de Patr. potest. cap. 1. num. 25.* debet tamen peti restitutio infrà quadriennium immediatè decurrendum post completam maiorem ætatem Franch. *decis. 650. & 167.*

24 *num. 15.* imò putant notabiliter D D. quod licet statutum possit restringere minorem ætatem, itavt maior 18. annis habeatur pro maiore, vt in Regno non ex constitutione incipiente minorum jura tamen tempus restitutionis in integrum, quod minoribus de iure communi conceditur vsque ad 25. annum non censetur restrictum vt notabiliter ait Caualcan. *in decis. 65. part. 2. num. 91. & in tract. de Tutoribus, & Curatoribus, num. 9.* Bernardus Pandus *de præsentat. instrumenti, part. 2. num. 28.* & fundatur *in regul. text. in l. ea quæ, Cod. de temporib. in integr. restit.* vbi expressè dicitur quod quamuis minor veniam ætatis impetrauerit tempus tamen petendi restitutionem in integrum vsque ad 25. annum semper extenditur, vt benè notat Bernardus Diaz *in regul. 653. in 5. limit.* & intra illud tempus numquam censetur habilitatus ad alienandum bona immobilia sine judicis decreto, vt notabiliter affirmat Soccin. jun. *cons. 59. numero 56. & 63. num. 50. volum. 3.* Roland. à Valle *cons. 7. numero 17. volum. 3.* & alij relati per Mastrill. *decision. 13. num. 28. part. 1.* scio tamen aliter distingui per D D. de quibus Paschalis *part. 2. cap. 8. n. 105.* sed non ad nos.

Addo quod minor restituitur in integrum 25
aduersus aditam hæreditatem, etiam si maior factus aliquod exegerit à creditoribus hæreditatis *l. 3. §. scio ff. de minoribus quem text. non esse alibi* dicit Angel. ibi, & alij apud Petr. de Rauenna *sing. 28.* Pascal. *part. 4. cap. 1. numero 26. & seqq.*

Neque dicas quod minor factus maior exigendo videtur ratificare *l. 3. §. 1. ff. de minorib.*

Respondeo enim text. quòd procedit quando fit aliquod ratificando quod non potest fieri, nisi per hæredem, sed in casu *d. §. scio* id quod fit potest etiam à non hærede fieri : nam est exigere debitum à creditoribus paternis, quod non est se immiscere in hæreditate nisi fiat coram judice scienter Bald. *in Rubrica Cod. qui admitti, num. 31.* Sforza Odd. *de restit. in integr. quæst. 62. art. 4.* etiam praxis talis restitutionis est vt si citentur omnes quor m interest minorem non restitui, & citat creditores hæreditatis Sforza Odd. *quæst. 61. art. 50.* & est text. *in Auth. si omnes Cod. si minor se ab hæred. abstinuerit.*

Qua quidem restitutione conteśa minori ad- 26
uersus hæreditatem aditam, quæ soluit libertatis causa non retractatur *l. si mulier Digest. de minoribus*, & ratio est fauore libertatis ii verò loquamur de aliis legatis, tunc aut ea accipit hæres ab intestato : quia sc. per restitutiones hæreditas refutatur, & tunc legata soluta repetit per conditionem indebiti argum. *l. 10. & 3. ff. de condit. indeb. l. nec est nouum, ff. de condict. indeb.* idem dicas si bona accipiantur distrahenda per creditores *gloss. in l. in integrum, ff. de minoribus* ; sed si res ad causam testari redit : quia substitutus hæreditatem accipit ; & tunc non repetuntur quæ minor soluit ex dispositione Testatoris : quia relicta ab intestato censerur repetita à substituto *l. licet Imperator, ff. de leg. 1.* sed si debita soluit non retractatur *l. quoties, Digest. de acquir. hared.* Sforz. Odd. *quæst. 62. artic. 6.* vbi latissimè, & non solum talis restitutio aduersus hæreditatem aditam datur minoribus ; sed etiam maioribus, si errore ducti hæreditatem lucrosam pro aspectu adiuerint Sforza Odd. *quæst. 62. art. vlt. de restit. in integrum.*

Ex quibus optimè colligitur quod cum tales 27
creditores non possint aliquid prætendere de bonis : quia sunt creditores Societatis post mortem Patris sub prætextu quod Pater ordinauerit Societatem Testamento eiusque continuationem quod ex primo articulo fundato fieri non potuisse constat, nec creditores probent versam pecuniam in vtilitatem pupillorum, vt probauimus in secundo articulo ideò concludo posse filios prædictos abstine-

re;

re, provt per ſe abſtinuerunt ab hæreditate Patris petendo eorum credita, & donationes omni modo meliori, & etiam ſeparationem bonorum Patris antecedenter ad præceptum de continuanda ſocietate à bonis, & debitis contractis occaſione ſocietatis poſt mortem Patris, quam ſeparationem eiſdem competere probatur, quia filij ſunt creditores Patris in legitima, *l.7.in principio, ff.de bonis damnatorum, l.ſcripto 7.in fine, ff.ſi tabulæ teſtanti,*&c. *l.36.§.2. Cod.de inoffic.teſtam.Nouella 115.cap.3.* & *cap.50.in principio*, ergo petere poſſunt filij legitimam de bonis Patris,& deinde eſt ſatisfaciendum creditoribus ſocietatis qui contraxerunt poſt mortem Patris, & prætendunt vigore illius præcepti de continuanda ſocietate excludere filios.

28 Nec obſtat quod legitima non debetur, niſi ære alieno deducto, & ſoluto Carpronius *parte prima,conſtit.25. definit.100.ex l.bonorum, ff.de verbor.ſignific.*

Reſpondeo enim quod hoc procedit in debitis paternis,non verò alienis: legitima enim ex paternis bonis debetur corúmque pars dicitur *leg.ſcimus 36. in principio, ff. de inoffic. teſtam.* ergo debita etiã Paterna prius ſolui debent antequam debeatur legitima per text. *in leg.ſubſignatum 39. §.bona, ff.de verbor. ſignif.* liberi autem iure ſeparationis creditoribus ſocietatis ſunt præferendi, vt deciſum fuiſſe refert Chriſtophorus Philippus Ritherſuſius *de priuilegiis creditorum, diſp.2. num.7. in fine*, quare ſic cenſeo hodie 27.

29 Audio aduerſarios inſurgere quibuſdam aëreis prætenſionibus contra hanc prætenſionem filiorum dicentes quod creditum eorundem filiorum ſit fundatum in donatione eiſdem à Patre facta quam adducunt, & dicunt aduerſarij prædicti quod talis donatio eſt vana. Primò quidem, quia de ea teſtator non fecit mentionem in teſtamento. Secundò, quod teſtes pro probanda tali donatione ſint mortui. Tertiò,quod Notarius coram quo talis donatio fuit ſtipulata aliàs de falſo inquiſitus fuit & vltimò quod vnus ex teſtibus cum mereretur dixit ſe nunquam vidiſſe talem Ciuitatem, vbi illa dotatio fuit ſtipulata.

Quæ prætenſiones ſunt aëreæ, & Prima quidem, quia non feciſſe teſtatorem mentionem de donatione, no eſt argumentum pro reuocatione ipſius, cum natura ſua ſit irreuocabilis *leg. abſenti*, vbi Doctores *ff.de donation.l.prima,de donat.cauſa mortis*: eſt enim hæc donatio inter viuos omninò irreuocabilis, poſtquam fuerit acceptata per donatarium; ante verò acceptationem per donatarium factam, vel per Notarium ſui nomine poterit reuocari, & cenſeretur reuocata per ſpecialem diſ-
30 poſitionem eorundem bonorum Iaſ. *in l.3.num.3. Cod.de legatis*, Menoch.*lib.3. præſumpt.23.n.14.* Franc.*deciſ.339. in fine*, Faber *lib.8.C.tit.36. de reuocand. donat. definit.20.* Roman. *conſil.284.* Corn.*conſil.5.lib.1.* Cancer.*part.1.variar.cap.8. num.41.* In caſu verò noſtro donatio fuit acceptata,& Nota ius interuenit:ergo cur poterit dici reuocata per hoc quòd de ea in teſtamento non fecerit mentionem eſt enim ignorare terminos dicere quod per hoc eſt reuocata, quia non eſt facta mentio: diſcant terminos, & loquantur.

Nec ſubſiſtit alia prætenſio, quod ſcilicet teſtes pro probanda donatione ſint mortui, quia quando teſtes ſunt mortui, multo magis probant,& videmus quod teſtes mortui in iudicio habent maio-
31 rem efficaciam, & probationem, vt bene Regens Sanfelic. *in praxi iudiciaria,ſect.50.num.50.* & 8.& ſi eſſet vera prætenſio omnia corruerent inſtrumenta per mortem teſtium quod ſanè ridiculum eſt.

Notarium aliunde fuiſſe de falſitate inquiſitum non eſt argumentum, quod in hac donatione falſitatem commiſerit, vt concludunt Doctores cum Farinacio *de falſitate, per totum.*

Ad id vero quod in articulo mortis teſtator ita dixerit. Reſpondeo non eſſe contra nos, quia teſtis depoſitio facta in articulo mortis non probat, 32
Cephalus *conſil.276. num.41. vol.2.* Farinac. *de teſtibus,quæſt.80.oppoſitione 40. num.106.* quia in tali articulo langueſcit memoria, & ſimilis eſt mortuo, nec omnis moriens præſumitur S. Ioannes Euangeliſta, nec omnes morientes ſemper dicunt verum; & ad id quod dicitur quod moriens non præſumitur immemor ſalutis æternæ. Reſpondeo quod procedit in ſui præiudicium, non verò in præiudicium alterius *leg.hac conſultiſſima, §.at cum humana fragilitas,C.qui teſtam.facere poſſunt,l.qui duos, ff.de manumiſſis teſtatoris, l.Iubemus,C.de teſtamentis,*Farinac. *vbi ſuprà.*

DISCEPTATIO CXV.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur in præſenti.*
2 *Patria propria quæ, & qualis ſit.*
3 *Ciuitas ſub ſua iuriſdictione continet pagos, & villas.*
4 *Ciuitas qualis locus ſit.*
5 *Ciuitatis appellatione in materia fauorabili veniunt ſuburbia,& caſalia.*
6 *Delictum in caſalibus commiſſum,cenſetur etiam patratum in Ciuitate.*
7 Textus in cap. ſi Ciuitas de ſententia excommunicationis,in *6. explicatur.*
8 *Caſalia veniunt appellatione Ciuitatis in teſtamentis, & legatis.*
9 *Legatum factum pro maritandis puellis Ciuitatis, poteſt dari pro puellis caſalium.*
10 *Ciues caſalium habent omnia commoda Ciuitatis.*
11 *Idem procedit etiam in contractibus.*
12 *Idem in legibus, & ſtatutis.*
13 *Idem in pœnalibus.*
14 *Grammatici deciſio in conſilio criminali 48. adducitur & explicatur.*
15 *Caſalia tenentur ad onera Ciuitati impoſita.*
16 *Iudex cognoſcens de criminibus commiſſis in Ciuitate, cognoſcit etiam de commiſſis in caſalibus.*
17 *Principis beneficium circa ciuitatem,locum habet etiam in caſalibus.*
18 *Iuriſdictio conceſſa pro Ciuitate comprehendit etiam caſalia.*
19 *Fauorabilia Ciuitatis extenduntur ad caſalia etiam diuiſa quoad iuriſdictionem.*
20 *Caſalia quando teneantur contribuere ad onera Ciuitatis.*
21 *Caſalia,& Ciuitas à quo ſeparari debeant quoad iuriſdictionem.*
22 *Legatum relictum pro puellis maritandis in Ciuitate debetur illis de caſalibus.*
23 *Legatum pro maritandis puellis quando ſit pium.*
24 *Legatum pro maritaggiis an ſit fauorabile.*
25 *Neapolitana per habitationem fit ciuis, & capax omnium beneficiorum Neapolitanorum.*
26 *Ciues ex priuilegio gaudent omnibus loci priuilegiis.*

27 *Fictio*

27 *Fictio idem operatur in casu ficto, quod verius in casu vero, & quando.*
28 *Ciuis ex priuilegio an, & quando gaudeat, vti Ciuis ex natiuitate.*
29 *Concepta Neapoli gaudet omnibus priuilegiis variandi.*

ARGVMENTVM.

Legatum relictum pro maritagiis puellarum Neapolitanarum, potest etiam dari puellis Casalium Ciuitatis Neapolitanæ, etiamsi Casalia fuerint diuisa à Ciuitate Neapolitana quoad iurisdictionem, vt est Neapoli Casale Marani, Panis Coculi, Mileti, &c. cum verissima sit regula, quod qui de vico est, de Ciuitate esse dicatur.

AN

Legatum relictum pro subsidio puellarum huius Ciuitatis, possit dari illis, quæ sunt natæ in Casalibus Ciuitatis?

FACTVM.

1 MVLIER quædam pia, & deuota in vltimo elogio disposuit, vt de suis bonis erigeretur, ac fundaretur Mons, pro subsidio filiarum in capillis pauperum, & honestarum huius Ciuitatis, cuilibet earum disposuit, vt darentur in dotem ducati ducenti, tempore nuptiarum in subsidium dotis; contingit nunc, quod N. puella de honestis parentibus nata, non fuit in hac Ciuitate orta, sed in casali Marani, quod huius Ciuitatis est casale, licèt à Ciuitate diuisum sit, quoad iurisdictionem, quæ Illustriss. D. Principissæ Marani à potentissimo nostro Rege concessa fuit, hæc puella nata in Casali Marani habitat Neapoli, & hic habet suos genitores, petit velle admitti ad tale legatum, exequutores testamenti rectè, & iustè dubitant, vt eorum munus fideliter adimpleant, an legatum possit dari tali puellæ Marani natæ, vt dicebamus, quæsitus de voto, dixi absque vllo scrupulo posse tales exequutores tale legatum dare huic puellæ.

2 Primò, quidem quia illa est patria hominum Casalium, cui Reipublicæ vicus ille respondet, *l. qui ex vico 30. ff. ad municipalem*, vbi Franciscus Accursij filius notat ex eo textu, quod natus in villa Butrei, dicitur Ciuis Florentinus, cum villa Butrei sub ea Ciuitate sit, & Accursius Pater notat in prima glossa, quòd Virgilius dictus fuit Mantuanus, licèt ex vico eius, putà Plectonæ fuerit natus, & in glossa sequenti dicit hoc procedere quoad omnia, cum in omni materia appellatione Ciuitatis contineantur Casalia, & appellatione Ciuium, omnes Comitatenses contineantur, vt ait textus *in l. Lucius, §. ciuibus, ff. de leg. 2.* Surdus *consil. 313. num. 3. lib. 3.* reprobata opinione eorum *num. 16.* dicebant, quòd non sunt incolæ, nisi qui stant in Ciuitate, glossa *in l. 3. Cod. de incolis, lib. 10.* vbi D. Amaia, quia iudicantur de iurisdictione, & Territorio Ciuitatis propinquæ, & adiacentis, tanquam illius pars, & vnum, ac idem corpus, Regens de Ponte *consil. 51. num. 2.* de Georgio *alleg. 8. num. 6.* Surdus *decis. 340.* Costa *de portione rata, quæst. 5. num. 11.* Regens Valenzuela *consil. 79. à num. 33.* & *in specie, num. 6.* & comprehendit Ciuitas omnes 3 Pagos, & villas, quæ illius existunt iurisdictionis, *l. forma 4. §. si verò quis, ff. de censibus*, qui districtionales, & suburbani dicuntur, & sunt de Ciuitate, Natta *consil. 50. num. 13.* Kuinken *de territoriorum origine, cap. 1. à num. 243.* igitur omnia, quæ de Ciuitate dicuntur, dici debent de casalibus, & successiuè legatum factum illis de Ciuitate, comprehendit illos de casalibus, quibus dari poterit, & debetur, licèt enim Ciuitatis ap- 4 pellatione veniat solus locus muris cinctus, Oldradus *consil. 121.* Menochius *consil. 498. num. 34. & seq.* Azeuedus ad Curiam Pisanam *lib. 2. c. 50. à num. 3.* Cardinalis Tuschus *littera C, concl. 108. tom. 1.* & dixit Rota coram D. Coccino *dec. 129.* præsertim in materia, quæ conueniret vrbi, & non suburbiis, vt *in l. 2. §. si quis nomine*, & *l. finali, ff. ne quid in loco publico*, vbi si quis ædificauerit in publico loco, non est cogendus tollere, si in villis, secus si in Ciuitate fecerit, Rebuffus *in l. 2. ff. de verb. signific. pag. 18.* quia Ciuitas propriè loquendo illa est, quæ muris cingitur, *dict. l. 2. ff. de verb. signif.* Menochius *lib. 6. præs. 116. num. 3.* Gironda *de priuilegiis, num. 55.* tamen in 5 materia fauorabili, & largè interpretanda veniunt suburbia, & Casalia, Cruetta *consil. 197.* Abbas *consil. 52. num. 6. lib. 2.* vbi ait, quod natus in continentibus, & suburbiis, dicitur natus in Ciuitate, Cardinalis Tuschus *dict. concluf. 280. num. 8.* Gratianus *tom. 5. cap. 893. num. 35.* vbi in materia indifferenti, & non odiosa appellatione Ciuitatis, venit Ciuitas cum toto Territorio, scilicet cum casalibus, & suburbiis, quod priùs dixerat *tom. 2. cap. 217. num. 6.* vbi *num. 3.* post Albericum *de statutis, quæst. 177. part. 2.* ait, quòd Castra, & villæ veniunt appellatione Ciuitatis, maximè in beneficiis, in quibus verba latissimè interpretantur, Præses de Franchis *decis. 129.* vbi delictum 6 factum in casalibus quoad pœnam infligendam censetur etiam perpetratum in Ciuitate, Riccius *p. 4. collect. 1587.* Narbona *in l. 10. glossa 2. n. 86. lib. 4. recompilationum*, Rebuffus *in dict. l. 2. vers. quinto, ff. de verb. signif. pag. 18.* vbi ex textu *in* 7 *cap. si Ciuitas, de sententia excommunicationis, in 6.* dicit, quod interdicta Ciuitate, censentur interdicta suburbia, & alia similia, adducit Menochius *lib. 4. consil. 126. num. 7. cum seq.* qui ait, quòd legatis bonis existentibus in Ciuitate, censentur etiam relicta, quæ sunt in suburbiis, & casalibus, nisi aliud colligatur ex coniecturis, & iurisdictio concessa in Ciuitate etiam viget in suburbiis, ex *l. prima, §. cum in vrbe, ff. de officio Præfect. vrbis*, Gironda *vbi suprà, num. 54.* dant verò rationem Doctores cur interdicta Ciuitate censentur interdicta suburbia, & dicunt esse, quia vilipenderetur interdictum, & eluforium redderetur, si interdicta Ciuitate, licitum esset audire diu na in suburbiis, ita Suarez *de censuris, tom. 5. disputatione 33. sectione 2. num. 29. cum sequenti*, Ægidius Coninch. *de Sacramentis, & censuris, disp. 17. dub. 1.* Bonacina *de censuris, disp. 3. puncto primo, num. 20.*

Probatur secundò, quia in testamentis, & le- 8

gatis, appellatione ciuitatis, casalia veniunt, etenim sicuti ciuitatibus legari potest, quia ad honorem, ornamentumque ciuitatis pertinet, *leg. si quid relictum* 120. *l. ciuitatib.* 123. *vbi gloss. ff. de leg.* 1. ita etiam parti ipsius ciuitatis, & vicis, sic villis ipsius, ex eo quia ciuitati relictum censetur, quod eius parti legatur, vt probat textus insignis, *in l. si quis a filio* 32. *§. si parti ciuitatis, ff. de leg.* 1. vbi gloss. *in verb. debebitur*, expresse intelligit partem ciuitatis pro vicis, dum confundit legatum factum parti ciuitatis, & ipsius vicis, vt clare ostenderet vicos, & villas, non minus esse ciuitatis partes, quàm ipsa quarteria intra murorum ambitum recluſa, citans textum *in l. si hæres* 76. *§. vicis, ff. de leg.* 1. qui de legato facto vicis ciuitatis loquitur, & probat textus *in l. cum Pater* 77. *§. vltim. ff. de leg.* 2. qui de legato facto ciuitati, de vicis meminit, pulcher textus *in leg. Prædia* 89. *§. Balneas, ff. de leg.* 3. Regens Valenzuela *conſ.* 79. *num.* 60. *& conſ.* 18. *num.* 52. idque verum est etiamsi quandoque in legatis fiat stricta interpretatio, *l. nummis, ff. de leg.* 3. Decius *in l. in testamentis, ff. de reg. iur.* sic legatum
9 factum pro maritandis Puellis Fanensibus, comprehendit non solum puellas natas in ciuitate Fani, sed etiam in illius Territorio, & villis, ea ratione: quia quicquid conceditur quovis modo ciuibus, censetur concessum Comitatensibus, ex quo villa, & castra dicuntur membrum, & pars ciuitatis, *ex leg. vxorem* 39. *§. legatarius, ff. de leg.* 3. ædificia Romæ etiam fieri videntur, quæ in continentibus Romæ ædificiis fiunt, *l. ædificia* 139. *l. vt Alfen.* 87. *l. qui in continentibus* 147. *l. Collegiorum* 175. *§. qui extra, ff. de verb. signific.* & demum ex pluribus in vltima voluntate venire appellatione hominum ciuitatis, qui sunt de casalibus, fundat Gratianus *decisione* 96. licèt iura prædicta non expendat.

10 Hinc Neuizanus *in sylua nuptiali, lib.* 4. *n.* 87. & Bartolus *conſ.* 197. quod incipit *ciuitas Camerini num.* 5. *volum.* 1. dicunt appellatione hominum ciuitatis, siue ciuium, venire omnes etiam de comitatu, scilicet de casalibus, de districtu, de territorio, & pertinentiis, & de legato facto ciuibus Camerini, ait Bartolus, quod potest dari Comitatensibus Camerini, sequitur Abbas *consil.* 51. *num.* 6. *lib.* 2. Castrensis *conſ.* 307. *lib.* 2. vbi omnia priuilegia, & commoda concessa ciuibus ciuitatis, competere ciuibus Comitatensibus, ait Surdus *conſ.* 319. *num.* 9. 10. *& sequenti* 47. *&* 60. quod intellige, vt Gratianus explicat *capite* 217. *num.* 10. *& seq.* Card. Tusch. *tom.* 1. *litt. C, concluſione* 24.

11 Quod idem dicimus in contractibus, tam ex identitate rationis, tum etiam quia sic in propriis terminis dicitur per Doctores; præsertim à Bartolo *in l.* 2. *num.* 2. *ff. de verb. signif.* qui dicit, quòd quando ciuitas ponitur pro loco, tunc muris finitur, sed quando ponitur pro populo, tunc comprehendit Comitatenses *l.* 1. *ff. ad municipalem*, quòd latiùs probat Bartolus *in l. si finita* 15. *§. ex hoc, num.* 50. vbi Paulus de Castro, *num.* 3. *ff. de damno infecto*, qui dicit de hoc esse glossam ordinariam, quam Bartolus admisit *in l. restituenda* 6. *verſ. noto, C. de Aduocatis diuersorum iudiciorum*, nec fit distinctio vtrum priuilegia sint concessa ciuitati, an ciuibus, vt contra Alexandrum *in rubrica, ff. ſol. matrimon. num.* 13. fundat Niconitius *in rubrica, ff. ſol. matr. num.* 132. Valenzuela *vbi suprà, num.* 73. *&* 77. Barbos. *in l. quia tale* 14. *num.* 39. *ff. ſol. matr.* Alciatus *in l.* 2. *num.* 1. *ff. de verb. signif.* Regens Galeota *tom.* 2. *c.* 20. *n.* 18.

12 Hoc ipsum in legibus, & statutis, quia villæ, & casalia comprehenduntur appellatione ciuitatis, & reguntur, ac moderantur statutis, legibusque ciuitatis, cui subiiciuntur, tanquam illius membra, glossa *in l. ex ea, ff. de postulando*, Felinus, Iason, & alij relati per Menochium *de arbitrarijs, casu* 99. *num.* 23. *&* 24. Capicius *in inuestitura, in verbo villis, pag.* 101. Rendella *de iure prothomiseos, in ververbo ciuitate*, Valenzuela *vbi suprà, numero* 71.

Quod idem in pœnalibus dicimus, quia ap- 13
pellatione ciuitatis, vel ciuium, continentur casalia, & villæ, licèt leuius interdum puniantur, vt colligitur *ex l. Capitalium* 1. *§. qui ob inimicitias, ff. de pœnis*, siquidem nec in pœnis segregandæ sunt villæ à ciuitate, cum villæ sint paruæ, & humiles domus ipsius ciuitatis extra vrbem ædificatæ, quod ex Virgilio, Cicerone, & aliis fundat Menochius *casu* 390. inferens ad diuersa statuta pœnalia, & similiter in consuetudine, licèt alias sit strictè interpretanda, tamen obseruandam esse etiam in casalibus dicit Regens Valenzuela *consilio* 79. *num.* 62. & sic seruatur apud nos, vbi consuetudines ciuitatis ligant casalia.

Neque dicas obstare decisionem Grammatici 14
in conſ. criminali 48. vbi fuit decisum *cap. Regni*, quod incipit deosculanti Virgines, in ciuitate Neapolitana non habere locum in deosculante in casalibus.

Respondeo enim quòd decisio Grammatici non fundatur ex eo, quod simus in pœnalibus, sed quia Capitulum loquitur, quod osculans mulierem in ciuitate, vel in vrbe, plectatur pœna mortis, quo casu accipitur pro loco, qui muris cingitur, & finitur, vt bene Menochius *casu* 99. *numero* 27.

Hoc ipsum dicimus in oneribus sustinendis, & 15
collectarum solutione, quia villæ quoque continentur, & cum ciuitate faciunt vnum corpus, *leg. forma* 4. *ibi in ciuitate, & pago, ff. de censibus*, §. *si quis igitur*, *Auth. quibus modis naturales efficiantur sui collat.* 7. vbi glossa *in verb. persoluit*, notat villas, & Castra sub ciuitate facere collectam, vnde si Rex imponat collectam ciuitati, censetur etiam imponere villis ipsius, non alia ratione, nisi quia villæ sub ciuitate continentur, per iura, glossas, & Doctores, quos sigillatim recenset Afflictus *in constitutione, sancimus de iure prothomiseos n.* 2. & vidimus quòd in millione, quod donauit elapsis annis ciuitas Neapolitana Domino nostro Regi, casalia contribuerunt pro ducatis ducentum mil- 16
libus, pro quibus sibi ipsis imposuerunt gabellam farinæ, &c. & sicuti M. C. Vicariæ cognoscit de criminibus patratis in hac ciuitate, priuatiuè ad quoscunque Barones, siue Officiales quovis priuilegio insignitos, D. Merlinus *cap.* 100. *tom.* 1. Castillus *dec.* 248. Cutellus *ad leges Martini concordata* 2. D. Francus *de vico ad leges Sardiniæ, lib.* 2. *tit.* 25. *cap.* 11. sic cognoscit de delictis commissis in casalibus, vt ait Conſ. Marcianus *conſ.* 58. *tom.* 1. dummodo non fiat casalia diuisa quoad iurisdictionem eo modo, quo declarant decisum referentes Præses Merlinus *tom.* 2. *controu.* 72. & R. Sanfelicius *dec.* 73. *p.* 1.

Sic in beneficiis Principum, putà si solius con- 17
cedentis ius respiciant, eiusque damnum non alterius appellatione ciuitatis casalia contineri dicit Menoch. *conſ.* 331. *n.* 37. *lib.* 4. *& conſ.* 1007. *n.* 11. *vol.* 11. in quibus omnes nemine dissentiente admittunt in concessione, siue Principis beneficio, quod latam admittere interpretationem constat, ciuitatis appellatione casalia contineri, idemque in priuilegiis, quæ non sunt contra, sed præter ius commune, dicit Niconit. *in rub. ff. ſol. matr. n.* 119. *&* 125.

vel

vel vbi tendit ad commodum, & vtilitatem subditorum, non in damnum eorum, Natta *consil.* 464. *n.* 17. Raudensis *de Analogis, c.* 15. *n.* 59. cuiusmodi est priuilegium admissionis ad collegium, de quo meminit Ioan. Bolognettus *in rubrica, num.* 97. *ff. sol. matrim. & de statuto Patauino*, quòd sapientes admittantur, & eligantur ad collegium DD. Patauij concedunt omnes obseruandum in locis eidem ciuitati subiectis ex consensu Soccini iunioris, Ruino, Rolando, Parisio, Alciato, & aliis, teste Menoch. *d. casu* 99. *n.* 25. & 26. Valenzuel. *d. consil.* 79. *n.* 69. & 70.

18 Hoc ipsum dicimus in iurisdictionalibus, siue in iurisdictionis concessione, *leg.* 1. §. *cum vrbem nostram fidei tuæ commiserimus, & c. ff. de officio Præfecti vrbis*, & sic continentia ædificia, villæ, & adiacentia intra centesimum milliarium comprehendantur, declarant Bart. Baldus, & alij, & in officiis, & aliis honoribus, qui debentur ciuibus, deberi etiam Comitatensib. dicit Valenzuel. *cons.* 79. *n.* 70. & non solùm in beneficiis, sed etiam in priuilegiis, quæ derogant iuri communi, & tam si concedantur ciuitatibus, quàm si concedantur ciuibus Regni, vt refert Molfes. *to.* 1. *p.* 2. *de personis, q.* 9. *n.* 48. imò in priuilegiis contra ius commune, quando ciuitas non ponitur pro loco, sed pro personis, vel pro populo, vt latè Franchus Marcus *p.* 1. *dec.* 365. vbi refert pluries determinatum, Menoch. *cons.* 1007. *num.* 89.

19 Hoc tandem habere locum dicunt communiter non solum in villis, siue casalibus vnitis cum ciuitate, sed etiam in illis, quæ sunt in aliquo, putà quò ad iurisdictionem diuisa, nam non obstante diuisione facta, quoad iurisdictionem (quæ separatio qualiter sit facienda, quomodo intelligenda, & à quo fieri debeat, tradit Reg. Reuerter *dec.* 79. *to.* 2. & Sanfelic. *decis.* 301.) diuisa, nam non obstante diuisione facta quoad iurisdictionem, in cæteris omnibus remanent ciues ciuitatis, *leg.* 1. *Cod. de Metropol.* Berito *lib.* 11. & decisum dicit Francus *dec.* 316. *num.* 4. qui hoc affirmat etiam procedere in Priuilegio concesso Neapolitano, vt non possit torqueri ex processu informatiuo, quo derogatur præeminentiæ M. C. V. inductæ per Ritum, & Capita Regni, quod affirmat: extendit etiam ad homines Casalium diuisorum quoad iurisdictionem, sic fuisse decisum contra casale Marani, & Panicoculi dicit R. Sanfelic. *dec.* 327. *ad relat. Consiliarij Miroballi.*

20 Probatur tertiò, quia villæ, & casalia, quæ stant sub ciuitate, sequuntur ius ciuitatis *d. l. qui ex vico* 30. *ff. ad municipalem*, cum habere debeant caput ipsorum, Marchio Torelli *consult.* 22. *num.* 38. *tom.* 1. sic tenentur contribuere oneribus ciuitatis, *l. insulæ* 9. *ff. de iudicijs*, vbi Vlpianus ait, quòd Italiæ insulæ sunt partes Italiæ, & qui in illa insula est, debet respondere Italiæ. Hinc cum accidisset casus, quod ciuitas Auersæ tempore obitus Philippi II. funeralia fecisset, coëgit casalia pro illorum contributione, fuit dictum, iure cogi ad contribuendum, etenim casalia Auersæ, faciunt duas partes, & ex ciuitate tanquam ex altera parte, totum conflare, quia casalia pro duabus partibus repræsentant ciuitate Auersæ, vt die 2. Iulij fuisse decisum dicit Gizzarellus *dec.* 71. nec mirum mihi nunquam fuit, quia casalia gaudent priuilegiis ciuitatis, licèt fuerint diuisa quoad iurisdictionem. Francus *vbi suprà dec.* 316. Capiblancus *de Baronibus, pragmat.* 8. *p.* 1. *num.* 58. vbi studentes casalium, dicit posse habitare in locis honestis huius ciuitatis, licèt casalia essent diuisa quoad iurisdictionem, sic delictum factum in casalibus præsumitur factum in ciuitate, Riccius *collect.* 1387. & consuetudines ciuitatis comprehendunt casalia, Franchus *dec.* 604. sic ciues casalium trahunt, & non trahuntur, sicut ciues ciuitatis Neapolitanæ, Franchus *dec.* 411. & 381. Anna *singul.* 401. sic demanium concessum ciuitati, intelligitur concessum casalibus, vt in casalibus ciuitati Salerni consuluit Reg. Valenzuel. *cons.* 2. *n.* 87. de Angelis ad Gizzarellum *dec.* 71. qui plura cumulat circa contributionem, quam facere tenentur casalia in oneribus ciuitatis, Molfesius *p.* 2. *ad consuetudines, tit. de personis, q.* 9. Losæus *de iure vniuersit. p.* 1. *c.* 2. *n.* 25. & *p.* 3. *c.* 13. Gratian. *dec.* 154. Capiblanc. *in prag.* 8. *p.* 1. *n.* 35. & 58. de Georgio *d. allegat.* 15. Mele ad Gizzarell. *dec.* 23. & licèt separata sint interdum casalia, tamen non sic præsumuntur sed vnita, & onus probandi separationem ei incumbit, 21
qui allegat, Reg. Tappia *dec.* 4. *n.* 6. nec separari potest iurisdictio casalium à ciuitate ad libitum, sed à Rege, Staibanus *cons.* 17. & sicut ciues non possunt esse Officiales in eorum ciuitate, ita prohibentur etiam, qui ex suburbiis sunt ciues, officium gerere in ciuitate, Borrel. *de Magistratib. lib.* 1. *c.* 50. *n.* 8. de Mari ad Gizzarellum *d. dec.* 71. *n.* 7. Caput. *de Regimine Reipublicæ, c.* 1. §. 2. *n.* 129. & 111. ad notata per Regentem Galeotam *controuers.* 22. & *controu.* 8. *to.* 1. vbi multa in simili refert, & regula est, quòd Castrum siue casale à denominatione principali sortiantur suum nomen à ciuitate, Reg. de Aponte *cons.* 51. *vol.* 2.

Probatur vltimo ex recolendæ memoriæ san- 22
ctissimo viro P. Franc. Merolla dignissimæ Congregationis Oratorij Alumno, qui *tom.* 3. *disp.* 6. *cap.* 6. *dub.* 50. *num.* 206. *corollario* 50. *fol. mihi* 150. quærit, an legatum relictum pro maritandis puellis ciuibus Neapolitanis comprehendat Comitatenses, & dicit P. Merolla, quod si est tale legatum pium, vt ordinariè solet esse, tunc est respondendum affirmatiuè, quia tale legatum censetur fauorabile, ergo est latè interpretandum, & allegat in propriis terminis Gratianum *dec.* 96. & Riccium *collect.* 269.

Quod verò hoc legatum sit ad pias causas, vt 23
primus casus P. Merollæ possit applicari, probatur: quia dupliciter potest legatum relinqui pro maritagio, vel pro supplemento dotis, primò si illud fiat pauperibus consanguineis, de parentela, de familia, &c. & tunc non esset legatum pium, quia potiùs affectu consanguinitatis, quàm pietatis motus dicitur testator, *cap. requisisti de testamentis*, vbi communiter canonistæ cum Barbos. Fagnano, & aliis recentioribus, & decisum refert Regens Rouitus *in pragmatica de legatis piis, numero* 8. licèt aliter practicari in Tribunali Reuerendæ Fabricæ, vt etiam puellis consanguineis pauperibus legatum factum, dicatur pium, testatur Rouitus loco citato. Pium etiam dici, testatur Paulus Rubeus *pract. resolut. de pia causa, capite* 1. post Tiraq. *in præfatione de pia causa*, & Thor. *in sum. de priuilegijs piæ causæ per tot.* nouissimè P. Angel. Bossius *tom.* 2. *moralium de testamentis ad pias causas*, §. 1. Dian. *p.* 7. *tract. de testam. ad pias causas*, ergo stante quod hoc legatum est pium debetur Puellæ Comitatensi, scilicèt de casalibus.

Quærit verò P. Meroll. *vbi suprà*, quid si tale le- 24
gatum non sit pium, & respondet, quod solutio dependet ab ea quæstione, an legatum, vt sic sit fauorabile, duas refert opiniones P. Merolla (post Manticam *libro* 7. *de coniecturis, tit.* 1.) *tomo* 3. *disput.* 6. *cap.* 6. *dubio.* 50. *num.* 206. *corollario* 50. *folio mihi* 150. residet tamen in opinione quòd est fauorabile legatum in genere, vnde concludit

posse dari Puellis de Casalibus, quas Comitatenses vocamus, nisi tamen concurrent duæ vna Ciuis, alia de Casali: quia tunc debetur illi, quæ est de Ciuitate.

25 Sed hoc non est in casu nostro: quia puella, quæ concurrit, licèt sit nata Marani tamen Pater habet Neapoli domicilium, & filia est cum Patre Neapoli habitans, vnde intrat, quod dicunt D D. quòd legatum relictum naturalibus, & Ciuibus Neapolitanis poterit applicari illis, qui aliunde venientes, Neapoli habent habitationem; cum animo perpetuò permanendi, vel si de tali animo non constet, sufficit si habitauerit Neapoli per decennium, ita Burgos de Paz *in l. 3. Tauri, num. 372.* Eregius Lopez *in l. 32. ad leges partitarum, tit. 2. part. 3.* & post alios Sanchez *tom. 2. Consiliorum moralium, lib. 4. cap. 3. dubio 19.* quia etiam in stricta materia originarij nomine intelligitur ille, qui habet domicilium habitationis, ergo debet habere legatum relictum Ciuibus Neapolitanis, vt latè post alios Hispanos,

26 Doctissimus Sanchez, vbi suprà; imò est vera conclusio, quod Ciuis ex priuilegio iuuatur, & gaudet Beneficio statutorum loci, cuius est Ciuis, vt probant Parisius *cons. 71. num. 4. lib. 1.* Decius *cons. 283. num. 10.* Ruinus *cons. 58. num. 4. & cons. 59. num. 5. & 11. lib. 3.* Boerius *dec. 13. num. 21.* Curtius junior, qui de communi testatur *cons. 349. num. 13.* Mascardus *de interpretatione statutorum concluf. 6. numero 188.* qui licet non sit verè natus, est tamen verè creatus Ciuis, & quamuis etiam diceretur fictus Ciuis, adhuc

27 tamen in his, quæ sunt juris, idem operatur fictio, in casu ficto, quod veritas in casu vero, ad tradita per Bartolum, & D D. *in l. si is qui pro emptore, ff. de vsucapion.* Seraphinus *decis. 1251. num. 16. ex l. vnica. Cod. de rei vxor. act.* Euerardus *in loco à vi fictionis*, vbi extendit id esse verum in omnibus prædicamentis & quod Ciuis ex priuilegio, sit verè, & propriè Ciuis, probat textus *in l. 1. §. 1. ibi nisi fortè priuilegio aliquo, ff. ad municipalem*, Decianus *cons. 44. lib. 4.* Cephalus *cons. 45. num. 16. vsque ad num. 36.* Gratianus *cap. 709. num. 9.* & faciunt tradita per Seraphinum

28 *d. 125. num. 1. & 16.* Alij dicunt, quod Ciuis ex priuilegio æquiparetur originario, quoad commoda, secus quoad incommoda, vnde non ligatur statutis præiudicialibus, ad textum *in l. quod fauore, Cod. de legibus.* Bartolus *in l. 3. §. emancipatus, ff. de bonor. poss. contra tabul.* Baldus *in Auth. habita, Cod. nè filius pro patre* Mascardus *dict. concluf. 6. nu. 172.* Amatus *decis. Ferrariæ 2. num. 28.* Antonius Leoncillus *decis. Ferrariæ 27. per totam*, latè Lotterius *de Beneficijs lib. 1. qu. 25. à num. 78.*

29 Addo, quod in facto mihi proponitur N. petentem legatum fuisse Neapoli conceptam, & in Casali Marani natam, quod si ita est, caret omni scrupulo controuersia: quia conceptus in Ciuitate, si alibi incidenter nascatur gaudet omnibus.

Causa hæc bonum habuit finem: quia P. Tiberius Quastaferrus dignissimus Congregationis Oratorij Alumnus, & Franciscus Ronzius doctus Aduocatus quibus olim Testator Coppula Ianuarius se commisit hanc facultatem cognoscendi, & distribuendi legatum primum biscentum, illud dedit N. filiæ cuiusdam Notarij, qui postea plura habuit naufragia &c.

DISCEPTATIO CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti species prænarratur.*
2 *Gratia facta absque limitatione concessa, morte concedentis non expirat etiam re integra.*
3 Cap. si cui nulla de præbendis in 6. *enucleatur.*
4 *Rescriptum gratiæ si non referatur ad eum in cuius fauorem gratia fit mortuo concedente expirat, si res integra fuerit.*
5 *Gratia quando dicatur facta, & quando facienda?*
6 *Gratia facienda sub nomine dignitatis concessa, morte concedentis non expirat, nec potestas data ad gratiam exequendam à Sede Apostolica concessam.*
7 *Licentia data Moniali per Abbatissam de dando, vel recipiendo rem aliquam quomodolibet, finito Officio Abbatissæ adhuc durat.*
8 *Facultas delegata audiendi confessiones mortuo Episcopo delegante minime expirat.*
9 *Iurisdictio delegata, si sit contentiosa re integra perit morte delegantis.*
10 *Episcopus si concedat Caio Sacerdoti licentiam audiendi confessiones, licentia huiusmodi haud expirat morte Episcopi, siue sit translatus ad aliam Episcopatum.*
11 *Licentia audiendi confessionem alicuius determinatæ personæ re integra morte concedentis expirat.*
12 *Facultas concessa alicui ab Episcopo sine quouis alio Prælato morte concedentis non expirat etiam re integra.*
13 *Facultas eligendi Confessarium, siue concedatur per Sanctissimum, siue per alium Prælatum, de Confessario approbato semper intelligitur.*
14 *Prælatus Iurisdictionem Episcopalem non habens non potest eligere Confessarium ab Ordinario non approbatum & vtrum si habeat Iurisdictionem Episcopalem.*
15 *Regulares Confessarium ab Ordinario non approbatum eligere non possunt.*
16 *Facultas testandi Monachis, Episcopis, aliisque concessa, morte concedentis, an pereat.*
17 *Litteræ dimissoriales ad ordines suscipiendos, morte Episcopi expedientis non expirant.*
18 *Et vtrum si fuerint concessæ à Capitulo Sede vacante an expirent expirata Capituli potestate?*
19 *Episcopus si alicui dimissoriam concedat, & ante litterarum expeditionem, siue signationem moriatur, siue ad alium Episcopatum transeat, huiusmodi concessio non euanescit.*
20 *Scriptura siue Sigillum ad substantiam priuilegij, & gratiæ non requiritur.*
21 *Licentia à Monasterio exeundi, vel ad illud impediendi sine scriptis dari potest.*
22 *Licentia non residendi Clericis beneficiatis ab Episcopo concessa ob causam studij morte Episcopi concedentis non euanescit.*
23 *Licentia celebrandi in priuato oratorio à sola Sede Apostolica hodie conceditur.*

24 *Licentia facta Religioso à suo Prælato vt cum coniugatis ad petendum debitum impeditis dispensare possit, mortuo Prouinciali, vel remoto non expirat.*

25 *Facultas dispensandi à votis, vel à casibus reseruatis absoluendi, Regularibus concessa, vtrum hodie sit sublata, & vbi?*

26 *Dispensationes in impedimentis matrimonij vel irregularitatis, quibus committantur, & sub qua clausula?*
Et vtrum expirent si summus Pontifex decedat antequàm narrata verificentur.

27 *Indulgentiæ triplicis speciei sunt, sicut, & priuilegia.*

28 *Licentia data subdito per Superiorem, vt aliquid accipiat, vel det, per mortem ipsius Superioris, siue eius finito officio non extinguitur; nisi Religionis statuta secus disponant.*

29 *In Religione sancti Francisci licentia data ab vno Generali siue Prouinciali, eo decedente, siue ab Officio remoto extinguitur, & de qua licentia hoc sit intelligendum?*

30 *Licentia subdito concessa per Prælatum per modum dispensationis, ob aliquam tamen causam, durante causa non potest per Prælatum reuocari.*

31 *Dispensandi facultas, siue quæuis alia dupliciter committi potest, personaliter scilicet, & realiter.*
Eritque personalis facultas, si cuiquam ob eius prudentiam fuerit concessa, quamuis sub nomine dignitatis.

32 *Licentia circa exercitium voti paupertatis ex parte modi iusta, & sine dolo, & fraude debet esse.*

33 *Paupertas vnde dicatur, & qui sint pauperes? Et quid sit Religiosa paupertas.*

34 *Paupertas vsus quid sit, & quid paupertas affectionis?*

35 *Paupertas in Religiosis diuersimode seruatur.*

36 *Fratres Minores Sancti Francisci, neque in communi; neque in particulari proprietatem aliquam habere debent.*
Et vtrum possint habere vsum simplicem?

37 *Vsus quotuplex sit.*

38 *Fratribus Sancti Francisci de Obseruantia vsus arctus est permissus, nec vltra ipsum quicquam facere possunt.*

39 *Pellizzarius agit de paupertate multorum Religiosorum.*

40 *In commissionibus, siue Delegationibus, dispensationibus, aliisque rescriptis gratiæ res quando dicatur integra, vel desinat esse integra?*

41 *Religiosus, cum quo est per Generalem, vel Prouincialem dispensatum vt possit dare, vel accipere quando, & in quo loco potest ea dispensatione vti &c.*

ARGVMENTVM.

Gratia concessa absque limitatione, morte concedentis non expirat, etiam re integra. Textus in cap. is cui de præbendis in 6. *enucleatur. Rescriptum Gratiæ mortuo concedente quando expiret. Gratia quando dicatur facta, & quando facienda, & Gratia facienda sub nomine dignitatis quando expiret. Iurisdictio voluntaria, & contentiosa quando expiret morte concedentis. Confessarij electio quando, & quibus Prælatis competat. Litteræ dimissoriales quando expirent morte concedentis. Licentias, Gratias, Dispensationes, & similes morte concedentis non expirare, & quando? Paupertatis votum quando, & qualiter violetur, ac per quos actus.*

PRO

Religioso N.

AN

Sibi prosit licentia data per Superiorem faciendi, quod est prohibitum, ejusdem Superioris finito Officio;

SVPER

Intelligentia *textus in cap. si cui nulla de præbend. in 6. cum cap. super gratia, de officio, & potestate Iudicis delegati in 6.*

FACTVM.

SVPPONITVR in facto Patrem N. Prouincialem, vel Generalem, vel Superiorem immediatum Conuentus 1
dedisse licentiam Fratri N. suo subdito, accipiendi vel retinendi aliquod, vel tradendi toties in anno, putà decem, vel vlterius aliquod amicis, &c. talis Superior elapso tempore officium compleuit, quæritur an talis subditus Regularis, qui licentiam habuit prædictam, possit ea vti pro tempore, quo non est in Officio Superior ille: Pro veritate negotij in præsenti re assumpsit onus declarandi talem licentiam à Superioribus datam in materia paupertatis Religiosæ declarare; sed tantùm, quantum vires suppetunt pro facto præsuppositio. Pro cuius facti dilucidatione, in iure suppono esse communem conclusionem, quod gratia absolutè concessa, absque limitatione aliqua si est gratia facta, non expirat morte concedentis, etiam re integra. Sic loquitur textus *in cap. si cui nulla de præbend. in 6.* vbi *gloss. notat. in 1. notab. & in verb. moriatur*, vbi *Archidiaconus* in verbo, *secus facienda*, Anchar. *in cap. si super gratia, num. 1. de officio delegati in 6.* 2

Bald. *in l.fin.in* 1. *lectura, num.*3. *ff.de Conſt.Principum*,Decius *in cap.relatum,num.*21. *de offic. delegati*, Hieronym. Paul. *in pract. Cancellariæ*, *in tit. declaratoria ſuper proponente*, Rebuff. *in concordatis de mandatis Apoſtolicis*, §.1. *verſ. ſui Pontificatus.*Sylueſt.*in verb.Gratia, quæſt.*2. Nauar. *lib.*1. *conſiliorum,de offic.delegati, in* 2. *editione, conſil.*2. *& in tit.de priuilegiis, conſil.*1.*lib.*5. Guttier.*quæſt. Canonicarum, lib.*1. *cap.*5. *num.*24. Sayr.*de cenſuris*, *lib.*7. *cap.*14. *num.*6. Merol. *tom.*2. *diſp.*4. *cap.*6. *num.*488. Sanchez *lib.*8. *de matrimonio, diſp.*26. *n.*4.

3 Quæ concluſio probatur ex *dict.cap.ſi cui nulla, de præbend.in* 6. vbi gratia conceſſa alicui, vt conferat beneficia reſeruata Sedi Apoſtolicæ perſonis idoneis, ſi re integra concedens moriatur, gratia non expirat, ſi perſonæ prouidendæ non erant expreſſæ,ſecus verò ſi erant expreſſæ, quem text. concordant Doctores *cùm cap. ſi ſuper gratia*, *de offic. delegati*, *in* 6. dum dicit indiſtinctè gratiam non expirare morte concedentis, etiam re integra, dicunt enim pro concordia, quod quando gratiæ reſcriptum refertur ad eum, cui gratia fit, etiamſi cauſæ delegationem contineat, alteri directam, non expirat morte concedentis,argumento *cap. decet, de reg. iur. in* 6. & ſic loquitur textus *in dicto c.ſi ſuper*, etiamſi gratia alterius fauorem,vel vtilitatem includat; & ſic etiam procedit text. *in dict.*

4 *c.ſi cui nulla, in* 1. *reſponſo*: Quando verò reſcriptum gratiæ non refertur ad eum, in cuius fauorem gratia fit, mortuo concedente expirat, ſi res ſit integra, quia ſi quis mandat ſeruum in genere emi, tunc inſpicitur ſcientia ementis, ſi in ſpecie, inſpicitur mandantis; ſic gratia in genere facta, vt *in dict.cap.ſi cui nulla, in* 1. *reſponſo*, menſuratur ex perſona donatarij, id eſt Epiſcopi, an expiret, vel non; ſed gratia, de qua *in* 2. *reſponſo dicti cap. ſi cui nulla*, in ſpecie facta, menſuratur ex perſona donantis, id eſt Papæ, cuius morte expirauit, & ſic loquitur text. *in dict. cap. ſi cui nulla*, *verſ. ſecus ſi ſuper*, teſte Auguſt. Barboſa *in dict. cap. ſi cui*;& Auguſt. Morla *in emporio iuris,part.*1.*tit.*2.

5 *in præludiis, n.*108. Dicit ergo *gloſſa*, quod quando perſonæ prouidendæ, de quibus *in d.cap. ſi cui nulla*,non erant expreſſæ, tunc erat gratia facta, & omninò perfecta, & nullius indigens executione, reſpectu illius,in cuius fauorem conceſſa eſt,nempe reſpectu illius,qui beneficia conferebat: ſed in poſteriori caſu, quando ſunt expreſſæ perſonæ, quibus conferri debet beneficium, tunc non eſt gratia facta,ſed facienda, reſpectu eorum,in quorum fauorem data eſt gratia, quia indiget execu-

6 tione alterius. Quod ſi gratia facienda, ſit conceſſa nomine dignitatis, non expirat morte concedentis: ſicuti ſi poteſtas executoris, cui commiſſio facta eſt, ſit acceſſoria gratiæ iam factæ, tunc non expirat morte concedentis, ſic intelligunt Doctores textum *in cap. ſi ſuper gratia*, *de offic. delegati, in* 6. De poteſtate executori data ad exequendam gratiam à Sede Apoſtolica conceſſam: & redditur ibi ratio, quia ſicut gratia facta non perit morte concedentis re integra, ita nec executoris poteſtas,quæ eſt acceſſoria,ac principalis gratiæ naturam ſequitur.

Ergo concluditur,quod gratia perfecta non expirat morte concedentis, vt ex dictis iuribus notant Viuian. *in rationali, lib.*3.*pag.*95. Alagona *in compend.Iuris Canonici*, *pag.*395. Rodriq. *tom.*1. *quæſt.regul.quæſt.*9.*art.*1.Sanchez *de matrim.lib.*8. *diſp.*28. *num.*64. 81. *&* 86. Garſ. *de beneficiis, part.*6.*cap.*2. *num.*301. Cardinalis Tuſch. *tom.*4. *concl.*68.Narbona *ad leges Hiſpanas, lib.*10.*tit.*6. *gloſſ.*3.*num.*10. Fontanel.*de pactis nuptial.clauſ.*4. *gloſſ.*13.§.1.*à num.*42.& etiam procedit in gratia, facta ſolo verbo, Menoch. *conſil.*920.Maſtrill.*de magiſtratib.lib.*2.*cap.*27.Guttier.*lib.*2.*pract.q.*74. & *q.*75.

Quo ſuppoſito fundamento facti, & iuris, pro deciſione controuerſiæ noſtræ, ſcilicet quod gratia facta non expiret, ſed facienda re integra expiret.

Reſpondeo ad noſtram quæſtionem licentiam prædictam non expirare finito officio, vel morte Superioris,quia talis licentia eſt gratia facta: ergo non expirat morte concedentis; nec per eius amotionem ab officio, vt in puncto de Moniali ha- 7
bente licentiam dandi, vel recipiendi quomodolibet rem aliquam, quod finito officio Abbatiſſæ, poſſit vti tanquam non finita licentia, dicit Pellizzarius *de Monialibus,cap.*4.*ſect.*1.*num.*49.& *in manuali regularium* 1.*tom.tract.*4.*c.*2.*ſect.*5.*n.*434. ergo,&c.

Probatur primò, quia facultas delegata audien- 8
di confeſſiones non expirat mortuo Epiſcopo concedente, aut eius remotione ab officio, ſeu Epiſcopatu, vt contra quoſdam putant communiter omnes cùm Sayro *lib.*7. *cap.*14. cum Garſia 1.*tom. de beneficiis*, *part.*6. *cap.*2. *num.*309. cum Bonacina *de legibus*, *diſp.*1. *quæſt.*3. *part.*8. §.1. *num.*23. cum Suarez *tom.*4. *in* 3.*part. diſp.*26. *ſect.*3. *num.*5. cum Sanchez *lib.*8. *de matrimonio, diſp.*28. *num.*72. cum Eman. Sà *in verb. Gratia*, qui hoc docet etiam in facultate alicui conceſſa, vt abſoluat à reſeruatis,quia iura Canonica *in cap. gratum*,& *cap.relatum*, & *cap.licet vndique de officio delegati*, vbi poteſtas iuriſdictionis delegatæ 9
perit morte delegantis re integra, loquuntur de poteſtate iuriſdictionis delegatæ contentioſæ,qualis non eſt poteſtas delegata ad audiendas confeſſiones,illa enim non computatur inter gratias, ſed inter iuſtitiæ literas: ſed hæc, ſcilicet facultas audiendi confeſſiones connumeratur inter gratias factas, quia cum non concedatur reſpectu perſonæ determinatæ in peculiarem illius fauorem, vel ad illius petitionem, reputatur potius gratia facta ipſiſmet Sacerdotibus, vtpotè redundans in fauorem ipſorum, & ſtatim quod ipſis conceditur eſt gratia perfectè conceſſa, & à nullius executione dependens, quæ propriè dicitur gratia facta, vt bene Merolla *tom.*2. *diſp.*4. *cap.*6. *num.*487. Sed ſic eſt gratia ſiue licentia accipiendi, vel tradendi aliquid regularibus, conceſſa à Superiore, vt per ſe patet, ergo non expirat morte concedentis.

Hinc videmus, quod ſi Epiſcopus concedat li- 10
centiam audiendi confeſſiones Caio Sacerdoti, talis licentia non expirat morte concedentis, vel Epiſcopo tranſlato ad aliam Eccleſiam, quia eſt gratia facta Sacerdoti,& ipſius tangit fauorem,& ſic ſtatim eſt perfecta conceſſio, nec eſt poteſtas contentioſa, quam iura dicunt perire morte concedentis re integra, & ſic videmus in praxi, quod confeſſarij per Epiſcopos approbati eo mortuo audiunt confeſſiones, donec à ſucceſſore reuocetur licentia; ſed ſi concederetur licentia audiendi confeſſiones alicuius determinatæ perſonæ, in ipſius pœnitentis fauorem, tunc expirat morte concedentis; circa eas confeſſiones, quæ iam non ſunt inceptæ, quia eſt gratia facienda, ſic dicunt Card. Henriq. Sayrus, & alij citati per Tancredum *de matrimonio, lib.*8.*diſp.*28.*num.*29. *cum ſeq.* contra Paludanum *in* 4.*diſtinct.*17. *quæſt.*4. *art.*1. *vltim.* S.Antoninum 3.*part.tit.*27.*cap.*9. contra Nauar. *in ſumm.cap.*27. *num.*264. qui dicunt has facultates

tes absolutè expirare morte concedentis, & Philiarchus *de offic.Sacerdotis,tit.1.part.2. lib.2.c.24.* addat etiamsi fuerat Pontifex, qui illas concessit; etenim dicunt, quod hæc est potestas delegata ad exercendam iurisdictionem, quæ sententia ex suprædictis reprobatur.

12 Probatur secundò, quia facultas concessa ab Episcopo, vel alio Prælato eligendi Confessarium non expirat morte concedentis, etiam re integra, vel remotione ab officio, quia talis facultas non tanquam iurisdictio delegata; sed tanquam gratia facta dici debet, ergo morte concedentis non expirat,quia statim quod est concessa, est gratia perfecta respectu pœnitentis, cui tale priuilegium conceditur,vt bene Nauar. *in cap.placuit, n.162. & seq.de pœnit.distinct.6.* Rodriq. *tom.2.quæst.regularium, quæst.46.art.8.* Henriq. *lib.7.de Indulgentiis,c.2.num.6.* Salzedo ad Diaz *cap.26.* Suarez *de pœnitentia,disp.27.sect.1.* Sayrus *de Sacramento pœnitentiæ, cap.22.* Emanuel Sà *in verb. Gratia,* Basilius Pontius *lib.8.de matrimonio, cap.19.§.1.* Sanchez *lib.7. de matrimonio, disp.27. num.75.* Garsia *part.6.cap.2.num.315.*Gonzal.*in glossa 12.*
13 *num.39.* In quo tamen noto, quod facultas data eligendi confessarium,siue concedatur à Pontifice, siue ab Episcopo, siue ab alio Prælato, semper intelligitur de confessario approbato ab ordinario, seruata forma Concil.Trident. *sessione 23. cap.15. de reformatione*, vt bene Suarez *tom.4. in 3.part. disp.28.sect.4. num.9.* sicuti etiam Prælati,qui vi-
14 gore *cap.sin.de pœnit.& remiss.* non possunt eligere Sacerdotem non approbatum ab Ordinario, vt dixit Gregorius XIII. teste Suarez *vbi suprà, sect.4. num.8.* intelligendo tamen de Prælatis, qui non habent iurisdictionem Episcopalem; nam Episcopi eligendo Sacerdotem, possunt illum approbare, si eligant in Diœcesi etiam non subditum, Merolla *vbi suprà, num.504.* Tancredus *de*
15 *matrimonio, loco cit.* Sed Regulares, habentes facultatem eligendi sibi confessarium, non possunt eligere non approbatum ab Ordinario, Fagundez *de præceptis,lib.9.præcepto 2.cap.2.* Sanchez *in selectis, disp.49.* Marcus Serio *de officio Paroci, disp.4.diffic.vnica, quæst.9. num.2.* Pater Magister Candidus *tom.2. de confessione sacramentali, disquis.24.art.65.*Franciscus Zypeus *in consultationibus Canonicis, lib.2. consult.5.* de qua licentia eligendi confessarium, latè agit Pasqualigus *à decis.85. vsque ad decis.117.* vbi plura notat scitu digna, & ante omnes notauit S. Thom. *in 4. distinct.17.quæst.3.art.3. quæstiuncula 4. ad 4.* Sotus *in distinct.18. quæst.4. art.4.* Paludanus *in 4.distinct.18.quæst.3.*Nugnus *in 3.part.quæst.8.art.5. dub.3.* Geptius *in Thesauro animæ, tom. in verb. Confessio,num.18.*& Pater Gesuald.*tom.1.tract.24. cap.4. à num.33.* admittit non expirare talem facultatem morte concedentis, vel officio finito, ergo sic in casu nostro.

16 Probatur tertiò, quia facultas testandi concessa Monachis,Episcopis,vel aliis,quibus testari prohibetur, non expirat morte concedentis, vt contra Soccin.Iun.*consil.89.n.33.vol.1.* concludit communis, quia est gratia facta, vt bene Couar. *in cap.cùm in officiis, num.4.de testamentis,* Nauar. *in Apologia ad librum de redditibus Ecclesiasticis, quæst.4.cap.4.* Granutius *theoremate 13.* Gonzalez *gloss.12.num.35.* Garsia *part.6. cap.2.§.3.n.308.* Fontanella *claus.4.gloss.13.num.38.* Guttier.*lib.2. practic.quæst.q.75.* Molina *de iustitia, disp.141.* Henriq.*dict lib.7.de Indulgentiis,cap.21.* Rodriq. *tom.3. quæst.69. artic.6.* Sanchez *dict. disp.28. num.82.* ergo neque licentia, de qua in præsenti, expirabit morte Superioris, vel ipso finito officio.

Probatur quartò, quia literæ dimissoriæ ad or- 17
dines suscipiendas non expirant morte Episcopi eas concedentis, quia cum contineant licentiam ordinando concessam,vt ad ordines promoueatur, sunt gratia facta, ergo non expirant morte Episcopi concedentis; ita Nauar. *in tit. de rescriptis, lib.1.consiliorum,consil.50.*Genuens.*cap.81.num.4. & cap.85.num.39.*Sanchez *dict.disp.28.num.83.* Suarez *tom.4.in 4.part.disp.27.sect.4. dub.3.n.8.* Garsia *loco citato,num.321.* Sanchez *dict.num.83.* qui dicit quod idem dici debet de literis dimisso- 18
riis concessis à capitulo Sede vacante, quando eas potest concedere, quia non expirant finita capituli potestate, per noui Episcopi aduentum: idem de concessis à Vicario Episcopi, eo quod Episcopus sit in remotis, iuxta textum *in cap.3. de temp. ordin. in 6.* vel de speciali facultate sib. concessa ab Episcopo,& de dimissoriis cõcessis à Prælatis Religionum suis subditis; quia in his omnibus militat eadem ratio: sic facultas concessa per Regem instituendi maioratum, non expirat morte concedentis re integra, quia est gratia facta, vt disponitur apud Hispanos *in l.43.Tauri,& in noua recompilatione legum Hispaniæ; leg.2. tit.7. lib.5.* latè Mieres *de maioratu, part.4. quæst.10.* Quare concludit Marchinus *de ordine,part.6. tract.1. cap.6.* Moneta *de iudicibus conseruatoriis, cap.10.n.328. & de commut.vltim.volun. cap.8. num.90.vsque ad num.112.* quòd literæ dimissoriæ prædictæ, tanquam gratia facta, non expirant morte concedentis. Quod si Episcopus concedat dimissoriam ali- 19
cui,vt possit ordinari ab alieno Episcopo; sed ante litterarum dimissorialium expeditionem moriatur, aut ad alium Episcopatum transeat, aut deponatur, tales literæ,& licentia non expirant,quia scriptura, vel sigillum non requiritur ad substantiam priuilegij, & gratiæ: cùm sufficiat expressa concedentis voluntas, signis externis sufficienter manifestata, vt latè Sanchez *de matrimonio, disp.28. citata* Suarez *lib.8. de legibus, cap.31. num.10.* Sicuti licentia exeundi à Monasterio, vel ad illum 20
ingrediendi, sine scriptis posset dari, Tamburinus *de iure Abbatissarum, disp.23.quæst.5.* Ioseph Giballinus *de clausura sanctimonialium, disquisit.1. cap.5.§.50. num.8.* quare posset adhibitis testibus probari licentia data, & per gratiæ executionem, an verò si Episcopus det licentiam ordinandi suos subditos generaliter,vel specialiter alicui Episcopo ob aliquam causam, si postea moriatur Episcopus re integra, expiret talis facultas, disputat Marchinus *vbi suprà,num.16.* sicut ergo non expirant dimissoriæ, quia gratia facta;sic non expirat licentia, de qua hic.

Probatur quintò, quia licentia non residendi 21
concessa ab Episcopo Clericis beneficiatis causa studij,seruata forma Concilij *sess.24. de reformat. cap.12.cap.sin.de Magistris, cap.tuæ,de clericis non residentibus, cap.2.de priuil. in 6.* Barb. *de Canonicus, cap.26. & de potestate Episcopi, alleg.56.* non expirat morte concedentis, quia est gratia facta: idem est in licentia faciendi alia prohibita,vt edendi carnes, vel non ieiunandi in quadragesima, ac de licentia prædicandi,& aliis,propter eandem rationem,vt bene Sanch.*vbi suprà,n.77.cum concordantibus,* qui idem dicit de licentia celebrandi, per Episcopum concessa in Oratorio priuato, quod 22
non expiret morte Episcopi. Sed hodie talis licentia nequit concedi per Episcopum, sed à sola Sede Apostolica, Diana *part.9.tract.1. resol.1.* Quare omnes licentiæ concessæ à Superioribus, si non

concedun

conceduntur ad certum vſum, vel limitatum, vel ad certum tempus, non expirant morte concedentis, vel ceſſatione eius ab officio, nam ſunt gratiæ factæ: ſic conceſſiones factæ à legato Pontificis, vel à Vicario Epiſcopi, ſi ſimiliter concedantur abſolutè, non expirant ceſſatione ab officio, ob prædictam rationem, vt docet Francus *in c. ſi gratioſæ de reſcriptis, in 6.* Tancredus *loc. cit. n. 37.*

23 Probatur vltimò, quia cõceſſio facta Religioſo à ſuo Prælato Superiore, vt poſſit diſpẽſare cùm coniugatis impeditis ad petendum debitum ob inceſtum, vel votum ſimplex caſtitatis, non expirat mortuo Prouinciali, vel remoto, ſiue quomodolibet officio finito, quia fit talis commiſſio nomine, & auctoritate Papæ, ſcilicet Pij V. Rodriq. *in comp.*

24 *quæſt. regular. reſolut. 114. num. 15.* quæ quidem facultas diſpenſandi à votis, & abſoluendi à caſibus reſeruatis, an ſit hodie ſublata, eo quod ſunt ſublata priuilegia regularium viuæ vocis oraculo, & an pro ſola Italia ſint ſublata, an extra Italiam, ſunt legendi Rodriq. *in comp. fol. 45. num. 35.* & Fr. Giunaparus à Trapano *de reuocat. priuilegior. regul. per tot. volum.* ſic commiſſiones diſpenſandi in impedimentis matrimonij in foro externo, vel interno, non expirant morte concedentis, Trullench. *in praxi Sacramentorum, lib. 5. cap. 10. dub. 8.* Caſtrus Palaus *de legib. tract. 3. diſp. 4. punct. 16.* Hurtadus *de matr. diſp. 26.* Filliuc. *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 347.* Bonac. *tom. 2. diſp. 1. q. 2.*

25 *part. 7. §. 2. num. 1.* Committuntur autem tales diſpenſationes in impedimentis matrimonij, vel irregularitate, aut aliis rebus in foro externo ordinariis, ſed interno confeſſariis (in quo autem differant diſpenſationes pro foro interno, ab illis in foro externo, tradit Ioan. Valerus *in verbo diſpenſatio, diffic. 9.*) cùm clauſula, *ſi preces veritati nitantur*, nunquam tamen expirant morte concedentis, etiamſi Summus Pontifex decedat antequam narrata verificentur: ita contra quoſdam, quos ſequitur Genuenſ. *cap. 94. in 2. edit.* Riccius *collect. 934.* Bonac. *de leg. q. 3. punct. 1. n. 14.* & *p. 7. 6. p. n. 19.* tenent communiter DD. cùm Hieronymo Paulo *in praxi Cancellariæ, in tit. Declaratoria ſuper proponente, ſeu vouente*, Maiol. *de irregularitate, lib. 5. cap. 51. n. 6.* Suar. *tom. 5. in 3. part. diſp. 41. ſect. 2.* & *lib. 6. de legib. c. 17.* & *lib. 8. c. 31.* Henriq. *lib. 7. de Indulgentiis, c. 21. n. 7.* & *lib. 12. de matr. cap. 1. n. 8.* & *c. 3. n. vlt.* vbi refert plures DD. Salamantinos pro hac ſententia Petr. de Ledeſma *de matr. c. 27.* Rodriq. *tom. 2. quæſt. regul. q. 46. art. 7.* Sanch. *dict. lib. 8. de matr. diſp. 28. n. 87.* Garſia *d. p. 5. de beneficiis, c. 2. n. 311.* Riccius ſe retractans, *collect. 1587.* vbi refert plures deciſiones; quia quando præcipitur, vt exequatur, *ſi preces veritate nitantur*, tunc eſt gratia facta; ergo non perit morte concedentis re integra, quia iam eſt gratia facta illi, qui obtinuit, & ſola eius executio deſideratur, quæ per commiſſarium neceſſario fieri debet; & ideò procedit text. *in d. c. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6.* & *in d. c. ſi cui nulla, de præbend. in 6.* vt bene Merolla *diſp. 4. c. 6. n. 511.* Tancred. *de matr. lib. 8. diſp. 28. n. 38.* Dici enim ſolent iſtæ gratiæ factæ, ſiue reales ex parte concedentis, *l. in omnibus 68. priuil. 157. ff. de reg. iur. l. forma, §. quanquam de cenſib. l. exceptionis 7. ff. de exceptionib.* latè Baſilius Pontius *de matr. lib. 8. c. 18. §. 1.* & *c. 19. §. 1.* Perez *de matrim. diſp. 47.*

26 *ſect. 5. per tot.* ſicuti dici ſolet de Indulgentiis, quòd ſcilicet ſint in triplici ſpecie, nempe locales, reales, & perſonales, Suar. *tom. 4. in 3. diſp. 52. ſect. 1.* Bartholomæus à S. Fauſto *lib. 2. de Indulgentiis, q. 4.* Bardus *in Bullam Cruciatæ, part. 2. tract. 7. c. 3. ſect. 2. n. 15.* Sic etiam diſtingui ſolent priuilegia, vt latè Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 1. diſp. 16. q. 11.* & in quacunque licentia, & facultate, quod taliter diuidatur, tradit P. Giuniparus à Trapano *de reuocat. priuilegior. viuæ vocis oraculo, diſp. 1. q. 3. c. 2.* vbi latè.

Ex quibus infertur, licentiam datam per Superiorem ſuo ſubdito, vt aliquid accipiat, vel det diſpenſando circa votum paupertatis, & eius exercitium non extingui ad mortem Superioris, vel finito officio eiuſdem, quia eſt gratia facta, vt probauimus; niſi tamen reuocetur per Superiorem ſucceſſorem, vt bene Nauar. *lib. 3. conſiliorum de Clericis, non reſidentibus, conſil. 3.* niſi tamen aliter dictent Statuta Religionum à Papa approbata, 27

cùm clauſula irritanti, nam in Religione S. Franciſci, teſte Portell. *in verb. licentia, fol. 608.* licentia 28
data ab vno Prouinciali, vel Generali, expirat mortuo, vel amoto ab officio concedente, etiam non reuocata per ſucceſſorem: intelligendo tamen de licentia data ad abſoluendum à reſeruatis, non verò de aliis diſpenſationibus factis pro neceſſitatibus, & ideò putat Portellius *verbo licentia, num. 1.* quod quando Prælatus diſpenſat cum aliquo ſubdito ratione neceſſitatis corporalis, vel ſpiritualis, talis diſpenſatio durante neceſſitate non finitur expirante illo Prælato diſpenſante; ſed manet fixa, neque indiget renouatione ſucceſſoris Prælati. Sic licentia comedendi oua, lacticinia, carnes, & ſimilia prohibito tempore, non ceſſat morte concedentis, vel amoto ab officio, durante neceſſitate. Similiter dicunt de licentia non ieiunandi, vel ad ordines recipiendos, vt ex dictis patet, quod notat Portellius *vbi ſuprà*, qui addit *vbi ſuprà*, *fol. 611. n. 5.* quod licentia, quam Prælatus dedit ſubdito per 29
modum diſpenſationis, diſpenſando videlicet ob cauſam, vt v. g. comederet carnes, vel oua tempore pro prohibito, vel quid ſimile, durante cauſa non poteſt reuocari à Prælato, quia obligatio ſubditi in caſu illo particulari per diſpenſationem fuit ſublata; ergo ſola voluntate non reuiuiſcit, nam is ſola ſua voluntate non poteſt ſuſcitare ſemel extinctam obligationem: intellige durante cauſa; putà ſi diſpenſatum ſit in eſu carnium tempore Quadrageſimæ propter morbum præſentem, & poſteà ſanitas recuperetur, tunc ceſſat diſpenſatio tanquam ceſſante cauſa, Portellius *vbi ſuprà.*

Infertur ſecundò, quòd cauſa diſpenſationis, 30
vel quælibet facultas poteſt committi dupliciter, ſcilicet primo perſonæ determinatæ, putà Fullano tali, & hoc caſu extinguitur eius morte, quia perſonalis. Secundò, poteſt concedi realiter: putà dignitati, vel Epiſcopo Auerſano, quo caſu non extinguitur morte: quia remanet dignitas Epiſcopalis in ſucceſſore: poſſet tamen ex aliis cauſis argui commiſſio realis, vel perſonalis, ſiue fiat expreſſo nomine delegati, ſiue ſolùm dignitate, v. g. ſi Summus Pontifex committat Epiſcopo Auerſano cauſam, & dicat ſe illi committere ob eius prudentiam, &c. tunc commiſſio eſt perſonalis, vt patet ex verbis, quæ addit Summus Pontifex, quamvis in ea fuerit expreſſa dignitas, vt latè Menoch. qui iura adducit *lib. 1. de præſumpt. præſumpt. 30.* Canoniſtæ *in cap. quoniam*, Abb. *de offic. delegati*, Tancred. *de matrim. lib. 8. diſp. 27. quæſito primo*, qui diſputat quid ſi vtrumque nomen ſimul in delegatione ſit appoſitum, qualiter præſumatur gratia, & cauſæ commiſſio, ſi ſunt duo delegati, & vnus moriatur, quid agendum, notant DD. *in cap. vno delegatorum, de offic. delegati*, Fragoſius *de Republica Chriſtiana, lib. 4. diſput. 10. num. 12.*

Infertur

31 Infertur tertiò licentiam, de qua loquimur circa exercitium voti paupertatis, vt accipi possit, vel dari, debere esse iustam ex parte modi, scilicet, sine violentia sine fraude, &c. vt multa notatu digna refert Ioan. Garsia *in politica regul. tr. 4. p. 3. diffic. 5. dub. 2.* & ad vnum vsum si concedatur, puta pro itinere, non potest applicari ad alium finem, vt latè

32 Gesualdus *de voto paupertatis, cap. 3. n. 16.* Paupertatis enim nomen teste Varrone *lib. 4. de lingua Latina*, dicitur à paruitate pecuniæ, vbi ait, quod pauperes dicuntur illi, qui pecuniam non possident, & ex labore, vel alia eleemosyna viuere coguntur, vt *in Psalm. 69. Ego verò egenus sum, & pauper, Deus adiuua me*, & in alio *Psalm. 87. Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* Religiosa verò paupertas est voluntaria, & perfecta abdicatio rerum temporalium, & est triplex, scilicet prima professionis, secunda paupertas vsus, & tertia, paupertas effectus, siue voluntatis, prima dicitur externa, sed non interna: quare Religiosi illi, qui post professionem factam, & renuntiationem bonorum, habent affectum ad illa dicuntur pauperes professionis, sed non spiritu, quorum est Regnum cœlorum Matth. cap. 5. vbi Abu-

33 lensis *quæst. 11. part. 2. in Matth.* Secunda dicitur paupertas vsus, & est in illis, qui nolunt aliquid possidere in hac vita, sed vsu tantum contenti sunt, verùm appetunt has res temporales cum magna sollicitudine, volentes vt nihil eis desit, & & tales sunt pauperes imperfecti. Tertia dicitur paupertas affectionis, & est in illis Religiosis, qui non solum renuntiant bona temporalia in effectu, sed etiam in affectu, & vtuntur tantùm pro simplici necessitate naturæ, quantum sufficit, & isti sunt veri pauperes spiritu, de quibus in Euangelio, qui verè dicere possunt: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus Christum Dominum in paupertate spiritus.* Sic Sanctus Bonauentura, Pisanus, Serena conscientia, Hieronymus à Politio, Frater Sanctus, & alij expositores Regulæ Sancti Francisci, *cap. 6. regulæ*, vbi Corduba, Ioannes à Fano, & alij cùm quibus concordat Alphonsus Rodriq. *de perfectione Religiosa, lib. 3. tract. 2. cap. 16.* Pater Gesualdus *de voto paupertatis, cap. 3. num. 6.* In

34 Religiosis verò diuersimodè seruatur paupertas, nam in omnibus in particulari seruatur, sed in communi multæ retinent dominium, Trident. *sess. 25. cap. 3.* aliæ neque in communi, vt de Cappucinis, & similibus Fratribus Sancti Francisci de Obseruantia, vt in Regula Sancti Francisci *cap. 6.* & ideò Gregorius IX. in expositione Regulæ

35 Sancti Francisci ait: Dicimus itaquè, quod Fratres Minores, nec in communi, neque in speciali proprietatem aliquam debeant habere, quod idem dicit Nicolaus Papa III. *in cap. exiit de verbor. signific. in 6. §. porrò*, & Clem. Quintus *in Clem. exiui, §. præterea, de verborum signific.* dicit quod Fratres Minores possunt habere vsum simplicem, & de facto rerum, quibus vtuntur sine vllo dominio, neque in particulari, neque in communi, quibus tamen conceditur vsus in solo facto; sed proprietas, & vsus iuris est Sedis Apostolicæ, dicitúrque vsus facti; nam non possunt iuridicè apud

36 Iudicem petere talem vsum. Qui quidem vsus triplex est, primus superfluus, siue abundans, secundus moderatus, tertius vsus arctus. Primus dicitur, quando quis vtitur in magna copia, qui non conuenit Fratribus Minoribus de Obseruantia, *dict. cap. exiit, de verborum signific. in 6. §. insuper*, & ideò Fratres isti non debent mendicare ad superfluitatem; sed ad necessitatem tantum. Vsus abundans, qui est secundus vsus stat in quadam mediocritate, quæ licet expresè non prohibeatur in Regula, implicitè tamen prohibetur, sed potest concedi à Prælatis: Vsus verò arctus est 37 permissus Fratribus de Obseruantia, in Regula Sancti Francisci, & sic contra hunc vsum facerent Fratres Sancti Francisci de Obseruantia, si vterentur vltra ipsum, & sic debent se abstinere ab vsu cæterarum rerum, quæ in Regula minimè sunt concessæ. Regula enim solùm concedit, vt possint habere vsum duarum tunicarum vnius sine capucio, & alterius cùm capucio, insuper concedit chordam, fœmoralia, & Breuiarium, vt possint persoluere horas Canonicas, vt *in dict. Clem. exiui, §. ex præmissis.* Plura de natura paupertatis religiosæ tradit Suarez *tom. 4. de religione, tract. 10. lib. 4. cap. 4.* Pellizzarius *in manuali regularium, tract. 1. cap. 2.* Sanchez *in summ. lib. 7.* per plura capita Peyrinus *de subdito, quæst. 2. cap. 2.* & Pel- 38 lizzar. agit de vsu paupertatis mendicantium, Monachorum mendicantium incapacium Fratrum Minorum: de paupertate Societatis IESV, tum quoad Scholasticos, tum quoad alios, de paupertate militantium, de paupertate oblatorum, de paupertate Episcoporum regularium, & quomodo cesset obligatio paupertatis, per dispensationem, per consuetudinem, per epikheiam, & per licentiam legitimè concessam.

Quia verò suprà probauimus gratiam factam 39 non expirare morte concedentis, vel finito officio, sed gratiam faciendam expirare si re integra moriatur. hinc dubitari posset quando res desinat esse integra in commissionibus dispensandi, & aliis rescriptis gratiæ.

In quo dubio dico, quod primus actus iudicialis, qui solet expediri post rescripti præsentationem facit ne res deinceps sit integra, putà si Iudex, siue Commissarius iubeat fieri informationem veritatis precum, quod in simili tradunt Bart. Bald. & alij, quos refert, & sequitur Marant. *p. 4. distinct. 9. in tit. an sit iudicium super petitione, num. 20.* & *part. 6. membr. 10. num. 2.* Felinus *in cap. Pastoralis, §. quoniam, num. 3. de rescriptis*, qui dicit, quod in rescriptis gratiæ desinit res esse integra, ac iurisdictio perpetuatur si Iudex, seu commissarius mandet vocari illum, cum quo dispensandum est, vel similem actum iurisdictionis faceret, Sanchez *disp. 28. num. 20.* & ideò per solam rescripti præsentationem factam Iudici, seu Commissario, non desinit res esse integra, quia licet sola rescripti præsentatio imprimat Commissario iurisdictionem tamen nullum iurisdictionis exercitium inducit *cap. Gratum, c. licet vndique de officio delegati*, Abbas *in cap. cùm venisset, num. 2. de testibus, & attestationibus*, vbi Card. *num. 1.* Felin. *in d. c. relatum, n. 12.* Sanchez *lib. 8. de matrim. 28. num. 19.*

Cùm autem diximus posse vti regularem tali 40 licentia etiam finito officio Superioris, intelligitur hoc pacto, vt si à Generali, vel Prouinciali sit concessa absque limitatione certi Monasterij, tunc posset Religiosus vigore illius dare, & accipere, etiamsi in alio Monasterio reperiatur, vbi non erat temporis, in quo licentiam habuit, sed si à Superiore immediato Conuentus habuerit talem licentiam, tunc non poterit ea vti in alio Monasterio, vt bene Pellizzarius *in manuali Regularium, tractatu 4. cap. 2. sectione quinta, num. 434. cum sequenti.* Et hæc sufficiant dixisse. Die 15. Aprilis 1650.

Iulius Caponus S. Theol. & I. V. D. ac in Neapolitano Gymnaſio Lector Primarius Veſpertinus Iuris Ciuilis.

Ego Vincentius Paganus è Societate IESV Sacerdos vidi hoc reſponſum D. Doctoris Iulij Caponi in almo Neapolitano Gymnaſio Profeſſoris, & argumenta quæ ducit ex iure probant ſolidè à Maiori ad minus : quare cum dominium religioſum ſit voluntarium non naturale, aut iure gentium Moderatores religioſi ſanctæ charitatis qua Chriſti iugum leue profitemur, velint correctionem ſubditi non pœnam : igitur cum N. bona fide proceſſit ſpe plenus experiatur benignitatem non ſeueritatem Prælatorum. Audiant S. Bonauenturam de *ſex alis, cap.* 7. Satisfactionem imponite per quam agnoſcat pondus reatus ſui (ſi tamen in præſenti reatus ſit) ita tamen clementer ſicut tibimet velles alium compati ſi tali peccato delinquens : quid diceret Doctor Seraphicus in caſu occurrenti vbi nulla culpa, nec theologica, nec iuridica, ſed ſolum de regulari obſeruantia agitur.....

Idem qui ſupra Vincentius Paganus è Societate IESV.

Ego D. Ioſeph de Ianuario Congregationis Piorum Operariorum S. T. D. Pœnitentiarus Maior, ac Conſultor S. Officij in Eccleſia Neap. ſum in eadem ſententia.

Viſa hac ſcriptura, Superiores Regularium abſtinuerunt à procedendo contra Fratrem N.

DISCEPTATIO CXVII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur, de qua in præſenti, pro Doctoribus de Albaſio.*
2 *Monaſterij ponderationes adducuntur.*
3 *Pactum retroemendi, tranſit contra ſingularem ſucceſſorem.*
4 *Dationis in ſolutum verba, quæ ſint, & qualia.*
5 *Pactum retroemendi de quo hic quale fuerit.*
6 *Contractus cenſus eſt diuiduus, & quare.*
7 *Diuidua vel indiuidua, quæ dicantur in iure.*
8 *Rota Romana ſemper tenuit cenſum eſſe ſui naturâ diuiſibilem.*
9 *Cenſus qualiter poſſit indiuiduum dici, & quo capite.*
10 *Cenſus an poſſit redimi per partes Domino inuito.*
11 *Textus* extrauagantis 1. & 2. de emptione, & vendit. *an per Bullam Pij V. ſint reuocati.*
12 *Textus* in l. Tutor, §. Lucius, ff. de vſuris, *explicatur.*
13 *Incommoditas Domini cenſus, an faciat cenſum indiuiduum.*
14 *Fundum emens cum pacto retrouendendi, non poteſt cogi pro parte.*
15 *Pactum, vt cenſus retroematur in totum, & ſoluto toto pretio an valeat.*
16 *Pactum de quo ſuprà, qualiter limitetur.*
17 *Debitor cenſus ſi tenetur infrà duos menſes ante, creditorem requirere, ſoluto intereſſe illorum duorum menſium poteſt exercere pactum tali dilatione non ſeruata.*
18 *Debitor in diem ante diei aduentum, ſoluere non cogitur, ſed poterit ante tempus ſoluere ſi non cauſet intereſſe.*
19 *Debitor tenetur ſoluere loco deſignato, ſed poterit alibi, ſoluto tamen intereſſe.*
20 *Creditor potens certo loco conuenire debitorem, fauore debitoris, poterit eum alibi conuenire ſoluto intereſſe.*
21 *Tutor, vel adminiſtrator non poteſt conueniri, niſi in loco adminiſtrationis, fallit ſi ſoluatur intereſſe, & alibi conueniatur.*
22 *Antonij Merendæ* authoritas, lib. 11. c. 16. *adducitur ad propoſitum.*
23 *Dominium penes plures inſolidum an, & quando valeat.*
24 *Defuncti obligatio ex perſona hæredis qualiter mutetur.*
25 *Cenſus redimi poteſt pro parte, quando non nocet creditori.*
26 *Cenſus redimi non poteſt pro parte ſi ſocijs Communitatis debeatur.*
27 *Cenſus à pluribus emptoribus pro parte redimitur per debitorem.*
28 *Trentacinq. authoritas adducitur, ad propoſitum, & declaratur à Cencio.*
29 *Poſſeſſor quilibet quando, & qualiter conueniatur pro toto credito.*
30 *Cenſum qualiter teneantur poſſeſſores ſoluere.*
31 *Pactum, vt in retrouenditione ſoluatur integrum pretium vnica vice valet, & qualiter.*
32 *Debitor cenſus an, & quando dicatur propriè debitor.*
33 *Debitor cenſus, an poſſit ſi fecerit inuentarium dare bona cenſita creditoribus cenſus ad ſe liberandum.*
34 *Pretium cenſus an poſſit ſolui in re ſtabili ab hærede.*
35 *Creditor, & debitor conditionales, an propriè ſint tales.*
36 *Creditor recipiens ſolutiones ab accollatore cenſus an ſibi præiudicet.*
37 *Concluſio Authoris quæ ſit, eiuſque petitio.*
38 *Diuiſio cenſus à domino poteſt fieri.*
39 *Ceſſio de qua in præſenti qualis fuerit, & quem producat effectum.*

ARGVMENTVM.

Cenſus naturam diuiduam eſſe, iure probatur, vnde præciſo pacto : pro rata vnuſquiſque cenſus poſſeſſor tenetur : interdum verò ex veriſimili mente diſponentis erit indiuiduus ; poſita tamen diuiſione facta per creditorem licitum erit debitori retroemere pro parte ceſſa non obſtante pacto diſponente aliter à principio.

PRO

DD. Iosepho, & Marco Antonio de Albasio.

CONTRA

Monasterium Sancti Augustini Maioris, ex persona Fratris Caroli de Flore.

Commissarius Reuerendissimus Auditor de Monte.

FACTVM.

1 IN Curia Reuerendæ Nunciaturæ Neapolitanæ, comparet Iosephus Albasius, dicens se, & Marcum Antonium Albasium eius fratrem esse debitores vigore instrumenti Aloysio Iancotto vti hæredi Marci Antonij Iancotti in ducatis annis octuaginta quatuor, pro capitali ducatorum mille, & ducentum ad rationem septem pro centenario, cum pacto de retrouendendo ad fauorem illorum de Albasiis, seruata forma Bullæ: quia verò de summa dictorum ducatorum octuaginta quatuor, reperitur per Iancottum cessam fuisse summam ducatorum 25. annuorum pro capitali ducatorum 265. Monasterio S. Augustini de Neapoli ex persona Patris Caroli de Flore; dicit ergo Albasius velle exercere pactum de retrouendendo, cum dicto Monasterio, & illud, ac eius procuratorem in iudicio pronocat, producitur fides cessionis factæ per Iancottum ad beneficium Monasterij *fol.* 2. fides contractus inter illos de Albasio, & Iancottum iterum repetita *fol.* 12. instrumentum cessionis inter Iancottum, & Monasterium S. Augustini, *fol.* 10.

2 Pro parte Monasterij prætenditur non esse locum petitæ retrouenditioni ducatorum 265. faciendæ per ipsum, dicit tria, primo dicit, quod contractus annuorum redituum, de quo in præsenti, est ad beneficium eiusdem Aloysij, cui est pactum reseruatum in cessione facta per Iancottum Monasterio; vnde si velit illud exercere Albasius non poterit. Secundò dicit in cessione facta Monasterio à Iancotto, non esse datos insolutum annuos ducatos 25. pro capitali ducatorum 265. sed solum dicit adesse verba (*restino.*) Tertiò, dato, quod ipsi de Albasio haberent talem potestatem, eam exercere deberent cum Aloysio, pro summa ducatorum mille pro prima vice, & ducentum pro secunda, seruata forma instrumenti, & non cum Monasterio pro ducatis 265.

Ego tamen partes dictorum de Albasiis defendendo, mirari non possum, talium prætensionum per Monasterij procuratorem propositarum: quibus omnibus si faciliter respondeam, credo cogendum Monasterium fore ad retrouenditionem faciendam pro ducatis 265. ad beneficium DD. prædictorum.

3 Quantum ad primum pactum retro emendi esse ad beneficium illorum de Albasiis actiuè nullus est qui dubitat, cum expresse in contractu vigore Bullæ sit reseruatum, & exerceri potest non solùm contra principalem creditorem, sed etiam contra singularem successorem, licèt cum emptore factum, ex doctrina Pauli de Castro *in l. si cum venderet, ff. de pignor. act.* vbi ait, quod si fiat venditio prædij cum pacto redimendi, & emptor in alium transferat prædium, poterit venditor agere contra illum singularem successorem ad ipsam rem, virtute pacti: ergo transit illud pactum in singularem successorem, licèt factum cum primo emptore, quia res transit cum sua causa, Follerius *in verb. instrumentum gratiæ, n.* 15. latè de Ballis *lib.* 50. *tract. var. quæst.* 31. *a n.* 16. *cum seqq.* Neque poterit Aloysius si illud in concessione reseruauerit, quam Monasterio fecit reseruare, quia fuit ad beneficium Albasij principalis debitoris facta reseruatio: ergo illis competit talis facultas.

Quantum ad secundum dicit Aduersarius non 4
fuisse datos insolutum dicto Monasterio annuos ducatos 25. quia non adest illud verbum, *dat in solutum, &c.* sed falsò, quia sunt illa verba magis prægnantia, scilicet ponens, & constituens procuratorem in rem propriam per simplex constitutũ, nihil sibi reseruans, &c. quæ quidem clausulæ inducunt translationem possessionis ciuilis, & naturalis, ac dominij, ex notatis *in l. quod meo, ff. de acq. poss. l. interdum, ff. eodem, l. quædam, ff. de rei vendic.* vbi glossa notabiliter Baldus, Canonistæ, & alij *in cap. ex parte de Clericis non residentibus*, Barbos. *in appellatiua verborum in verb. Procuratorem appell.* 221. & alibi, ergo pro dicta summa cessa Monasterio per Iancottum, non poterunt molestari illi de Albasio ab eodem Iancotto posita dicta dominij translatione in Monasterium, Guido Pap. *dec.* 530. *n.* 2. Capella Tolosana *dec.* 14. *num.* 15. & 162. *num.* 12. latè Olea *de cessione iurium, tit.* 6. *q.* 10. *per tot.* Accedit, quod cessio fit Monasterio, quod est persona priuilegiata, ergo immediatè facta transfert dominium *l. fi.* vbi glossa *C. de Sacros. Ecc.* vbi latissimè Augustin. Barbos.

Quoad tertium: motiuum partis dicit, quod re- 5
demptio census debet fieri de tota summa, & hoc non solum de iure, sed etiam in præsenti vigore pacti, cum enim in præsenti contractu, fuerit dictum expresse, vt possit fieri affrancatio per duas vices, scilicèt prima de ducatis mille, secunda de ducatis bis centum: ergo non poterit nunc facere emptionem ducatorum 265.

Quod sanè motiuum, dependet ab ea quæstione, 6
an census sui natura sit indiuiduus, vel indiuiduum, & quid posito pacto, de quo in præsenti.

Si loquamur de iure est quæstio, an census sit sui natura diuiduus, & sane dico cum communi opinione censum sui natura diuiduum esse: ita Cencius *de censibus, quæst.* 110. aliàs *p.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 8. & hoc probatur tum ex *cap.* 1. & 2. *de emptione, & venditione*, vbi expresse habetur, quod census possit in totum, vel pro parte redimi, quod non concederetur si esset de sui natura indiuisibilis. Secundò ex Bulla Pij V. *vers. postremo census, &c.* vbi habetur expresse, quod si res super qua census fuit impositus, & collocatus, pereat in totum, vèl in parte, aut reddatur infructuosus in totum, vel pro parte: ipse quoque census debet ad ratam perire, si enim esset de sui indiuiduus, deberet non pro parte, sed in totum perire, & in totum extingui, etiam quod res supposita periret, tantùm pro parte, vel pro parte tantùm redderetur infructuosa; ergo census de sui natura est diuisibilis, vt bene Nauarrus *in Comment de vsuris, n.* 95. *glos. duodecima*, Boccaccius *de censibus parte* 1. *numero* 13.

7 Quod clarius probatur, quia diuidua res, tunc dicitur, quando tantam affert vtilitatem reſpectu totius, quantum pars reſpectu partis, DD. *in l.4. §. Cato, ff. de verbor. oblig. & in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb.* ſed pars cenſus diſtincta, & ſeparata ab aliis partibus, tanti valet reſpectu ſui ipſius, quanti coniuncta cum aliis partibus, cum vniforme ſit illius pretium, & non poſſit ex poſt facto augeri, vel minui ex prohibitione Bullæ Pij V. Ergo tantum valebit pars reſpectu partis, quanti valet totus cenſus reſpectu totius, quia ſi totus cenſus putà centum aureorum in ſorte principali, reddit annuum reditum, putà octo aureorum, diſtributa ſors, putà in octo partes, quælibet pars reddet vnum aureum annuum, & ſic ſi diſtribuatur in plures, vel in pauciores partes; nam ſi quælibet pars erit æqualis, æquale etiam
8 affert redditum, ſi partes erunt inæquales, inæqualem redditus partem capient, ergo cenſus ſui natura eſt diuiſibilis, tam reſpectu rei, quam voluntatis contrahentium, vt tenuit Rota apud Cencium *dec. 125. num. 15. & d. quæſt. 110. n. 3.* aliàs *p. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 8. num. 3.* & ſic Rota ſemper tenuit cenſum eſſe diuiſibilem, & quod cenſus non prohibeatur pro medietate redimi, & ſic in parte extingui, & in parte non extinctum remanere, Rota coram Mellino *deciſ. 106.* poſt Cencium, & coram Manzanedo poſt *tract. d. 362.* & coram Gregorio XV. *deciſione 137. num. 26.* vbi addentes.

9 Non nego tamen cenſum interdum indiuiduum dici, vel reſpectu veriſimili mentis Iudicis, qui mandatum relaxat, pro ſoluenda tota ſumma, vel ſecundum voluntatem contrahentium, vt bene Cencius *dict. quæſt. 110.* aliàs *part. 3. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 3.*

10 An verò cenſus poſſit redimi, per partes Domino inuito quæſtio eſt. Prima opinio eſt negatiua, quod ſcilicet Dominus cenſus non poſſit cogi inuitus ad reuendendam partem cenſus, ita Gratianus *cap. 223. num. 4.* Milanenſius *deciſ.* Siciliæ *29. num. 75. lib. 2.* Gaſpar Rodriquez *libro 1. de annuis redditibus quæſt. 18. num. 3. libro 2. quæſtione 16. num. 34.* Mareſcottus *libro 2. var. c. 61. num. 10.* Rebellius *part. 1. de obligat. inſtrum. libro 10. quæſt. vltima*, Gratianus *cap. 223. num. 4. & 717. num. 20. cum ſequent.* Secunda opinio eſt affirmatiua, quod Dominus cenſus poſſit compelli ad reuendendum partem illius, quam in puncto defendit Follerius *de cenſibus in verbo inſtrumentum gratiæ, num. 37.* Felicianus, Nauarrus, Lopez, Auendanus, & alij apud Cencium *quæſtione 110. num. 16.* aliàs *part. 1. cap. 1. quæſt. 3. articulo 8. num. 16.* & tenet Rota quæ pluries decidit, apud eundem Cencium *vbi ſuprà, numero 16.*

11 Probatur primò per textum *in d. extrauagant. p. 1. & 2. de emptione, & venditione*, vbi expreſſè dicitur eſſe diuiduum, quæ conſtitutiones, cum in hac parte non reperiantur correctæ, & abrogatæ per Bullam Pij V. *de cenſibus*, erunt in viridi obſeruantia, *argumentum l. præcipimus in fin. C. de app.* verum non erit liberum debitoribus cenſus redimere qualemcumque partem, ſed debet redimere pro parte conſiderabili, Rota apud Cencium *deciſ. 444.* quia textus *in extrauag. 1. & 2. de empt. & venditione*, vbi datur licentia redimendi pro parte, debet intelligi de dimidia, cum partis appellatione regulariter veniat dimidia, *l. etiam partis, ff. de vſufr. l. nomen filiarum, §. portionis, ff. de verb. ſign.* Felicianus *lib. 1. cap. 8. n. 17.* licèt ex quadam æquitate adhæreat Felicianus contrariæ ſententiæ.

Neque dicas obſtare textum *in l. Tutor, §. Lucius, ff. de vſuris*, vbi I. C. reſpondit, quod reſtituta parte ſortis, adhuc currunt vſuræ totius, vnde ſicut in debito vſurario, per ſolutionem partis non ceſſat curſus vſurarum, ſed integre debetur, ita in contractu cenſus, licèt reſtituatur pars pretij, & ſortis principalis, non debet ceſſare curſus fructuum totius cenſus, ſed integraliter ſoluti debent, ergò cenſus remanet indiuiduus. 12

Reſpondeo (omiſſis pluribus) quod textus *in d. l. Lucius* loquitur de debito vſurario, & quod debetur ſub vſuris, vſura autem eſt quaſi pœna, quæ non euitatur per ſolutionem partis, *l. in exequutione, §. pro parte, de verb.* In caſu verò cenſus noſtrum, annua reſponſio cenſualis, non ſoluitur loco pœnæ, ſed ipſamet principaliter deducitur in contractum, & obligationem, cum emptor, & dominus cenſus nihil aliud emat, quam ius conſequendi, & percipiendi dictum redditum, & dictam annuam reſponſionem, vt bene Cenc. *p. 1. cap. 1. quæſt. 3. art. 2.*

Reſpondeo ſecundò, quod ideo *in d. §. Lucius*, currunt vſuræ totius debiti, non obſtante depoſito partis, quia non fuit factum depoſitum integrum, ſed diminutum, quod cum non ſuffragetur, nec liberet debitorem à curſu vſurarum, etiam ipſe debitor obligatur ad integras vſuras, non obſtante depoſito partis, defectus autem depoſiti, potuit ibi contingere, vel quia non fuit depoſita, & obſignata integra pars etiam reſpectu ſortis, vel potius quia ibi erat debitum cum vſuris, depoſitum autem, & obligatio fuit facta ſimpliciter, de debito principali, non autem de vſuris, quod videtur magis ex mente I. C. ibi, dum dicit, quod non poteſt creditor cogi ad recipiendum vnum abſque alio, Albericus *in l. quidam exiſtimauerunt*, vbi Alexand. *n. 8.* & Iaſon *n. 6. in 3. limit.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 4. gloſſa 4.* Neguſ. *2. p. de pignoribus 3. membr. 5. partis principalis, num. 17. & ſeq.* ſed in caſu noſtro, quæſtio verſatur, an Dominus cenſus, poſſit compelli, & cogi ad reuendendam partem cenſus, in ſorte principali, recepta parte pretij, cum omnibus fructibus, vſque ad illam diem decurſis, & maturatis, pro d. parte cenſus redimenda, & ſic agitur de ſoluenda parte ſortis, cum omnibus illius fructibus.

Neque ſecundò dicas obſtare incommoditatem, quam reciperet Dominus cenſus, ex illius diuiſione, quam reſpectu creditorum, conſiderauit I. C. *in l. planè*, vbi gloſſa affert concordantes *ff. famil. herciſ.* nam debitor quantitatis, non poteſt creditore inuito, ſolutionem diuidere, neque partem ſui debiti præſtare, *leg. 2. §. & harum, ff. de verbo d. leg. obſignatione, & C. de ſolutio.* Neg. *part. 2. num. 18.* 13

Reſpondeo enim, quod talis incommoditas conſideratur tantum, quando multiplicantur perſonæ, à quibus exigendum eſſet debitum, vel dici poteſt, quod in præſenti, nec Dominus cenſus dici poteſt creditor, nec venditor illius, poteſt dici debitor, Surdus *dec. 204. n. 3.* Franchus *d. 254. num. 9.* Cenc. *q. 110. n. 21.* aliàs *p. 3. c. 1. q. 3. art. 8. n. 21.*

Neque dicas tertiò, quod ille qui emit fundum, cum pacto de illum reuendendo, non poteſt cogi ad retrouenditionem faciendam, de eius parte, ſed tenetur reuendere totum ne damnum ſentiat, ex eo quod plus valet, totus & integer fundus reſpectu totius, quam pars reſpectu partis, *l. Mauius, §. in fundo, ff. de legat. 2.* Follerius *in verbo inſtrumentum gratiæ, num. 17.* Leſius, & alij apud Cencium *vbi ſuprà, numero 14.* tum ne cogatur inuitus 14

incidere

incidere communiorem, & societatem, quod iura non facile admittunt, *l. si non sortem, §. centum, ff. de condit. indeb.* cum communio soleat afferre multas incommoditates, & difficultates, *l. pater, §. dulcissimis,* & ibi *D D. ff. de leg. 2. l. sancimus §. ne autem C. de donatio.* ergo à pari dicendum videtur, non posse emptorem, & dominum census compelli ad illum reuendendum per partes.

Respondeo cum Follerio *vbi sup. num. 37.* non esse eandem rationem in reuenditione partis census, quæ est in reuenditione partis fundi, tum quia pars census separata, & distincta ab alijs partibus, tanti valet respectu eiusdem partis, quanti coniuncta cum aliis partibus, & eandem affert vtilitatem pars respectu partis, quam offert totus census respectu totius, Salonius *de censibus art. 3. contro. 23. num. 6.* tum quia in reuenditione partis census non est considerabilis illa societas, & communio, quæ consideratur in reuenditione partis fundi, quoniam Dominus census in parte non redempta, solus, & in solidum remaneret Dominus, nec illam habet communem pro indiuisa; cum venditores census, & non sensum patet.

15 De eo verò pacto est quæstio, an fieri possit, vt census nequeat, nisi integraliter, & toto pretio restituto, redimi, & extingui: putant aliqui esse illicitum tale pactum, ita plures cum Feliciano *tom. 1. lib 1. cap. 8. num. 16. & tom. 2. lib. 1. cap. 8. num. 12.* Alij dicunt esse validum tale pactum, cum Soto, Lessio, *& alij apud* Cencium *quæst. 10. n. 32.* tum quia hæc opinio concordat cum *l. Tutor, §.* Lucius, *ff. de vsuris,* vbi in simili non cogitur creditor accipere partem debiti; tum quia potest fieri per pactum, vt integrum restituant pretium, quod à principio datum fuit, ergo &c. tum quia hoc pacto adiecto, non videtur restricta redimendi facultas; ergo pacto fieri potest, vt non redimatur integra pretio soluto.

16 Quam tamen doctrinam limitant D D. posita paupertate debitoris, vt appareat impossibile esse, vt ipse totum censum integrum possit, quia tunc admittitur pro parte Cencius *quæst. 110.* valet tamen pactum, quod inter contrahentes fit, quod ditori, debitor census liceat redimere per partes, & dico posse fieri pro partibus solutionem, siue pro dimidia, siue pro alia, vt post alios Cencius *quæst. 100. in fin.* sicuti posito quod nullum habet interesse creditor cogitur recipere talem partialem retrouenditionem, provt in simili dicunt D D. quod quando adest pactum in conditione census, quod debitor teneatur requirere creditorem, per duos menses ante redemptionem, ita vt alios ad redemptionem census faciendam cogi non possit (quod pactum attenta Bulla Pij V. est substantiale, & præcisa Bulla est validum, Cenc. *quæst. 103. à num. 15.* Capic. Lat. *d. 24. num. 1.*) potest debitor ante duos menses nulla facta requisitione, redimere si offerat redditus, illius medij temporis, id est illorum duorum mensium, quod patet, tum 18 quia licet debitor in diem, ante diei aduentum soluere non possit, si id generet creditori interesse, *l. eum qui is, ff. de ann. legatis, l. si ante 10. ff.* ad Trebell. *l. ait Prætor, §. si cum diem, ff. quæ in fraud. cred.* Larrea *d. 15. per tot. & alleg. 85. num. 9. tom. 2.* Lara *de anniuersarijs lib. 1. cap. 9. à num. 49.* Cencius *de censibus, quæst. 84.* Donellus *lib. 16. comm. cap. 11.* vbi Osuald. *lit. D*, tamen si soluere creditori paratus sit interesse, quod ex dilatione consequi posset, rectè soluet Menses *in l. post mortem num. 11. Cod. de fideicommissis*, & sic posse solutionem census fieri ante duos menses, soluto tamen interesse, Gratianus *tom. 1. cap. 8. n. 3. & vlt.* Cenc. *quæst. 91. n. 43. & 54.* quia cum dilatio duorum mensium à die denunciationi eo animo paciscantur, ne pecuniæ sint otiosæ, dum creditor alium quærit debitorem; ergo non est cur re- 19
demptionem recuset, si medij illius temporis vsuræ soluantur, & benè ponderat Olea *de cessione iurium, tit. 1. q 6. n. 59. & 60.* sicuti dicimus in simili regulariter creditori tenetur debitor facere solutionem loco designato, sed si paratus sit debitor illam facere in alio loco, dūmodo ei soluat interesse, vel expensas ratione loci, & solutionis non factæ suo loco, tenetur creditor illam acceptare, Gaitus
de credito c. 2. tit. 7. n. 2573. quod procedit etiam 20
fauore creditoris, qui potest si locus debitoris gratia sit adiectus alibi conuenire reum, soluto ei interesse, *l. 2.* alias *3. §. fin. ff. de eo quod certo loco, l. pecuniam, ff. de compensationib.* Hermosilla *in l. 2. tit. 3. par. 5. glossa 4. n. 76.* Camill. Borrell. *to. 3. in fin. 14. de solut. à n. 120.* qui ait esse notabile, sicuti in simili licet tutor, vel administrator non possit conueniri in loco domicilij, pro redditione rationum; sed in loco administrationis *ex l. 1. Cod. vbi de Ratiociniis agi oporteat*, Carleualius *lib. 1.* 21
de iudicijs disp. 2. à n. 168. tamen si conueniatur in loco domicilij, & actor suis sumptibus libros rationum deferre paratus sit, tenebitur ibi respondere, ergo licet pactum sit appositum non redimendi, nisi prius pro quantitate ducatorum mille, & deinde pro alia duc. biscentum, tamen posita diuisione facta per creditorem, & posito quod nulla est creditoris iniuria, nullumque interesse, nullumque interesse, nullaque incommoditas, omnis æquitas suadebit redimi pro tali quantitate, pro quo non concurrit solum æquitas potens operari contra pactum, sed concurrit actus diuisionis factus per eundem creditorem.

Antonius Merenda, vir non ordinariæ authori- 22
tatis *lib. 11. cap. 16.* ait, quod annuus census potest ad plures pertinere multis modis, scilicet si eum vendiderit pluribus declaratis, vel non declaratis singulorum partibus, aut ex vltima voluntate, vel donatione, aut permutatione, plures simul eum acquisierint, quibus casibus semper pro rate parte eorum posse censum redimi dicit cum Bertrādo *cons. 41. vol. 3. p. 1.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 1. glo. 6. num. 46.* Boccaccius *de censibus, pa. 2. num. 23.* Trentacinq. *var. tom. 3. de censib. art. 1. num. 14.* Duard. *de censibus §. 5. q. 16. à num. 25. cum sequentibus.*

Quod probatur ex eo, quia dominium insolidum, non potest ad plures spectare; ergo quilibet ex creditoribus census habet suam partem ab aliis diuisam, *l. 5. §. si. ff. commodati, l. 5. de stipul. seruor. l. Mœnius 68. §. duob. vers. plures. ff. de leg. 2.* ergo quot sunt personę quibus debetur census tot sunt census distincti, & per se consistentes; ergo ex altero ad alterum non licebit argumentari, quod patet clarius in pluribus hæredibus creditoris census, vbi lex 12. tab. ipso iure inducit diuisionem census, & eorum, quæ consistunt in nominibus debitorum, *l. ea quæ, & fam. herciscæ.*

Dices pro contraria sententia (quam tenent 24
Cencius *p. 3. cap. 1. q. 3. art. 7. n. 40.* Rodericus *de annuis redditibus lib. 1. q. 18.* obligatio defuncti ex persona heredis non mutatur *l. 2. §. ex his ff. de ver.* & vnus est contractus, vnica obligatio, licet ad multorum fauorem fuerit contracta, vt ait Ludouicus Romanus *cons. 305.* ergo existimari debet talis census ac si vni esset debitus, ergo non poterit pro parte redimi.

Respondeo, quod aliud est quærere de vnitate obligationis, quæ in esse deduxit censum, & aliud

eſt agere, de diuiſione ipſius cenſus, quando ad plures peruenit, quia licet vnica, & indiuiſibilis poſſit dici obligatio producens cenſum tamen ipſe cenſus non poteſt dici indiuiduus, cum conſiſtat in ſolutione certæ quantitatis annuæ, quæ eſt diuidua, *l.2. §.1. ff. de verb.* Merenda, *lib.9. cap.11. à num.37.* vnde in perſona hæredum non immutatur conditio obligationis, quia par eſt hæredis, & defuncti conditio, vt ſic pro parte non poſſit cenſus redimi, nam reſpectu hæredis illa pars, quæ ei offertur, continet integri debiti ſolutionem, eo modo quo viuente defuncto, integrum annui cenſus pretium, totius debiti ſolutionem complebat.

25 Addo quod cenſus pro parte redimi poteſt, quando id creditori non nocet ait Merenda ex *l. quidam exiſtimauerunt, ff. ſi cert. pet.* at in caſu noſtro obeſſe non poteſt Domino, quod partes cenſus, ad alios ſpectantes non redimantur cum omninò ſint ſeparatæ, Merenda *lib.11. cap.16. n.4. in fine.*

26 Quod ſecus eſt quando hæredes, aut alij, ad quos cenſus ſpectat, in communione ſic vixerit, vt cum aliis rebus eundem cenſum habeant communem, quia tunc cenſus eſt ſocietatis, non autem ſingulorum ſociorum ex Baldi doctrina *in l. eius 9. n.5. C. de compenſationibus*, vbi Salyc. *n.3.* Felicius *de ſocietate, cap.30. n.67.* Gaball. *conſ.121. n.5. lib.2.* Caualer. *deciſ.38. num.3.* quod ſi plures emant prædium ruſticum, vel vrbanum, & ſuſcipiant in ſe onus ſoluendi cenſum annuum, à venditione debitum, pro rata pretij ad ſe ſpectantis, vel ſi plures extant hæredes debitoris annui cenſus,

27 qui inter ſe diuidant onus ipſum ſoluendi. Negant aliqui cum Rodriquez *de ann. lib.1. quæſt.18. num.36.* ſed affirmat Follerius *in praxi cenſuali in verſ. Inſtrumentum gratia, num.37. & ſeq.* & ratio eſt, quia cum debita defuncti ipſo iure diuidantur pro rata hæreditaria, *l. pacto ſucceſſorum 26. C. de pactis, l.1. C. ſi certum petatur*, neceſſario ſequitur tot eſſe debitores cenſus, quot ſunt hæredes, ergo integer cenſus ab vno ex hæredibus poterit redimi, quotieſcunque numerat pretium ſuæ ratæ partis. Quod ſi inter partes ſit dictum, vt cenſus non poſſit, niſi inſolidum redimi, tunc tale pactum intelligitur, iuxta naturam contractus, ſecundum regulam, *l. ſi vno 17. ff. locati*, & proinde eius cenſus erit, vt per partes redimi non poſſit, Merenda *lib.11. cap.16. n.13. & ſeq.*

28 Ideò Trentacinq. *l ib.3. variarum, in tit. de cenſibus reſol.1. num.14.* & poſt eum Cencius *q.109. num.36.* alias *part.3. c.1. quæſt.3. art.7.* dicit quod ſi cenſus duobus vendatur, vel pluribus, poterit quilibet ex illis cogi ad partem redimendam, cum hac tamen diſtinctione dicit Cencius, quod aut iſti duo emptores emerunt diuiſis inſtrumentis, & actibus, & tunc poterit vnuſquiſque cogi pro rata, ad reuendendum, aut vnico contextu, & non poterit. Ratio diſparitatis eſt, quia in primo caſu quot ſunt partes, tot dicuntur cenſus, & tot venditores cenſentur, quot ſunt inſtrumenta, *l. cum eiuſdem, l. ſi plura, ff. de ædili edit.* legatur Cencius *d. quæſt.109. à n.36.* alias *p.3. cap.1. q.3. art.7. n.36.*

29 Pro coronide noto, quod quilibet poſſeſſor rei hypothecatæ, poteſt conueniri inſolidum pro toto debito à creditore, actione reali, *l. moſchis 47. in principio, ff. de iure fiſci*, Corneus *conſil.237. volum.5.* Fachineus *lib.2. cap.47.* Id tamen ſecus eſt in hypotheca, quæ oritur in conſtitutione cenſus ſuper pluribus rebus, quia pro rata quilibet poſſeſſor conueniri poteſt, vt bene Guidon. Papa *deciſ.432.* & alij plures apud Ciriacum *cap.541. tom.3.* tum quia hypotheca cenſus eſt anomola irregularis, priuilegiata, & communem hypothecarum legem non ſequens, tum quia ſic habetur *in cap. conſtitutus 6. de religioſis domibus*, vbi ſolutio fit ad ratam, *3.* ex *dict. leg. Moſchis 47. ff. de iure fiſci. 4.* quia quando penſio conſtituitur pro pluribus rebus tacitè videtur pro rata diſtributa in ſingulas res, Ancharanus *in dict. cap. conſtitutus, num.8.13.* & ibi Abbas *num.8. de Religioſis domibus. 5.* quia cenſus realis eſt extenſus in totum prædium, ita quidem, vt totus ſit in toto, non autem totus in ſingulis partibus, ſed pars in parte, quod patet, quia ex Bulla Pij V. parte proprietatis, & pretij perempta ius cenſus pro rata extinguitur.

Amplia etiam reſpectu præteritorum cenſuum: 30
quia cum quilibet tenetur pro rata prædij poſſeſſi, non ſolum pro futuris, ſed etiam pro præteritis, Afflictus *deciſ.95.* Foller. *in verbo huiuſmodi cenſualia, num.97.* Surdus *deciſ.33.* ſequitur, quod pro præteritis pro rata debet quis conueniri, imò ſi creditores fuiſſent negligentes in exigendis cenſibus præteritis, tunc nullus ex tertiis poſſeſſoribus pro præteritis poterit moleſtari, Follerius *in dicto verbo huiuſmodi cenſualia, num.97.* Surdus *deciſione 32. num.9.* Ciriacus *cap.541. num.12.* Qui verò tenent poſſeſſores cenſus con- 31
ueniendos eſſe inſolidum non pro rata, dicunt quod ſi cenſus habeat etiam obligationem generalem, tunc ſi agatur contra rem ſpecialiter obligatam, poſſeſſor conuenitur pro rata; ſed ſi ſint poſſeſſores aliarum rerum conuenti per obligationem, & hypothecam generalem tunc inſolidum conueniuntur poſſeſſores, Ciriacus *dicto cap.54. in fine, tom.3.* quicquid poſt Couarruuiam *lib.3. variarum, cap.7. num.7.* dicit Gaballus *conſil.118. per totum.*

Infertur ex his pactum in contractu cenſuali 32
ſeruata forma Bullæ, quod in caſu redemptionis debeat ſolui, ſors vnica ſolutione, licet data, in diuerſis ſolutionibus valere, ait Milaneſius *deciſ.2. num.77. lib.2.* Sotus *de iuſtitia & iure, quæſtione 5. art.3. concl.4.* Ioan. Baptiſt. Lupus *in l.2. C. de pactis inter empto. comment.2. §.2. num.71.* Intrigliolus *ſingul. lib.3. ſing.64. num.399.* Illa verò eſt quæſtio, an valeat pactum, quod in extinctione cenſus, pretium debeat reſtitui in eadem ſpecie monetæ ſecundum valorem temporis impoſitionis cenſus, & dico valere cum Maſtrillo *deciſ.7. n.9.* Theſauro *de augm. monetæ, part.2. num.65.* Duard. *de cenſib. tom.1. §.3. q.6. n.35.* Andriolo *cap.151. per totum.*

Infertur ſecundò, quod licet debitor cenſus, 33
non videatur propriè debitor, ſed conditionaliter, & abuſiuè, quia ex natura contractus cenſualis vigore Bullæ, non poteſt debitor cogi, ad pretium cenſus, Cenc. *part.3. cap.1. quæſt.3. art.4.* tamen quia eſt debitor conditionalis. Hinc eſt, quod ſi faciat inuentarium, poteſt pro extinguen- 34
do cenſu dare tot bona ſtabilia, & aliud pro alio ſoluere inuito creditore, ex *l. fin. §. & ſi præfatam, Cod. de iure delib.* & ait Ancharanus iunior *part.2. quæſt.64.* Benincaſa *de paupertate, quæſt.9. ſpeciali 10. num.50.* Phanc. *de inuent. p.5. n.149.* Monticula *de inuent. memb.9. n.8.* Guid. Papa *de inuent. n.20.* Rolandus *p.4. q.23.* Cencius *p.3. cap.1. q.3. art.6. n.13.* & licet pretium ſit de ſubſtantia retro-
uenditionis, non tamen eſt neceſſe, vt conſiſtat in 35
pecunia numerata, & poterit conſiſtere in re extimata, gloſſa Bart. & alij *in l.1. C. decretum permut.* Mantica *de tacitis, lib.4. tit.19. n.5. & 9.* & licet

ſit

sit creditor, & debitor conditionalis, tamen simpliciter, & propriè dicuntur tales, nam verbum creditor est genus, *l.creditor,ff.de verbor.signific.*
35 ergo si addatur species,scilicet conditio: erit propriè talis, quia genus inest propriè in qualibet specie, *l.si quid eorum, §.inter emptum,ff.de leg.3.* & *in d.l.creditorem dicitur*, creditorem dicitur cui debetur,siue purè, siue sub conditione: ergo creditor etiam conditionalis dicitur propriè creditor, vt bene Vaconas à Vacuna *lib.3. Declarationum, cap.45.* Fulgosius,Alciatus,& alij *in l.1. ff.si certum petatur*, vbi adducit pro hac parte plura argumenta. Imò etiamsi esset dicendus creditor conditionalis, & improprius, tamen iura loquentia de creditoribus,vtrosque comprehendunt,Salycetus, Romanus, Bart.Iason, Soccinus, & alij apud Peregrinum *lib.5.de iure fisci, tit.1. num.100.* Surd. *decis.151.*& *dec.283.num.19.* Bossius *de statutaria præscriptione, glossa 19. num.300.* Raudens.*in Analogis,lib.1.cap.15.num.44.* Manentus *dec.19. num.52.* vbi ait,quod creditor conditionalis, non debet esse melioris conditionis puro creditore, sequitur Andriolus *tom.1. controuers.13.* quod tamen negat Ciriacus *lib.1.controu.cap.24.* & idem Andriolus *tom.1.controu.86. per totam*, vbi reuocat in dubium, quod dixerat *controu.13.* quod repetit idem Andriolus *tom.2.controu.108.*

36 Infertur vltimò, quod creditor recipiens solutiones census, ab accollatore eiusdem, non dicitur nouare,nec liberatur primus, qui debebat, & censum constituit, vt post alios Andriolus *controu.91. tom.1.*

37 Quare omni iure spero stantibus supradictis, & abundanter (quæ tamen necessaria fuerunt ad probandum censum sui natura diuiduum esse) fore decidendum ad fauorem DD. de Albasiis contra Monasterium Sancti Augustini, cogi, scilicet debere Patres ad reuendendum, duc. ann. 25. pro capitali 265. à creditore, scilicet à Iannotto diuisos vigore dationis insolutum factæ, quam diuisionem potuit facere Aloysius Iannottus ex *l.in re mandata, C.mandata*, vnde si Alba-
38 sij voluissent prius reemere, non vtique potuissent, ante cessionem factam, sed quia creditor diuisit, & dominium certæ summæ transtulit in Monasterium S.Augustini, Aloysius non poterit exercere pactum,quia illud nunquam habuit,quia est ossibus DD. de Albasiis radicatum, quibus & non aliis competit illud exercere: alias sequeretur absurdum, quod scilicet, si Aloysius cederet dictam summam duc.mille diuersis personis, & ipsi de Albasio nunquam possent exercere pactum: verum pro Aloysio tunc iura essent, quando vendidisset ann. duc.25. in beneficium Monasterij:
39 at hæc est cessio translatiua dominij, ergo nulla alia actio remanet penes Aloysium, ad notata per Francum *dec.540. num.6. ad 8.* vt post alios Olea *de cessione iurium, tit.1.quæst.2. per totum*, & præsertim *à num.46.* Consiliarius de Mesa *lib.1. variar. cap.19. à num.13.* Carleualius *tom.2.disp.4. num.3.* Thorus *voto 6. num.5.*& *voto 19.num.25.* Acosta *de priuilegiis creditorum, prælud.2. num.9.* ergo pactum illud reemendi pro duc. mille, non est amplius in esse cum sit diuisa quantitas,nec illa quantitas cessa potest stare in pendenti, sine pacto de retrouendendo, sed erit pactum exercendum per Dominos de Albasiis, quibus & eorum ossibus est radicatum, & pactum de retrouendendo est personale, nec ad creditores sine cessione potest transire, vt decidit S. C. apud Arias de Mesa *lib.1.var. cap.49.n.28.*

DISCEPTATIO CXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Abbatialis dignitas quanta sit.*
2 *Abbas cum vsu Mitræ, & Baculi æquiparatur Episcopo.*
3 *Abbates vocari solent commendatarij, & quando inducatur Canonicus Titulus.*
4 *Abbas habens vsum Mitræ, & Baculi potest adhiberi in degradatione actuali.*
5 *Enuntiatiuæ Bullarum Summorum Pontificum probant exemptionem,& quando.*
6 *Abbates Sancti Bartholomæi in Galdo nunquam fuerunt cogniti ab Episcopis Vulturarien.*
7 *Manutentio exemptionis non datur ex quasi possessione, sine priuilegio exemptionis, & facit vt neque Episcopo manutentio iurisdictionis detur.*
8 *Stante quasi possessione exemptionis Rota suspenso iudicio possessorio dat manus ad petitorium.*
9 *Lite super exemptione inter Episcopum, & Abbatem nequit iudicare Episcopus.*
10 *Illustrissimus Nuntius Apostolicus est conseruator priuilegiorum omnium exemptorum, sed non Iudex exemptorum.*
11 *Abbatia S. Bartholomæi in Galdo, quid fuerit antiquitus, & quomodo erecta.*
12 *Turificatio arguit præeminentiam, ac præcedentiam graduum.*
13 *Residentia Episcopi Vulturariæ quomodo translata fuerit ad Terram S.Bartholomæi in Galdo, & quare.*
14 *Translatione facta in alium locum non afficit, nec præiudicat exemptioni.*
15 *Exemptio duplex vna realis, altera personalis, & quomodo differant inter se.*
16 *Exemptio acquiritur per præscriptionem.*
17 *Abbatia S. Bartholomæi in Galdo habet aliam Ecclesiam annexam.*
18 *Abbas existimatus vt exemptus talis iudicari debet, & qualiter procedat.*
19 *Exemptus in vno, quando censetur exemptus in omnibus.*
20 *Exempti sunt speciales filij Ecclesiæ Romanæ, eiusque iurisdictioni specialiter subiecti.*
21 *Exemptus personaliter delinquens in aliena Diœcesi, puniri non poterit ab Ordinario illius.*
22 *Ordinatus à Papa,non potest ab alio ordinari.*
23 *Episcopus iure antiquo si delinquebat in aliena Diœcesi poterat puniri ab Ordinario loci; nunc vero minimè.*
24 *Exemptus excommunicari non potest ab Ordinario loci.*
25 *Textus* in cap.Porrò,& cap.Cùm Cappella de priuilegiis, *declaratur.*
26 *Abbas S. Bartholomæi in Galdo habet ibi temporalem iurisdictionem.*
27 *Argumentum ab absurdo euitando validum est in iure nostro.*
28 *Barones qualiter sint subditi, & vnus Baro delinquens in Terra alterius Baronis,an cognoscatur ab eodem.*
29 *Præses Merlinus* Controuersiarum Forens. tom.1.cap.69.n.15.*impugnatur.*
30 *Textus* in cap.1. de priuilegiis, in sexto, *declaratur.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Abbatem Sancti Bartholomæi in Galdo exemptum eſſe à iuriſdictione Ordinarij, ſeu Epiſcopi illius Diœceſis clariſſimè ex infraſcriptis probabitur.

PRO

Abbate Sancti Bartholomæi in Galdo,

CONTRA

Illuſtriſſimus Epiſcopum Vulturarien.

FACTVM.

PRIMO quidem, quia talis Abbas habet vſum Mitræ, & Baculi, ergo
1 eſt dignitas Abbatialis, vt ait Rota *in vna Acheruntina fructuum* 28. *Aprilis* 1581. coram Seraph. *quæ eſt deciſ.* 514. *in fine*, dicitúrque dignitas in primo gradu, Felinus *in cap. decernimus de iudiciis*, Arnoldus Reyger *in Theſauro iuris in verb. Abbas*, Dauid Dhoring. *in Biblioth. I.C. in verb. Abbas*, Lezana *in verbo Abbas*, Caſtelleius *in verbo*, *Abbas*, Tuſchus *littera A*, Barboſa *in verbo*, *Abbas*, Nouarius *in verbo*, *Abbas*, Theſaurus Anim. *in verbo Abbas*, & eſt Conſilium Collegij Paduani *conſ-*
2 *fil.* 1. poſt conſilia Zabarellæ, *num.* 24. Epiſcopatui æquiparatur, & cæteræ dignitates inferiores appellantur; Lappus *alleg.* 85. *num.* 11. *cap. ſi quis deinceps* 16. *quæſt.* 7. & expediri debet in Sacro Conſiſtorio provt Epiſcopatus, Lappus *vbi ſuprà*, connumerantúrque inter beneficia maiora, Lotterius *lib.* 1. *de beneficiis, quæſt.* 26. *num.* 17. *cum ſeqq.*
3 Gratianus *cap.* 270. *num.* 24. ſolet autem Commendatarius appellari Abbas; quia dupliciter poteſt commendari Abbatia: primò, in perpetuum, putà quando vita durante commendatur, vt eam regat, & gubernet cum facultate diſponendi de fructibus illius, vti poteſt verus beneficiatus, & hic modus Canonicum titulum inducit, vt dicunt Garſia, Gonzalez, Pariſius, Barboſa, & alij allegati ab Aſcanio Tamburino *de Iure Abbatum*, *diſp.* 4. *quæſt.* 3. ſecundò, ſolet commendari ad tempus, & tunc habetur vt Cuſtos, Tutor, vel Curator, & non vt Beneficiarius, vel Titularis, Gonzalez *in regula* 8. *Cancellariæ*, *gloſſ.* 5. §. 8. *num.* 38. & pro hoc articulo legatur Oldradus *conſil.* 162. & Federicus de Senis *conſil.* 147. qui conſuluerunt poſſe Epiſcopum in totum eximere Eccleſiam à ſua iuriſdictione quos refert, & non ſequitur Sbrozzius *de offic. Vicarij, lib.* 1. *q.* 51.
4 Vnde tales Abbates, habentes vſum Mitræ, & Baculi, poſſunt etiam loco Epiſcoporum adhiberi in cauſa actualis degradationis ab ordinibus, & gradibus Eccleſiaſticis, vbi certus numerus Epiſcoporum requiritur, quia tales Abbates culmen dignitatis habere dicuntur, & veluti Epiſcopi ſuprema poteſtate funguntur, vt bene Viuius *deciſ.* 314. & 230. Verallus *deciſ.* 307. Afflict. *deciſ.* 65. *num.* 16. Camill. Borellus *in ſumma deciſionum, tit.* 6. *de Sanctiſſimis Epiſcopis, num.* 6. & deciſum fuit in Rota Romana *Prælationis* 8. *Aprilis* 1623. coram Buratto, Lotterius *lib.* 1. *de beneficiis, quæſt.* 17. *num.* 9. vbi ait, quod tales Abbates appellatione Prælatorum veniunt, & ſi Abbatia Regularis ſit Clerico ſæculari commendata: talis commendatarius ſi ſit perpetuus, dicitur Prælatus, & ad eum transfuſa dicitur adminiſtratio, vt bene Lotterius *vbi ſuprà*, Rota *deciſ.* 346. *part.* 3. *diuerſ.* & *in Romana prælat.* coram Buratto, teſte Lotterio *loco cit.* ſic eſt in caſu noſtro, vbi Abbas hic habet cum Epiſcopo æqualitatem in præeminentia, & hæc eſt Abbatia Abbatis ſæcularis cum inſigniis ſupradictis, ergo par in parem non debet habere iuriſdictionem, ergo ex hoc capite erit exemptus.

Probatur ſecundò, quia in enuntiatiuis Bullarum Summorum Pontificum dicitur nullius Diœceſis, vt in promptu adducitur à præſente Abbate Pappacoda in Bulla S. D. N. Innocentij Decimi, quæ enuntiatiuæ plures in diuerſis inſtrumentis, & Bullis fundat publicam famam, & concurrentibus aliis adminiculis probatur eſſe nullius, vt ex pluribus Rotæ deciſionibus fundat Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 9. *in fine*, & Rota *in Adrienſ.* 18. *Martij* 1613. coram Vbaldo, *& in Squillacenſi iuriſdictionis*, coram Andrea *num.* 11. ergo cum in Bullis habeatur nullius Diœceſis, erit exemptus Abbas ab Ordinario. 5

Probatur tertiò, quia in memoria hominum non eſt, ab Epiſcopis anteceſſoribus Vulturarienſ. fuiſſe cognitos iudicialiter Abbates, caſtigatóſque prædeceſſores Abbates; ſed poſitis contingentiis factorum, ſemper Epiſcopos comparuiſſe Romam contra tales Abbates, pro qualibet cauſa, tum ciuili, tum criminali, & hoc eſt immemorabile, ex quo facto reſultat ius, quod ſcilicet licet quaſi poſ- 7
ſeſſio abſque priuilegio non proſit exemptis ad obtinendam manutentionem cui ius commune reſiſtit abſque titulo, quæ taliter habita non ſuffragatur ad effectum manutentionis, ex *cap. cùm perſonæ, de priuil. in* 6. Abbas *in cap.* 1. *num.* 8. *vt lite pendente*, Conar. *pract. quæſt. c.* 17. *num.* 6. Menoch. *de retinen. poſſeſſ. remed. vlt. num.* 24. Rota *dec.* 382. *part.* 2. *inter recentiores*, tamen talis quaſi poſſeſſio ex actibus ſubſequutis Epiſcopos contra eos Romam comparuiſſe, fundat, quòd licèt non proſit Abbatibus vt manuteneantur in tali quaſi poſſeſſione exemptionis, prodeſt tamen, vt neque detur Epiſcopo manutentio, ſed in iſtis caſibus ſolet 8
Rota omiſſo iudicio poſſeſſorio guſtare de meritis cauſæ, & diſcutere petitorium, vt eſt *deciſio* 1278. coram Card. Seraphino *in montis Regalis iuriſdictionis* 16. *Ianuarij*, coram Buratto, apud Tambur. *in fine operis, deciſ.* 73. *n.* 50. Mareſcot. *variarum, lib.* 1. *cap.* 11. & in præſenti ipſimet Epiſcopi contra Abbates Romam aggreſſi ſunt, ergo cur poterit Epiſcopus præſens perturbare præſcriptam exemptionem ex actibus factis ab immemorabili, non ſolum ipſis ſcientibus Epiſcopis, ſed cooperantibus, & authorantibus, vt bene ex pluribus Tamburin. *diſp.* 15. *quæſt.* 7. *num.* 16. venit ergo caſus in Epiſcopis exercendi iuriſdictionem, & Epiſcopi ſe habuerunt pro ſpoliatis, non ergo debet præſens Epiſcopus manuteneri in iuriſdictione, quam non habet: ex notatis per Verallum *deciſ.* 306. *part.* 1. & in Toletana *exemptionis* 14. *Maij* 1614. coram Ioan. Baptiſta Pamphilio nunc Sanctiſſ. Pontifice apud Tambur. *dec.* 53. *n.* 9.

Cum

9 Cum ergo nunc sit lis inter Abbatem, & Episcopum super iurisdictione prætensa per Episcopum in Abbatem, nequit hoc Ordinarius cognoscere, *cap. super litteris*, vbi Abbas, & Felinus *de rescriptis*, Innocentius, & alij *in c. venerabilis de censibus*, Erasmus à Kochier *de iurisdictione exemptorum, p. 1. q. 12.* Erit ergo ad Superiorem recurrendum, & ad Conseruatorem priuilegiorum exem-
10 ptorum, qualis est apud nos Illustr. Nuntius Apostolicus, qui licet non sit Iudex exemptorum, est tamen Conseruator priuilegiorum, & iurium omnium exemptorum in Regno Neap. vt explicant Doctores *in c. cum venissent, de Iudiciis*, Tambur. *disp. 15. q. 10.*

11 Probatur quartò, quia antiquitus Terra S. Bartholomæi prædicta tum in temporalibus, tum in spiritualibus subiiciebatur Abbati, & propterea Abbates habebant multos Monachos pro administratione Sacramentorum, & eiusdem Ecclesiæ cultum, & pro beneficio eiusdem Terræ ædificarunt Abbates alias Ecclesias propriis expensis, & etiam dotauerunt inter alias Ecclesiam S. Mariæ de Constantinopoli, S. Mariæ Angelorum, & alias paruas Ecclesias, quæ ab aliis factæ fuerunt cum consensu Abbatis: postmodum, vt non haberent Abbates curam Ecclesiarum renuntiauerunt Clero, & Episcopo quoad spiritualitatem, &c. cum maximis redditibus assignatis: & Abbas reseruauit sibi ius præsentandi quatuor dignitates eiusdem Ecclesiæ S. Bartholomæi, scilicet Primiceriatus, Sacristæ maioris, Thesaurarij; & Archipresbyteri, cum facultate habendi Baldacchinum cum scabello, &c. & thurificatur post Episcopum ante
12 Vicarium, & alios: ergo hæc omnia ostendunt exemptionem ab ordinario; nam thurificatio fit seruata graduum, & personarum distinctione, vt S. Congregatio censuit apud Barbos. *in collectanea Apostolicarum decisionum, collect. 705.* Si ergo Abbas hic thurificatur ante Vicarium, si tenet Baldachinum provt Episcopus, non poterit ab eodem Episcopo puniri & cognosci, cùm talia fundent iurisdictionem Episcopi non esse contra talem Abbatem qui vtitur insigniis, vt ipse Episcopus ad notata per Barbosam *in dicta collect. Bullar. collect. 53.*

13 Probatur quintò, quia antiquitus residentia Episcoporum erat in Ciuitate Vulturariæ, vbi etiam sunt nunc dignitates, quæ ibi residentiam: sed quia Terra prædicta erat Albanensium, in fide defecit; propter quòd Episcopus obtinuit à Summo Pontifice, vt posset residentiam facere in Ecclesia Sancti Bartholomæi; exponens etiam quod aliæ Terræ suæ Diœcesis erant paruæ, & insalubres aëre, sicut erat Ciuitas Vulturarien. & functiones poterant maiori decentia fieri: tum quia in Terra Sancti Bartholomæi erat numerosus Clerus; tum quia residebant quatuor Dignitates; quæ antiquitus Abbatibus pro tempore in diuinis officiis assistebant, & famulabantur, nec vnquam Abbates voluerunt concedere residentiam Episcopis in dicta Terra; propter quòd antiqui Episcopi Romam accedentes ex speciali gratia obtinuerunt à Summo Pontifice, & nunc de facto supra ianuam Ecclesiæ Palatij Episcopalis inscriptum est domum fuisse ædificatam cum auctoritate Apostoli-
14 ca. Quo posito facto, resultat iuris conclusio, scilicet quod licet Abbates concesserint Ecclesiam in seruitium, & Terram Sancti Bartholomæi Episcopis pro tempore; non per hoc fuerunt facti subditi Episcopis prædictis, quia licet concedatur Ecclesia, vel Terra, & eximatur ab auctoritate alicuius concedentis remanet tamen exemptio personæ ad notata per Tamburinum *disp. 15. quæst. 13. tom. 1.* Ratio est, quia cùm exemptio du- 15
plex sit, realis vna, personalis altera ad notata per Abbatem *in cap. tuarum, n. 8. de priuilegiis*, & per Doctores *in cap. volentes, de priuilegiis, in 6.* realis est ratione rerum, personalis verò ratione personæ quæ semper sequitur personam, *cap. priuilegium*, vbi Doctores *de regulis iuris, in 6.* realis non extenditur ad alias res; personalis verò adhæret ossibus personæ, & eandem semper sequitur *dicto cap. priuilegium*, Erasmus Cochier *de exemptis, part. 1. quæst. 2. per totum*, & licet in præsenti nullum priuilegium adducatur pro exemptione fundanda, adducitur tamen titulus per præscriptionem acquisitus, quandoquidem in casibus occurrentibus Episcopi pro tempore in Curia Romana conuenerunt Abbates; Episcopus enim eximere potest personam subditam aliunde multipliciter: & præsertim quando præscriptionem 16
passus est; nam videtur alienare, qui patitur vsucapi *cap. auditis, c. olim*, vbi Doctores *de præscript. l. alienationis verbũ, ff. de verb. signif.* & de istis præscriptionibus contra Episcopum, latè Franciscus Balbus *de præscriptionibus, p. 1. quintæ partis principalis, quæst. 11. & seq.* ac in puncto quod Episcopus patiendo contrarios actus eximat personam à se ipso latè Tamburinus *tom. 1. de iure Abbatum, disp. 15. quæst. 15. num. 50.* & à Cochier *de iurisdict. exempt. part. 1. quæst. 3. num. 7.* & *tom. 2. part. 2. quæst. 50.* quod multo magis est in casu nostro, vbi non habemus patientiam tantum, sed voluntariam comparitionem Episcoporum apud Curiam Romanam pro causis Abbatum Sancti Bartholomæi in Galdo. Probatur ergo vera exemptio personalis Abbatis prædicti: nullo igitur iure poterit Episcopus se intromittere, nec prætendere cognitionem cuiuscunque causæ talis Abbatis.

Probatur sextò, quia Abbatialis hæc Ecclesia 17
S. Bartholomæi in Galdo, habet aliam terram annexam, nuncupatam Foiano intra fines Diœcesis Beneuentanæ, & licet in terra prædicta non haberent Abbates Ecclesiam, quia Ecclesia stat in medio nemoris, & vocatur S. Maria Mazzoccha, cuius Ecclesiæ administrationem, & cultum vna cùm maximis redditibus concesserunt Abbates Patribus Canonicis Lateranensibus, vt ad præsens administratur; & nunquam Archiepiscopi Beneuentani contra Abbates pro tempore dictæ Ecclesiæ aliquid prætenderunt; ergo quia Ab- 18
bas prædictus fuit semper tractatus vt immediatè subiectus Sedi Apostolicæ, & Episcopus Vulturarien. ac Archiepiscopus Beneuentanus sic eum reputauerunt, apertè probatur contra Episcopum, & Archiepiscopum prædictos, exemptio ad finem, vt exemptus dicendus sit vt in puncto Erasmus à Cochier *de exemptis, parte prima, quæstione sexta, numero decimoquinto*, argumento *d. cap cum personæ, de priuileg. in 6.* & Erasmus *vbi supra, quæst. 8. n. 10.*

Probatur septimò, quia hodiernus Abbas habet 19
alias Abbatiales Ecclesias, quæ sunt nullius, cum iuridictione quasi Episcopali, conficiendo dimissorias, visitando censuras ferendo, vbi recipitur cùm pallio, & campanarum pulsu faciens omnes alios actus, quos Episcopi faciunt in suis Diœcesibus, vt certum est: ex quo facto arguitur in iure, quod persona Abbatis, exempta in aliis (licet sua Ecclesia Sancti Bartholomæi non esset exempta) est exempta etiam ab ordinario, de quo agimus, vt in simili Petrus Antibolus *de munerib. p. 3. §. 4. num. 50. & 56. 12. tomo tractatuum*, ad quem

ſe remittit Eraſmus à Cochier *de exemptis,part.4. q.10.per totam.*Non ergo poterit Epiſcopus, Vulturarien. contra Abbatem procedere, & procedendo ſicuti omnes procedentes contra exemptos, vſurpanteſq;iuriſdictionem incurrunt in cenſuras
20 Bullæ cœnæ can. 20. cum exempti ſint ſpeciales filij Eccleſiæ Romanæ, vt bene Cochier *libro 1. quæſt.1. num.17.* & eius iuriſdictioni ſpecialiter ſubiecti, atque reſeruati, item Cochier *& lib.2. quæſt. 5.num.12.* Sayrus *lib.3.cap.21.& 24.p.1.* Cochier *p.4. q.75.* niſi Epiſcopus ignorantia excuſaretur,DD.citati.

21 Cum enim perſona ſit exempta delinquens in aliena Diœceſi, non poterit ab eo puniri, *c. Frater noſter 16. quæſt.1.c.ſicut nobis,§.fin.de ſupplenda negligentia Prælatorum,c.in ſingulis,§.ordinetur cap.& quæ §.hæc eadem de ſtatu Monachorum, cap. cum & plantare*, §. *fin. de priuilegijs*, ſicut enim ordinatus à Papa,propter excellentiam manus Pa-
22 pæ alibi ordinari non poteſt, *cap.cum in diſtribuendis de temporibus ordinationum*, latè Eraſmus, Cochier *lib.1.de exemptis,c.21.* ita nec immediatè ei ſubditus ab alio iudicari debet argum.*cap.ad abolendam, cap.fin.de hæreticis,cap.nullus de Paræciis* ad inſtar Proconſulis qui licèt maior ſit poſt Principem tamen de cauſis fiſcalibus ſe ſe intromittere non poteſt,*l.nec quicquam, §.vbi ff.de offic. Proconſulis*, legatur Eraſmus à Cochier *de exemptis,p.2.q.4.& p.4.q.32.n.2.& 3.*

23 Quod in ſimili probatur, quia Epiſcopus, & quilibet exemptus iure antiquo ſi delinquebat in aliena Diœceſi,poterat puniri ab ordinario loci,vt perſona priuata, vt in Authen. *qua Prouincia C. vbi de crimine agi oporteat vbi DD.* & ratione delicti efficiebatur ſubditus, & poterat vt ſubditus puniri: Felinus,& alij *in c.penult.de maior.& obedien.* & ab eodem excommunicari Sayrus *libro 1. de cenſuris c.50.n.27.* nunc vero delictorum cognitio Epiſcoporum,cæterorumque exemptorum, ſpectat ad Sanctam Sedem ex Trident. *ſeſſ.13. de reform.c.8.& ſeſſ.24.c.5.de reform.* & Sacra Congregatio in vna Florentina 24.Iulij 1632. declarauit procedere etiam in titulari Epiſcopo, ſi non habeat dignitatem in cathedrali,teſte Barb.*in Trident.dicta ſeſſ.24.de reform. cap.10. num.5.* & docent communiter DD.cum Iulio Claro *§.fi.q.35. num.12.* Henriquez *lib.13.c.55.§.2.* Menoch.*de arbitrarijs indic. Centur.3. caſu 266.* & fuiſſe declaratum dicit Sayrus *de cenſuris,lib.5.c.22.num.3.* & ideo cum ratione delicti Abbas hodie Epiſcopus & quilibet exempti non efficiantur ſubditi
24 alterius Epiſcopi, etiamſi delinquant in territorio ipſius: nec poſſint ab eodem puniri,ceſſat iuriſdictio Epiſcopi, contra Abbatem, nec poterit excommunicari, cum excommunicatio feratur in ſubditum, alioquin eſt nulla *c.à nobis il 1.vbi gloſſ. in verb.non niſi ſubdito*,vbi Abb.*n.1.de ſent.excom.* ſiue ab homine ſit excommunicatio, ſiue à lege, iuxta text.*in c.fin.de conſtit. in 6.*cum leges ferre ſit actus iuriſdictionis,vnde lata in non ſubditum nulla eſt *c.1.& 5.de offic.deleg.* vbi Abb. *n.6.* Sayr.*de cenſuris,lib.1.c.5.n.2.cum ſeqq.*

25 Neque obſtat tex.*in c.Porro 7.de priuil.* iuncto text,*in c.cum Cappell.16.de priuilegijs*, vbi quando quis eſt exemptus reſpectu vnius loci v.g. Capellæ Regiæ non intelligitur exemptus reſpectu alterius v.g.Paræciæ,quam ab ordinario habet,quem textum latè explicat Barb. *in dict.c. cum Cappella.* Reſp. enim quod textus ille loquitur quando exẽptio eſt in perſona ratione certi loci,vt poſt Abbatem,& alios *in d.c.cum Cappell.* notat Barboſ. *in d. c.n.3.* ſed quando exemptio eſt vel ex priuilegio, vel ex præſcriptione,vel ex natura dignitatis,tunc puniri non poteſt ab ordinario ſecundum text. *in d.c.cum Cappell. & in c.2. §.in eos de priuileg. in 6.* Abb.*in c fin.n.11.*vbi Felin.*de foro competenti*,Couarr.*pract.q.c.11.*Barb.*n.4.*

Probatur vltimo Abbatem S. Bartolomæi in 26
Galdo eſſe exemptum quia Abbas prædictus,cùm habeat iuriſdictionem temporalem in dicta Terra, cuius eſt vtilis dominus, neceſſe eſt,vt ſecundum contingentiam facti pro ſui defenſione exerceat aliquos actus contrarios iuriſdictioni Epiſcopi,& ſumerent Epiſcopi anſam,& occaſionem caſtigandi Abbatem ob æreas ſuas prætenſiones,vt conſequerentur finem; & ſic iuriſdictio temporalis Abbatis præiudicaretur, ſed hoc dicere eſt inconueniens,abſonum,& abſurdum:ergo,&c.quod autẽ 27
argumentum à tali abſurdo ſit in iure ſufficiens ad conuincendum,eruendamque veritatem: patet ex *c.ex ore 17. de priuil.* ibi *quoniam abſonum eſſet* vbi probatur argumentum ab abſurdo validum eſſe in omnibus diſpoſitionibus, & facit text. *in l.nam abſurdum,ff.de bonis libertorum,l.ſi ita 39.ff.de operis libertorum* Euerard. *in Topica legali loco 8.* Mantua *obſerv.45.*Peregr.*de fideic. art.11. num.46* Card. Mantic.*lib.3. de coniectur.tit.7.& de tacitis,lib.2. tit.13.*& erat ratio abſurdi euitandi *in d.c. ex ore*, quia non erat conueniens, vt in Synodo prouinciali,Abbas poſt Epiſcopum ſupra alios Epiſcopos ſederet: ergo ſi pro eo abſurdo vitando validum eſt argumentum in iure, valebit in caſu noſtro, quod ille qui exercet iuriſdictionem temporalem non ſit ſubditus ſed exemptus ab ordinario illius.

Quod ſi dicas Barones eſſe ſubditos in ſpiritua- 28
libus.Reſp.eam eſſe ſubiectionem in ſpiritualibus dumtaxat,& conſequenter nullum importari poſſe præiudicium, per hoc, quod Baro noceret iuriſdictioni Eccleſiaſticæ,quippe qui non poſſet cognoſci ab Epiſcopo in aliis actibus,præter ſpiritualia & confirmò in ſimili,quia ſi Baro habens feudum ſit ſubditus ratione domicilij alterius Baronis,putà ſi Baro habens feudum in vna parte domicilium habeat in alia: vel ſi delictum committat in aliquo loco,pro delicto prædicto,vel in omni re cognoſci non debet à Barone vbi deliquit, vel habitat, ſed à M. C. V. Iudice competente omnium Baronum Regni: vt deciſum refert Thorus *p.3 in verb.Baro exteræ nationis,f.37.* qui pluries deciſum refert; quia par in parem non habet imperiũ, *l.Ille à quo,* § *tempeſtiuum,ff.ad Trebel.l.nam,& magiſtratus,ff.* 29
*de receptis arbitr.c.innotuit,§.quamvis de elect.*ergo abſurdum videtur quod vnus Baro puniat alium Baronem,vt videtur dicere Felin.*in c.prudent.n.4. ff.de offic.deleg.*Iul.Clar.*in §.fin.q.38.n.3.* ex quo cauendum eſt à Præſide Merlin.*controu.foren.to.1. c.69.n.15.*vbi poſt alios,quos allegat,dicit Archiepiſcopũ extra ſuam Diœceſim delinquentẽ,puniri poſſe ab ordinario loci; niſi tamen ille ordinarius eſſet ſibi ſuffraganeus,quia tunc abſurdum eſſet vt inferior ſuperiorem cognoſceret; quia talis propoſitio eſt contra Trid.*vbi ſup.d.ſeſſ.13.c.8.& ſeſſ.24. de reform.c.5.*& licet aliquis efficiatur ratione delicti,vel contractus,de foro, vbi deliquit, vel con- 30
trahit *c.1.de priuil.in 6.*tamen id intelligitur quando aliunde non haberet exemptionẽ,vt bene DD. *in d.c.1.*Marc.Ant. Pereg. *de iuriſd.ord.& deleg.in rub.de offic.ord.n.36.* qui dicit quod par in parem non habet imperium,quando in vno,eodemq;loco vterq;habet iuriſdictionẽ,ſed in caſu noſtro Abb. S. Bartolomæi habet iuriſdictionem temporalem, ibi ergo non poterit ab Epiſcopo cognoſci, vt in ſimili Capiblancus *tomo 2. de Baronibus, cap.85. num.5.* ergo erit cognoſcendus Abbas vt exemptus

ptus à Iudice exemptorum, cuius exemptio defendi etam debet à conseruatore exemptionis, &c. sic Iustitia suadente.

Quare, &c.

DISCEPTATIO CXIX.

SVMMARIVM.

1 *Facti series proponitur.*
2 *Tutor testamentarius præfertur omnibus.*
3 *Tutoris datio dependet à potestate.*
4 *Mater, Auia, Patruus, & extraneus possunt tutorem dare pupillis eos faciendo hæredes.*
5 *Tutores dati ab extraneis indigent confirmatione Iudicis.*
6 *Tutor datus ab extraneo, & confirmatus à iudice præfertur omnibus legitimis etiam matri.*
7 *Tutor datus ab extraneo confirmatur sine inquisitione secundum vnam opinionem, licèt probabilius sit contrarium.*
8 *Tutor datus ab extraneo est tutor in omnibus, sed non habet administrationem in omnibus.*
9 *Iudex via confirmatiua procedit in tutore dato ab extraneo.*
10 *Tutela relicta à matre, vel auia, vt valeat, an requiratur institutio in sola legitima, an in tota hæreditate.*
11 *Vitricus etiam nominatus à matre potest dari tutor per Iudicem.*
12 *Tutor à Iudice dari debet eiusdem domicilij, vbi pupillus extat.*
13 *Tutor testamentarius potest dari alterius territorij.*
14 *Tutela non debet deferri affectanti.*
15 *Tutela non debet deferri debitori, vel creditori, vel habenti rem communem cum minore.*
16 *Baldi* cons. 308. *declaratur.*
17 *Plus requiritur ad remouendum tutorem, quam ad non dandum.*
18 *Tutor non potest esse pupilli, qui habet rem communem cum eodem pupillo, & qualiter hoc procedat*
19 *Tutela non remouetur ob modicum delictum, vel creditum tutoris.*
20 *Text.* in Auth. Minoris, Cod. quando tutelæ offic. fungi potest, *non procedit in tutore testamentario.*
21 *Mulier licèt non possit esse tutrix, tamen poterit petere dare ttiam vitricum.*
22 *Tutela in hac ciuitate est difficultas an procedat seruata distinctione bonorum.*
23 *Pupillorum educatio, qualiter sit arbitraria.*
24 *Pupillus non est educandus apud substitutum, etiamsi consentiat.*
25 *Pupillus non debet educari apud substitutum, etiam particularem.*
26 *Sacrum Consilium quid fuerit solitum practicare circa educationem pupillorum.*
27 *Suspicio successionis quando impediat educationem.*
28 *Tutor quamvis suspectus, si offerat proprijs expensis educare pupillum, debet dari educatio, nisi sit substitutus.*
29 *Vtilius est pupillo bona administrari per vnum, quam per plures.*

ARGVMENTVM.

Tutorem testamentarium omnibus præferri ostenditur, eius datio dependet à patria potestate: verum frater, Auus, Patruus, & extraneus possunt pupillis dare tutorem, eos faciendo hæredes, & tutores dati ab extraneis indigent iudicij confirmatione, & tutor datus ab extraneo, & confirmatus à iudice præfertur omnibus legitimis, etiam matri. Datus ab extraneo an confirmetur cum inquisitione, estque tutor in omnibus, sed non administrat omnia. Tutor datus à matre, vel auia, an requirat institutionem: in sola legitima, an in tota hæreditate. Tutor à iudice quis dari debeat, tutelam affectanti ei dari non debet, nec creditori, vel debitori, vel habenti rem communem cum pupillo, in ciuitate Neapolitana tutela, an reguletur seruata distinctione bonorum. Pupillorum educatio qualiter arbitraria, & an apud substitutum, & quid si substitutus offerat educare propriis expensis, vtiliusque esse pupillo ostenditur, bona sua per vnum quam per plures administrari.

PRO

D. Iosepho Sersali Tutore testamentario Aloysij Elefantis,

CONTRA

Ioannem Baptistam Elefantem anhelantem tutelam legitimam eiusdem Aloysij.

Commissarius Dominus meus D. Carolus Lopez.

FACTVM.

MENSIBVS elapsis Ioan. Baptista Elefante supplicationem dedit in S.C. dicens, qualiter Ioseph Elefante suus nepos in suo vltimo elogio instituit hæredem Aloysium, & alios filios minores, tutrice relicta Helena Nali eius vxore, ac matre pupillorum, post

poſt quorum mortem ſubſtituit eundem ſupplicantem,& quia alij pupilli, ac mater mortui ſunt ſuperſtite Aloyſio, petit vt proximiori ſibi tutelam deferri,*fol.*1. contra ſupplicata *fol.*2. prouiſio *fol.*3.

Contra hanc prætenſionem ſe oppoſuit Ioſeph Serſale,dicens fuiſſe relictum tutorem eidem Aloyſio ab Elena Nali, matre eumque eſſe tutorem *folio* 4. vtpotè relictum à matre ſuos filios hæredes inſtituente, & hæc tutela fuit eidem per M.C.V. confirmata, & fuit dictum idem Magnif. *fol.*7. dixit etiam Ioſeph Serſalis *folio* 8. quod tam ipſe, quàm Berardinus Nali fuerunt tutores relicti ab Elena Nali matre Aloyſij, & ob abſentiam Berardini Nali fuit tutela data ipſi comparenti.

Producitur teſtamentum Elenæ Nali *fol.*9. *cum ſeq.& fol.*14. & ibi ſunt ponderanda verba, vbi dicit,*Perche Gioſeppe mio marito non lo volſe laſciar contutore con me nel ſuo teſtamento, & io me hò voluto confirmare con la voluntà de mio marito, & anco perche verte lite tra detti figlioli* con detto Sig. Gio Baptiſta *per la diuiſione da farſi delli boni, che tengono in commune,&c.*fol.14.

Petitio decreti præambuli, & delationis tutelæ in beneficium tantum Ioſephi Serſalis inſolitum, & abſolutè durante abſentiâ Berardini Nali *f.*15. Depoſitiones teſtium *fol.*16. de morte cæterorum fratrum,& ſororum, & de vita Aloyſij ſuperſtitis *fol.*17. teſtes ſuper approbatione bonæ vitæ, & famæ Ioſephi Serſalis *fol.*18. teſtes de abſentia Bernardi Nali, petitio pro taxatione alimentorum eiuſdem Aloyſij pupilli *fol.*20. examen teſtium *fol*20. & 21. ſuper qualitate pueri, & quantitate patrimonij, decretum præambuli in perſonam Aloyſij *fol.*21. decretum, quod exerceatur tutela tantum per Ioſephum Serſale durante abſentiâ Bernardini Nali *fol.* 22. inuentarium bonorum *fol.*23. *vſque ad* 28. comparitio Ioſephi Serſalis, vt liceat exercere tutelam, non ſolum reſpectu bonorum maternorum, ſed etiam patris eorundem pupillorum.*fol.*28. decretum,quod liceat exercere *fol.* 29. petitio, & taxatio ad ducatum biſcentum quinquaginta, & ſalarium in duc. quinquaginta *fol.*29.

Hac propoſita facti ſerie, pro Ioſepho Serſali rationes ponderando, tutelam eidem delatam per M.C.V. confirmandam per S. Cong. certo ſpero excluſo penitus Ioanne Baptiſta Elefante.

Probatur primò, quia inter tutores ille præfertur, qui teſtamentarius eſt,*principium inſtit.de tutelis, & de teſtam. tutela*, latè Oſualdus, Illigerius ad Donellum,*fol.*33.*vſque ad f.*51. idem Donellus *fol.*377.*& cap.*17.*&* 18.*&* 23.*cum ſequentibus* adeò verò tutor teſtamentarius præfertur legitimo, vel datiuo, vt etiam locum habeat,quando eſſet in teſtamento datus tutor, & in caſu mortis primi tutoris ſubſtitutus ſit alius tutor, quia hic alius ſubſtitutus admitti debet, excluſo legitimo, & datiuo, non ſolum in caſu mortis primi tutoris ſed etiam in caſu remotionis primi tutoris teſtamentarij, vt eſt celebris deciſio Maſtrilli 6. argument.*leg ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam.tutela*, Surdus *dec.*207.*num.*17.18.*&* 20. nam habenti tutorem dari non debet tutor, vt latè Maſtrill. *vbi ſuprà, num.*24. quam deciſionem exornat latè Antonius Merenda *lib.* 16. *contro. cap.*49. *per totum*, ſed in præſenti eſt tutor datus Ioſeph Serſalis in teſtamento ab Elena Nali, ergo non eſt opus legitimo, fruſtrà ergo Ioannes Baptiſta de Elefante tutelam petit eius, qui tutorem habet, & qui confirmatus fuit per M.C.V. non ergo legitimus erit dandus tutor, nec datiuus qui non datur niſi deficientibus legitimis qui omnes ſunt citandi,& videri an ſint legitimi tutores, Surdus *conſ.*159. *tom.*2. & Ioſeph Vela *diſſertation. iuris diſſert.*1.2.*&* 3. vbi latè agit quomodo detur tutor, vel curator minoribus filiis Regum inuitis, &c.

Probatur ſecundò, quia licèt datio tutoris dependeat à patria poteſtate, §. *permiſſum, Inſtit. de tutelis*, Salic. *in leg. fin. Cod. quando mulier officio tutelæ fungi poteſt*, tamen mater, quæ filios non habet in poteſtate, *l.*1.*verſ.in poteſtate,ff.de teſtament.tutela,*§.*fœminæ, Inſtit. de adoption.*§. *mater, Inſtit. de exhæred. liber.*Soccin.iun.*conſ.*59.*n.*49. *lib.*3. Montanus *de tutelis, cap.*4. *& cap.*8. *n* 37. Guttierr.*de tutelis, p.*1.*cap.*4.*num.*2. tutorem dare poterit eum faciendo hæredem, niſi haberet aliud à patre ſibi relictum, nam tunc non poteſt mater tutorem dare filio, etiam ſi inſtituat hæredem, vt poſt Montanum dicit Dom. meus Præſes de Marinis 93. *num.*4.*tom.*1.*Cod.l.pater hæredis,ff.de teſtament. tutela*, idem in aula, quæ licèt non habeat filium in poteſtate, §.1.*verſ.qui autem, Inſtit. de legib. agnat. tutelæ*, poterit dare tutorem illum hæredem inſtituendo, ſic patruus dabit tutorem nepoti ſi eum faciat hæredem,*l.tutores,ff.de confir. tutore*,& probatur per argumentum text. *in l.ſi patronus* 4.*ff.eodem*, & Baldus *in d.l.ſi patronus*, ait, quod ille, qui impuberem hæredem inſtituit eum filium eligere videtur, & loco patris habetur: verumtamen eſt, quod iſti tutores dati ab extraneis pupillos non habentibus in poteſtate, indigent confirmatione,ob quam dicitur datiuus, cum hoc operetur confirmatio Iudicis, à qua tutela debet aſſumere effectum, & denominationem, §.*ſi quis priore, Inſtit.quibus modis teſtam. infirmentur, l. ſi quis priore, ff.ad Trebell.* Salic. *in l.*2. *Cod.de confirm. tutore*, Sylueſter Aldobrandinus *in* §.*fin.numero* 29. *Inſtit. de tutelis*, ergo licèt extraneus, hæredem faciens impuberem, videtur eum eligere in filium, & hoc caſu inſtituens habetur loco patris,Baldus *in d.l.ſi patronus in fine.ff.de confirmat. tutore*, Cynus *in l.fin. Cod. eodem* per textum *in l. nemo* 58. *Cod.de hær. inſtit.* requiritur tamen confirmatio.

Præfertur verò hic tutor,licèt datiuus omni tutori legitimo,& etiam matri, *l.item ſiet, ff. de teſtam. tutela*,Bart.*in l.*1.*ff.de confirm. tutore*,Cynus *in l.*2. vbi Salic.*num.*3.*C.eodem tit.*idem Salic.*in l. fin.C. quando mulier tutelæ officio fungi poteſt*, verùm talis prælatio locum habet in illis bonis, quæ peruenerunt ab extraneo teſtatore. Quæſtio tamen eſt an talis tutela confirmetur ſine inquiſitione per Iudicem. Prima opinio dicit confirmari ſine inquiſitione, quia Iudex ſolum concedet adminiſtrationem illorum bonorum, in quibus impubes eſt inſtitutus cum in aliis bonis non concedatur adminiſtratio ſine inquiſitione, ita Bart. *in l. ſi patronus*, & ibi Alberic. *in fin.ff. de confirm. tutore*, Aretinus *in* §. *permiſſum, num.*3. *Inſt. de tutelis*, Surdus *conſ.*428. *num.*22.*&* 23. *libro* 3. quare tutor datus ab extraneo eſt tutor in omnibus, ſed non habet adminiſtrationem in omnibus, Cumanus *in d.l.fin. in fin. Cod.de confirm. tutore*, & datur quoad alia bona curator. Idem Cumanus *in d.l.ſi patronus, C.de confirm. tutore*, quod etiam eſt in patre naturali, qui non habet filium in poteſtate, Salicetus *in l.fin. num.*1. *C. quando mulier tutelæ off.fungi poteſt.*

Secunda opinio eſt,quod quando ſumus in extraneo dante tutorem ei, quem non habet in poteſtate ſit facienda confirmatio cum inquiſitione, & cauſa cognita, an perſona ſit apta, & pupillo expediat,

expediat, ita Azo *in dict. l. 1. vers. Et siquidem pater in verb. si autem alius, ff. de confirm. tutore*, Glossa *in d. l. si patronus 4. in verb. Sequendum, ff. eodem tit.* per text. apertũ *in l. qui tutelam 28. in fin.* vbi glossa *in verb. Impuberi, ff. de testam. tutela*, per textum *in l. iurisperitos 33. §. fin. ff. de excusf. tutor.* quod non solùm in extraneo procedit, sed etiam in matre, in qua licet sit par affectio, & forsan maior, quam in patre, tamen tutor datus per eam indiget confirmatione, præcedente inquisitione, super moribus, & facultatibus ipsius, & an pupillo expediat illum habere, quicquid aliud sit in dato à patre, in quo non requiritur talis inquisitio, vt latè Sylvester *in §. fin. n. 36. Instit. de tutelis*, per text. *in l. 1. & 2. ff. de confirm. tutore. iuncta gloss. in princ. Instit. de satisd. tutor. in verb. Approbata.*

9 Nec potest agi via exequutiua, sed agi debet via confirmatiua, & antequam Iudex confirmet, debet pronuntiare tutorem esse idoneum, quando necessaria est inquisitio, Bart. *in d. l. tutores, ff. de confirm. tutor.* Aldobrandinus *in §. fin. n. 37. Instit. de tutelis.*

10 Quæstio etiam est, an sufficiat ad hoc: vt tutela à matre, vel auia relicta confirmari possit, ex inquisitione, quod pupillum in legitima tantùm instituerit, an verò, vt eum vniuersalem hæredem reliquerit, in qua difficultate Romanus *consil. 188. num. 3.* ex text. *in l. peto, §. mater, ff. deleg. 20.* tenet quod non valet datio tutelæ, nec à Iudice confirmari debet, si filius fuit tantùm in legitima institutus, sequitur Antonius Piagius *de tutore, & curatore, quæst. 3. num. 29.* Gregorius Lopez *in l. 6. tit. 16. part. 6. in glossa de volo confirmare*, Galganetus *lib. 3. quæst. 6.* Secunda opinio est, quod sufficiat filium instituere in legitima, nec tenetur vniuersalem hæredem facere, ita Caldas Pereyra *in l. si curatorem habens, in verb. Sine curatore, C. de in integrum restit. num. 103.* Molina *de iustitia & iure, tract. 20. disp. 220. num. 13.* & veriorem esse dicit Guttierez *de tutelis, part. 1. cap. 4. in fine*, Baldaxar Thomasius *tract. 1. de tutore, & curatore, tit. 50. n. 10. & 138.*

11 Requiritur tamen Iudicis confirmatio, ex *l. 1. C. de confirm. tutor.* Thesaurus Iunior *lib. 4. quæst. forens. quæst. 70.* & probat expressè text. *in l. 4. in princ. ff. de testam. tutela*, & decisum in S. C. refert Reg. Capyc. Latro *consult. 51. num. 10. in fine*, & etiam victricum nominatus à matre potest dari tutor per Iudicem, *l. fin. C. de contrario iudicio tutelæ*, Menoch. *de arbitrar. casu 151. num. 5.* Caualcan. *de tutore, & curatore, num. 89.* Mastrill. *decis. 6. in fine*, quia tutela non est ius competens pro beneficio tutoris, sed potius ad beneficium pupilli principaliter, & pro bono publico, *l. 1. §. æquè personale, ff. de munerib. & honoribus*, imò tutelæ officium est grauamen ex parte tutoris, licèt ex parte pupilli sit fauorabile, Bart. *in l. quæsitum est 12. ff. de tutelis*, quibus verò capitibus possint impugnari tutores, & curatores tractat Vestembec, *cons. 42.*

Non ergo posito tutore testamentario, dato à matre, filiis hæredibus institutis, locum habebit tutela legitima, vel datiua, posita præsertim confirmatione à Iudice, scilicet à M. C. V. positóque decreto, vt administret etiam alia bona, &c.

12 Neque obstat Iosepho Sersali textus *in leg. 5. Cod. qui dari tutores possint*, vbi tutor debet dari eiusdem domicilij, ac territorij, vbi pupillus extat; sed Ioseph Sersalis est Patritius Surrentinus, domicilium habet Surrenti, ergo non poterit esse tutor.

Respondeo primò, quod textus loquitur de eo, qui est tutor datus alterius Prouinciæ, ibi (Neque à Præside alterius Prouinciæ, neque à Magistratibus municipalibus, tutorem ortum ex alia Ciuitate, nec domicilium vbi nominatur habentem, iure dari posse, ab eo cuius iurisdictioni subiectus non est, certissimi iuris est, &c.) Secundò loquitur text. *de tutore dato à Iudice*, sicque de datiuo, non de testamentario, vt est in præsenti, non enim potest Iudex dare tutorem, qui alibi domicilium habet, vt bene Aretin. *in §. sed hoc, num. 50. Instit. de Attiliano tutore*, Caualcan. *de tutore, & curatore, num. 30.* Alexand. *consil. 161. num. 7. lib. 1.* Thomas. *tit. 11. c. 50.* quod etiam declaratur per Tepat. *tom. 2. tit. 463. cap. 50.* Galganetus *lib. 1. tit. 7. num. 2. qui tit. 8. num. 18.* Præs. de Marin. *cap. 335. per totum, tom. 1.* per glossam *in dict. leg.* neque dicit, quod tutor, vel curator in testamento dari potest etiam alienigena (qui tamen poterit excusari) à Iudice verò minimè dat glossella imarginalis disparitatem, quia tutor à Iudice datur ob suam iurisdictionem; propterea non potest dari alienigena, sed à testatore, non ita est, vnde concludit Henricus Bocerus *class. 1. de tutelis, disp. 14. num. 61.* post Guttierez *part. 1. cap. 2. num. 28.* quod tutor debeat esse de eodem territorio, concordat Barbosa *in dict. leg. neque, num. 6.* cum qua *l. neque*, concordat text. *in l. 3. ibi ex eadem Prouincia, Cod. qui petant tutor. vel curator. cum l. 1. §. vltim. & l. 3. & l. pupillo 27. ff. de tutoribus, & curatorib. datis ab his, l. Diui 24. ff. eodem l. quæro, ff. de testament. tutela.* Tertiò dico, quod Ioseph Sersalis habet domicilium in Ciuitate Neapolitana, vbi licèt soleat ire, & redire in Ciuitatem Surrenti, ergo hic habitat, argument. textus *in §. Pauonum de rerum diuis.*

Neque ex alio capite poterit deferri tutela Ioanni Baptistæ Elefanti, tum scilicet ex eo quod est iam data, tum ex eo, quod eam affectat, quia inter alias causas, ob quas remoueri debet quis à tutela, quamuis illam haberet, ea est; quæ scilicet Iudici iusta probata fuerit, & talis comperta ab eo, ex *l. 3. §. si tutores, ff. de suspectis tutorib.* Soccin. *consil. 9. num. 37. vol. 3.* Corneus *consil. 175. num. 4. lib. 1.* Montanus *de tutelis, cap. 36. regul. 1.* inter causas verò ea est principalior, scilicet affectatio tutelæ, quia suspectum reddit tutorem, vt bene Alexand. *consil. 86. num. 6. lib. 2.* Dec. *consil. 585.* Crauetta *consil. 18. num. 19.* Seraphin. *de iuram. priuileg. 4. num. 104.* Montan. *cap. 36. num. 12.* Galganetus *lib. 1. tit. 10. n. 50.* quod etiam notat Anna *cons. 50. num. 14.* cum ergo Ioannes Baptista Elefante tam ardenter affectet tutelam iam datam Iosepho Sersali eum suspectum, inhabilémque reddit; sicuti baliatum, vel tutelam affectans ex hoc solum veniret priuandus, Hieronym. Gabriel. *27. num. 4.* Berous *consil. 27. num. 14.* Berous *consil. 123. lib. 3.* Castill. *decis. 80. num. 23.* Consiliar. Anna *consil. 50. num. 14.* Dom. Francisc. Maria Pratus *tom. 2. c. 37. n. 8. & seqq.*

Neque ex alio capite poterit tutela deferri eidem Ioanni Baptistæ Elefante, quia vt apparet ex scripturis est debitor hæreditatis, sed debitor, vel creditor hæreditatis non potest tutor dari, vt *in auth. vt ij qui obligatas se habere perhibent, §. 1.* vbi Bart. Speculator *de tutelis, §. generaliter, n. 12.* Guttier. *de tutelis, part. 1. cap. 20.* cum Aretin. *de testam. fol. 96.* ergo, &c. Idem dicitur de tutore habente rem communem cum minore, Franc. *decis. 404.* Boër. *decis. 266.* Pratus *cap. 37. tom. 2.* Galeota *tom. 1. controu. 60. num. 26.* Guttier. *num. 6.* qui *num. 9.* concludit, quod idem est in fideiussore debitoris pupilli, & si filius tutoris, vel curatoris esset creditor, vel debitor pupilli, nisi pater non

haberet vsumfructum, quod sequitur Montanus *de tutelis.cap.23.n.26.*Menoch.*casu 25.*Bero.*q.66.* Castill.*dec.20.n.8.& 80.n.59.*

15 Neque obstat *consil.Baldi 308.* vbi videtur dixisse, quod quando non est præsumptio subtrahendi, scripturas, & instrumenta, quia creditum liquido constat, tunc potest esse tutor creditor, vel debitor, non obstante d. dispositione text. *in auth. minoris debitor. C.qui tutores dari possint.*

16 Respondeo enim, quod Baldus consuluit in casu dati tutoris, qui fecerat inuentarium, in quo apposuerat instrumenta sui debiti, quo quidem casu agebatur de eo remouendo; hic verò agitur non de tutore remouendo; sed de tutore dando, turpius enim eiicitur, quam non admittitur hospes, & ibi agebatur de rei vendicatione, hic verò de actione hypothecaria, quo casu procedit dispositio *d.auth.* provt consuluit idem Bald.*vbi supra.*

17 Respondeo secundò, quod Ioannes Baptista Elefante habet communionem bonorum cum Aloysio, & licet glossa *in d.auth. minoris debitor, vers. quid si habentes communes, Cod.qui tutor.dari possint*, dicat quod non videatur prohiberi, per textum *in l. quod res de excus. tut.* contrarium decidit M.C.V. & confirmatum fuit per S. C. teste Præs.de Franch.*dec.*404.qui distinguit duos casus, primus est, quando communio est in controuersia, quia vnus asserit alter negat communionem, & tunc per illam Auth. non potest esse tutor, quia tunc est timor subtractionis instrumentorum, & est hostis minoris. Secundus casus est, quando est communio sine controuersia, & tunc sunt distinguendi duo casus. Primus est, quando est magna communio, quod inuicem sint magnæ imputationes, & reputationes, putà si habent hæreditatem, vel maiorem partem bonorum communem, & tunc idem quod prohibeatur tutela, vel cura, secundo quando est communis vnus fundus tantum, & hoc casu non prohibetur esse tutor, vel curator, quia licet talis obligatio sit quasi contractus, tamen est modicæ quantitatis, licet fundus sit magnus, nisi occasione huius communionis fundi, essent magna debita inuicem, quia tunc non
18 posset esse, etenim modicum debitum, vel creditum non remoueret à tutela, secundùm gloss. *in d.auth.minoris*, vbi Odofredus, Cynus, Petrus Albericus, & Baldus, quos sequitur Præses de Franchis *decis.*404. *num.6.* qui dicit esse notabile, & semper ponderandum, quare si controuersia sit an res sit communis, non potest esse tutor, vel curator, sed si non contenditur non prohibetur, nisi præstationes hinc inde sint magnæ quantitatis, secus autem si sint paruæ, & quia agebatur: quod maior pars patrimonij consistebat in negotiationibus, & de facili poterat fieri subtractio, & occupatio, ideo non fuit datus tutor frater maior fratri minori, latè Franchus *dict.decis.*404. Vrsil. *ad Afflict. decis.*360. *n.*4. Galter. *in praxi tutelarum, fol.56.n.13.* Gratianus *tom.5.c.914.* addentes ad Francum *vbi supra.*

19 Quod si opponeretur contra Iosephum Sersali de aliquo debito ad fauorem pupilli dico text. *in d.auth. minoris debitor*, non procedere in tutore testamentario, vt fumus in præsenti, Faber *tit.Cod. qui tutores dari possint defin.1.cum distinct.* aut sciebat, aut ignorabat Barbosa *in dict.authent. minoris, num.16.*

20 Accedit, quod vxor Iosephi est amita, scilicet soror patris Aloysij, quæ petit dari virum suum Iosephum, & licèt mulier esse non possit tutrix, tamen poterit petere dari etiam vitricum Mastrill. *dec.6.n.35.tom.1.* Anneus Robertus *l.1.c.8.* idem Mastrill.*d.230.n.3.* Reg.Tap. *dec.51.* ergo multo magis poterit amita petere proprium virum.

Neque dicatur, quod tutela in Ciuitate Neapolitana reguletur ab ordine successionis bonorum ex Napodano *in consuetud.si moriatur, n.243. fol.146. vers.quid de tutela*, vbi sicuti in bonis ex linea paterna succedunt consanguinei ex parte patris, & in bonis maternis consanguinei ex parte matris, ita in tutela, quod idem dicit Pisanellus *in addition. fol.146.* 21

Respondeo enim contrarium, & verius dixisse Dom. Staibanum *resol.144. num.17.vsque ad fin. tom.2.& num.28.& 29.* quia licet, qui præfertur in successione præferatur in tutela, Dec.*in l.quo tutela, n.1.la 2.n.19.ff.de reg.iur.& cons.16.n.2.* Andreas Barbatia *cons.11.num.6.lib.3.* Menoch. *casu 150. n.32.& 35.* Corneus *cons.101.n.1.2.& 3.lib.3.* Ias.*con.149.lib.2.* Paulus Montanus *de tutelis, c.15. n.4.* tamen non per hoc regulatur secundum ordinem bonorum, & consuetudo est correctoria iuris communis, quæ non extenditur etiam ad casum fauorabilem, Franchus *decis.71.* vt videmus, quod filiusfamilias qui vigore consuetudinis de bonis aduentitiis ex parte matris potest testari, non potest donare causa mortis, quod est minus: ergo consuetudo, quæ loquitur in successione, non habebit locum in tutela, quoad diuisionem bonorum.

De educatione verò Aloysij, quòd non possit 22
peti à Ioanne Baptista Elefante, probatur, quia licèt educatio pupillorum sit arbitraria, arbitrio tamen rigorosa, teste Bald. *cons.487.volum.5.ex l.1. ff.& c.* vbi pupilli educari debent, Anna *sing.395.* & alter Anna *cons.33.* Tappia *d.51.* & dari debet vbi pupillæ, pupillique pudicitiæ insidiari non possit, *l.si disceptetur 5.ff.vbi pupilli educari debeat*, Ægidius *de priuilegiis honestatis, cap.14.* Menochius *casu 120. num.12.* Neque debet Iudex permittere educationem pupilli in domo eius, qui sperat suam successionem, vt est in substituto, Baldus *dict. consil.407.5. volum.* est enim talis, & tanta hæc causa, vt faciat Iudicem debere recedere à patris testatoris voluntate, & etiamsi esset pupilli consensus, quia Iudex non debet permittere, sed potius debet succurrere ipsi pupillo malè 23
eligenti, & indigenti saniori consilio, Aretinus *in §.actionum, num.56. vers.vnum tene cordi instit.de action.* Bertrandus *consil.10.num.4.lib.* Laurentius de Pinu *consil.36.* Ancharanus *consil.316.* Surdus *de alimentis, tit.4. quæst.13. num.36.31.& 33.* & hoc procedit etiamsi substitutus non succederet in tota hæreditate, nec etiam in dimidia, sed solummodo esset substitutus, vel legatarius certæ quantitatis, nam adhuc Iudex non debet permittere, quod pupillus penes eum educetur, Berous *consil.180. lib.2.* argument. text. *in l.conuentionibus, ff.de verbor.signif.* & *l.vnica, §.sin autem aliquid, C.de caduc. toll.* & admonet Berous *Iudicem*, vt in hoc non obseruet voluntatem testatoris sequitur Bertrandus *consil.10. lib.50.* Menochius *casu 178.num.15.* Anna *consil.33. num.3.& 50.* Afflictus *decis.183.num.50.* & hoc sensu procedit communis cantilena, quod educatio pupillorum est arbitraria de iure, & Iudicis arbitrio totum committi, qui inspecta qualitate personarum contendentium super ista educatione, & inspecta vtilitate ipsorum pupillorum iudicabit, vbi pupillus educari debeat attendendo ad voluntatem testatoris, & ab illa recedendo, vt ait textus *in dict. leg.si disceptetur, quæ est penult. ff.vbi pupillus educari debeat*, & *in l.2. ff. & Cod. eodem tit.* Menochius *casu 168.* Grammaticus *dec.55.* Trentacinq.

variar.

variar.in tit.de moribus, art.7. latè Surdus *titul.4. q.13.* Deponte *d.20.num.25.* Gratianus *d.55.* & hoc arbitrium iudicis in decernendo,& iudicando, vbi pupillus educari debeat, non erit absolutum liberum,& irrationabile, sed esse debet regulatum à iure,considerando vtilitatem pupillorum,& vbi magis expediat eos educari, Caualcanus *de tutore, num.301.* Bald.*d.conf.487.* Cranetta *conf.18.* Parisius *conf.56.num.5.lib.1.* Guttierrez *de tutelis,p.2. c.5.num.5.* Montanus *de tutelis,c.22.resolut.8.numero 236.* Menoch.*casu 168.* Surdus *dict.tit.4. q.13.* Calterius *in prax.tutel.p.2.rubrica 1.* Gregorius Lopez *l.9. Hisp.tit.16.p.6.* Visconte *in suis conclusionib.in verbo pupillus*, Molfes.*de succes. ex testam.q.11.n.17.* Barbatia *conf.60.volum.3.* idem Menochius *conf.62.num.17.& 18.lib.1.* Aponte *conf.93.num.22.& 28.volum.2.* Reg. Valenzuela *conf.36.num.20.* Afflict.*d.183.* Franch.*d.d.350.* Aponte *d.20.& seqq.* Mastrill.*d.30.* Castill.*d.20. num.8.* Tappia *d.decis.51.num.4.* Rouit.*d.8.* nam ad tutorem pertinet habere curam personæ, sicuti rerum ipsius pupilli *l.1.ff.de tutelis,* Paul.*conf.125. vol.1.* Et propterea fuit interdum decisum contra matrem,etiam cessante quacumq;suspicione Thorus *in compendio,in verb.filij an sint educandi,* alias fuit decisum pro matre, etiam tanseunte ad secunda vota, quia cessabat suspicio Franchus *dec.350.* Anna *d.con.33.* Vinius *dec 16.* aliquando fuit decisum educandas esse pupillas in monasterio, Anna *sing.395.* Fabius de Anna *conf.33. num.10.*& bis decisum referunt, alias fuit decisum in domo alterius consanguinei; Riccius *collect.455.* aliquãdo fuit decisum penes Auiam, Grammaticus *d.55.* Deponte *vbi supra,n.15.* Trentacinq.*vbi supr.* aliquando apud fratrem reiecta matre, Menoch.*consil.63.n.12.* aliquando penes vitricum, Albericus *in d.l.fin. Cod. de contrario iudicio tutelæ* aliquando penes Reg. Consiliarios, vt pluries practicatum in S. C. testatur Thorus *in compendio,in verbo pupilla apud quem,* nec iudicia supremorum tribunalium in similibus iudicaturis sperni debent. immò sunt amplectenda ad text.*in l.filius,ff.ad l.Corn. de falsis,* Ruinus *conf.76.vol.2.* Tapp.*d.51.in fin.* Pratus *c.37.n.36.*

26 Neque obstat integritas, & boni mores patrui substituti: ex quibus videbatur cessare suspicio oriens ex successione, ex notatis per Soccin. *consil.193.lib.2.* Decian.*conf.8.num.17.* Menochium *cas.178.n.16.& 17.* qui dicit suspicionem ex successione procedere in extraneo,non autem in coniuncto,secundum Paul.de Castro *conf.355.lib.2.* Menoch. *conf.162.n.17.* qui dicit in virum probum non cadere suspicionem ob aliquod emolumentum,Decian.*conf.49.num.34.& 35.* subdens, quod omnis suspicio ex integritate vitæ, ac probitate in quacumque materia purgatur.

Respondeo,quod consilium Soccini procedit in casu suo,vbi erat contentio inter matrem, & substitutum,& de substituto cum Auia,quæ erat suspecta, quia procurabat intempestiuas nuptias ipsius pupilli,& dilapidabat bona eiusdem,& sic non loquitur in casu nostro.

27 Quod si mater,vel alius suspectus offerat educare eius propriis expensis, tunc iudex debet decernere educationem penes eam non obstante, quod conuolauerit ad secundas nuptias, DD.*in l.2.Cod. de negotijs gestis*, secundum quam doctrinam pluries decisum Siciliæ testatur Mastril.*dec.230.in fin.*

28 quod non debet admitti quando oblatio fieret per substitutum, vel proximiorẽ in succedendo pupillo siue pupillæ,vel alio modo suspectam, Trentacinq.*d.art.7.n.14.*

Semper tamen melius esse pro pupillo vniuersam suam substantiam remanere sub vno, & non per plures partes diuidi,quasi per talem actum destruatur subiectum, Ioannes Andreas *in cap.ex literis de voto,* Surdus *cons.375.num.13.* præsertim, quia melius est,vt administrentur bona pupilli per vnum, quam per plures, cum segnies expediant omnia negotia plures, vt latè Gratianus *cap.680.*

Neque dicat aduersarius, quod Aloysius non est educandus, extra Neapolitanam Ciuitatem, quia sunt pueri educandi in ciuitatibus,vbi habẽtur præceptores ad scientias discendas, secundum Baldum *consil.487.lib.5.* Crauettam *consil.18.n.3. & cons.190.num.5.* Surdum *de aliment.tit.4.q.13. num.39.* cum præsertim pueri,mores,quos celerrime assumunt, tenacissime retinent, Tiraquell.*de primogen. in præfat. num.197.* qui refert Alexandrum Magnum quædam vitia, quæ assumpserat à pædagogo Leonide retinuisse, etiam cum esset Rex, vt propterea ex *l. Magistros, Cod. de Professoribus, & Medicis, lib.10.* dicatur Magistros studiorum excellere oportere moribus, quod latè fundat Mastrill.*dec.235.*

Respondeo enim facili negotio, quod argumentum hoc potest fieri ab eo, qui ignorat qualitates nobilitatem, & omnia, nobilissimæ, ac illustrissimæ Ciuitatis Surrenti, atqui gentes Surrentinas cognouit, nec in somnium ei poterit contingere, pueros ibi non educari more Nobilium Neapolitanæ Ciuitatis, & aliarum in omni virtutum genere, non ergo motiuum, quod audiui oretenus est subsistens, sed quia dictum præcipitanter: vt credo, est ignoscendum, alias oporteret me vocare ad Satyras componendas Surrentinæ ciuitatis nobilissima, & subtilissima ingenia.

Ergo omni iure sperat Ioseph Sersale confirmari tutelam d.Aloysij in sui fauorem electo Ioanne Baptista Elefante. Scripsi hodie die 12. Nouembris 1657.

Causa hæc fuit tempore pubertatis aduenientè finita,& pupillus est in posse D. mei Iosephi Sersalis Patritij Surrentini.

DISCEPTATIO CXX.

SVMMARIVM.

1 *Factum proponitur, & vbi contigerit.*
2 *Memoriale porrectum,factum narrans Ill.Episcopo Gallipolitano.*
3 *Episcopus Litteren. vti Delegatus articulum committit PP.Iesuitis.*
4 *Iesuitæ consulunt non esse irregularem clericum, de quo hic.*
5 *Iesuitæ consulunt posse Episcopum dispensare si sit irregularis.*
6 *Delictum esse publicum quid importet in primum.*
7 *Subscriptiones PP.societatis Iesu dignissimorum virorum adducuntur.*
8 *Allegatio R.P. de Comitibus dignissimi Alumni societatis adducitur.*
9 *Textus* in c.significasti il 2.de homicid.*explicatur à Patre de Comitibus.*
10 *Dispensatio, & pœnitentia ad cautelam datur in casu dubio tantum.*

11 *Argumentum Patris de Comitibus adducitur pro negatiua.*
12 *Irregularitas in dubio iuris non contrahitur.*
13 *Text.*in c.ad audientiam de homicid.*explicatur à Patre de Comitibus.*
14 *Dubietas facti, & iuris qualiter differat.*
15 *Dubij facti probabilitas quid operetur ex Patre de Comitibus.*
16 *Dubium facti homicidij cur causet ab Ecclesia irregularitatem.*
17 *Text.*in c.tua nos de homicid.*explicatur à Patre de Comitibus.*
18 *Irregularitas ex vulnere ob opus illicitum, vel licitum an differat.*
19 *Illicitum quibus modis possit aliquid esse.*
20 *Homicidium, vel vulnus qualiter illicitum.*
21 *Homicidium casuale qualiter irregularitatem causet.*
22 *Vulnus graue, vel leue, qualiter producat irregularitatem.*
23 *Vulneris punitio qualiter in foro externo, & qualiter in foro conscientiæ fiat.*
24 *Vulneris distinctio in præsenti qualiter facienda ex Patre de Comitibus.*
25 *Vulnus ad mortem qualiter considerandum explicat P.de Comitibus.*
26 *Vulneris grauitas qualiter consideretur, & vnde possit fieri grauitas.*
27 *Iure consulti respondere debent de iure, non de facto.*
28 *Vulnus lethale iudicio Peritorum dicitur.*
29 *Cautela remittendi ad conscientiam suam absolutum est inutilis, & nulla.*

De eadem re.

1 *Homicidium aliud ex priuata, aliud ex publica authoritate fit.*
2 *Episcopus in irregularitate ex defectu lenitatis qualiter dispenset.*
3 *Irregularitas ex homicidio, vel mutilatione qualis sit.*
4 *Irregularitas ab assessore, & iudice quando contrahatur.*
5 *Iudex qualiter contrahat irregularitatem ex sententia, & quid ex flagellatione, & quid si non Christianum condemnet, & quid de mandante occidi Bannitum.*
6 *Irregularitas ex defectu lenitatis qualis sit, & quando contrahatur.*
7 *Homicidiũ ex priuata authoritate quotuplex sit.*
8 *Homicidium ob defensionem propriam, innocentis, vel Reipublicæ quale.*
9 *Homicidium ob defensionem bonorum, vel honoris an permittatur, & quando.*
10 *Homicidium omnino casuale an inducat irregularitatem, & quando.*
11 *Homicidium casuale duplex est, & quando faciat irregularem.*
12 *Homicidium casuale cum culpa Theologica, & legali quale sit.*
13 *Homicidium casuale cum qua culpa irregularitatem causet.*
14 *Homicidium priuatum voluntarium culpabile causat irregularitatem.*
15 *Vulnus, de quo agitur fuisse lethale qualiter probetur.*
16 *Vulnus lethale iudicio Medicorum iudicatur, non Barbitonsoris.*
17 *Vulnerans quando, & qualiter teneatur de homicidio.*
18 *Vulnerans facilius tenetur de homicidio quoad irregularitatem quam quoad pœnam.*
19 *Irregularitas ex vulnere an sit, si post vulnus sequatur mors casualiter.*
20 *Vulnus graue an causet irregularitatem posito malo regimine.*
21 *Vulneratus vulnere non lethali an si cõualuerit, & postea moriatur, sit irregularis vulnerans.*
22 *Irregularitas an ex vulnere causetur, posita conualescentia, & deinde sequuta morte.*
23 *Episcopus in irregularitate ex homicidio voluntario non dispensat.*
24 *Homicidium voluntarium multiplex, & semper causat irregularitatem.*
25 *Homicidium rixosum quando irregularitatem causet, & an illud, de quo agitur sit rixosum.*
26 *Homicidium voluntarium quoad irregularitatem differt ab eodem quoad dispensationem, & pœnam.*
27 *Episcopus dispensat solum in delictis occultis, excepto homicidio.*
28 *Delictum occultum quale dicatur.*
29 *Delictum notorium qualiter dicatur.*
30 *Delictum de quo in pr. est ad forum contentiosum deductum.*
31 *Delictum non dicitur amplius occultum ex probatione plena, vel semiplena facta, licet Reus fuerit absolutus.*
32 *Homicidium qualiter dicatur deductum ad forum contentiosum.*
33 *Episcopus dispensat in irregularitatibus occultis, non deductis ad forum contentiosum.*
34 *Episcopum dispensat, qui habet subditos, & etiam extra diœcesim, & cum exemptis si subijciant se eidem.*
35 *Episcopus dispensat cum Homicida occulto deducto ad forum, si absolutus sit, si non fuerat conuictus.*
36 *Episcopus an dispenset in irregularitate, quando Reus punitus fuit.*
37 *Episcopus facultatem dispensandi ab irregularitate potest alteri committere, vt secum dispenset.*
38 *Episcopus an dispenset in irregularitate orta ex defectu lenitatis.*
39 *Episcopus an dispenset in irregularitate orta ex mutilatione voluntaria, & quid si sit occultà.*
40 *Episcopus an dispenset in irregularitate orta ex homicidio casuali occulto.*
41 *Episcopus an dispenset super irregularitate ex homicidio casuali publico.*
42 *Episcopus an dispenset in irregularitate ex homicidio rixoso, & quando.*
43 *Episcopus an dispenset super irregularitate ex homicidio defensiuo cum excessu, modo sit occultum.*
44 *Episcopus an dispenset in irregularitate ex homicidio voluntario directè, sed omnino occulto.*
45 *Episcopus posita necessitate an dispenset in homicidio voluntario, quoad vsum ordinum susceptorum.*
46 *Episcopus neque pro ordinibus minoribus, neque pro beneficio simplici dispensat cum homicidio voluntario.*
47 *Irregularitas ex occulta hæresi, vel ex homicidio casuali occulto, vel si fiat in bello, sed non volito per se, vel in fœtus animati*

mati occulti dispensatur, & quando ab Episcopo.

48 *Episcopus dispensat cum illiteratis, cum illegitimis ad minores, & beneficia simplicia, & Canonicatum Collegiatæ, & in irregularitate orta ex Bigamia.*

49 *Episcopus non dispensat cum illegitimis ad sacros Ordines, vel Canonicatum Cathedralis.*

50 *Episcopus an dispenset in irregularitate orta iteratione Baptismi.*

ARGVMENTVM.

Consultatio Doctissimorum Patrum societatis Iesu, & signanter Patris Oddi de Comitibus in Romana Curia Episcoporum examinatoris dignissimi, & in vrbe, adducitur ad defensionem factam irregularitatis, de qua in præsenti, sed qua decet reuerentia, & petita venia à Doctissimis Patribus societatis Iesu, irregularitatem incurrisse defenditur ab Episcopo tamen non dispensabilem, sed à S. Sede Apostolica, vbi latè de irregularitate ex homicidio, vulnere, & similibus, ac de potestate Episcopi in dispensatione irregularitatem ad ornatum textus Concilij Trident. sess. 14. de reformat. capite 7. & sess. 24. de reformatione, cap. 6.

Gallipolitana Irregularitatis.

FACTVM.

1 CONTINGIT in ciuitate Gallipoli quidam casus homicidij à quodam clerico, qui petens ordinari in sacris, memoriale porrexit illustrissimo D. meo Episcopo Gallipolitano viro dignissimo de familia Montoya, qui quidem Illustrissimus Episcopus ad suam conscientiam exonerandam, illum remisit Illustrissimo D. meo Episcopo Litterensi D. Honuphrio de Ponte, vt illum consideraret, an esset irregularis, scribi super eo fecerunt à diuersis Patribus societatis IESV, & inter alios à Patre Oddo de Comitibus Romæ examinatore Episcoporum, & in vrbe Confessariorum, &c. tales consultantes pro clerico consuluerunt nullam incurrisse irregularitatem, & quatenus incurrisset, vtpotè ex homicidio casuali potuisse illustrissimum D. Gallipolitanum Antistitem dispensare eum eodem, vt ascenderet ad sacros, sic P. Ferrignus, P. Pauluccius, P. Imperialis, & P. Casilius subscripserunt, sic P. de Comitibus solemni suo scripto scribebat, & consuluit, accesserunt ad me pro voto duo illi Illustrissimi Antistites domum meam honorantes, quid sentirem, ego mordicus dixi esse irregularem, & vt casus magis innotescat, incipiam à petitione clerici, ponam quid dixerint Iesuitæ, tandem meam sententiam proferam sub correctione melius sentientis.

Illustrissimo Reuer. Signore,

2 *Il Clerico Antonio Reali della città di Gallipoli supplicando fà intendere à V. S. Illustrissima, come sono da quattro anni, è mezzo, essendo esso supplicãte d'anni diece dotto l'occorse d' andare in vn suo giardino di detta Città, nel quale ritrouò vn' figliolo nomine Leonardo di Solda cogliendo alcune granata in d. suo giardino, nel quale diuerse volte era stato danneggiato, & hauendo visti alcuni rami del detto albero guastate, li diede vna scoppola, con minacciarlo, acciò per l'auuenire non facesse più danno. Al che sopragiunse Antonia Puci Zia di d. figliolo strillando, e minacciando esso supplicante con diuerse ingiurie, con auentarsi sempre sopra d'esso supplicante per offenderlo, alla quale detto supplicante dicena, che detto figliolo lo rouinaua sempre detto giardino, al che detta Antonia li daua mẽtite, ne poteua esso supplicante distoglierla d'auanti, e quella con maggior violenza l'andaua sopra per offenderlo, per esser' Donna violente, onde esso supplicante per difenderssi, tolse vn piedi di scanno, che staua in terra, facendo atto di volerla percuotere, acciò non se l'accostasse sopra, & essendoseli quella accostata, detto supplicante li diede vn' colpo per colpirla alle spalle, ma detta se ritrouò voltata la testa, e così detto colpo disgratiatamente lo diede in testa, & essendo andato Francisco Reali Patre d'esso supplicante per fare gouernare detta Antonia con toglierla da dentro il pagliaro di detto suo Giardino, ch'era di malissima aëre, per riportarla dentro la sudetta Città, per sumministrarli li Medici, medicamenti, & altri gouerni necessarij, non solo il marito di detta Antonia, e sorelle non volsero farsela andare, mà dissero, che voleano, che morisse per far dispetto ad'esso supplicante, come in effetto sene morì detta Antonia il marte di tre giorni dopo detta percussione, in tempo, che detta ferita non era mortale, conforme asseri Francisco Maiorana Barbiero, che la medico la prima volta; E perche esso supplicante hà verificato nelle difese la sua bona vita, e fama, e che detta Donna era vna impertinente, e per sua colpa sene morse per difetto de Medici, e gouerni necessarij in vn' luoco terraneo di malissima aëre, in tempo, che in altre percussioni di testa più graui hà verificato, che con essersi trasportate nella Città sono guarite, e per far' morire detta Antonia, d. sorelle, e marito sempre scoprinano detta ferita con farli prendere aëre, an si per aggrauare detto delicto, diceuano, che detta Antonia era grauida, il che non e vero, conforme tutto l'esposto consta dal processo informatiuo, e defensiuo, dal quale si vede la prouocatione di detta Antonia, la casualità del delitto, e la morte se quita per difetto de medici, e medicamenti recusati da detta Antonia, e suoi Parenti. Per lequali cause esso supplicante pretende non essere incorso in irregularità veruna, & quatenùs vi fusse incorso può quella dispensarsi da Monsr. Illustrissimo Vescouo suo Ordinario; di più essendosi riconosciuta la mala qualità, & il torto hauena detta Antonia da suo Marito, figli, e sorella e la ragione d'esso supplicante, subito fecero ampla esculpatione à detto supplicante come dal processo &c. onde supplica V. S. Illustrissima resti seruita, come Giodice delegato spedirlo de giustitia, che lo receuerà à gratia, vt Deus, &c.*

Si compiacciano li R R. P P. Honofrio Ferri-

gno, Gioſi Imperiale, Scipione Paulucci, e Gio. Bat. Caſilio della Compagnia del Gieſio riconoſcere l'eſpoſto nel ſudetto memoriale, condarne il loro in Navoto in ſcritto, ad finem prouidendi, vt iuris. *Datoli li* 18. *Gennaro* 1664.

A.B. Epiſcopus Litteren. Delegatus.

4 ATtenta ſupradicti facti narratiua, probabiliter eſt dicendum, ſupradictum Clericum Antonium Reali non incurriſſe irregularitatem: quia vulnus inflictum in rixa judicio Peritorum non erat lethale, imò nec graue, & quod mors ſubſequuta fuerit, prouenit ex incuria ipſius vulneratæ, & ex malo ſui ipſius regimine. Et hanc ſententiam tenent Caiet. Aragonus, Sotus, & aliqui diſcipuli S. Thomæ, quos refert Auila *de cenſuris, part.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 1. *dub.* 3. eamque ipſe ſequitur in caſu, quo vulnus erat adeo leue, & exiguo medicamine ſanari poſſet, vt videtur iudicio chirurgi fuiſſe vulnus dictæ mulieris, ſed quidquid ſit de hac limitatione P. Auila tantum Caietani, & aliorum ſupra allegatorum ſententiam probabilem exiſtimat, Diana *part.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 10. pro qua affert Hurtadum.

5 Dicendum 2. Eſto prædictus Clericus irregularitatem incurrerit, poſſe in ea diſpenſare eius Epiſcopum, Primo quia Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali, non verò voluntario, & huiuſmodi fuit occiſio patrata à dict. Clerico, tum quia percuſſit in rixa ſubito orta inter ipſum, & mulierem, & qui occidit in rixa inopinata, præcipuè ſi non fuerit auctor rixæ, vt in caſu noſtro, non eſt homicida voluntarius in terminis Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de reformat.* ſed reputandus eſt caſualis, vt docet Auila cum Erriq. Prez, & Rodriquez *dict. part.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 2. *dub.* 1. §. *præterea dico.* Idem Diana *par.* 7. *tom.* 2. *reſol.* 32. Tum quia dictus Clericus non percuſſit animo occidendi, ſubita enim ira percitus, & prouocatus non attendit ad quod fecit; ſed tantum depellendi iniurias à muliere illatas; neque inflixit vulnus lethale, vt conſtat.

6 Neque obſtat quod delictum fuerit publicum, & deductum ad forum contentioſum; quo caſu nequit Epiſcopus diſpenſare in irregularitate, ex eo orta, etiamſi fuerit homicidium caſuale; ſed tantum quando ex delicto occulto, iuxta Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6.

Nam eſt probabilis ſententia, ac tuta in praxi, quod Epiſcopus poſſit diſpenſare in huiuſmodi irregularitate deducta ad forum contentioſum, quando finito iudicio eſt reus punitus, vt docet Diana *part.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 97. cum Erriq. Auila, Sanchez, Reginald. Hurtad. & aliis, & *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 18. aliis quampluribus allatis. Adde quòd eſt probabilis multorum ſententia, nempe Enriquez, Auilæ, Carpenſis.....& Marchini, quos refert, & ſequitur Diana *part.* 7. *tract.* 2. *reſol.* 31. poſſe Epiſcopum diſpenſare in irregularitate contracta ex homicidio caſuali, & quando eſt publicum.

Quibus ſic ſtantibus ſum in voto ſupradictum Clericum Antonium Reali non eſſe incurſum in irregularitatem, & quatenus incurriſſet, Epiſcopum poſſe diſpenſare, etiamſi extra Diœceſim exiſtat, vt affirmat Diana *part.* 3. *tom.* 2. *reſol.* 8. & 9.

7 Ita in voto ſum ego Onuphrius Ferrignus Theologus Soc. IESV.

Sum in eadem ſententia ego Ioſeph Imperialis Soc. IESV Lector in Collegio Neapolitano.

Suppoſita veritate prædictæ narrationis, præcipuè quoad negationem intentionis occidendi, vulneris, quod de ſe non fuiſſet lethale, Idem....probabiliter, & tutò aſſero Scipio Paulutius Societat. IESV.

Ego etiam, qui infra aſſero ſtante veritate narrationis prædictæ probabiliſſimam ipſe ſententiam ſuperſcripſi, &c. Ioannes Baptiſta Caſilius.

Viſo, & examinato proceſſu in cauſa criminali contra Antonium Realem Clericum; cenſeo illum non eſſe irregularem; quod vt clarè, quantum fieri poteſt, demonſtrem, pono tale argumentum in forma ſyllogiſtica. 8

Vulnerans hominem vulnere non lethali, etiamſi vulneratus moriatur non incurrit irregularitatem:

Sed Clericus Antonius Realis fuit vulnerãs hominem vulnere non lethali, etiamſi ille mortuus ſit:

Ergo Clericus Antonius Realis non incurrit irregularitatem.

Maior propoſitio eſt grauiſſimorum Doctorum, tum in Theologia, tum in iure Canonico, quos vbertim more ſuo citat Bonacina *tractatu de cenſur. diſp.* 7. *quæſtione* 4. *punct.* 7. *num.* 16. itavt Suarez *de cenſ. diſp.* 45. *ſect.* 6. *num.* 16. aſſeruerit hanc eſſe omnium Doctorum. Tertiò, inquit, ſequitur eum, qui alium vulnerat non lethaliter, & poſtea moritur non ex vi vulneris, ſed ex ſua intemperantia, vel negligentia Medici manere irregularem, quod eſt contra omnes. 'Scio quidem aliquos Authores videri contrarios, quos infrà examinabimus.

Probatur autem ex *cap. ſignificaſti, il* 2. *de homicidio,* vbi Pontifex, vt decidat aliquem Presbyterum fuiſſe irregularem, accuratè diſtinguit, vtrum mors ſequuta fuerit ex vulnere illato ab eo Presbytero, de quo dubitatur, quòd ſi ita eſſet decidit poſſe illum in ſacerdotali officio miniſtrare; neque debet quenquam mouere, quod Pontifex ibi addat poſt pœnitentiam ad cautelam iniunctam, quaſi ad cautelam ſaltim deberet diſpenſare, ac propterea deberet illi pœnitentia iniungi. Dico enim Presbyterum illum fuiſſe iudicatum culpabilem, quòd percutiendo latronem exceſſerit moderamen inculpatæ tutelæ, vt patet ex vltima parte eius capitis, vbi reſpondet Pontifex ad excuſationem, quam afferebant aliqui, quod latronem percuſſiſſet ad ſui defenſionem, ac propterea non deberet illi aliqua pœnitentia iniungi. Præterea, quia res erat dubia, vt patet, an vulnus fuiſſet lethale, ideo ad cautelam adhibes pœnitentiam. Quod ſi ſiue fuiſſet lethale illud vulnus, ſiue non fuiſſet lethale, adhuc debuiſſet ad cautelam diſpenſari, ſuperuacanea fuiſſet accurata illa diſtinctio inter vulnus lethale, & non lethale. 9

Et ſanè pœnitẽtia non iniungitur, aut diſpenſatio non petitur ad cautelam, niſi quando res eſt dubia. Dubium autẽ naſci poteſt, aut in iure, aut in facto. Et dubium quidem in iure poterat, ac debuerat à Summo Pontifice decidi, cum ad eum pertineat, & iura concedere, & interpretari. Ad dubium igitur in facto reſpondet cum illa diſtinctione, & quia non poterat ſatis decidi, vtrum vulnus fuiſſet lethale, necne, & vtrum eſſet ille Presbyter culpabilis, ergo & iniungit pœnitentiam ad cautelam poſtquam poſſit miniſtrare. 10

Probatur præterea ratione, & pono argumentum in forma ſyllogiſtica. 11

Innocens delicti homicidij, non eſt irregularis ex delicto homicidij:

Sed vulnerans vulnere non lethali, quamuis vulneratus moriatur, eſt innocẽs delicti homicidij:

Ergo huiuſmodi vulnerans non eſt irregularis.

Et maior quidem propoſitio videtur certa ex terminis, & ex axiomate vulgatiſſimo, quod eſt primum

primum principium notum lumine naturæ, at delictum homicidij est causa irregularitatis puerile est in hoc immorari.

Minor autem est etiam certa apud omnes criminalistas, *l.qui occidit*, §. *fin. ff. ad leg. Aquil. videri*, Menoch. *de arbitr. lib. 2. art. 3. casu 275.* & Rimin. Iun. *consil. 799.* qui hanc materiam tractant vbertim, & præsertim quando, & quibus coniecturis iudicandum sit vulnus aliquod lethale.

Vlterius eandem maiorem propositionem probo argumento ex loco quidem extrinseco, sed valido. Suppono igitur, & vltrò concedo propositionem illam esse dubiam, quamuis enim plures habeat authores pro se, quia tamen aliquis author videtur contrarium sentire, non potest dici dubia, Mascard. *concl. 578.* Et dubium illud est dubium iuris, vti per se patet, quo posito, sic formo argumentum in forma syllogistica.

12 Dubius de irregularitate dubietate iuris non est censendus irregularis, sed vulnerans, &c. est dubius de irregularitate dubietate iuris: ergo.

Maiorem illam propositionem latè probat Suarez *disp. 40. sect. 4. per totam*, & authoritate multorum Doctorum confirmat Bonacina *disp. 7.* itavt non videantur de illa dubitari posse *quæstione 1. punct. 5. proposit. 1.* & probatur ex *cap. is qui, de sent. excomm. in 6.*

In minori propositione non videtur esse difficultas ex dictis paulò ante.

13 Non obstat *cap. ad audientiam, eo tit.* vbi decidi illud videtur, quod dubius de irregularitate abstinere debeat; quod idem repetitur *cap. citat. significasti*, & in vtroque affertur eadem ratio, quòd in dubiis semitam eligere debeamus tutiorem, & in hoc casu cessare sit tutiùs, quam temerè celebrare, pro eo, quod in altero nullum, in reliquo verò magnum periculum timeatur, Responsio, scilicet, quòd supra innui, dubietatem in casu illorum capitum fuisse dubietatem in facto. Nostra autem propositio est super dubietate in iure, neque valet argumentum ab vno casu in alium, præsertim si sit exorbitans à iure, *cap. quæ à iure, de reg. iuris, in 6.* Quòd autem puniatur pœna ordinaria homicidij, qualis est irregularitas, is, de quo dubitatur, an verè homicidium commiserit, exorbitat à iure, scilicet ad condemnandum aliquem in criminalibus pœna à iure imposita alicui delicto, debent haberi probationes luce meridiana clariores, *l. sciant cuncti, C. de probation.* quæ etiam canonizatur à Gratiano *2. quæst. 8.* confirmatur *cap. Epiphanium, 5. quæst. 6.* & *cap. litteras vestras, de præsumption.* quo axiomate frequenter vtuntur criminalistæ, vide Iulinium Cartarium *decisione 94. num. 79. & 80.* Non igitur id, quod fuit decisum exorbitanter, sed rationabiliter in dubio facti, debemus nos transferre ad dubium iuris.

14 Dices eandem militare rationem in dubio iuris, & facti; & quando ratio allata in vno casu valet in altero quoque casu, dicitur etiam comprehendi iste casus non per extensionem, sed per comprehensionem, vide Barbos. *axiom. 197. num. 3.* Respondeo aliquos hoc tempore Doctores zeli plenos, vtinam non Pharisaici, magnum facere festum in eo axiomate. In dubiis tutior pars eligenda, ad quod etiam laudant *cap. iuuenis de sponsalib.* & *cap. si quis de pœnit. dec. 7.* sed tamen illud axioma habet suas limitationes, intra quas si non contineatur multa pariet absurda, ac propterea axioma quoque est, vt aliqua propositio alias vniuersalis limitetur, si ex ea sequatur absurdum, vide eundem Barbos. *axiom. 2. num. 3.* sic Innoc. III. propositionem generalem S. Petri, subditi estote omni humanæ creaturæ limitandam monuit, ne sequeretur absurdum, quod Sacerdotes subditi essent laicis, & seruis, sanè ex vi illius axiomatis debuisset Marta relinquere ministerium suum, vt sederet secus pedes Christi cum Magdalena sorore, quia decidit Christus, hanc fuisse sequutam meliorem partem, & consequenter tutiorem, omnes Christiani obligarentur sequi consilia Euangelica, per quæ certum est iniri tutiorem viam ad salutem, cum Christus alias dixerit possessionem diuitiarum esse periculosam, & notatur sanè res digna est, quod multò maxima pars Theologorum, quorum etiam multo maxima pars sunt Religiosi illud axioma limitant, qui tamen sequuntur consilia Euangelica, vt tutiorem viam ineant, quos in magno numero recenset, Sanchez *in Decalog. lib. 1. cap. 9. num. 14.* contra illud axioma simpliciter, & absolutè recipiant Canonistæ aliqui, quorum maxima pars sunt laici viam insistentes ad salutem minus tutam, vt de iis possit illud dici, *Matth. 23.* Alligant onera grauia, & importabilia: ipsi autem nolunt suo digito eo moueri.

Explicationem autem, & limitationes eius axiomatis, & quomodo bene applicetur dubio facti, & non dubio iuris in materia irregularitatis, vide apud Nicolaum Baldellum subtilissimum Theologum moralem *lib. 4. disp. 8.* & latissimè disserui ego quoque in relatione Theologica non impressa de absolutione moribundi breuiter.

Probabilitas in dubio facti non potest operari, 15
quod aliquid factum sit propriè in intellectu, nec potest operari aliquod Physicum, & in extrinseco. Pone igitur aliquem fuisse mortuum ex vulnere sibi illato, itavt is, qui vulnerauit verè, ac physicè influxerit in homicidium, & consequenter verè, ac physicè sit homicida, quamuis possit aliquis, & quidem probabilius opinari hunc non fuisse homicidam (multa enim falsa sunt probabiliora veris) non tamen inde fit, vt verè ille non sit homicida. Quia igitur Deus, cuius mansuetudo infinita est, abhorret maximè ab iis, qui occidunt aliquos homines quamuis iustè, vt propterea noluerit Dauidem sibi templum ædificari, quod fuisset in bellis, etiamsi iustis multum sanguinem 2. *Regum, cap. 7.*

Quare Ecclesia rationabiliter sanxit, vt in du- 16
bio facti non auderet homicida dubius ministrare in altari, ne si verè esset homicida staret coram Deo persona, quam ille abhorret. At probabilitas potest operari aliquid in legibus, & legum obligatione, quia hæc sunt quædam moralia, quæ pendent à communi hominum existimatione, & sic si probabiliter existimetur non esset posita aliqua lex, quamuis verè sit posita, illa tamen non obligat. Et potest probabilis opinio abrogare legem dubiam. Quare potuit Pontifex velle, vt aliqua lex non obligaret, nisi esset clara, & expressa, & ita decidit in irregularitate vti vidimus, quod nisi sit expressa in iure non incurratur; imò generaliter lex dubia non obligat, Sanchez *in decal. lib. 1. cap. 10. n. 33.*

Neque item obstat *cap. tua nos*, vbi declaratur 17
irregularis quidam Monachus, qui secuit tumorem in gutture cuiusdam mulieris, quamuis deinde mortua fuerit illa mulier non ex illa sectione, sed quia temerè se vento exposuit. Respondeo enim etiam hoc ius huius capitis esse exorbitans, & trahi non debere in exemplum. Vetantur Clerici, & Monachi exercere Chirurgiam per ignem, & ferrum *cap. sententiam, ne Clerici, vel Monachi.* Et de hoc reprehenditur ille Monachus quod multum deliquerit alienum officium vsurpando, quòd

ei minimè congruebat. Et quia non ita difficilè retrahebantur ab huiuſmodi miniſteriis alias non ſolum licitis, ſed omnino laudabilibus, & ad ea facilè trahebantur ſub ſpecie pietatis, vti dicitur *cap. non magnopere eo titulo*, ideo cenſuit Eccleſia eos abſtinendos rigore exemplari, atque adeo voluit eos fieri irregulares, quocunque caſu mors accideret etiam ſine eorum culpa, vt metu irregularitatis abſtinerent ab inciſione, & vſtione, quod mox vberius explicabo, & conſequenter non eſt iſta deciſio tanquam exorbitans ampliandа ad alios caſus etiam ſimiles. Quare Nauarr. *cap.* 27. *num.* 218. aliiſque communiter apud Bonacinam *diſp.* 3. *quæſt.* 4. *punct.* 4. nolunt extendi hanc deciſionem ad Medicum, qui non vtitur ferro, aut igne, aut eum qui iuuat Chirurgum, dummodo ipſe non vrat, aut ſecet, quamuis æger moriatur, dummodo abſit culpa.

18 Dices cum Nauar. *cap.* 27. *num.* 223. diſtinguendam eſſe eam propoſitionem, ſcilicet vulnerantem non incidere in irregularitatem, ſi dabat operam rei licitæ, incidere ſi dabat operam rei illicitæ. Reſpondetur hanc diſtinctionem ſæpè adhiberi in hac materia deſumptam ex multis capitibus *tit. de homicidio*, quam explicant latè DD. *in tract. de irregul.* ex quibus deſumitur doctrina, quam mox trado.

19 Aliqua ſunt illicita ſimpliciter, & ex ſua natura. Alia ſunt illicita lege vetante, & horum aliqua ſunt illicita lege vetante omnibus, aliqua ſunt illicita lege vetante alicui hominum conditioni, exempl. grat. vſura eſt illicita ex natura ſua, negotiatio aliqua eſt vetita lege omnibus, exempl. grat. tranſportatio mercium aliquarum, & annonæ; aliqua negotiatio eſt licita, & laudabilis, ſed tamen illicita, & vetita Clericis, quæ dicuntur propterea negotiationes illicitæ; & quia illicita huiuſmodi non habent patentem inhoneſtatem, per quam terreatur illa hominum conditio, ideo leges apponunt pœnam grauiorem, & qui huiuſmodi opera illicita faciunt lege vetante dicuntur committere culpam legalem; quemadmodum alij dicuntur committere culpam Theologicam.

20 Ad caſum noſtrum in materia præſenti occidere, aut vulnerare aliquem, eſt vetitum ſimpliciter, & ex natura ſua, aut etiam vetitum eſt ex natura ſua exercere artem medicam, aut Chirurgiam ſine ſufficienti ſcientia, & temerariè ſe exponere periculo occidendi homines, & hæc eſt culpa Theologica. Secundò, eſt vetitum lege ferre arma, & eſt vetitum exercere artem Medicam, ſiue Chirurgiam ei, qui non habet litteras patentes, & teſtimoniales ſuæ peritiæ, quamuis aliàs ſit peritus, & hoc eſt vetitum cuiuſcunque conditionis hominibus, demum eſt vetitum lege Clericis, etiam peritis, & habentibus litteras teſtimoniales ſuæ peritiæ Chirurgiam exercere. Et Clericus, aut Monachus id faciens dicitur dare operam rei illicitæ, & committere culpam legalem, & vt abſtineat ab hoc opere illicito impoſuit hanc pœnam Eccleſia, vt incurratur irregularitas, quotieſcunque accidat mors etiam ſine vlla culpa Theologica ipſius Clerici, quin etiam cum meritò, ſcilicet, ſi id ille Clericus faceret intuitu pietatis, quamuis hæc irregularitas vocetur ex delicto, ſiue ex culpa legali; neque deſinam hic aduertere opus illud, quod vocatur illicitum, & eſt vetitum Clericis, vt inducat irregularitatem, debere eſſe vetitum propter aliquod periculum mortis, propter quod videtur prohibita vſtio, & ferrum, vide Theſaur. *in prax. de pœn. Eccleſiaſtic. verbo homicidium*, *cap.* 1. *verſ. homicidium caſuale cum culpa ſola legali*, apud quem multi authores.

Quando igitur dicitur ex homicidio caſuali incurri irregularitatem, ſi datur opera rei illicitæ intelligendum eſt rei illicitæ ex vetito legis id prohibentis Clericis propter periculum mortis, & ita intelligendus Nauar. vt patet ex *n.* 221. 21

Dices ſecundò, cum Auila *de cenſ. p.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 1. *dub.* 5. *concluſ.* 2. Coninch. *de Sacrament. diſp.* 18. *dub.* 9. *num.* 82. diſtinguendum item eſſe ſi vulnus illud ſit leue, vel ſit graue, itavt ſi ſit graue quamuis non lethale, ſi ſequatur mors ex quocunque caſu incurratur irregularitas. Vulnus autem leue vocant illud, quod leuiter curatur nullo medicamento, aut valdè obuio fit ſanabile, graue autem, quòd requirat curam magnam, & medicamenta efficaciora, aut magnam peritiam Chirurgi. Reſpondetur diſtinctionem eſſe optimam, & quod inde deducitur veriſſimum, ſed tamen indigere aliqua maiori explicatione, optimè igitur, & clariſſimè rem explicat, & diſtinguit Rimin. Iun. *conſil.* 121. vbi tres caſus ponit. Primus quando conſtat vulnus omnino illatum fuiſſe mortale, in quo caſu cum Bald. & aliis monet non eſſe neceſſe, quod in accuſando mortem expectemus, & certum eſt, quod ſi ſequatur mors in hoc caſu incurratur irregularitas. Secundus caſus eſt, quando conſtat vulnus non fuiſſe mortale id, quod conſtare dicitur, quando Medici retulerũ vulnus non eſſe mortale; quamuis poſſit caſu, aut culpa Medici, aut ex alio accidenti ſequi mors, & in hoc caſu loquitur noſtra propoſitio, & hoc eſt illud vulnus, quod vocat Auila, aliique leue. Et tertius caſus eſt, quando ſumus in dubio, an vulnus fuerit mortale, vel non, & hoc eſt vulnus, quod vocant graue, & in hoc caſu dico ex morte incurri irregularitatem ex citatis teſtibus, quia hoc eſt dubium facti, in quo diximus incurri irregularitatem, nos autem loquimur de dubio iuris; quare hæc diſtinctio nihil contra noſtram opinionem. 22

Neque prætermittam aduertere, quòd in hac parte non eodem modo proceditur in foro exteriori ad puniendum vulnerantem, ac in foro Eccleſiaſtico ad incurrendum irregularitatem; quia forum exterius non puniet hunc hominem tanquam homicidam, cum in dubiis benignior ſit facienda interpretatio, præſertim ad puniendum, *cap. in pœnis, de reg. iuris, in* 6. at quod ad pœnam Eccleſiaſticam irregularitatis fit rigoroſior interpretatio, & ideo dixi eſſe exorbitantem à iure. Quod ideo volui aduertere, ne aliquem perturbent dicta Auctorum, qui faciunt in hac re differentiam inter irregularitatem, & alias pœnas, vt etiam, ſi quis non condemnetur de occiſo, incurratur tamen irregularitas ex homicidio, & ſciatur hanc differentiam eſſe ſolùm in hoc caſu, de quo nos hic non loquimur. 23

Dices adhuc adhibendam eſſe aliam diſtinctionem conſiderationе circunſtantiarum, nam vulnus, quod non eſt lethale homini valido, erit lethale inflictum puero, aut infirmo, quin etiam conſiderandæ circunſtantiæ extrinſecæ temporis, & loci, nam quod vulnus non erit lethale in vere, aut æſtate, erit lethale in hyeme, & tempore frigido, & vulnera in caput inflicta alicubi non ſunt lethalia, alibi ſunt lethalia, ita etiam vulnus inflictum in loco, vbi eſt copia Chirurgorum, & in arte Peritorum non eſt lethale, in loco vbi nulli ſunt Chirurgi, aut valdè imperiti erit lethale. Reſpondetur hanc diſtinctionem eſſe optimam, & innuit eam Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 15. In hac quippe materia, vti notant Doctores omnes, cauſa proxima, & immediata conſideranda eſt, & illi tribuitur effectus, vt notat *ſingul. gloſſ. in cap. de* 24

cætero,

cætero, de homicidio, & colligitur ex *cap. exhibita, de homicid.* limita tamen, nisi sint causæ concatenatæ vna post aliam, itavt causa mediata sit causa causæ proximioris, quia etiam causa remota est causa effectus, causa enim causæ est causa causati.

25 Vt igitur rem explicem, vt possit fieri iudicium vtrum vulnerans incurrat irregularitatem, sequuta morte vulnerati considerandæ sunt omnes causæ, quæ aliquo modo, siue propriè, aut physicè influxerit in mortem, siue impropriè tanquam conditiones agendi, aut non remouentes prohibens, &c. sunt distinguendæ causæ, quæ præcesserunt vulnus ab iis, quæ subsequutæ sunt, & siquidem combinatio illarum causarum erat causa adæquata, & sufficiens mortis, dicitur vulnus fuisse lethale in iis circunstantiis, & vulneranti tribuitur effectus mortis, quia vulnus fuit causa immediata, & propinqua, sin autem tota illa combinatio non erat causa adæquata mortis; ita vt in iis etiam circunstantiis conualiturus iudicaretur vulneratus, nisi accessisset alia causa, tunc dicitur vulnus non fuisse lethale, neque vulneranti tribuitur mors.

Tunc consideranda sunt ea, quæ consequuta sunt vulnus, & eadem methodo decidendum est, cui ex illis causis sit imputanda mors. Et siquidem ea causa, cui mors imputatur, fuit effectus vulneris (& has voco causas concatenatas) adhuc vulnerans est causa mortis: sin verò casu, aut ex alia causa illud superuenit, isti quidem causæ imputabitur mors, nullo modo vulneri.

26 Vt id explicem, pono exemplum, & casum. Dicunt Medici, & multis experientiis notum est: vulneri leuissimo, si infundatur venenum, quod habet vipera in quibusdam folliculis inter dentes sequi mortem si quis fricet venenum illud, aut manus, aut alteri cuicunque membro, aut etiam ipsi pectori, aut etiamsi bibat, non tamen sequi mortē. Igitur quis vulneratur leuissimè; & vulneri alter superfudit venenum tribuitur mors infundenti venenum, & erit irregularis: non tribuitur vulneranti, & non erit propter hoc irregularis: quamuis nisi præcessisset vulnus, non fuisset sequuta mors, & sic aliquo modo sit causa mortis, quia scilicet non fuit causa propinqua, & immediata, neque infusio veneni erat concatenata, aut effectus vulneris. Contra verò si quis fricet alterius membrum illo veneno, & alter vulneret eum leuissimè, itavt venenum penetret in vulnus: tunc vulnerans dicitur inflixisse vulnus lethale, & dicitur causa mortis, & erit irregularis, contra verò is, qui apposuit venenum, nec dicetur causa mortis, nec erit irregularis: Ecce quomodo in diuersis circunstantiis de eadem actione diuersimodè iudicatur.

Pono aliud exemplum in causis concatenatis, vulnus aliquod potest non esse lethale, quod si superueniat spasmus sequetur mors, sed quia vulnus ipsum fuit causa spasmi vulneranti imputabitur mors, & erit irregularis.

Sufficienter meo iudicio probata, & explicata illa maiori propositione, descendo ad probandam minorē, quod Clericus Antonius Realis non vulnerauit vulnere lethali. Et sanè hæc propositio tota est facti, neque Doctores debent respondere de
27 facto, sed de iure, vt notauit Ruin. *tom. 4. consil. 86. num. 10. l. si ex plagis, §. in cliuo, ff. ad leg. Aquiliam*, & *l. Arethusa, ff. de stat. homin.* & vocantur Iurisconsulti Iudices non facti consulti: Iudex inquirit de facto, & vtrum facto applicetur doctrina iuris, & ideò examinat testes, aliáque facit, vt veritatem quærat, & ideo iudicat secūdū allegata, & probata.

Et siquidem vera sint, quæ leguntur in proces- 28
su mihi exhibito, præsertim in defensiuo: patet vulnus non fuisse lethale, tum quia sic iudicarunt periti, quorum iudicio standum esse, certissimum est, & notarunt in terminis de vulnere, vtrum sit lethale, necnon Menoch. & Rimin. citati, tum quia testificantur alij in eo loco vulnera in capite, & quidem maiora non fuisse lethalia, tum quia euidenter probatur malum regimen, quod mulier mortua decubuerit in loco humido, ac peruio ventis, & quod frequenter fuerit detectum vulnus, & expositum aëri: quare huic malo regimini imputanda est mors, tanquam causæ immediatæ, & propinquæ.

Neque vlla ex allatis restrictionibus, aut limitionibus facit contra prædictum Clericum: Non prima quia non dabat operam rei illicitæ; lege vetante propter periculum mortis, vt homicidium casuale ei imputaretur ad irregularitatem, vt patet ex discursu facto.

Non secunda, quia periti, aliíque testes dixerunt simpliciter, & absolutè vulnus non fuisse lethale, non dicunt fuisse vulnus magnum, & de quo dubitari possit, vtrum posset causare mortem, neque magna medicamenta adhiberi debebant, cum non difficile esset ad Ciuitatem se recipere.

Neque tertia, in qua fortasse maior videri potest difficultas, quia eiusmodi vulnera in circunstantiis illius cœli, & aëris in paupertate eius mulieris, quod esset grauida, quæ omnia antecesserunt illud vulnus, quod propterea dicitur in illis circunstantiis fuisse lethale, neque hæc limitatio obest, quia verè non fuit grauida, vti testificatur soror, & illæ aliæ circunstantiæ malæ, facilè potuerant remoueri, & maximè attendenda est alia circunstantia, quod vulnerans erat obligatus prouidere mulieri à se vulneratæ de medicamentis, aliísque necessariis, vt certissimum est, & de facto hæc omnia prouidit, misit Chirurgum, inuitauit ad Ciuitatem, vbi poterat melius curari, & quò si iuissēt certa videri poterat de sua salute, quare sibi imputet mortem. Clariùs id patebit exemplo. Pono casum, vt quis habeat antidotum, & Alexipharmacum contra venenum, & quod sæpè fuerit expertus, sumit venenum, sed alius interim malignè subtrahit illud antidotum non imputabitur mors illi, qui venenum sumpsit, nec dicetur se occidisse, cum multi ad sui antidoti efficaciam ostendendam venenum sumant, neque tamen dicantur peccare tanquam sui ipsius homicidæ; sic etiam vulnus illud non est dicendum lethale, quando erat præsens antidotum certissimum ad illud sanandum; & illi imputetur mors sequuta, qui vulneratum non permisit hoc vti remedio.

Vt concludam, Iudex, siue is, ad cuius tribunal 29
delata est causa huius homicidij, examinatis omnibus examinandis, & visis videndis Clericum Antonium, vel condemnet homicidij, vel absoluat, & condemnet vulneris non lethalis, quæ videtur iusta sententia. Tunc Clericus Antonius adeat suum Episcopum, & eum vel pronuntiet irregularem, vel non irregularem; & ego quidem in voto sum, vt iudicetur non irregularis. Caueant ab ea cautela, quam ego legi in calce aliquarum sententiarum super delicto homicidij, quæ meo iudicio, & est inutilis, & insufficiens. Postquam enim absoluerunt aliquem à delicto homicidij, addunt, quoad irregularitatem verò consulat conscientiam suam; quid habet facere Iudex, siue sit Episcopus, quando est Iudex in foro exteriori, cum foro conscientiæ? is, qui sic fuit absolutus si petat ordinari poteritne Episcopus eum repellere? si repelletur dicit

ille iam conſului conſcientiæ meæ in eo foro creditur pœnitenti, qui eſt reus idem, & actor, & teſtis, & conſequenter non poterit illum Epiſcopus repellere ab ordinibus, cum nihil in externo foro conſtet contra illum petentem ordinari.

Concludo igitur, ſtante facti veritate ſufficienter probata in proceſſu mihi exhibito, Clericum Antonium Realem non eſſe irregularem, & ſi nihil aliud obſtet, non poſſe repelli ab exercitio, aut receptione Ordinum.

Sic Sen. Sal. Sem. Scen. Sent.
Oddo de Comitibus Societatis Ieſu Exam. Ep. & Vrbis.

De eadem re.

1 SVppono ergo primo, quod homicidum aliud eſt ex publica, aliud ex priuata poteſtate; quod ex publica poteſtate iuſtè fit, aliud eſt in bello, aliud iudicio iuſto perficitur, & vtrumque reddit homicidam irregularem ex defectu leuitatis, Suarez *de cenſuris diſp.47. ſect.6. num.* 11. Sayrus *lib. 6. cap.19. num.* 12. Layman. *lib. 3. de homicidio, tract. 3. part.3. cap.*18. Bonacina *part.4. de irregul.* Theſaurus *de pœnis, in verbo Bellum, cap.* 1. *& de homicidio iuſto per ſententiam iudicantis*, eſt Textus *in cap. ſententiam ſanguinis ne Clerici, vel Monachi, cap. ex litteris*, vbi gloſſ. *de exceſſ. Prælatorum*, latè Theſaurus *in verbo iudicis Laici munus*, in qua irregularitate ex defectu leuitatis ſolus Papa diſpenſat, Nauarrus, Toletus, & Suarez apud Theſaurum, & ſecundum magis
2 communem opinionem poteſt Epiſcopus diſpenſare, ad minores recipiendos, vel ad miniſtrandum in eiſdem iam ſuſceptis, Barboſa *alleg. 39. num.* 59. *& 62.* contra Garſiam *de Beneficijs, part. 7. cap.* 11. *num.* 34. & poterit diſpenſare cum promoto ad Beneficium ſimplex, *cap.* 20. *de Clerico pugnante in duello* Garſia *vbi ſuprà*, Theſaur. *l. co*
3 *citato*; Quapropter quicumque ex publica authoritate abſque vllo peccato, hominem occidit irregularis habetur, vt nec ordinari permittatur, nec in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, *cap. Clerici, & ſententia ſanguinis, ne Clerici, vel Monachi, cap. penult. de homicidio. cap.* 1. *de Clerico pugnante in duello, cap. in Archiepiſcopatu de raptoribus*, Clement. *ſi furioſus de homicidio cap. minor, cap. Clericum, cap. de his Clericis* 50. *diſtinct.* & hoc non ſolum ex publica hominis occiſione, verum etiam ex membri mutilatione, irregularitas incurritur, Clem. vnica *de Homicidio*, vbi gloſſa *in verbo, mutilet*, & quod in iudice dicimus, dicas etiam de Aſ-
4 ſeſſore, & conſultore, poſt alios Leander *tom. 5. diſp. 7. quæſt.4.* ſed non ſufficit exercuiſſe in criminalibus, vel ſententiam pronunciaſſe; ſed requiritur, vt habuerit effectum, vt probabilius docent D D. apud Leandrum *quæſt. 6.* ſicuti per mandatum incuſatum non incurritur irregularitas, niſi ſequuto effectu, ſequuitur Pellizzarius *tra. 7.*
5 *cap.* 50. *ſect.4. quæſt.7. num.* 161. non tamen fit irregularis iudex, qui mandat flagellationem per Vrbem cum effuſione ſanguinis, etiam ſecuto effectu, Leander *quæſt. 8. & 18.* & multo minus irregularis erit Iudex, qui Reum per ſententiam iuſſerit debilitari per tormenta, ille verò, qui iuſſerit per ſententiam mori Iudæum, Paganum, vel
6 Saracenum etiam fit irregularis: quia non opus eſt, vt homo Baptizatus condemnetur Leander *quæſt.* 12. idem ſi mandat occidi bannitum, vel excommunicatum, vel qui mandat occidi fœtum animatum, vel qui mandat detrudi reum in carcere ita anguſto, vt ibi moriatur, Leander *vbi ſuprà, quæſt.* 13. *cum ſeqq.*

Homicidium ex priuata poteſtate, aliud eſt in- 7
culpabile, aliud verò culpabile: inculpabile aliud eſt neceſſarium, aliud omnino caſuale: homicidium priuatum neceſſariũ, ſi contingat ob defenſionem vitæ, ſeu corporis proprij, cum moderatione ſcilicet inculpatæ Tutelæ, non inducit irregularitatem, Clem. ſi furioſus de homicidio, Leſſius *lib. 2. cap.9. num.* 41. Sayrus *lib. 1. cap.6. num. 6.* Toletus *lib. 1. cap.* 82. ſi autem ſit commiſſum ob defenſionem alterius innocentis vitæ, vel Reipublicæ, cum moderatione inculpatæ Tutelæ, quan- 8
do ſcilicet lege naturali, vel diuina obligatur quis ad talem defenſionem innocentis, probabilius etiam eſt non inducere irregularitatem. Couarr. in d. Clem. *ſi furioſus, part. 3. §. vnico, num.*8. Sylueſter *in verbo Bellum, quæſt.* 2. Molina *diſp.* 109. Genuenſis *cap.*34. *num.* 16. Layman *lib. 3. tract. de homicidio, cap.9. num.* 2. nec ſi quis occi- 9
dit ob defenſionem proprij honoris, aut bonorum temporalium cum moderatione inculpatæ tutelæ, quando bona ſunt magni momenti, neque aliter poterant recuperari erit irregularis, Farinac. *in praxi criminali, quæſt.* 125. *num.*180. Suarez *ſect.* 3. *num. 6.* & alij vbi ſuprà, Barboſa, *cap. ſuſcepimus* 10. *de homicidio*, Theſaur. vbi ſupra *fol.* 328.

Homicidium omnino caſuale abſque culpa cau- 10
ſantis illud, nullam inducit irregularitatem, ſecundum communem opinionem DD. apud Farinacium *quæſt.*126. *part.*1. *num.*57. qui ait ab hac ſententia non eſſe recedendum, ſequitur Suarez *diſp.46. ſect.2.* Leſſius *cap.9. num.*75. & caſuale dicitur, quòd præter intentionem occidentis fit, ita omnes Theologi cum S. Thoma 2. 2. *quæſt.*64. Giballinus *de irregularitate, cap.4. quæſt.*1. *à n.*1. & *quæſt* 2. Pellizzarius *in manuali, tract.7. cap.*50. 11
*ſect.2. quæſt.*54. *num.*235. Quod homicidium caſuale duplex eſt, vnum quod dicitur omnino, & ſimpliciter caſuale, & eſt illud quòd nullo modo eſt volitum, nec directè, nec indirectè, nec in ſe, nec in cauſa, nec præuiſũ eſt ab occidente. Secundum quod non eſt omnino, & ſimpliciter caſuale, ſed partim caſuale, & partim non, eo quòd licet non ſit directè volitum, & intentum, eſt tamen indirectè, & quodammodo volitum, Caietanus 2.2. *quæſt.* 64. *art.*8. Illud homicidium, quod eſt omnino caſuale, quod nec in ſe, nec in cauſa eſt volitum nullam inducit irregularitatem, *cap. lator, cap. dilectus, cap. ſignificaſti, de homicidio:* quia nullo modo eſt voluntarium, Leander *diſp.*16. *quæſt.*2. *& 3.* quod verò eſt indirectè volitum inducit irregularitatem, *cap. ſignificaſti, il* 1. *cap. dilectus, de homicidio, cap. Clericus cum aliis* 50. *diſtinct.* quia eſt ſufficienter voluntarium, & peccaminoſum, & requirit culpam mortalem, Giballinus *quæſt.*2. *num.*50. Diana *part.4. tract.2. reſol.*21. Pellizzarius *vbi ſuprà, q.* 56. *num.* 139. Leander *tom.5. diſp.*16. *tract* 2. *q.* 5.

Diuidunt alij homicidium caſuale, quod aliud 12
ſit habens culpam intrinſecam Theologicam, id-eſt, quando eſt in cauſa præuiſum periculum homicidij, ſed non directè volitum, aliud eſt non habens culpam intrinſecam Theologicam, ſed legalem, ſeu à iure imputatam, ex eo quod homicida dabat operam rei illicitæ, & periculoſæ in ordine ad talem euentum quamuis operans adhibuerit ſufficientem diligentiam, ne ſequeretur effectus homicidij, homicidium caſuale cum culpa
Theologica mortali cauſat irregularitatem, Fari- 13
nacius

nacius *quæst.* 126. *num.* 74. Suarez *disp.* 45. *sect.* 6. Layman *lib.* 3. *tract. de homicidio c.* 10. *num.* 3. sed si sola culpa venialis interueniat probabilior, & magis communis sententia est, non inducere irregularitatem, vt si in causa operans habuit leuem suspicionem, seu scrupulum de periculo talis effectus, licèt alij contrarium dicant, de quibus Diana *tom.* 1. *tract.* 2. Moscella *resol.* 20. homicidium casuale cum culpa solum legali, causat irregularitatem in casibus à iure expressis, vt in clerico causante mortem arte Chirurgiæ per sectionem, vel adustionem, *c. tua nos de homicidio*, sic mandans percuti prohibendo ne occidatur fit irregularis sequuta morte, *cap. fin. de homicidio in* 6. sic *in cap. sicut* 20. *de homicidio*, si clericus vel Religiosus colludat cum muliere prægnante, eam trahendo per cingulum, sequuto abortu fœtus animati, ex ea causa est irregularis: in aliis autem casibus à iure non expressis, dans operam rei illicitæ periculosæ talis effectus; etiam adhita quacunque diligentia fit irregularis secundum vnam opinionem, licèt alij dicant oppositum, de quibus Thesaurus *de pœnis in verbo homicidium.*

14 Homicidium priuatum voluntarium culpabile causat irregularitatem *cap. fin. de tempor. ordinat. cap.* 1. *de homicidio*, Trident. *sess.* 14. *c.* 7. *& sess.* 24. *c.* 6. *de reform.* Farinac. *q.* 129. *num.* 56. Suarez *disput.* 44. *sect.* 2. Garcia *p.* 7. *de beneficijs, c.* 11. *n.* 24. Layman *lib.* 5. *tract. de homicidio, c.* 4. *à n.* 1. His positis,

15 Respondeo incurrisse irregularitatem, quia vulnus, quod intulit, fuit lethale, vnde mors sequuta est, *cap.* 1. *c. significasti* 18. *& toto titulo de homicid.* vbi omnes, quod autem vulnus fuerit lethale patet, ex qualitate percussionis, instrumento, scilicet, loco vulneris, & effectu: siquidem percussit mulierem prægnantem ad notata per Bonacinam *de irregularitate disp.* 7. *quæst.* 4. *puncto* 8. non quidem virgis ad textum *in l. vnica, Cod. de emendatione seruorum*, quinimò, nec simplici baculo, sed integro scanno ligneo, & sic, vt medici loquuntur, instrumento nimis grauante, & contundente. Neque demum in alia parte corporis, quàm in capite; vbi percussio etiam cum baculo est lethalis, Angelus *in l.* 1. *§. sed si claui, ff. de sicarijs*, Felinus *in d. c. significasti per illum textum de homicid.* vnde colligunt DD. percutientem in capite habuisse animum occidendi cum ex modico ictu in capite, quis lethaliter lædi possit. Addo Barthol. *in d. l. vnica, & in d. l.* 1. *§. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de sicarijs*, Angelus *de maleficijs, vers. scienter, & dolosè*, Antonius de Butreo *in cap. consuluit* 11. *quæst.* 6. Paulus *in cit. l. vnica, & in c.* 1. *§. ad hæc, de pace iuramento firmata*, qui probat hoc procedere ratione cerebri, quod est membrum diuinum secundum Philosophum, & eo læso, omnes spiritus deficiunt, idque accidit in præsenti casu, dum mulier percussa, in terram lapsa vnicum verbum quoad vixit exprimere potuit, nempe (*confessione*) decessit autem post triduum, quæ omnia, & singula lethalis vulneris accepti signa sunt manifestissima, Veronensis *cons.* 62. *num.* 7. Asin. *cons.* 107. *num.* 2. *diuers. crimin. lib.* 2. & accidentia conferentia ad cognoscendum vulneris qualitatem, & Andreas Facchineus *cons.* 82. *numero* 74. *& seq. libro* 3. Giazzi *ad defensiones reorum discepto crimin.* 9. *num.* 621. *& sequent.* faciunt notata per Bartholum *in l. si in rixa, ff. ad leg. Cornel. de sicarijs*, & per Grammaticum *cons. criminali* 2. *n.* 8.

16 Neque obstat dicere, quod iudicio medicorum vulnus non erat lethale, quia respondeo id gratis asseri cum Medicorum nullus accesserit, tonsoris autem iudicio non est standum vulgatis iuribus, maxime quando ex effectu apparet contrarium, quare non est, cui immemoretur circa quæstionem propositam à Patre Diana *tom.* 2. *parte* 4. *resolut.* 10. & opiniones Caietani, & aliorum qui loquuntur in vulnusculo (quod nec vulneris appellatione venit) vel certo non lethali: nam si vulnus à principio fuit lethale, vt in præsenti, parum refert medici incuria, aut propria vulneratione 17 decessisse, quin vulnerans teneatur de homicidio, provt videntur tenere omnes Theologi, & Casuistæ, pro vtraq; parte adducti per eundem Dianam, & alij communiter, & inter Iuristas Veronensis, & Grammaticus *loco citato, num.* 12. dicentes, quod si quis moriatur ex febre superueniente, vel aliunde, quam ex vulnere, tenetur vulnerans non tam de vulnerato, sed etiam de occiso, maxime quoad effectum irregularitatis incurrendæ, ex quo facilius quis sit homicida, quoad irregularitatē, quam quoad pœnam mortis in iudicio 18 sæculari, ad notata per Doctores *in c. ad Audientiam, & cap. penult. de homicid.* & ratione quia si vulnus illatum non fuisset, mors non accidisset, quare non sola medici, aut infirmi incuria, sed simul etiam ipsa vulneratio fuit causa mortis, facit textus *in dicto capite ad Audientiam*, ibi (*aliquantulum vulnerauit*) ex quo Villalobos, Layman, Nauarrus, Guttierrez, Turrianus, Henriquez, Molina, Auila, & alij relati per eundem Dianam magis probabiliter tenent quòd etiamsi vulnus non fuisset lethale, & vulneratus propria, vel medici incuria decesserit, vulnerans irregularitatem incurrit.

Confirmo primò: quia Doctores disputant 19 an maneat irregularis ille, qui leue vulnus causauit in aliquem percutiendo illum, & percussus incidit in saxum, vel flumen, ex quo mortuus est, & dicunt, vt certo manere irregularem ex homicidio voluntario, vel casuali, quia illud leue vulnus verè intulit mortem percusso, *c. studeat* 30. *dist.* Maiolus *de irregularitate*, quem sequitur Leander *tom.* 5. *disput.* 10. *quæst.* 73. qui idem docent de illo, qui vulnerauit aliquem leuiter, sed tamen causa fuit ne fugeret percussus, & sic non fugiendo facilius occisus est à superuenientibus, tunc enim ille primus, licet leuiter vulneratus esset, manebit irregularis, sic irregularis est ille, qui dubitat, an ex vulnere graui, vel leui, à se illato vulneratus obierit, *d. cap. ad Audientiam, de homicidio*, vbi dicitur irregularis ille, qui cultello, & vagina decidente alium leuiter in dorso vulnerat, eo quod dubium esset, an ex eo vulnere, aut ex alia infirmitate obiisset, quod dubium multo maius foret, si vulnus esset graue, & mortiferum, Doctores apud Barbosam *in dict. cap. ad Audientiam*, Leander *quæst.* 75. *& quæst.* 76. disputat de vulnere si fuisset leue, & postea incuria moriatur, & tunc probabilius dicit non esse irregularem, & *quæstione* 77. Leander probabilius dicit, quòd si vulnus sit graue, sed clarè constet, 20 quod ex malo regimine, vel incuria medici, aut Chirurgi sit mortuus, tunc ait quod non est irregularis, sed si non potuit inuenire Chirurgum, tunc *quæst.* 78. ait esse irregularem, at in proposito vulnus fuit ex modo vulnerandi, & loco vulneris lethale, & certo constat mortuum ex vulnere, nec medici interfuerunt, sed solus Barbitonsor, &c. & post triduum occubuit, ergo erit irregularis sine vllo scrupulo.

Si verò vulneratus ex vulnere non lethali, se- 21 mel conualuit, & postea in morbum recidit, &

tandem

tandem obiit, erit ab irregularitate immunis, quia tunc vulnus non fuit cauſa mortis, ſed morbus ex aliis accidentibus ſuperueniens *capite 2. de homicidio, l. occiderit, §. vltimo, ff. ad l. Aquiliam,* & alij à Giballino citati *de irregularitate, c. 4. quæſt. 1.* 22 *num. 33.* & Leander putat *quæſt. 80.* poſt alios, illud dico vulnus lethale, cuius curatio, vel omninò impoſſibilis, vel difficillima ſit; quòd ſi vulneratus poſt triduum ſurgat à lecto, & pedibus ſuis ambulauit, & poſtea moritur, tunc vulnus non dicitur lethale, & ſic non dicitur deceſſiſſe ex vulnere, alij dicunt contrarium, & probabilius alij diſtinguunt cum Leandro *quæſt. 81.* ergo cum in caſu noſtro intra triduum mortua fuerit mulier, vulnus præſumitur graue, & ex aliis *ſuprà* 23 probatis, apparet contrarium, dicendum eſt eſſe irregularem: quò verò ad diſpenſationem huius irregularitatis, dixi Epiſcopum, in tali irregularitate diſpenſare non poſſe, quia orta ex homicidio voluntario, item publico, & notorio, ac demum deducto ad forum contentioſum, quorum ſingula per ſe ſufficiunt, vt Epiſcopus diſpenſare nequeat, Trid. *ſeſſ. 24. de reformat. c. 6. & ſeſſ. 14. cap. 7.*

24 Dixi primò voluntarium, ſiue ſimpliciter in ſe directè, & in actu ſignato, vt quia percutiens habuerit animum occidendi provt colligitur ex prædictis, ſiue ſecundum quid in cauſa indirectè, & in actu exercito, vt Doctores loquuntur, nam percutiens mulierem prægnantem, vel grauiter in capite etiam non intendens mortem directè, & in actu ſignato, cenſetur illam velle indirectè, & in actu exercito, ex D. Thoma, Sagro, Filluccio, Toleto, & aliis, Bonacina *de irregularitate, diſput. 7. quæſt. 4. parte 8.* Riccius *in praxi de irregularitate deciſione 519. in antiquis*, quæ voluntas cum ſit peccaminoſa facit homicidium voluntarium, & peccaminoſum mortaliter, quod prohibetur 5. Decalogi præcepto, ex Salonio, Filluccio, Suario, Molina, Nauarro, Azorio, & aliis idem Bonacina *dict. quæſt. 4. puncto 7. num. 2. & 6.* & clarius *punct. 8. n. 6. verſ. rogabis 7.* vbi ait, quod ad homicidium voluntarium etſi deſit intentio homicidij, ſufficit actio lethalis præuiſa, & directè volita à delinquente, & *num. 1. in hæc verba*, item dicendum eſt de illo, qui abſolutè voluit percutere, non includendo, neque excludendo occiſionem, ex Toleto, Suarez, & aliis.

25 Hæc refragatur quòd in rixa percuſſerit inopinata, & ſubitò orta ex Nauarro, & aliis Suarez *diſput. 44. ſect. 1. num. 50. & diſp. 48. ſect. 1. n. 13.* Molina *tom. 4. tract. 2. diſp. 79. num. 7.* quos citat, & ſequitur contra Coninch. & Auila idem Bonacina *d. quæſt. 4. punct. vltim. num. 7.* aſſignans rationem, quia licèt prouocatus ad rixam initio non intenderit alterius mortem, progreſſu tamen rixæ eam intendit, procurat, & vult, dum lethale vulnus infligit, & hanc opinonem probabilem appellat ipſe Diana *parte prima, tractatu 15. reſolutione 19.*

Verum quia motus animi non poteſt à iudice cognoſci, vnde quotieſcumque irregularitas pendet ab occulta animi intentione reus remittendus eſt conſcientiæ ſuæ, *cap. ex tenore de tempor. ordinat. cap. ſignificaſti il 2. de homicid.* & ſic ſolo iuramento probatur, ſi non adſit tertij præiudicium, vt poſt alios dicit Viualdus *part. 3. de irregularitate num. 24.* item quia non videtur improbabilis opinio aliquorum aſſerentium in iure canonico, & in terminis Tridentini, illud ſolum appellari homicidium voluntarium, quod fit ex propoſito, ſeu quod eſt per ſe, & directe intentum, teſte Bonacina *d. puncto 8. num. 20.* Viuald. *vbi ſuprà de diſpenſat. Epiſcop. num. 8.* Diana *p. 4. tract. 10. reſolut. 72. & d. part. 1. tract. 15. reſol. 9.* Riccius *vbi* 26 *ſupra, reſol. 519.* quod magis communiter intelligitur, non quoad irregularitatem incurrendam, ſed quoad poteſtatem diſpenſandi ab Epiſcopo, modo ſit occulta, Miranda *in manual. Prælatorum, tom. 2. quæſt. 8. art. 13. concl. 2. & 3.* Alzeolus *de præeminentia Epiſcopalis dignitatis, quæſt. 2. cap. 6. nu. rro 9.* Garcia *part. 7. de beneficiis, cap. 11. n. 27.* Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi, part. 2. allegatione 39. num. 53.* ideo deuenio ad ſecundam rationem indiſpenſabilitatis.

Dixi ſecundò publico, & notorio: quia Epiſ- 27 copus poteſt trium diſpenſare in delicto occulto, dicitur autem occultum, quod non eſt notum, niſi tribus, vel quatuor tantum, & non eſt de eo fama in maiori parte ciuitatis, Rodriquez, Henriquez, & alij apud Sanchez *de matrim. lib. 8. diſput. 34.* & apud Sagnon *de conſ. lib. 7. cap. 3. numero 13.* Emanuël Sa, Reginaldus, Auila, qui plures adducit, & alij apud Bonacinam *d. diſput. 7. quæſt. 5. punct. 1. num. 50.* vel delictum dicitur occultum, quod non eſt probabile, & ita ait S. Con- 28 gregatio *ſuper d. c. 6. Trid.* vt ait Garcia *d. cap. 11. à num. 47.* Graffius *lib. 1. deciſ. c. 13. num. 45. & tom. 2. conſ. in tit. de homicid. conſ. 20. num. 20.* Riccius *in praxi dec. 523.* rationem adducit, Barboſa *in dict. loco Concily, cap. 6.* nam verbà Concilij ſecundum proprietatem ſunt accipienda, & dum vtitur verbo occulti, intelligi debet de illo, quod eſt propriè occultum, & propriè loquendo, iuxta terminos iuris, occultum dicitur, quod probari non poteſt, & ſic quod duobus teſtibus non eſt notum, *cap. veſtram*, vbi Abbas, & alij de cohabitatione clericorum, Stephanus Aluinus *de poteſtate Epiſcopi, cap. 29. num. 3.* & licet idem Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, allegat. 39. num. 21. & ſeqq.* aſſerat, communem eſſe D D. opinionem occultum in præſenti dici, quod non eſt publicum, etiamſi ab aliquibus ſciatur, ſi poteſt tergiuerſatione celari, & ſic quod contradiſtinguitur à Notario, eo quod à paucis ſcitur, nec de illo eſt fama in maiori parte Vicinij, vel Collegij, ex Nauarro, Sayro, Sanchez, Trullench. & aliis, quamvis in contrarium adſint declarationes Sanctæ Congregationis Concilij, de quibus *ſuprà*, & Garcia *vbi ſuprà, num. 47.* attamen in caſu noſtro delictum eſt publicum, & notorium, notorium enim dicitur omne illud, quod ex actis iudicis 29 conſtat, ex citatis per Menochium *de arbitrarijs, caſu 166. n. 6. & de recup. poſſ. remed. 1. n. 132. & conſ. 100. num. 6.* Maſcardus *de prob. concl. 1101. num. 13. cum ſequentibus*, Farinac. *in praxi crimin. quæſt. 21. n. 14. & quæſt. 9. n. 20.* Barboſ. *vbi ſuprà, num. 24.*

Dixi tertiò deducto ad forum contentioſum, 30 conſtat enim ex actis, non ſolum præceſſiſſe citationem, & litis conteſtationem, ſed etiam fuiſſe proceſſum ad ſententiam, ex notatis à Barboſa *allegat. 39. num. 28.* quæ quidem ſententia non fuit abſolutoria, & locum habere poſſet limitatio illa communiter à Doctoribus acceptata, quod Epiſcopus poſſit diſpenſare cum Reo abſoluto, quia delictum adhuc manet occultum, nec fuit deductum cum effectu ex quo non fuit probatum, & verba ſunt accipienda cum effectu, *cap. relatum de Clericis non reſid.* Viuald. Graffius, Sayrus, Suarez, Molina, Auila, Sanch. & alij citati, Riccius *vbi ſupra d. dec. 522.* Genuenſis *in praxi c. 66. n. 5. & 6.* Bonacin. *d. diſput. 7. quæſt. 5. punct. 1. num. 50.* qui

plures

plures cumulat, & ampliat etiamsi Reus se purgauerit veris, vel falsis testibus, & deinde cum Suarez contra Sanchez *lib.8.de matrim.disp.34.n.57.* sublimitat modo delictum non sit plene, vel semi-
31 plene probatum in iudicio, nam ex plena, vel semiplena probatione oritur aliqua infamia, quæ facit, vt delictum non dicatur amplius occultum, & Episcopus non possit amplius dispensare, quāvis Reus liberatus fuerit per testes: cæterum in præsenti sententia fuit pœnalis exilij scilicet, & sic finitum iudicium, & Reus punitus, quo casu verior, & communior, ac practicabilis sententia dicens Episcopum non posse dispensare, Guttierr. *canon.quæst.lib.1.c.3.in fin.* Emanuël Rodriquez *in summa, p.1.c.168.* Suarez *d.sect.2.num.50.ad finem* Bartholomæus de Vecchis *in praxi nouitiorum, disp.9. dub.16.* Bonacina *vbi suprà, num.6.*
32 qui respondet ad adducta in contrarium per Auilam, Henriquez, Sanchez, & alios apud Dianam *part.4.tract.20.resol.97.* quos refert, & sequitur Barbos. *de potestate Episcop.alleg.39.n.35.* referens declarationem S. Congregationis Concilij, quod etiam facit Garsia *disput.7.c.11.num.47.* concludendo, quod sufficit sola deductio ad forum contentiosum, quicquid inde sequitur, & bene notat Reg. de Marinis *to.1.c.105.*

33 Ex quibus infertur primò posse Episcopum dispensare in omnibus irregularitatibus orientibus ex delicto occulto, non deducto ad forum contentiosum, excepta irregularitate procedente ex homicidio voluntario ex Trident. *d.sess.24. c.6.* post alios Bonacina *q.5.de irregularitate, p.1.n.3.*
34 & sane ille Episcopus poterit, qui habet subditos Leander *part.4.disput.17.quæst.42.* nec est necesse, vt sit in Diœcesi, Leander *dict.p.4. quæst.52.* & 53. & etiam cum Religiosis, si illi se submittant in hoc Episcopis, & ab eisdem petant dispensationem, Bonacina *numero* 4. Leander *dict. part.4. quæst.7. & tom.5. disput.27. tractatu* 20. *quæst.8.*

35 Infertur secundò posse Episcopum dispensare in irregularitate proueniente ex delicto occulto, deducto ad forum contentiosum, si reus in eo non fuit conuictus, nam perinde est, ac si non fuisset deductum, & sic censetur occultum, ita Nauarrus, Sanchez, Henriquez, Auila, Bonacina, Molina, & alij quos refert, & sequitur Leander *parte 4. tractatu* 20. *disput.17. quæstione* 65. *& tom.5.disputatione* 27. *tract.20. quæstione 9.*

36 Infertur tertiò ad quæstionem, an possit Episcopus dispensare in irregularitate procedente ex delicto deducto ad forum contentiosum, casu, quo delinquens finito iudicio punitus fuit, prima opinio dicit posse dispensare in dicta irregularitate, quia per dispensationem illius, non turbatur Tribunal iudicis, quod solum voluit euitare Concilium Trid. *sess.24.de reform.c.6.* ita dicunt plures citati à Diana *p.4. tractatu 2. resolut.97.* & Sigismundus à Bononia *de electione tract.20. part.2. c.4.dub.71. num.13.* post Henriquez, Reginald. & alios, quos referunt: secunda opinio negat posse dispensare, ita Suarez *disp.41. sect.2. numero* 5. Bonacina *de irregularitate, quæst.5.puncto 1. num.6.* Guttierrez, Garsia, & Rodriquez apud Bonacinam, & alij plures relati à Leandr. *part.4. tractatu 20. disput.17. quæst.56.* Castrus Palaus *tom.1.tract.4.disp.4.punct.3. §.primo, numero* 18. Barbosa *de potestate Episcopi, part.2. allegat.49. num.35.* Sayrus *lib.14. cap.17. num.13.* Bartholomæus de Vecchis *in praxi nouitiorum, disput.9. dubio 16.* Ratio est, quia Concil. Trid. *dict.sess.24.de reformat.c.6.* concedit Episcopis facultatem dispensandi in irregularitate proueniente ex delicto, dummodo non sit deductum ad forum contentiosum, sed delictum, de quo *in quæst.* verè fuit deductum ad talem forum: ergo,

Infertur quartò facultatem, quam habet Epis- 37
copus dispensandi super irregularitate posse alteri committere, vt secum dispensset si in causa incurrerit: quia aliàs Episcopi essent inferioris conditionis, quàm alij clerici inferiores, quod minimè dici debet, tum quia talis iurisdictio non est contentiosa, sed gratiosa: ergo bene poterit Episcopus eam committere alteri v. g. suo Confessario, vt eam in ipsum exerceat; ita communiter Doctores apud Sanchez *in summa, lib.2. c.11. num.11.* Bonacina *quæst.5. de irregularitate part.1.num.8.* & post alios Leander *tom.5.tract.2. quæst.11.*

Infertur quintò ad quæstionem an Episcopus 38
possit dispensare in irregularitate orta ex defectu leuitatis, affirmant plures, vt Rodriquez, Couarruuias, Campanilis, Viualdus, Molina, Barbosa, Nauarrus, & alij citati à Leandro *p.5. disput.7. quæst.133.* negant, & probabilius alij, de quibus Leander *part.5. disp.7. quæst.133. & disput.27.quæst.12.* quia solus Papa potest supra ius commune dispensare, sed hæc irregularitas prouenit à iure communi: ergo ad Papam solum pertinet dispensare, in irregularitate verò orta ex homicidio iusto, facto authoritate publica in bello, vel à iudice contra nonnullos, neque poterit dispensare, Leander *dict. disput.7. part.5.* 39
quæst.336. & disput.17. quæst.13. In illa verò, quæ oritur ex voluntaria membri mutilatione est quando an Episcopus possit dispensare, plures negant: quia irregularitas orta ex mutilatione adhuc occulta non distinguitur specie ab illa, quæ oritur ab homicidio voluntario etiam occulto, sed in hac minimè possunt Episcopi dispensare, etiamsi tale delictum sit occultum: ergo neque in illa, quæ oritur ex mutilatione voluntaria etiam occulta, & sic neque cum homicida, neque cum mutilatore dispensabit Episcopus, Sanchez *in summa, libro 1.c.10. num.49.* Medina *in summa, lib.1.c.11.§.12.* Leo *in Thesauro fori Eccles. part.2.c.8. num.89.* alij, & probabilius dicunt posse Episcopum dispensare super irregularitate ex mutilatione occulta: tum quia probabilius est mutilationem non comprehendi sub homicidio volunario occulto, cuius dispensatio denegatur Episcopo, Trident. *sess.24. de reformat. cap.6.* ergo poterit Episcopus dispensare super occulta mutilatione, tum quia sic declarauit Sacra Congregatio apud Leandrum *tom.5. disp.10. quæst.9.* sequitur Giballinus *de irregularitate quæst.1. numero 9.* Diana *part.1. tract.11. resolut.12. & p.4. tract.2. resolut.71.* Marchinus *de ordin. part.9. c.1. difficult.3. num.7.* Castrus Palaus *disp.6. puncto 15.§.3. n.3.* Layman *lib.3.sect.5. tract.3. p.3.* 40
cap.13. Baunius *tract.11. quæst.69. d.tom.2. pagina 536.* in irregularitate verò orta ex homicidio casuali occulto potest Episcopus dispensare: quia Trident. *d. sess.24. cap.6. de Reformat.* expressè dicit posse Episcopum dipensare in omnibus irregularitatibus occultis, excepta irregularitate homicidij voluntarij, sed homicidium casuale distinguitur ab homicidio voluntario, de quo fit sermo in Concilio, ergo, &c. sequitur communis cum Diana *dict.part.1. tractatu 11. resolutione 112. & dict.part.4.tractatu.2. resolut.72.* Bonacina *disp.7.quæst.2.part.vltim. num.13.* Leander *disp.16.part.5.quæst.1, & disput.17. q.15.* in

41 illà verò irregularitate, quæ prouenit ex homicidio caſuali publico, putat Marchinus *de ordin. tr. 1. part. 9. cap. 1. difficult. 3. à num. 9.* poſſe Epiſcopum diſpenſare, & quatuor adducit rationes pro ſua opinione; ſed eas refellit, & Authores aliter loqui dicit Leander *part. 5. diſp. 17. quæſt. 16. per totam.*

42 Infertur ſextò ad quæſtionem an Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate orta ex homicidio volito, non ex conſilio, aut matura deliberatione facta; ſed ex repentina ira, vel rixa; in qua quæſtione affirmat Marchinus *vbi ſuprà, nu. 9.* quia Concilium requirit, & homicidium ſic factum animo deliberato; ergo ſi contingat per ſubitam rixam, poterit Epiſcopus diſpenſare ſi delictum ſit occultum, & non deductum ad forum contentioſum, vel ſi fuerit deductum; ſed ceſſauerit ſtrepitus iudicialis, poſt alios Diana *part. 4. tr. 2. de irregularit. reſol. 100.* alij dicunt hanc irregularitatem eſſe homicidij directè voluntarij vnde ſoli Papæ eſt reſeruata, quos ſequitur Leander *part. 5. diſp. 10. quæſt. 12.* & poſito, quod ſit occultum homicidium, putat poſt alios Leander *part. 5. tract. 2. diſp. 17. quæſt. 17.* poſſe Epiſcopum diſ-

43 penſare; ſic ſi irregularitas ſit ex homicidio volito in ſe cauſa defenſionis, excedente moderamen inculpatæ tutelæ, dummodo ſit occultum, poterit Epiſcopus diſpenſare, vt benè Marchinus *vbi ſuprà*, & Leander *part. 5. diſp. 17. quæſt. 18. per totam.*

44 Infertur ſeptimo ad quæſtionem an Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate orta ex homicidio voluntario directè, omnino tamen occulto, vt non poſſit in iudicio probari, eo quod nullus alius ſciat, tale delictum fuiſſe commiſſum, niſi ſolus ipſe homicida: in qua quæſtione affirmat Texeda *tom. 2. lib. 3. tract. 3. num. 188.* quia Trid. non aufert ab Epiſcopo facultatem diſpenſandi in irregularitate contracta ex homicidio omnino occulto, quem Texedam refert Diana *part. 6. tract. 6. reſol. 51.* nec defuerunt alij dicentes in hoc caſu nullam requiri diſpenſationem, neque Epiſcopalem, quia poſito, quod homicidium non poteſt aliter probari, quàm per partis confeſſionem nulla oritur irregularitas; Alij dicunt, non poſſe Epiſcopum diſpenſare: quia Trid. *d. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. canon. 7.* apertè ſtatuit homicidam voluntarium non eſſe promouendum ad Sacros Ordines, nec ad Beneficia, etiam ſi homicidium non fuerit in iudicio probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum; ergo per talem Canonem videtur, quod Epiſcopus non poſſit diſpenſare; ergo cum Concilium omnino prohibeat Epiſcopis diſpenſare cum homicida voluntario etiam occulto, & occultum in iure dicatur quod ad hæc in iudicio, nequit probari: non poterit Epiſcopus diſpenſare, minor conſtat *ex cap. veſtra de cohabit. Cleric. & mulier.* & ſic declarauit Sacra Congregatio apud Garſiam *part. 7. cap. 11. num. 46. & 47.* & ſic rejiciendus Texed. vt benè illum rejicit Diana *vbi ſuprà*: quia opinio ſua eſt contra ſtylum, & praxim Curiæ Romanæ, vt benè Leander *part. 5. diſp. 17. quæſt. 19.*

45 Infertur octauò, Epiſcopum poſſe diſpenſare cũ irregulari, ex homicidio voluntario iniuſto occulto ad vſum ordinum, caſu, quo non ſit facilis ad Papam recurſus, & vrgeat neceſſitas: quia non eſt credibile Summum Pontificem hanc facultatem, ſeu diſpenſationem ſibi reſeruaſſe; in tanto animarum periculo, vt in ſimili de impedimentis Matrimonij dirimentibus ab Epiſcopis in prædictis caſibus poſſe diſpenſari dicunt communiter D D. de quibus Leander 2 *part. tract. 9. diſp. 24. quæſt. 7.* ergo vrgente maxima neceſſitate ſcandali, vel alia, & difficili exiſtente recurſu ad Papam, vel propter inopiam homicidæ, vel ob magnam diſtantiam, poterit Epiſcopus diſpenſare, vt talis homicida miniſtret in ordinibus ſuſceptis; cum homicidia verò voluntario occulto nequit Epiſcopus diſpenſare non ſolum ad Ordines Sacros; ſed neque ad minores recipiendos, & licet Concilium Trid. *vbi ſuprà* dicat *ſeſſ. 14. cap. 7.* (nullo tempore ad Sacros Ordines promoueri poſſit) quaſi velit ad minores poſſe diſpenſare; vt aliqui aſſerunt; tamen quia ſubdit poſteà Concilium (omni Ordine careat) apertè apparet etiam minoribus carere debere cum omnes Ordines ſint ſacrati, ſequitur Leander *part. 5. tract. 2. qu. 21.* neque poterit cum tali homicida occulto diſpenſare, vt in ordinibus minoribus ſuſceptis exerceat: quia apertè repugnat, Trid. *ſeſſ. 24. cap. 6.* & clarius *ſeſſ. 14. cap. 7. de refor. ibi* (ſed omni ordine, & beneficio, ac officio Eccleſiaſtico perpetuo careat) & quia vſus minorum ordinum eſt Officium Eccleſiaſticum, non poterit Epiſcopus diſpenſare, neque poterit poſt Concilium diſpenſare Epiſcopus cum tali homicida occulto voluntario ad obtinendum Beneficium ſimplex, vt Concilium *ibi*) nec illis aliquando Beneficia Eccleſiaſtica etiam ſi curam non habeant animarum conferri liceat) & neque diſpenſare poterit cum tali homicida voluntario occulto ad retinendum Beneficium ſimplex, vt contra alios apud Barboſam *alleg. 39. num. 61.* dicit communis cum Leandro *part. 5. diſp. 17. quæſt. 24.* 46

Infertur vltimò, poſſe Epiſcopum diſpenſare 47
in irregularitate orta ex occulta hæreſi exteriori, ſic in irregularitate ex homicidio caſuali occulto, ſic in eo, quod fit in bello juſto ſi ſit caſuale ſecus ſi omnino ſit voluntarium; ſic in irregularitate orta ex occiſione occulta fœtus animati indirectè volita ſecùs ſi directè, & omnino voluntaria extitiſſet, quare poterit diſpenſare Epiſcopus cum eo, qui imprudenter, & incautè mulierẽ prægnantem pulſauit, & ei fœtus abortum cauſauit: quia non eſt ſimpliciter, & perfectè homicidium voluntarium, Baunius *tract. 11. quæſt. 59. d. 1.* ſic in irregularitate ex homicidio quocumque occulto indirectè, & caſualiter orto, quocumque euentu, aut caſu contingat; ſic diſpenſare poterit 48
cum illo, qui linguam Latinam parum callet, & cum illegitimo, ad Ordines Minores tantùm, & ad Beneficium ſimplex, & ad Canonicatum Eccleſiæ Collegiatæ, & in irregularitate orta ex Bigamia ſimilitudinaria, & in irregularitate ex iteratione ſecreta Baptiſmi, & in irregularitate, quam incurrit ille, qui exercet Ordines, quos non habet ſi hoc fuit occultum delictum.

Non tamen poterit Epiſcopus diſpenſare in ir- 49
regularitate orta ex vitio corporis, neque cum illegitimo ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis, neque in irregularitate orta ex defectu natalium ad Ordines Sacros, neque cum illegitimo ordinato in Sacris mala, vel bona fide, vt miniſtret in ſuſceptis ordinibus, neque in irregularitate ortaex Bigamia propria, aut interpretatiua ad Ordines etiam minores ſuſcipiendos, neque in irregularitate orta ex publica iteratione Baptiſmi, neque in irre- 50
gularitate Neophytorum, latè Leander *diſp. 5. quæſt. 83. & 84. & par. 5. diſp. 17. quæſt. 29. cum ſequenti.*

DISCEPTATIO CXXI.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Milites Sancti Stephani quando, & à quo sint fundati.*
3 *Milites Templarij qui fuerint & quando eorum nomen extinctum.*
4 *Equites Sancti Iacobi Alcantarę, & Calatrauę quando introducti & à quibus.*
5 *Milites prædictę ad Gabellas soluendas tenentur.*
6 *Equites Militenses an succedant in feudis.*
7 *Equites Militenses admittuntur in hoc Regno ad officia secularia.*
8 *Milites Hierosolymitani non admittuntur in Regno Neap. ad officia secularia, & si ibi delinquunt remittuntur ad suos Iudices.*
9 *Milites Hierosolymitani, quibus iuribus sint incapaces officiorum secularium in Regno Neapolitano.*
10 *Milites Hierosolymitani non possunt testari, nec ad collectas tenentur etiam in Gallia.*
11 *Milites Hierosolymitani largo modo sunt Religiosi, cæteri vero minimè.*
16 *Religiosus si contrahat matrimonium cum licentiam Papæ non est amplius Religiosus.*
13 *Militarium ordines qualiter ex Bullis SS. Pontificum sunt Regulares.*
14 *Vouens ingredi Religionem non satisfacit voto si ingrediatur ordinem Militum qui contrahunt matrimonium.*
15 *Matrimonium ratum quod per professionem soluitur non soluitur per susceptionem Militaris Ordinis.*
16 *Trid.* sess. 25. de Regularib. cap. 15. *non comprehendit milites Regulares.*
17 *Milites isti faciunt testamentum & eorum filij non sunt sacrilegi.*
18 *Milite Calatrauæ effecto contumacem in Regno Neapolitano fuit consultum à iudice ordinario cognoscendum.*
19 *Nullus horum militum fuit adhuc adscriptus catalogo Sanctorum.*
20 *Vota emissa per tales milites non sunt substantialia Religionis, nec habitus est Religiosorum.*
21 *Milites talium ordinum potius laicis euadunt, quam Ecclesiasticis.*
22 *Sacra Rota Romana hos milites æquiparat laicis.*
23 *D. Pamphilij votum affertur, quod non sint Religiosi tales milites.*
24 *Diana in hoc articulo canit Palinodiam, & nobiscum sentit.*
25 *Milites Ordinum Sancti Iacobi Calatrauæ, Sancti Stephani, &c. subiiciuntur laicis Iudicibus ordinariis.*
26 *Milites Hierosolymitani in plateis & congressibus secularium pro officiis publicis possunt priuari voce activa, & passiva, à Dominis de Ciuitate.*
27 *Equitum Militarium plures sunt ordines.*
28 *Milites ordinum non gaudent vbi Bullæ Pontificiæ ad eorum fauorem receptæ; non fuerunt exequutæ.*
29 *Consuetudo seruanda est loci vbi gaudent quæ non existente non gaudebunt.*
30 *Canonis Priuilegium quod competebat militibus ordinum alicubi est præscriptum.*
31 *Milites ordinum non gaudent Siciliæ, Sardiniæ nec Neapolitani.*
32 *Expectatiua in commendis non datur in ordines Mauritij & Lazari.*
33 *Pensiones non vacant per ingressum in ordinem Militarem.*
34 *Papa potest concedere Priuilegium exemptionis secularibus, & quid inuitis principibus laicis.*
35 *Laici possunt interdum compelli per Episcopum ad ordines suscipiendos.*
36 *Miles Conuentus ad Iudice incompetente si non declinat forum sibi præiudicat.*
37 *Exemptus si permittat tractari se vt non exemptum sibi præiudicat.*
38 *Textus* in cap. accessissent, ff. de constituto, *explicatur.*
39 *Milites Ordinum Militarium pensiones retinent authoritate Apostolica.*
40 *Milites Sancti Ioannis, Sancti Iacobi Alcantarę, & Calatrauæ, nec ex consuetudine tenentur ad officium diuinum recitandum.*
41 *Militum Sancti Iacobi professio quando fieri dicatur, & sub qua regula, & quid de Militibus Alcantarę & Calatrauæ.*
42 *Priuilegia horum Militum sunt localia secundum Villadiego.*
43 *Milites prædicti non habent priuilegia in locis, vbi illa non fuerunt receptum.*
44 *Milites S. Stephani, neque largè, neque strictè sunt Religiosi.*
45 *Commendæ Militares non sunt beneficia Ecclesiastica, neque materia Simoniæ.*
46 *Milites Alcantarę Calatrauæ, S. Iacobi, S. Stephani, & in Regno Neapolitano non gaudent, & quare.*
47 *Milites S. Iacobi non possunt transire ad secunda vota.*
48 *Consuetudo cognoscendi de priuilegiis Militum prædictorum non est contra libertatem Ecclesiasticam.*
49 *Milites Sancti Stephani, Calatrauæ, Alcantarę, &c. ac Sancti Iacobi possunt fori Priuilegio renuntiari.*
50 *Obseruantia in iurisdictionalibus quantum operetur.*
51 *Obseruantia de illicito facit licitum.*
52 *Obseruantia publica facit actum licitum & permissum.*
53 *Factum quod communiter fit legitimè censetur factum.*
53 *Consuetudo excusat à culpa latissima.*
54 *Consuetudo etiam irrationabilis excusat à pœna.*
56 *Monarchia Siciliæ non est ex consuetudine, sed ex Priuilegio.*
57 *Monarchia Siciliæ quid significet.*
58 *Principes obtinentes regalias nunquam sub generalibus Pontificum Constitutionibus præiudicantur.*
59 *Monarchia Siciliæ non fuit reuocata per Bullam Cœnæ Domini.*
60 *Monarchia Siciliæ à quibus defendatur & illustretur.*
61 *Monarchia Siciliæ qualiter vigore concordiarum procedat.*

ARGVMENTVM.

Vbi latè de militibus Sancti Ioannis, Sancti Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, Sancti Stephani, Sancti Lazari, & Mauritij, an & qualiter ſint Religioſi, & dato quod non ſint tales, an ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, & an gaudeant Priuilegio fori, & Canonis & quid vbi eorum Priuilegia non habuerunt exequatur. Principis ſecularis, & quid ſi conſuetudine, & obſeruantia contraria, ſit oppoſitum practicatum, & an eorum Priuilegia, & exemptiones ſint localia?

PRO

Principe N. Italiæ.

SVPER ARTICVLO,

An poſſint eius Miniſtri, cognoſcere de delictis Militum S. Stephani, & quid poſita immemorabili obſeruantia.

FACTVM.

1 PRINCEPS laicus ſuperiorem non recognoſcens in ſuo ſtatu, ab eo tempore, quo Sanctiſſ. Pius Quartus inſtituit ordinem Militarem Equitum S. Stephani, vſque ad præſens, fuit, & eſt in pacifica poſſeſſione cognoſcendi in ciuilibus, & criminalibus per ſuos Miniſtros, & officiales, dictos Equites, caſibus, ſcilicet occurrentibus, eoſque reperitur proceſſaſſe, condemnaſſe, & abſoluiſſe, & hoc tam reſpectu Equitum ſui Territorij, quàm exterorum in delictis repertorum in ſuo ſtatu: imò in aliquibus caſibus fuerunt formati proceſſus, ſciente, & patiente eorum Magno Magiſtro, qui interdum eoſdem comminauit eidem Principi de quo loquimur, ac condemnatoriæ ſententiæ ſuos habuerunt effectus, vel ipſis condemnatis obtemperantibus, ac ſolutis pœnis impoſitis, vel gratiam obtinentibus ab eodem Principe.

Quia verò nunc occurrit quendam Equitem ex prædictis ad titulum commendæ per ſe fundatæ, habitum Sancti Stephani recepiſſe qui condemnatus eſt ab eodem Principe propter inſultum factum, militibus cuiuſdam Præſidij, cum armis paruis, vulgo (*Piſtole*) & ſanè eſt condemnatus in pœnam pecuniariam, abſque eo quod in proceſſu oppoſuerit aliquod Priuilegium, vel exemptionem.

Quæritur à prudentibus, an talis condemnatio rationabiliter & iuridicè ſit facta, an potius fuerit nulla, ob defectum iuriſdictionis, quaſi, quod à ſuo Magno Magiſtro, non ab aliis iudicibus cognoſci valeat, & quidem non à Magno Magiſtro vti Principe temporali, ſed vti delegato Summi Pontificis, ad cauſas prædictas & ratio dubij augetur, quia in talibus locis ſui ſtatus, ſcilicet dicti Principis priuilegia eorundem, nunquam fuerunt admiſſa etiam quod aliquoties fuiſſet hoc oppoſitum ab eiſdem militibus.

Requiſitus de voto, firmiter aſſero Principem prædictum, eiúſque Miniſtros, bene proceſſiſſe in condemnando, & ſic in futurum faciendum eſſe aſſero, quacunque prætenſa exemptione non obſtante, quod probo.

Primò, quidem quia Sanctiſſ. Pius Quartus 2
ad coërcendas innumeras hæreticorum ſectas, & ad obuiandum Turcis, oppida Chriſtianorum inuadentibus, & mare Chriſtianorum infeſtantibus, in fidei Catholicæ contemptum, inſtituit ad exemplum Militarium Ordinũ & Congregationũ Hiſpaniarum, nouam Militiam, ſub Regula S. Benedicti, & ſub protectione Sancti Stephani, in anno 1561. per Bullam, quæ incipit: His quæ poſtmodum per aliam Bullam, quæ incipit, Altitudo anno 1562. ſingulos ipſius Militiæ Milites Priores, & alios Miniſtros ab omni iuriſdictione ſuperioritate, viſitatione, dominio, & poteſtate quorumcunque Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, &c. Apoſtolica authoritate, &c. applicauit eiſdem plures commendas, ſuppreſſarum Eccleſiarum, & ſuppoſuit ſereniſſimo Magno Magiſtro teſte Amaldo Florentino *de iuriſdictione, p. 2. tit. 4. c. 2. per totum.*

Idque fuit introductum ad exemplum ſocieta- 3
tum, & Collegiorum nobilium Militum, qui antiquitus dicebantur Templarij, qui habebant antiquitus facultates ampliſſimas, & olim inter Chriſtianos quamplurima poſſidebant oppida, adeò vt eorum redditus, integris etiam exercitibus conſcribendis, bellis gerendis ſufficerent, & Templariis Equitibus, diuitiis, quibus aucti immenſum erant excidium acceleraſſe ſentit Ioannes Mariana *lib. 15. rerum Hiſpan. cap. 10.* Quorum Templariorum nomen, in Concilio Viennenſi anno 1311. fuit penitus abolitum, & bona Equitibus Hieroſolymitanis addicta, quo illi tempore Rhodum Inſulam Turcis eripuerunt, & ſic erant etiam in Palæſtina Teutonici Equites & ad formam memoratorũ Ordinum Equeſtrium, ſeu Militarium, in Palæſtina natorum, inſtituta ſunt, & alibi id genus Collegia, ſui ſodalitia, vt ſunt Cladiferi in 4
Lituania Equites Sancti Iacobi in Hiſpania (cuius Ordinis ſummam Præfecturam Rex Hiſpaniarum Philippus Quartus, Marchioni Spinolæ, vti præmium victoriæ, pro tot in obſidione Bredam exantlatis laboribus, anno 1625. adminiſtrandam dedit, vt ait Hermandus Hugo in obſidione Bredam *fol. 125.*) Equites Calatrauæ, & Alcantaræ in Regno Caſtellæ, Ordo Equitum Sanctæ Mariæ de Mercede, & Redemptionis captiuorum apud Aragonenſes celebris ordo Equitum Monteſire in Regno Valentiæ, Equitum Chriſti in Luſitania, & alias Militarium ordinationes refert Gaſpar Kloc *de contributionibus, cap. 14. à num. 73.* ad horum exemplum dicebamus ordinem Equitum Sancti Stephani fuiſſe erectum à Coſimo Medico Magno Etruriæ Duce, huius nominis primo ſub Regula Sancti Benedicti, & protectione Sancti Stephani Papæ anno Domini 1560. & à Pio IV. confirmatus anno ſequenti 1561. & anno 1565. excitauit idem Pius Pontifex Ordinem S. Lazari, Hieroſolymæ ferè extinctum, ſed hunc poſtea Gregorius XIII. vniuit Ordini Sancti Mauritij, quem inſtituit Emmanuel Philibertus Sabaudiæ

Dux

Dux sub Regula itidem Sancti Benedicti, anno Domini 1572. & proinde Ordo Sancti Mauritij, & Lazari nuncupatur, vt latè Marulus *in Oceano Religiosorum, lib.*4. Ascanius Tamburinus *tom.*2. *de iure Abbatum, disp.*24. *quæst.*9. Perinoltus *in integro opere Historiæ Tripartitæ Clericorum Regularium*, P. Bordonus *in suo Theatro præcedentiæ, quæst.*102. & nouissimè Antonius Cottonius contra Dianam *tom.*1. *lib.*4. *controu.*2. *cap.*1.

5 Qui quidem Milites, Alcantaræ, Diui Iacobi, Calatrauæ, Sancti Stephani, &c. tenentur ad solutionem gabellarum, vt post Gonzalez, Barbosam, & alios docet doctus Marius Cutellus *lib.*2. *de immun. Ecclesiastica, quæst.*50. *per totam*, Rota Romana apud Seraphinum *decis.*587. omnino vi-
6 denda, quia non sunt verè, & propriè Religiosi, sic succedunt in feudis etiam personale seruitium requirentibus, quia sunt instructi ad bellandum, contra infideles, & possunt cogi ad bellum ire pro aliis Principibus, dummodo id sciat Magnus Dux Etruriæ, & dummodo non pugnent contra statum Ducis, & contra Ecclesiam, teste Ansaldo Florentino *part.*3. *de iurisdictione, tit. vnico, cap.*8. *num.*81. *cum seqq.* quod ipse negat de Clericis, & aliis militibus Hierosolymitanis, qui non succedunt in feudis, licet probabile putet posse succedere in feudis milites etiam Hierosolymitanos, quod prius dixerat Natta *consil.*508. & 509. sed falsissimum est, ergo etiam secundum Florentinos, milites Sancti Stephani succedunt in feudis, ergo sunt personæ laicales, & meri laici, vt infra probabo, licet quoad aliqua æquiparentur Ecclesiasticis, ideóque admittuntur in Regno ad officia
7 secularia, & vbique locorum, quia si ibi delinquant à secularibus Iudicibus ordinariis puniuntur, quod secus est in milite Hierosolymitano, qui ad officia secularia & publica gerenda non admittuntur, quia si ibi delinquant ad suum Iudicem Ecclesiasticum remittentur Carolus de Grassis *effect.*
8 *primo*, *num.*853. qui loquitur de Equite Hierosolymitano, qui in Ciuitate Caltagironis officium Capitaneatus exercuit, & alius, qui in patrimonio administrauerat, qui fuerunt ad forum Ecclesiasticum remissi, & concordat Ansaldus Florentinus *part.*2. *tit.*9. *cap.*28. *fol.*254. *num.*15. & 16. ergo cum tales Milites, & Equites Sancti Stephani sint meri laici, & secundum quid Ecclesiastici gaudere non debent foro alio, nisi laicali, vbi delinquunt.

9 Quod verò Milites Hierosolymitani sint incapaces exercendi officia secularia in Regno nostro Neapolitano, habetur in constitutione Regni, quæ incipit Clerici, quoque; & *pragmatica* 1. *de Eccl. personis*, vbi Regens Rouitus Anna *sing.*460. Præses de Franch. *decis.*479. *num.*2. Mastrillus *lib.*2. *cap.*6. Reg. Tappia *in Constit. Cleric. num.*3. Marta *part.*4. *de iurisdictione, centur.*2. *cas.*127. *num.*7. Riccius *part.*3. *dec.*321. Thorus *in compendio, decis. Curiæ Archiepiscopus, tom.*3. *part.*2. *in verbo, Milites Hierosolymitani*, Castillus de Bouadilla *in politica, lib.*2. *cap.*8. *num.*232. Cutellus *de donation. contemplatione matrimonij, tract.*1. *discurs.*20. *pag.*3. *num.*10. & *num.*54. & 55. D. Carleual. *disp.*11. *quæst.*6. *sect.*3. *num.*473. Caball. *casu* 64. Præses de Franch. *decis.*479. *num.*4. & Capiblancus *in pragm.*1. *de Baronibus, num.*163. & 164. quia tempore syndicatus petit remitti ad Iudicem Ecclesiasticum. Quia etiam tales Milites
10 Hierosolymitani sunt verè Religiosi, ideò neque possunt testari, Nauarrus *consil.*21. *lib.*3. *de Regularibus*, Molfesius *consil.* 24. Franch. *decis.*439. Sperellus *decis.*2. *num.*58. & *decis.*21. *num.*8. Tamburinus *tom.*2. *de iure Abbatum, disp.*24. *q.*4. *per totum*, Maranta *part.*2. *resp.*5. Barbosa *in summa Apostolicarum decisionum*, *in verbo, Milites*, S. Ioannes Pasqualigus *in quæst. moral. centuria* 2. *q.*56. & *decis.*433. Rota coram Puteo *dec.*282. *n.*1. & coram Gregorio XV. *decis.*87. & apud Farinacium *part.*1. *recens. decis.*177. & *dict. part.*1. *decis.*333. & *part.*2. *decis.*454. Ansaldus *p.*2. *tit.*10. *cap.*15. *num.*122. sic in Galliam hos milites Rhodios non teneri ad onera, seu collectas tanquam verè Religiosos dicit fuisse decisum Gaspar Floc. *de contrib. c.*14. *n.*2.

Et quia milites Hierosolymitani sunt veri Religiosi, vt post Sancium *in selectis, disp.*49. *n.*10. Ricc. *in prax. part.*4. *resol.*170. Nouarius *de electione fori, quæst.*69. *sect.*1. *num.*25. ideò possunt eligere sibi Confessarium Sacerdotem non approbatum ab Ordinario, vt eorum audiat Confessiones cum licentia tamen suorum Superiorum, aut à consuetudine & Sacerdotes Ordinis Alcantaræ, Calatrauæ, Sancti Iacobi, &c. non indigent approbatione Ordinarij, vt possint audire Confessiones militum suorum ordinum, atque ipsos posse eligere Sacerdotem non approbatum ab Episcopo, vt bene post alios Zacherias Pasqualigus ad Lauretum de Franchis *in controuersijs inter Episcopos, & Regulares, fol.*400. *num.*437. sed Pater Donatus post Dianam *part.*8. *resolut.*93. *tract.*5. *de Confessar. Regul. quæst.*35. ait, contrarium esse receptum per coonsuetudinem, quia tales milites quoad receptionem Sacramentorum dependent ab Ordinariis locorum, & fauet Alexander Sperellus *part.*1. *decis.*2. *num.*125. vbi ait 3. Congregationem Cardinalium contrarium affirmare, nec id admittere, & sic licet sint Religiosi, non tamen quoad omnia, Bellettus *in disq. Clericali, de fauore Clericali*, §. 1. *num.*39. qui *num.*40. ait gaudere fori Priuilegio post Nauar. *consil.*11. *tom.*1. *de Regularibus.*

Probatur secundò, ex insigni Canonista Augu- 11
stino Barbosa *lib.*3. *de iure Ecclesiastico, cap.*7. *num.*26. vbi dicit, Milites Hierosolymitanos largo modo esse Religiosos ad differentiam Regularium, qui perfectionem Religionis & statum profitentur Choro dedicati, & largo modo dicuntur ad differentiam illorum militum, qui matrimonium contrahunt, quos nec stricto, nec largo modo Religiosos esse affirmant Doctores apud Barbosam *vbi suprà*. Disputarunt enim Doctores an Milites S. Iacobi, Calatrauæ, Sancti Stephani, Alcantaræ, & similes, qui matrimonium contrahunt, sunt veri Religiosi, & prima opinio affirmatiua fuit quorundam, de quibus Didacus de Motta *de confirmatione Ordinis Sancti Iacobi, lib.*2. *per totum*, Rodriquez *tom.*1. *quæstionum regularium, quæst.*1. *art.*6. & *quæst.*15. *art.*20. plures refert & sequitur Sanchez *in præcepta decalogi, tom.*1. *cap.*16. *n.*11. Iulius Cæsar Imbrianus *de Iudice Regni, in præfatione, num.*42. Carolus de Grassis *de effectu Clericat. effect.*1. *num.*120. Garcia *part.*1. *de Beneficiis, cap.*4. *num.*15. Basilius Pontius *de impedim. cap.*19. §. 4. Diana *part.*1. *tract.*2. *resolut.*49. & monentur ex eo, quia eorum Religio fuit à Summo Pontifice approbata sub tali modo viuendi, obedientiæ voto paupertatis, atque etiam castitatis non omnimodæ, sed saltem coniugalis quæ verè, & propriè castitas est, *cap. Nyssena* 31. *distinct.* Secunda opinio dicit hos tales milites, quibus matrimonium permissum est verè Religiosos non esse; & de magis communi Doctorum opinione testatur Barbosa insignis Canonista *vbi suprà*, *c.*7. *num.*27. quia non vacant spiritualibus negotiis,

nec in clauſtrum viuunt, nec habitum, & tonſuram geſtant Clericalem, vel Monachalem, ſed ſecularibus armis ſtudent, & in Caſtris ac Curiis Principum commorantur; ergo magis laici, quàm Religioſi eſſe videntur, talia enim Miniſteria Religioſis non competunt teſte S.Hieronymo *in cap. duo ſunt ij, quæſt.*1. Et licet caſtitas coniugalis, caſtitas dici poſſit *d. cap. Nyſſena*, non tamen eſt adeò caſtitas, quam vera, & perfecta Religio expoſcit, *d. cap. cum ad Monaſteria, de ſtatu Mon.*
12 *cap. vnico, de voto, in 6.* & per hoc dicunt Doctores, quod ſi S.Pontifex concederet licentiam Religioſo contrahendi matrimonium ex cauſa boni publici, vt plurimos feciſſe legimus, non per hoc remanet verus Religioſus, ſed per hanc diſpenſationem fit de Monacho non Monachus, vt dicit Azorius *part.*1. *lib.*12. *moralium, c.*7. *quæſt.*1. Sanchez *de matrimonio, lib.*8. *diſp.*8. *num.*7. *&* 10. & alij allegati per Barboſam *in dicto cap. cum ad Monaſterium.*

13 Quod ſi interdum in Bullis & Conſtitutionibus Apoſtolicis iſtorum Ordo, Religio appellatur. Reſpondeo id eſſe impropriè, & abuſiuè, & licet aliquo modo participent de aliquibus pertinentibus ad ſtatum Religionis, non tamen ſimpliciter poſſunt dici Religioſi, ſed ſecundum quid, ex S.Thoma 2.2. *quæſt.*186. *art.*6. ad quintum Sotus, Sarmientus, Lazarte, Gironda, Nauarrus, Aragonia, Azeuedus, Emanuël Sà, Valentia, Azorius, Molina, Petrus Ledeſma, Marta, Iacobus de Graſſis, Molfeſius, Moneta, & alij, quos refert, & ſequitur inſignis Barboſa Iunior *d. cap.*7. *num.*17. *in fine*, & licet dicat *num.*18. tales perſonas Militares eſſe ponendas inter Eccleſiaſticas, licet non inter Religioſos, id tamen verum eſt impropriè, & abuſiuè, & in hoc decipitur, quia admittit ad Priuilegium fori & Canonis & credo voluiſſe loqui de Militibus Hieroſolymitanis non
14 de aliis. Hinc vouens ingredi Religionem, non ſatisfacit voto ſi aſſumat habitum Religionis in qua contrahitur matrimonium, vt poſt alios Bartholomæus à S.Fauſto *lib.*1. *quæſt.*186. ſic Bullam Pij V. prohibentem ne Clerici ſeculares, vel Regulares Taurorum agitat interſint, non continet Milites Sancti Iacobi, Alcantaræ, & ſimiles: ſic matrimonium ratum quod ſoluitur per profeſſionem
15 in Religione S. Ioannis, non ſoluitur per profeſſionem in illa S.Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & ſimilibus ſic Concilium Trident. *ſeſſ.*25. *de Regularibus, c.*15. dicens: profeſſionem non emittendam ante annum 16. neque ante impletum annum
16 probationis, non comprehendere milites Regulares, qui matrimonium contrahunt, & expreſsè de Militibus S.Stephani dicunt DD. cum Bartholomæo de S. Fauſto, & aliis apud Barboſam *dict. cap.*7. *n.*34. & admittuntur ad faciendum teſtamentum exceptis Hieroſolymitanis, & eorum filij
17 non ſunt ſpurij, nec ſacrilegi (exceptis Hieroſolymitanis,) & per ſubſequens matrimonium poterunt legitimari; ergo non niſi abuſiuè inter perſonas Eccleſiaſticas tales milites ponuntur, ergo nec fori, nec Canonis gaudent priuilegiis, vt bene Gironda *de Gabellis, part.*7. *n.*47. Menoch. *conſil.*904. *n.*53. ſic intelligendus de arbitrariis *caſu*250. *n.*51. Bobadilla *in politica, cap.*19. *n.*10. qui loquitur *de conſuetud. Caſtellæ*, Mandoſ. *in reg.*3. Cancellariæ *q.*12. *& in praxi ſignaturæ, in tit. exceptiones, & in verbo, Epiſcopus*, Guttier. *pract. quæſt. lib.*2. *q.*11. Vaſquius *lib.*3. *de ſucceſſ.* §.3. *n.*303. Paul.Rom. *de penſionibus, cap.*7. *tom.*2. *n.*15. Belluga *rubr.*2. *n.*2. vbi Borrellus *in proœmio*, Hojeda *de incompatibilitate beneficiorum, part.*2. *cap.*24. *num.*105. qui ſic explicat Portol. ad Molinam *in verbo, Emparamentum*, & alium Molinam *lib.*2. *de primogenitura, cap.*9. *n.*69. & *lib.*1. *c.*15. *n.*69.

Hinc effecto contumace & citato ad foriudican- 18
dum D. Corona Capicio, Galeota Milite Calatrauæ Regio Theſaurario Regni Neapolitani & Conſiliario à latere Domini Proregis & Principe Montis Leonis, fuit oppoſitum de priuilegio fori, & ſcripſit non competere doctiſſimus Dominus meus, tunc fiſci Aduocatus Regalis patrimonij, D.Carolus Calà nunc Dux Diani, & Præſes Regiæ Cameræ ſummariæ meritiſſimus, & adducendo contra ſe Didacum de la Motta *lib.*1. *cap.*4. §.2. 4. 6. *&* 7. & Carolum de Graſſis *effectu* 1. *n.*109. *vſque ad n.*116. dicit tales milites Calatrauæ, non eſſe verè Religioſos, quia nullum Ordinem ſuſcipiunt, vt neque tales ſunt Milites S.Iacobi, Alcantaræ, & S.Stephani, quorum militum originem doctiſſimus Regens Tappia proponit *in* 19
*auth. ingreſſi, in verb. Monaſteria, c.*49. *n.*20. *C. de Epiſcopis, & Clericis qui ſubdit, n.*10. in hac Religione neminem reperiſſe, qui Sanctorum numero fuerit adſcriptus; vnde eos arbitrantur non Religioſos, ſed Milites ſeculares, Bart. *in l. ſemper, §. quibuſdam, ff. de iure immunitatis*, Speculator *in tit. de ſtatu Monachorum, q.*36. Ioannes Andreas *in cap. veniens, col.*1. *in princ. de verb. ſignif. in* 6. Innocent. Abbas, Ancharanus, Domin. & Philippus Francus ibid. & ex aliis plures refert & ſequitur Gregor. Lopez *in l.*1. *in verb. Sennor del ordine, col.*2. *&* 3. *tit.*7. *part.*1. Natta *conſil.*508. *&* 509. *lib.*3. Azeued. *ad l.*14. *n.*3. *tit.*50. *lib.*3. Molina *lib.*1. *de primogenitura, c.*13. *n.*93. Quod dicunt ſic quotidie practicari quod potius laici, quam Eccleſiaſtici cenſeantur, Sarmientus *de reditibus Eccleſiaſticis, p.*4. *cap.*1. *n.*13. & in defenſione eiuſdem *tractatus q.*1. *monitorio* 1. *in fine*, ſequuntur Montaltus, Couar. Auendanus, & alij relati per Azeuedum *lib.*3. *n.*50. *lib.*10. *n.*3. per Laxarte *de decima venditionis, cap.*19. *num.*92. per Marcum Salonem *de pace, conſil.*17. *n.*3. ac fuiſſe deciſum in Rota Romana dicit Marta *part.*2. *de iuriſdictione, cap.*32. *n.*15. 20
& *part.*4. *centuria* 2. *caſu* 113. *num.*33. vnde vota quæ emittunt non ſunt illa quæ ſunt de eſſentia ſtatus regularis, nec habitus eſt Religioſorum, ſed quid honorificum, & ſignum dignitatis potius, quàm Religionis Diana *tom.*2. *moralium, tract.*2. *reſol.*64. *verſ. deinde*, & Baldus *in l. officia, Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, & Ancharanus *in cap. ea quæ, de Regularibus, num.*20. ait, quod hæc hæc ſunt accidentia ſine ſubiecto, & potius quædam apparentia in habitu, quam exiſtentia realitatis in effectu & habitus non facit Monachum dicit textus *in cap. Porrectum, de Regularibus*, Gloſſa *in cap. tuarum, de priuilegiis, in verb. Signantis*, & poſt alios colligit Barboſa *ibi. n.*30.

Vnde tales milites non eſſe propriè Religioſos, 21
ſed ſecundum quid, & potius ſecularibus accedere, fundant ex auth. S.Thomæ *in* 2. 2. *quæſt.*86. *art.*4. plures Theologi & Canoniſtæ, vt Azorius *part.*3. *moralium, lib.*13. *cap.*4. *quæſt.*4. Valentia *tom.*3. *o in* 2.2. *diſputatione* 10. *parte* 4. *puncto* 20. Iacobus de Graſſis *tomo primo Conſiliorum, lib.*3. *in tit. de Regularibus, conſil.*11. *num.*8. *&* 15. Ioannes de la Cruz *de ſtatu Regularium, lib.*1. *cap.*2. *dub.*3. *concluſione ſecunda*, Petrus de Ledeſma *in ſumma, tomo ſecundo, tract.*10. *c.*3. *dub.*2. *concl.*3. Emmanuel Sà, *in verb. Religio, n.*41. Molfeſius *in ſumma, tom.*1. *tract.*6. *cap.*2. *n. finali*, idem tenet Sotus *de iuſtitia, lib.*7. *quæſtione quinta, artic.*3. & *lib.*4. *diſtinct.*17. *quæſtione prima, art.*4. *& ſeq.* Rodriquez *quæſt. Canon. tom.*2. *q.*62. *art.*13. *col.*2.

&

& quod perfectè, & integrè non sint Regulares tenet Molina *tom. 2. de Iust. & iure disputation. 141. col. 3. lit. A, &c.* vbi dicit hodie commendas, & habitus, præmia militum effectus esse, & honoris gratia, non autem vt Religioni seruiant à Nobilibus procurari, & respondet ad motum proprium Pij V. dicens in Hispania non fuisse receptum, ideo scribit *tom. 3. disp. 623. num. 5.* non esse Religiosos, & proinde capaces esse Maioratus, & ibi illis succedere, ex antiqua Hispaniarum consuetudine, & in feudis etiam succedere post supra traditos affirmat Menochius *de arbitrarijs casu 280. num. 21.* qui *in cons. 950.* testatur ita declarasse mediante Breui Apostolico Paulum Papam III.

22 Probatur tertiò ex S. Rotæ Romanæ oraculo apud quam Equites istos Militarium ordinum, qui vtuntur Matrimonio, non esse verè, & propriè Religiosos; sed Laïcis æquiparari, maximè cum proprias facultates retineant, & sic votum deficit paupertatis, nec adest votum obedientiæ, & ideò Rota de anno 1570. coram Card. Seraphino, vt inter eius decisiones *tomo 1. dec. 121.* & inter decisiones diuersorum *part. 2. dec. 591.* & eadem Rota coram D. Robusterio in anno 1579. quarum primam decisionem refert Parisius *de resignatione Beneficiorum lib. 2 quæst. 2. num. 116.* & vtramque decisionem refert Garsia *de Beneficijs, part. 1. c. 4. num. 15.* qui ait deficere votum obedientiæ cum hæc promittatur restrictè ad certos actus, sicque non esse obedientiam Monachalem; imò licet habeant quendam viuendi modum,
23 per Pontificem approbatum, propriè tamen, & verè regulares non sunt D D. citati; imò huius voti fuisse tunc D. Auditorem Rotæ Pamphilium postea Cardinalem, & Summum Pontificem, dicit Garsia *vbi suprà*, qui *num. 19.* refert aliam decisionem Rotæ Romanæ, similiter coram D. Seraphino in anno 1582. loquente de Militibus Alcantaræ, & de decisionibus Sacræ Rotæ Romanæ meminit eos sequutus Narbona *in 3. p. noua recompilationis legum Hispaniarum lib. 3. cap. 5. & lib. 8.* glossa vnica *à num. 19.*

24 Imò Diana *Moralium Collector qui tomo 1. tr. 2. resol. 50. & tomo 4. tract. 1. resol. 36.* scripsit dictos Equites esse verè Religiosos expressè palinodiam canit *tom. 2. Moralium, tract. 2. de dubijs Regularibus, resol. 64.* quod Equites S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, & S. Stephani non sint verè Religiosi adducit Sancium *in selectis, disp. 49. num. 12.* Suarez *in Enchiridion Casuum conscientiæ, lib. 3. in verbo Religio* Bonacinam *in Bulla Cœnæ, disp. 1. quæst. 16. sect. 1. puncto 3. num. 16.* Alterium *de censuris, tom. 1. lib. 5. disp. 16. cap. 1.* Zanardum *in directorio Theologorum regularium præcepto 4. cap. 31.* Vivianum *in praxi iurispatronatus* vbi testatur *de decisionibus coram Seraphino,* & addit Diana ita declarasse Sacram Congregationem Cardinalium *die 10. Nouembris 1609.* dicens cum Aragonia *2. 2. quæst. 103. art. 4.* quod proprius finis harum Religionum, est quid temporale, scilicet militia.

25 Summa itaque ratione receptum est communiter, tales milites, sæculari iurisdictioni subiectos esse, provt expressè tenet Roffredus Beneuentanus *in tract. de libellis, part. 1. in Rubrica quomodo concipiatur libellus super Episcopi iuribus, columna 1.* Firmianus *in tract. de Episcopo lib. 4. part. 4. num. 16. vers. subsequentur* Dominicus Sotus *lib. 7. de justitia, & iure, quæst. 15. fol. 674. col. 1. vers. 3. autem,* Bart. Bald. Anchar. Soccinus, & alij, quos refert, & sequitur Marcus Salon *de Pace, cons. 12.* Sarmientus *in Monitorio 55.* vbi dicit Martinum Nauarrum dicentem est fori Priuilegio gaudere manifestè errasse, imò eius dictum esse falsum, & nunquam auditum, neque visum, vt apud Iudices Ecclesiasticos conueniatur eorum aliquis; nam conueniuntur coram secularibus Ordinarijs cuiuslibet Ciuitatis Hispaniæ vbi commorantur; sequitur Villadiego *in politica, lib. 5. §. 2. num. 112.* & esse verissimam opinionem testatur Ceuallos *part. 2. de cognitione per viam violentiæ, quæst. 149. num. 22.* & D. Carleualius *de iudicijs, lib. 1. tit. 2. quæst. 6. art. 3. num. 433.* dicit se remittere ad concordata.

Vnde Doctissimus D. Petrus Vries olim dignis- 26
simus Iudex M.C.V. *in ritu 235. part. 2. nu. 109.* ait, quod Equites Ordinum militarium (exceptis Hierosolymitanis S. Ioannis quos gaudere certum est, & posse per hoc priuari in Guberniis Ciuitatum voce actiua, & passiua scribit Mastrillus *dec. 290. num. 28.* Theodorus *alleg. 90. à num. 7.*) non esse verè, & propriè Religiosos, & ideò fori Priuilegio non gaudere & ait secundum Martam *de iurisdictione, cap. 32. numero 6. part. 2.* quod 27
Equites Militares sunt in duplici differentia: quidam enim sunt merè Laïci, qui nullius Religionis Regulis ligantur vt sunt Equites aurei Velleris vulgò dicti *del Tesone,* Equites Sanct. Michaëlis in Francia, qui cum sint merè seculares non est cur gaudeant aliquo Priuilegio ad tex. *in Canone duo sunt 12. quæst. 1.* Cassaneus *in Catalogo Gloriæ mundi, p. 9. consid. 10.* Petrus Gregorius *lib. 15. cap. 35. num. 11.* de quibus Equitum ordinibus, ac de alijs similibus idem tenet Azorius *to. 1. lib. 12. c. 6. vers. quartò quæritur,* apud quos videbis originem, & institutionem horum ordinum. Alij autem Ordinis militaris sunt Ecclesiastici, & horum aliqui iurant & profitentur tria prædicta substantialia vota; alij verò non qui iurant sunt Equites prædicti Hierosolymitani propterea verè, & propriè sunt Religiosi, & Ecclesiasticæ personæ ideoque gaudent fori Priuilegio *cap. cum & plantare, & cap. seq. de Priuilegijs* glossa *in verbo Ecclesiastici in Canone quisquis 17. quæst. 4.* similis glossa *in verbo Ecclesiasticus, in cap. sciant cuncti de electione in 6.* Felinus *in cap. 2. num. 8. de foro competenti* Marta *vbi suprà, num. 5. & part. 4. casu 113. num. 32.* Petrus Dueña *regula 99. ampliatione 5.* vt refertur *tom. 1. diuersarum regularum iuris, lib. 3.* Bovadilla *in sua politica tomo primo, lib. 2. cap. 19. num. 11.* Petrus Gabellus *centuria casu 64.* Maurus Burgos *de modo procedendi ex abrupto, quæst. 65. num. 58. centuria prima,* & in Regno Neapolitano quotidie ita practicari refert Vries; alij verò Ordines qui Matrimonium contrahunt, de quibus plures refert Vries, & licet Vries referat Martam dicentem S. P. Priuilegio exemisse hos Equites à foro seculari, & disputat an possit fieri concludens, quod sic tamen Marta se remittit ad Caualcanum *dec. 33. num. 17. part. 2.* qui Caualcanus loquitur de militibus Alcantaræ, & de militibus Sancti Stephani, verbum nullum, & subdit, Vries fuisse interdum milites Alcantaræ, & Calatrauæ ad suos Iudices remissos vigore Priuilegiorum Apostolicorum ibi receptorum, vti intelligitur Azeuedus *in l. 14. tit. 5. lib. 3.* alias vbi vsu recepta non sunt talia Priuilegia per Iudices Ordinarios locorum cognosci debent ex Mastrillo *d. 290.* & Francisco Antonio Cosana Siculo *cons. 42.* Caualcanus *d. dec. 33. num. 17.* quia cum non sint verè & 28
propriè Religiosi competeret remissio vigore Bullarum Pontificum: ergo si Bullæ non fuerunt

receptæ

receptæ, neque executoriatæ, neque practicatæ in Territorio Principis, de quo loquimur non poterunt nunc Miniſtri alterius Principis petere remiſſionem, neque ipſe Miles carceratus vt de Regno Siciliæ, Neapoli, Sardiniæ, &c. teſtatur Vries, *vbi ſuprà*, vnde doctiſſimus Bonacina *tom.3. de cenſuris, diſp.2. quæſt.2. puncto 6. ſect.3. num.7.* de talibus Religioſis ſecundum quid loquens an gaudeant fori, & Canonis priuilegio ſe remittit ad conſuetudinem, & ſubdit in aliquibus Regnis fuit receptum non gaudere, & in fructibus commendarum eorundem ſit executio per Iudicem ſecularem pro delictis. Commiſſis illius loci, vbi delinquit, & idem Marta refert deciſum in Rota Vrbis in vna Lucana Plebis *ſub die 25. Maij 1579.*

29 de qua Doctor Marta *part.2. cap.3. num.35.* qui ait non gaudere, & doctiſſimus Ferdinandus à Caſtro Palao *tom.6. in tract. de cenſuris, diſput.3. puncto 23. §.1. num.16.* ait quod in talibus militibus ſtandum eſt conſuetudini, & priuilegia ſunt ſpectanda & conſideranda qualiter ſint conſuetudine recepta, & adducit Molinam *tom.3. diſput.50. num.50.* atteſtantem per multos annos diligenter hanc rem examinaſſe, & reperiſſe non gaudere.

30 Probatur quartò, ex P. Fragoſio *de republica Chriſtiana, tom.2. de cenſuris, §.2. num.44.* qui dicit quod ad reliquos Equites Sancti Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, &c. qui laicaliter viuunt, & non abſolutam, ſed coniugalem caſtitatem ſeruant, nec abſolutam obedientiam, & paupertatem vouent, non eſſe perſonas Eccleſiaſticas, ſed ſecundum quid, cum participent quædam quæ ad ſtatum Religionis pertinent, ideoque magis laicis quam Clericis, & Religioſis ſunt affines, vnde Molina apud Fragoſium *vbi ſuprà*, dicit Commendatarios S. Ioannis gaudere priuilegio Canonis; cæteros autem Hiſpaniæ, & Luſitaniæ à principio ipſorum ordinum habuiſſe idem priuilegium ex Alexandro III. in Bulla edita de anno 1175. in fundatione Ordinis Diui Iacobi, quod etiam habetur per alias Bullas Pontificias, quia verò multis abhinc annis non fuit ſcrupulus, ſi forſan percutiatur Commendatarius prædictorum Ordinum, qui inſtar laicorum viuunt, ideò non gaudere priuilegio Canonis opinatur, ſed præſcriptum iam eſſe in hoc Regno aduerſus illos, dicit tamen Fragoſius poſt Molin. quod ſi intra 40. annos antecedentes inueniatur alicui eorum fuiſſe ſeruatũ priuilegium Canonis, dicendum eſt Commendatarios adhuc, & milites eorum Ordinum eo gaudere, vnde ſic argumentor ex Fragoſio præſcribitur priuilegium Canonis vti ibi præſcriptum eſt per Molinam, ergo etiamſi vigore Bullarum habere deberent milites Sancti Stephani tale priuilegium, quia tamen non ſunt verè, & propriè Religioſi, præſcribi poſſunt eorum exemptiones fauores, & priuilegia cum ergo non ſint obſeruata ab immemorabili tempore in Territorio Principis, de quo in præſenti dicendum eſt eſſe præſcriptum, nec teneri illud obſeruare Miniſtros eius.

31 Idque eſt quod D. Octauius Caracciolus *de foro priuilegij, & eius remiſſione aſſerit*, ſcilicet, *in proœmio, à n.59.* poſt Carolum de Graſſis *effectu primo, n.109. fol.121.* dum ait Milites Sancti Stephani, & Lazari, non gaudere priuilegio fori in Regno Siciliæ vltrafarum, nec in Regno Neapolitano, ex quo in priuilegiis non habent regias exequutorias ex Cæſare Imbriano *de Iudice Regni p. vltima, num.25.* ergo licet eſſent Religioſi verè, & propriè, vt Baſſæus *in primo tomo*, ſupponit *in verb. Religio, num.4.* tamen quia ſunt tales vigore priuilegij ibi erunt tales, vbi ſunt eorum priuilegia executoriata; & hoc ſenſu bene dicunt alij non eſſe propriè Religioſos, & ex vi Ordinis vt obſeruat Nicolaus Rodriq. Fermoſ. *de foro competenti, q.16.* poſt Carleualium *vbi ſuprà*, idem Fermoſin. *q.17.* & propterea expectatiua in collatione commenda- 32
rum non datur in Religionibus S. Mauritij, & Lazari Rota apud Roias *dec.159. part.8. recentiorum*, ſic refert Marta *part.2. c.32. n.15.* quod tales Equites non ſunt verè & propriè Religioſi, & ideo fuit deciſum in vna Lucana Plebis *ſub die 23. Maij 1579.* vbi fuit dictum Equites Sancti
Stephani, non eſſe propriè Religioſos, ideoque 33
per hanc militiam non vacare penſionem ſicuti per ingreſſum veræ, & propriæ Religionis in qua emittuntur tria vota ſubſtantialia poſt profeſſionem vacat penſio, provt vacant beneficia prius obtenta *cap. beneficium, de Regul. in 6.* ideoque non gaudere priuilegio fori licet, quoad alia reputentur perſonæ Eccleſiaſticæ, ita Marta *vbi ſuprà.*

Probatur quintò, quia licet poſſit Pontifex pri- 34
uilegium exemptionis concedere laicis à foro laicorum, provt fecit militibus Calatrauæ, & Militibus Sancti Stephani, inconſulto Principe laico, vt diſputat & concludit Caualcanus *dec.32. n.17. & 37. part.2.* & Marta *part.1. de iuriſd. cap.8.* dicit tamen idem Marta *part.2. cap.32. num.19.* quod cum dicta exemptio ſit meri iuris poſitiui ſi moribus vtentium non recipitur non peccant contrarium facientes, imò quod dicta exemptio tanquam præiudicialis Regibus & Dominis abſolutis in quorũ Regnis, & ſtatibus fiunt tales Equites, non videtur admittenda, quia quæ pertinent ad exercitium Religionis poſſunt fieri in præiudicium Domini, ſed non in aliis ex regula text. *in l. adſcriptitios, C. de Sanctiſſimis Epiſcopis*, & text. *in auth. adſcriptitios, cum auth. ſequenti, C. de Epiſcopis, & Clericis*, non obſtante conſtitutione Regni noſtri, quæ incipit adſcriptitios, quæ eſt directa contra libertatem Eccleſiaſticam, quia poſſunt pro 35
beneficio Reipublicæ Chriſtianæ laici cogi, & compelli per Epiſcopos ad accipiendos Ordines ſacros, vt fiant Miniſtri Sacramentorum, & rerum Eccleſiaſticarum, vt poſt multas rationes concludit Alphonſus Ojeda *de incompatibilitate beneficiorum, part.2. cap.9. num.12.* Et ideò cum hoc priuilegium exemptionis concedatur ex cauſa non auditis illis Principibus de quorum intereſſe tractatur provt in Regno Neapolitano, & aliis locis Principibus ſecularibus ſubiectis, ipſi Principes conſeruari debent in quaſi poſſe, vt nihil præiudicij fiat, & ait Marta *vbi ſuprà, p.4. centuria 2. caſu 113. num.32.* quod licet diſponeretur inter Capitula Militum S. Stephani, nullum Equitem poſſe conueniri, niſi in Tribunali eiuſdem Religionis, ſine licentia auditoris Magni Magiſtri, tamen ſi 36
citatus fuerit miles in alio Tribunali, ibique compareat, & compiletur proceſſus etiam in ditione Magni Magiſtri, non poteſt poſtea dicere de nullitate proceſſus, quia talis exceptio eſt dilatoria, & non poteſt opponi poſt litem conteſtatam, & per proceſſum ad vlteriora, cenſetur illi renuntiatum iuxta Bartoli Theoricam *in l. præcedente, in fine, C. de dilation.* & in his terminis fuit deciſum in Rota Florentina, vnde extra Florentinam ſemper debent comparere, ſi nolunt pati præiudicium, & ibi ſeruandæ ſunt locorum conſuetudines.

Ideò doctiſſimus Larrea *alleg. fiſcali 7. n.13.* & 37
alleg. 11. n.1. ait, quod exemptus, ſi tractatus fuerit, vt non exemptus ſibi intulit præiudicium, vt latè Thorus *voto 18. num.25. tom.1.* agens de quibuſdam militibus qui tempore impoſitionis Gabellæ,

non

non se protestarunt,& sic visi fuerunt,sibi præiudicasse & in illius contributionem consensisse, vnde si poterant exceptionem opponere, & eam non oppossuerunt censentur sibi præiudicasse vt in puncto Hieron. de Laurentiis *decis. Auenionensi* 205. *n.9. ibi.* Itaque qui sponte soluit,quod soluere non tenebatur,sibi præiudicat, nisi protestetur & si patiatur se scribi in libro perdit priuilegium *l.1. §. si quis tutor, ff. quando appellandum sit*, sic decisum docet D.Petrus Quesada *dissertationum iuris dissertatione* 22. *num.*63. *& seq.* Quod sanè probatur 38
ex textu *in cap. accessissent*, 8. *de constitut.* vbi ex vnico actu electionis colligitur Canonicum voluisse renuntiare priuilegio quod habebat, de non esse in Ecclesia dignitas Primiceriatus,vt Summus Pontifex respondet, &c. ex qua regula priuilegium etiam per vnicum actum contrarium sibi præiudicasse docent Rebuffus *quæst.*13. *num.*113. Marcus Antonius Genuensis *in practic. quæst. q.*154. *n.*2. Cardin. Tusch.*tom.*6. *littera V, conclus.*656. *num.*10. Quesada *dissertat.*22. *num.*59. Ergo cum tales milites (exceptis Hierosolymitanis) non sunt verè & propriè Religiosi, sed tantum secundum quid sint personæ Ecclesiasticæ, vt de Militibus S. Stephani Rota dixit *vbi supra*, & apud Duranum *dec.*308. *à num.*6.*part.*2. & plura Mastrillus *part.*3.*d.*240. Rota Maceratensis apud Thomatum *dec.*6. *n.*22. Gratianus *p.*3. *cap.*457. 39
*n.*25. Lezana *p.*[illegible].*cap.*50.ideò opus fuit Apostolica dispensatione ad retinendas pensiones, vt de Militibus Lauretanis habetur in Bulla Sixti V. ex priuilegio dixit Rota apud Gregorium X V. *dec.*18. & *dec.*40.& apud Coccinum *dec.*299.*n.*3.Episcopus Maranta *tom* 4. *resp.*76. *à num.*16. *cum seqq.* qui aliter discurrit *de Hierosolymitanis*, *part.*5. *responso* 89. sequitur Ægidius de Trullench. *in Decalogum, lib.*1. *cap.*7. *dub.*12. *§.*3. & *in Bulla* 40
*Cruciatæ, fol.*42. *n.*2. & ideò Ioannes de Escobar *in tractatibus variis,tom.*2.*de horis Canonicis,n.*11. dicit milites S.Ioannis, S. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, nec ex consuetudine teneri ad recitandum diuinum Officium, licet sit præscriptum à regula, tum quia tale officium præscriptum à regula non potest dici Officium diuinum,nec Canonicum præceptiuum, sed Religiosum consultiuum Sanchez *tom.*2.*Consiliorum Moralium,lib.*7. *cap.*2. *dub.*51.*concl.*1.vbi extendit etiam ad Commendatores S.Ioannis Baptistæ, latè P. Donatus *tom.*3. *tract.*18.*q.*11. tum quia verè,& realiter non sunt personæ Ecclesiasticæ, & non veniunt, nisi in fauorabilibus sub nomine talium personarum, vbi sic de consuetudine est receptum, Pasqualigus *Canon.quæst. centuria* 2. *q.*156. & sic dicunt Lotterius *de re beneficiaria*, *lib.*1. *quæst.*36. *num.*36. Velaschus *consult.*108. *num.*27. *lib.*2. Vasquius *controu. illustr. lib.*5. *cap.*105. *num.*48. Bobadilla *in politica,lib.*2. *cap.*19. *num.*10. Postius *de manutentione,cap.*27.*quæst.*7. §.4. Flores Diaz de Mena *lib.*1.*variarum quæstionum,quæst.*11. *n.*201. Reg. de Marinis *quotid.cap.*44.*num.*14.*tom.*1.Sperellus 41
*dec.*2. *num.*99. & sic practicatum refert Quesada Iunior *disp.*22.*num.*85.*in fine*,& eorum professio Sancti Iacobi, scilicet fit in actu assumptionis habitus, & signatione purpuratæ Crucis, & fit sub Regula Sancti Augustini Canonicorum Regularium,vt ex Bulla Clementis VIII.Pauli III. & similibus Calatrauæ,& Alcantaræ, sub Ordine Cistercienses Regulæ professionem emittunt Cassaneus *consid.*8. *p.*9. & subdit Quesada Iunior *in d.dissert.*22. *n.*85. quod ex concordatis & rescriptis prædictis nulla habent priuilegia tales milites,vt de Regno Sardiniæ dicit, de aliis Bobadilla *lib.*2.*politic.c.*19.*n.*26. Gironda *p.*7.*de Gabellis,in princ.n.*48.& aliud diploma refert Regis Philippi Mastril.*dec.*290.*post n.*165.vbi remittit se ad consuetudines locorum,& explicat Breue Clem. VIII. *sub die* 31. *Ian.*1600.& Pauli V. *die* 5. *Ian.*1608. Idem Quesada Iunior *vbi suprà*, *n.*85. ergo cum consuetudo sit contraria in hoc Territorio D.Principis, de quo loquimur, gaudere non debent tales milites:& hoc forsitan dicere voluit Villadiego *in* 42
*polit.c.*5.§.2.*n.*112.dum ait priuilegia & exemptiones horum militum esse tantum localia (exceptis militibus Hierosolymitanis,) & P.D.Thomas del Bene acerrimus inimicus iurisdictionis laicalis *tom.*1.*de immun. c.*1.*dub.*1. *sect.*1. *in fine*, post de Grassis & Imbrianum, ac Danzam *de pugna DD. de qualit.offic.* ait dictos Equites exceptis Hierosolymitanis nullum habere priuilegium in aliis Territoriis Principum secularium,ex quo in dictis priuilegiis non habuerunt Regiũ exequatur,seu Principis laici beneplacitum, & propterea subdit Del Bene in praxi de facto cognoscuntur à iudicibus secularibus, & fori declinatorium non opponunt.

Ex quo P.Verruelli *tom.*1.*tr.*8.*miscell.q.*63. post 43
relatam vnam opinionẽ DD.dicentes laicos Equites esse verè Religiosos dicit *n.*3. non esse,nisi secundum quid imò ait quod tales milites S.Stephani,non sunt neque strictè, neque largè Religiosi, vt pluries practicatum refert exceptis Militibus Hierosolymitanis, qui licet propriè sint Religiosi, tamen dicit esse feudorum capaces teste Natta *consil.*508.*n.*509. licet apud nos non seruetur subdit 44
tamen Verricelli quod Cõmendæ Militares horum Ordinum non sunt beneficia Ecclesiastica, neque materia simoniæ,& sic absque peccato vendi posse, & absque peccato simoniæ, posse cedulam impetrari habitus S.Iacobi,S.Stephani,aut aliorum Ordinum Militarium, vt ex plurib⁹ dicit Diana *p.*3. *tr.*2.*resol.*64.& *p.*5.*tr.*8.*resol.*17. & *p.*9.*resol.*35. Ioseph de Ianuario *part.*1.*resol.*6. & tandem dicit Verricelli *n.*9.Quod Eques antiquior absque vllo peccato iniustitiæ reseruat sibi, eius Commendæ fructus,sua vita durante,dum renuntiat Commendam vacantem,seu non procurat, vt sibi cõferatur, provt conferẽda esse habetur ex Constitutionibus S.Stephani *tit.*12.*c.*4. ad hoc, vt Magnus Magister alteri conferat,quia posset sibi retinere Commendam, sicut absque vllo peccato iniustitiæ,possum accipere pecuniã,vt ex meo interesse Magnus Magister sibi conferat Commendam, Fagund. *de iustitia & iure,lib.*5.*c.*2. *n.*10. Diana *p.*2.*tract.*2. *resol.*64. quia ad eam interceſſionem ego non teneor,sequitur Riccius *in praxi,part.*4.*resol.*184.

P.Lezana *p.*2.*tom.*1.*c.*5.dicit *n.*58.non esse mi- 45
lites istos S Stephani verè Religiosos,sed personas secundum quid Ecclesiasticas,dummodo quintam partem illarum reddituum Conuentui relinquant, nouissimè P.Donatus *tom.*2. *tract.*6.*de priuilegiis nouitiorum, p.*8.post Nouariũ in summa Bullarũ in Bullis Pij V.& post Leonem *de cens.in recollect.*6. *n.*790. post eundem Ricc. *in praxi Religiosorum Ordinum Militarium, in resol.*107. *vsque ad* 186. dicit Donatus *q* 9.in Regno Neap. non gaudere, vnde non habent proprium tribunal, & decisum refert Thor.*in verb. Milites*, & Mastril.*d.dec.*290. *n.*164. & Costa Siculus *vbi suprà,cons.*42. P.Donatus *tract.*6. *q.*9. sic quoad immunitatem à Gabellis per laicos impositis esse attendendas consuetudines locorum,diximus *suprà*, secũdum Ricc. *in praxi,part.*4.*resol.*173. sic intelligendum, quia propriè non sunt personæ Ecclesiasticæ, Nouarius *de electione fori*, *quæstione* 81. Ioannes Ramirez *in tractatu de fundatione Ordinis Sancti*

Iacobi, capite primo, folio 18. & qualiter poſſit ſtare caſtitas coniugalis cum ſtatu regulari tractat poſt alios P. Donatus *to.3.tract.1.quæſt.11. per totum*, qui ait, quod licèt Equites S. Iacobi poſſint vxorem ducere, tamen non poſſunt tranſire ad ſecundas nuptias, nec quidem contracto matrimonio vti poterunt in diebus Dominicis, & Feſtiuitatibus B. M. V. Apoſtolorum, &c. nec item tempore belli ne forte debilitentur, vt habetur in eorum regulis.

47 Vnde D. Fagnanus *in c. à nobis, num.35. de Bigamis*, dicit hos milites gaudere fori priuilegio licèt ducant vxorem, quod etiam de clerico coniugato affirmat ſecundum locorum conſuetudines intelligi debet, quia ergo in vſu non ſunt talium militum Priuilegia, vt de Regno Caſtellæ, & Luſitaniæ habemus, Siciliæ, Sardiniæ, & Neapolis in quibus etiam fructus commendarum ſequeſtrantur per Laïcos ob delicta commiſſa vt ex Marta, Bonacina, Duardo, & aliis refert P. Donatus *vbi ſuprà, quæſt.*10. non eſt curandum de Priuilegiis, & ſubdit P. Donatus *vbi ſuprà, q.*10. talem conſuetudinem non eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam quia tale ius immunitatis non competit Militibus prædictis de iure diuino, ſed de iure Priuilegij, & poſitiuo, ergo conſuetudo contraria bene poteſt introduci, ſicuti laïci trahentes famulos familiares Epiſcopi ad Tribunal laïcum, non incurrunt in excommunicationem: quia non ſunt verè, & propriè perſonæ Eccleſiaſticæ, quia ſecundum ſubſtantiam, & à parte rei ſunt laïci. *c. dilecto filio de officio Archidiaconi*, P. Donat. *vbi ſuprà, q.*10.

48 Vnde hos Milites poſſe renunciare Priuilegio fori cum conſenſu eorum Superioris dicit Ricc. *in praxi, p.4. reſol.*178. accedente præſertim conſenſu Magni Magiſtri, ſed in ſtatu noſtri Principis obſeruantia eſt non gaudere, & immemorabilis, quæ quidem obſeruantia ſubſequuta eſt interpres firmiſſima priuilegij, & legis declaratoria,

49 *vt in lege minime l. optima, leg. ſi de interpretatione, ff. de legibus, cap. cum dilectus de conſuetudine*, Seraphinus *dec.*248. *num.*5. & 6. Antonius Monach. *dec. Lucenſi* 36. *num.*4. Florentiæ 46. *num.*37. & *dec.*47. *num.*1. & *ſequenti*, Menoch. *lib.*5. *præſumpt.*34. *num.*9. Farinac. *in recentioribus Rotæ, deciſione* 642. *num.*15. *p.*1. & *dec.*480. *num.*6. *par.*2. Riccius *dec.*67. *num.*15. & *dec.*11. *num.*11. & 12. *part.*1. Gratianus *dec. Marchiæ* 45. *num.*18. & *ſequenti*, & *tom.*3. *c.*526. *à num.*33. Mandoſius *in regula* 29. *quæſt.*2. *num.*3. & 4. Ludouic. *concl.*38. Morotius *reſp.*14. *à n.*8. Valenzuela *conſ.*8. *n.*21. Farinac. *conſ.*195. *n.*31. *lib.*3. Sanch. *tom.*2. *Decalogi, lib.*4. *c.*4. *n.*26. Phœbus *dec.*10. *n.*4. & *dec.*14. *n.*3. Gened. *pract. quæſt. q.*8. *n.*13. Alderan. Maſcard. *concl.*2. *à n.*139. Seſſe *de inhibit. c.*8. §.3. *à n.*143. & *dec.*209. *à n.*19. & 22. Rota apud Poſtium *deciſ.*314. *n.*8. & *d.*139. *n.*10.

50 Cum ergo Domini cæterarum Prouinciarum, & Regnorum ita cum talibus militibus ſe habeant, non erit noſter Princeps in culpa ſi faciat actum licitum, & publicè viſitatum, ac permiſſum quod iuſtè, & bene factum cenſetur, *l. quis ſit fugitiuus*, §. *apud Labeonem, ff. de ædil. edicto, cap. quid dicam* 14. *q.*4. Pichard. *ad rubric, inſti. de inoff. teſtamento, n.*9. Genuenſis *in pract. quæſt. q.*46. *n.*4. Barbol. *axiomate* 136. *n.*12. Salgad. *de ſupplic. ad ſanctiſſimum, p.*1. *c.*2. *n.*146. & 114. vnde publica ob-

51 ſeruantia facit actum licitum, & permiſſum aliàs de iure illicitum, & ex legitima obſeruantia naſcitur excuſatio ſicuti iniuſta etiam conſuetudo excuſat Honnedeus *conſil.*96. *num.*2. *volum.*1. Beccius *conſil.*4. *num.*17. Maceratenſis *lib.*1. *var. reſol.*62. *num.*3. Triuiſanus *dec.*169. *num.*2. Giurba *dec.*80. *à num.*30. vbi plura congerit ad propoſitum, & 52
etiam ſi proueniat à principio iniuſtum, vt latè Salgad. *de reconciliatione Bullarum, p.*2. *c.*2. *à n.*122. & quia quod communiter fit legitime fieri cenſetur *l. certi conditio*, §. *ſi nummos, ff. ſi certum petatur*, & qui facit illud quod cæteri facere conſueuerunt non eſt culpabilis, Bart. *in l. ſi pignore*, §. *fin. ff. de pignor. actione*, Bart. *conſil.*140. *volum.*1. Paul. 53
*conſil.*423. *volum.*1. vbi dicunt, quod conſuetudo excuſat à culpa latiſſimè Antonius Gabriel *lib.*7. *de maleficijs, concl.*8. *num.*29. Tiraquell. *de pœnis temperand. cauſa* 42. & conſuetudo etiam irrationabilis excuſat à pœna, gloſſa *in cap. venerabilis, in verbo migraſſe de conſuetudine*, vbi Petrus An- 54
charanus, idem Ancharanus *conſil.*51. & 283. & plures citat Gabriel *vbi ſuprà, num.*18. qui dicit quod conſuetudo facit licitum quod non erat licitum, ex Romano *in dict. l. certi conditio*, §. *nummos. ff. ſi certum petatur*, & ibi Iaſ. Marſilius *conſil.*90. & *conſil.*100. Bartolus *in d. l. ſi quis ſit fugitiuus*, §. *apud Labeonem, ff. de ædil. edicto*, vbi qui facit actum, qui communiter licitus reputatur, ſi in rei veritate illicitus ſit excuſatur, Gratus *conſil.*93. *colum.*2. *volum.*2. & *conſil.*49. *eodem volum.* Maceratenſis *lib.*3. *reſolut.*41. Card. Tuſch. *lit. P, concl.*280. Giurb. *conſ.*29. *n.*35. & *conſil.*37. *n.*30. & *conſil.*79. *n.*76.

Ergo ſi in aliis Regnis aliorum Principum temporalium practicatur, vt non gaudeant, & in hoc ſtatu noſtri Principis ab immemorabili ſic fuit practicatum, non erit dicendum nunc competere horum militum remiſſionem ſuo Magno Magiſtro, & eius Miniſtris vt ex ſupra probatis clariſſimè conſtat.

Neque dicas, quod ſi hoc eſſet ſequeretur poſſe 55
introduci per conſuetudinem cauſas clericorum cognoſci per Iudices laïcos, non obſtante Concil. Trid. *ſeſſ.*21. *de reform. c.*2. & poſſet dicere ſic facere Regem Hiſpaniarum Siciliæ, ſed hoc abſurdum eſſet dicere: ergo, &c.

Reſpondeo enim, quod Rex noſter Catholicus in Sicilia exercet vtramq; iuriſdictionem etiam ſpiritualem tanquam Legatus à latere in Regno Siciliæ non ex conſuetudine aliqua, ſed ex Priuilegio conceſſo Rogerio I. illius Regni Regi, qui ob eximia beneficia facta in Eccleſiam obtinuit ab Vrbano Papa II. non ſolum titulum Regis Siciliæ, verũ etiam ſingulare Priuilegium, nempè vt deinceps 56
Siciliæ Rex habeat vtrumq; gladium, qui cognoſcit de omnibus cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus tangentibus ad forum Eccleſiaſticum, atq; de cauſis exemptorum tanquam Legatus à latere Sedis Apoſtolicæ vigore dicti Priuilegij, & tam per viam appellationis ab omnibus ordinariis, & Iudicibus exemptorum, quam etiam in prima inſtantia per viam ſimplicis grauaminis ſeu recurſus abſque appellatione, quo grauamine à parte propoſito iudex Monarchiæ retinet totam cauſam in ſuo Tribunali, iuxta immemorabilem praxim etiã poſt Tridentinum *ſeſſ.*24. *de reformat. c.*2. præſeruans primam inſtantiam ordinariis locorum, quia Concilium in hoc non fuit ibi receptum, vt etiam aliqua capita Concilij non fuiſſe ſeruata, Salgadus *de reten. Bullarum*, *parte* 1. *cap.*2. *numero* 114. & *de Regia protectione*, *parte* 1. *cap.*1. *à numero* 131. & *dict. part.*1. *cap.*2. *numero* 133. & 134. vnde aliquibus decretis Concilij Trid. non receptis in aliquibus Eccleſiis Cathedralibus dicit Garſia *p.*11. *de Beneficijs, c.*5. *à numero* 149. *cum ſequentibus.*

Imò

57 Imò Principes, qui obtinent Regalias, vt sunt Domini absoluti ita se habent, quod in quibuscumque constitutionibus generaliter loquentibus contra iura, & Priuilegia nunquam includunt; sed potius excepta, intacta, & præseruata remanent ob eorum prærogatiuam, & excellentiam, *cap. finali de Officio Delegati in 6. cap. ne reliquis de Priuilegijs in 6. cap. solitè de maior. & obedientia*, vt pluribus notat Gonsalez *de alternatiua gl. 24. à num. 155. cum sequentibus*; nam quod speciali nota, & expressè dignum est si sit omissum censetur quasi neglectum *l. item apud Labeonem, §. ait Prætor, ff. de iniurijs, l. eos Cod. de acquæductu l. 11.* quod latè exornat Castillus *de tertijs debitis, cap. 2. à num. 8.* Nam jus Regum est efficacius quocumque alio *l. cum multi, Cod. de bonis quæ liberis.*

58 Quod verò Monarchia Sicilię non sit subiecta, vel reuocata per Bullam Cœnæ defendit post alios P. Enriquez *de Pontificis clauibus, cap. 26. per tot.* vbi ait quod Rex Catholicus non procedit ibi authoritate Laïcali; sed authoritate Apostolica; vndè sic formatur argumentum contrarium si Rex Hispaniæ Priuilegio Monarchiæ vti vellet extra Siciliam non posset; ergo priuilegia Apostolica cõcessa militibus de quibus suprà, sunt localia, vel in aliis Regnis vbi non habuerunt exequutorias litteras, non sunt admittenda, vel vbi per contrariam consuetudinem sunt abrogata, non sunt veneranda.

59 Priuilegium verò Monarchiæ Siciliæ, eiusque authoritas refert à Camillo Borrello *de præstantia Regis Catholici, cap. 71.* concessum enim fuit Rogerio Hormantino tunc Comiti Siciliæ, & Calabriæ, eiusque filiis, hæredibus, & successoribus in perpetuum anno Domini 1099. 3. Nonas Iulij cuius verba ad litteram refert, & latè comprobat, & adducit plures casus qui per Monarchiam ad Sedem Apostolicam fuerunt delati, & ad eamdem Monarchiam per Papam remissi, quos etiam recenset Marius Muta *super Capitula Regni Siciliæ, tom. 3. cap. 35.* Thomas Fazzelus *de Rerum Siciliæ origine, decade 2. lib. 7. cap. 1.* Marianus *de rebus Hispaniæ lib. 10. cap. 5.* Gaufredus Monachus *de rebus Hormantinis in Italia gestis, lib. 4. cap. 29.* Ioseph Carneualius Siculus *lib. 1. Historiæ Siciliæ* Hieronymus Zurita *lib. 3. annalium Aragoniæ, cap. 68.* Franciscus Murolius *in Compendio rerum Siciliæ, lib. 3. fol. 98.*

60 Vigore Priuilegij; ergo non consuetudinis Rex Siciliæ tenet Tribunal Monarchiæ ibi Solorzanus *lib. 3. de jure Indiarum cap. 1. à num. 71. cum sequentibus*, & facta concordia inter Sedem Apostolicam, & Regem Catholicum fuit dispositum, vt scilicet Iudex nominetur à Rege Ecclesiasticus in Sacris constitutus, & nominatio fit independenter à Sede Apostolica, vt fuit Salgadus nominatus à Philippo IV. de anno 1636. scio Card. Baronium *tom. 11. anno Christi 1097. num. 28.* hanc Monarchiam improbare, & rigidis verbis; atque asperis piissimos Reges Hispaniæ, ea augentes increpat, & Bullam Vrbani II. commentitiam, ait, vel adulteratam esse dicit. Sed contra Baronium in hac causa plures doctissimi viri scripserunt, vt Ioannes Beltranus de Gueuara, Iacobus Gordonus *in sua Chronologia* anno 1610. de cuius executione meminit Solorzanus, *lib. 3. num. 78. & cap. 77.*

Vndè à primo ad vltimum pro nostro Principe est respondendum: quia hæc est veritas. Die 25. Nouembris 1663.

DISCEPTATIO CXXII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor an censeatur liberatus ex vi taciti pacti, quando creditor agit per plures annos contra Principalem.*
2 *Articuli proponuntur disputandi in præsenti vsque ad num. 3.*
3 *Tex.* in l. si creditores, Cod. de pactis, *adducitur.*
4 *Tex.* in l. reos Cod. de fideiussoribus, *adducitur.*
5 *Tex.* in l. an in duo, ff. de duobus reis *adducitur.*
6 *Correi discussio qualiter facienda sit.*
7 *Diuisio tertiarum, quando inter duos correos censeatur inducta.*
8 *Discussio suis expensis qualiter facienda.*
9 *DD. auctoritates adducuntur ad propositum.*
10 *Fideiussoris priuilegia plura sunt, & quæ.*
11 *Fideiussor, qui renunciauit excussioni, potest illam petere suis sumptibus faciendam.*
12 *Duenæ auctoritas cum alijs adducitur.*
13 *Tex.* in l. vnde quæritur, ff. commodati, *explicatur.*
14 *Beneficium expensarum correis competens, quodnam dicatur.*
15 *Beneficium correis competens, de quo in præsenti commendatur, & practicatur.*
16 *Canonistarum sententia approbat Beneficium de quo in præsenti.*
17 *Scayni* decisio 85. *reprobatur in præsenti.*
18 *Beneficium expensarum in generali renunciatione non venit.*
19 *Beneficia competentia correis, & fideiussoribus, quo iure sint introducta.*
20 *Beneficia fideiussorum, & correorum an possint renunciari.*
21 *Fabri sententia in rationalibus* in d. l. vnde quæritur *improbatur.*
22 *Excussio an cesset, vbi agitur de bono, & æquo.*
23 *S. C. sequutum alias fuit opinionem quam defendimus.*

ARGVMENTVM.

Exornatur famosus ille tex. in l. vnde quæritur, ff. commodati *cum pluribus concordantibus duobus reis debendi, & fideiussoribus dari Beneficium excussionis fundatur etiam si illi renunciauerint, dummodo propriis expensis velint excutere eum, ad quem pecunia peruenit, quod Beneficium expensarum appellatur, & practicatum dicitur in S. C. contra Antonium Fabrum, Scaynum, & alios.*

PRO

Iosepho Rispolo.

CVM

Hæredibus quondam Hieronymi Tenerelli.

FACTVM.

IOSEPH Rispolus conuentus ab hæredibus quondam Hieronymi Tenerelli vigore pacti executiui pro solutione nonnullarum annatarum decursarum annuorum scut. nouem olim in anno 1606. dict. quondam Hieronymo pro capitali scutorum centum per Vincentium, & Philippum Vozzauotra cum fideiussione, & in solidum obligatione ipsius Ioseph mediante instrumento venditorum ex intrinsecis mediis, aut non teneri, nec posse molestari, aut saltim non sic via executiua, & immediatè conueniendum clarè demonstrabitur.

1 Quia, cum per annos ferè 18. tam dictus quondam Hieronymus, quàm eius hæredes egerint solummodò contra prædictos de Vozzauotra principales debitores pro consequutione prędictorum annuorum scut. 9. & ab eisdem illas exegerit, nullatenus requirendo, nec molestando ipsum Ioseph fideiussorem, & insolidum obligatum fuit provt censetur ex vi taciti pacti liberatus, & à dict. eius obligatione exemptus.

2 Quia ex electione facta prædictorum de Teneriello creditorum conueniendi, & exigendi contra ipsos de Vozzauotra principales, & correos, omissa persona prædicti Ioseph, aut censeri debeat similiter liberatus, & exclusus ab obligatione prædicta, aut saltim debeat expectari exitus judicij per prius moti contra dictos de Vozzauotra ad finem, vt si facta contra illos discussione repertum fortè sit eos non esse soluendo, tunc possint ipsi de Tenneriello dirigere gressus suos contra prædictum Iosephum.

3 Et tandem, quod saltim debeat prius fieri discussio contra præfatos de Vozzauotra principales debitores, & in quorum Beneficium versa fuit pecunia, & vtilitas negotij, & contractus ad eos spectauit, & hoc sumptibus, expensis, & periculo ipsius Ioseph, qui nullam sensit contractus prædicti vtilitatem, provt iam conditionaliter, & successiuè dict. expensas pro effectu prædicto obtulit erogare, & si facta excussione prędicta non poterit dict. hęredibus satisfieri; tunc de proprio soluere, & ad hoc admitti, & si ex instrumento appareat ipsum, & vti fideiussorem, & vti correum Beneficiis in fauorem fideiussorum, & correorum inductis renuntiasse.

4 Quoad primum adducitur 1. *Tex. in l. si creditores, Cod. de pactis*, in quo si creditor plures correos obligatos in solidum habens potens ab vnoquoque ipsorum totum exigere, partem suam ab vno ex eis exegerit, censetur ex tacito pacto illos ab obligatione solidi liberasse. 2. Tex. *in l. liberum, Cod. de fideiussor.* Vbi quamuis creditori fuerit à principio liberum aduersus omnes debitores, seu fideiussores agere, tamen, si super petitione facta contra vnum tantùm ex eis fuerit lis contestata, censetur petitio diuisa, & amplius illa non reintegratur contra alios, qui exceptione taciti pacti apponere possunt, ex *gl. in verb. iuris ratio non patitur.* 3. Tex. *in l. qui semisse, ff. de vsur.* vbi si qui in semissis vsuris erat obligatus, per multos annos, minores quam conuenerat, præstitit, exceptione taciti pacti iuuatur contra hæredem creditoris petentem semisses; respondendo jureconsult. per hæc verba si in exoluendis ex mora vsuris per tanta tempora, mora per debitorem non fuit, posse, secundum ea quæ proponerentur, obstare exceptionem, 4. Tex. *in l. aduersus iuncta l. quamuis, Cod. de vsuris*, vbi aduersus creditorem vsuras maiores ex stipulatu petentem; si probetur per certos annos minores fuisse posteà consequutas datur vtilis pacti exceptio, id est secundum gl. *taciti in verb. pacti* cuius dispositio est in casu prædicto etiam contra Vniuersitates, & Ciuitates, & exemplificando eadem glossa numerum actorum annorum, dicit per decem, vel vinginti vel secundum Azzonem per triennium.

Non obstat Tex. *in l. reos Cod. de fideiuss.* vbi 5
expressis verbis, & in proprio Themate casus nostri, per hæc verba disponitur, scilicet reos principales, vel mandatores simpliciter acceptos eligere, vel pro parte conuenire, vel satis non faciente, contra quem egeras primo, post illum ad alium reuerti, cùm nullus de his electione liberetur, licet, ex quo hęc nostra prima ratio non fundatur in simplici electione creditoris; sed in tacito pacto, quod non ex simplici tantùm electione creditoris; sed in tacito pacto, quod non ex simplici tantum electione oritur, sed amplius, aut ex diuturnitate temporis, aut ex litis contestatione, & similibus fundatur, vt glos. ipsa soluere videtur tàm *in d. l. creditores*, quàm *d. l. reos*, quæ autem sunt circa electionem, in sequenti secundo fundamento per dictum Rispolum propositum congruum est videre.

Quoad secundum licèt prætendi possit, vt sim- 6
plici electione creditoris agentis, vel exigentis ab vno ex correis, nulla præcedente protestatione, alterum correum, & insolidum obligatum liberari æquè, ac si ex acceptilatione eiusdem, & creditoris, ad Tex. qui claris verbis id aperit *in l. cùm duo ff. de duob. reis*, cuius hæc sunt verba, cum duo eandem pecuniam aut promiserunt, aut stipulati sunt ipso iure, & singulis in solidum debetur, & singuli in solidum debent. Ideoque petitione, & acceptilatione vnius tota soluitur obligatio, & & respondendo ad Tex. *in d. l. Reos Cod. de fideiuss.* dicit gl. *in d. l. cum duo in verb. petitione* quod hic electio fuit post litem contestatam, ibi verò posteà, aut hic in judicio ibi extrà judicium, aut hic cum effectu, ibi aliter, & sic cùm in casu nostro, & fuerit super petitione prædictorum de Tenneriello, nedum lis contestata; sed processum vsque ad condemnationem, & litterarum exequutorialium expeditionem, & fuerit dicta electio facta in iudicio, & tandem fuerit cum effectu, qui non est, qui non videat, quod adest, & adfuit, imò fuerit consummatus effectus, cùm nedum per tot annos exactum sit solummodò à prædictis de Vozzauotra principalibus debitoribus continuatis temporibus, posthabito dicto Iosepho Rispolo, verùm etiam vltimo loco ab eis actum sit contra eosdem de Vozzauotra nulla facta protestatione seu reseruatione contra illum, & processum contra ipsos vsque ad terras compulsoriales.

Tamen admittendo pro nunc, citra veritatis 7
præiudicium, solam electionem etiam in iudicio & post litem contestatam, & cum effectu factam

non

non operari alterius correi liberationem nulli dubium erit, quod saltem in hoc casu erit primo loco discutiendus correus taliter electus, & absque vlla protestatione à creditore conuentus, quod proprobatur ex eodem *l. reos, Cod. de fideiuss.* in illis verbis, vel saltem non faciente contra quem egeras primo post illum licet reuerti, idem probat glos. *in d. l. si creditores, in vna ex eius solutionibus* affirmando, quod dicta lex Reus procedit existente alio correo electo non soluenda, & pro hac sententia videatur punctualis decisio, seu diffinitio Antonij Fabr. 7. *sub tit. de fideiuss.* qui pro sua hac resolutione adducit decisionem, *Aff.* 142. per quam decisum apparet, quod agendo creditor sine protestatione contra aliquos & sibi in solidum obligatos, tunc demum sibi præiudicat si ipsi sint soluendo, secus si soluendo non sint, nam hoc casu poterit agere, & habere recursum contra alium, contra quem à principio non fuit actum, aut exactum, asserendo eandem iuris esse dispositionem in creditore petente, & in creditore exigente, & *de dicta decisione* Afflicti mentionem facit Regens Capyc. Latro *decis.* 112. *n.* 11. *&* 12.

8 qui *num.* 25. inductam esse diuisionem etiam respectu tertiarum pro futuris annis affirmat; si ita per plures annos fuerit per creditorem exactum, allegans ad hoc *dict. leg. qui semisses, ff. de vsuris*, & Alciatus *in dict. l. si creditores, Cod. de pactis, num.* 27.

9 Quoad tertium, quia vtilitas negotij, & contractus tota versa fuit in beneficium prædictorum de Vozzauotra, nullam autem consequutus fuit dictus Rispolus correus, & in solidum obligatus: sequitur iuris dispositio in æquitatis ratione fundata, vt possit excipere, quod discutiatur prius alius correus, seu principalis debitor, sed suis expẽsis, & periculo suo, itavt, si facta taliter discussione non poterit super bonis dicti principalis debitoris dictis de Tenneriello satisfieri. Tunc ipse teneatur ex dispositione text. *in l. vnde quæritur, ff. de commod. iuncto* §. *fin. leg.* 5. *eodem tit.* & *in l. cum in plures*, §. *vestimenta, ff. loc. & cond.* Quare quod fideiussor in spẽ, qui vti principalis, & principaliter obligatus cum iuramento, & renuntiationibus auth. *de fideiussor. & de duob. reis*, & omni legum auxilio in beneficium fideiussorum, & correorum introducto possit petere suo sumptu, & periculo excuti principalem debitorem, ad quem pecunia, & vtilitas peruenit pro absoluto, & indubitato affirmat, hánque esse receptissimam DD. sententiam statuit Anton. Merenda *lib.* 1. *controu. iur. cap.* 1. pro qua vltra Bart. *in diuersis locis*, adducit multos alios Doctores *num.* 30. & plus affirmans eorum dicta, & loca diligenter, & sigillatim perpendisse, vt *num.* 1. *per tot.* & Bart. prædictósque omnes alios Doctores loqui in terminis quando scilicet remedium *const. de fideiuss.* & de duobus reis competere non potest fideiussoribus, & eis, qui pro alieno debito se obligauerunt vti principales, & *sub n.* 2.

10 Hanc eandem sententiam pari, & communi voto sequuti sunt infiniti alij Doctores non allegati à Merenda, nempe Anton. Gomez *variar. resol. tom.* 2. *cap.* 12. *num.* 2. qui loquitur in duobus Reis debendi, etiamsi beneficio diuisionis sit renuntiatum ex text. *in d. l. inde quæritur, ff. commod.* & *d. l. cum in plures*, §. *vestimenta, ff. locat.* allegans Bart. *in l.* 3. §. 1. *ff. de duobus reis*, & ibi communiter Doctores, & idem Gomez *in commod. ad leg. Tauri* 61. *num.* 3. *vers. ex qua lege*, asserens ex æquitate posse in solidum obligatum, qui nullam percepit vtilitatem, petere, vt suis sumptibus excutiatur prius principalis, sequitur Emanuel Suarez addens ad Gomez *in d. cap.* 12. *de duobus reis*, allegans nonnullos alios DD. hánque sententiam dicit esse æquitati apprimè consentaneam.

Iacobus Philippus Portius *concluss. comm. vtriusque iuris, lib.* 1. *conclusione sine regula* 41. qui positis diuersis limitationibus, in quibus fideiussor non gaudet eius priuilegiis, seu dubitari potest an gaudere debeat, & an præsertim, si iuramentum, scilicet interueniat, vt in prima limitatione. Item, si se obligat animo nouandi obligationem principalis debitoris, vt in 14. Item, si se obligauit per publicum instrumentum guarentigiatum, vt in 23. Item, si renuntiatum sit beneficio discussionis, vt in 26. Item, si fideiussor sit campsor, vel mercator, vt in 27. Item, si se obligauit pro alio principaliter, vt in 28. Dicit tandem *in limitatione* 33. *vers. Item nota*, quod in omnibus supradictis casibus, in quibus non fit discussio contra principalem debitorem potest fideiussor dicere, quod excutiatur ille, ad quem pecunia peruenit eius sumptibus, & periculo, allegans per hoc Paulum de Castro, Romanum, & alios, & licet in contrarium alleget Bald. & Contardum, tamen Bald. *in dict. l. cum in plures*, §. *vestimenta, ff. locati*, expressè adducit hunc text. pro vno ex correis, ad quem pecunia non peruenit vt possit cogere creditorem, vt agat contra alium, qui pecuniam habuit, sumptibus tamen, & periculo ipsius & dicit esse menti tenendum, quia licèt communiter in instrumentis renuntietur beneficio de duobus Reis, tamen his legibus *dict. l. vnde quæritur*, & *dict.* §. *vestimenta*, non communiter renuntiatur, Contardus verò *in repet. l. diffamari, cap.* 3. *num.* 129. *in ampliatione* 21. clarè etiam loquitur pro fideiussore, ad quem pecunia non peruenit, addendo solum dummodo non difficile sit aduersus tertium experiri; quod non negatur, & neutrum est in casu nostro, nec difficultas prædicta, nec discutiendus est tertius, sed idemmet principalis debitor, Baldus verò *in l.* 1. *C. de conuen. fisc. debitor. lib.* 10. nedum contradicit huic sententiæ, sed magis potius illam confirmat, dum postquam *num.* 16. quæsiuit, an si vnus ex duobus principaliter obligatis, qui verè sit fideiussor, habeat beneficium excussionis, & respondet, quòd non, quia principaliter se obligando excussionis, renuntiasse videatur, quærit immediatè an possit consequi spatium, infra quod possit exigere correũ, qui re vera principalis est: & licèt dicat videri quod non ex *l. pœn. ff. locat.* tamen in contrarium dicit facere text. *in l. fideicommissa*, §. *vltimo, ff. de leg.* 3. & hoc dicit esse notandum: vtraque Baldus hic non tangit quæstionem de excussione concedenda fideiussori, siue correo obligato, qui vtilitatem negotij, non sensit cum temperamento prædicto expensarum, nec mentionem facit *de d. l. vnde quæritur*, & *de d.* §. *vestimenta.*

11

Petrus Dueña *in Regulis vtriusque iuris regula* 335. *limitatione* 19. tam in duobus Reis, quàm in fideiussore, & principali asserens in fine, quòd in casibus, in quibus fideiussor potest conueniri ante principalem, potest ipse fideiussor petere, vt suis sumptibus principalis prius conueniatur, pro quo, vltra Bart. & Bald. alios allegat. 12

Palacius Rubios *in cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. in* 5. *notabili, num.* 4. *ad finem, vers. hinc est etiam*, qui loquitur stante lege, vel statuto quòd creditor agere possit contra principalem, vt fideiussor, qui nullum commodum contractus habuit, sit audiendus, vt principalis prius excutiatur, & conueniatur, & aliter creditorem videretur malitiosè agere, cùm sibi non noceat, & fideiussori 13

ſori proſit, & de hoc fortius, ſi fideiuſſor dicat, quod principalis ſuo periculo, & expenſis conueniatur, & Palacius allegatur, nedum ab Addente prædicto ad Gomeſium, ſed etiam à Petro Duena *locis citatis*.

114 Felician. *de cenſibus, lib. 3. cap. 2. n. 12.* adducens text. *ſupradictos eorumque propria verba, l. vnde quæritur, ff. cõmod. & §. ait Celſus, d. l. 5. ff. eodem.* Hancque exceptionem fideiuſſori, aut correo, qui vtilitatem non ſenſit, etiam aduerſus inſtrumentum guarentigiatum, & licèt ſit renunciatum beneficio diuiſionis, aut excuſſionis competere, cum Gomeſio *d.c. de duob. Reis.*

Roder. *de annu. redd. lib. 2. quæſt. 5. numero* 15. afferens in medio hunc articulum remittit ſe ad Bart. & alios, inter quos Gomez. *in dictis duobus ſuprà citatis locis.*

115 Velaſquez de Auendan. *de cenſib. Hiſpan. c. 94. num. 7.* aſſerens quòd quamvis correi, qui ſimul ſe obligauerunt inſolidum, etiamſi probetur pecuniam in vtilitatem vnius conuerſam fuiſſe, aut etiam expreſsè diuiſionis beneficio renũciauerint, illud perdiderint; aliud tamen quod vocatur beneficium expenſarum habebunt quo ſuis expenſis offerant demonſtrare pecuniam in vtilitatem vnius fuiſſe conuerſam, & vt prius conueniatur is, qui pecuniam recepit, & aliter eſſe ſi huic beneficio expenſarum ſit renunciatum.

116 Rota Gennenſis per Bellonum *dec. 80. num. 4. verſ. ex quibus videbatur*, per quam patet ita fuiſſe deciſum quòd fideiuſſor, aut correus de iure ſit per hoc audiendus, & interim ab obſeruatione iudicij liberandus, & *ſub 8. & in fin.* affirmatur, quòd etſi cõcedatur quem eſſe obligatum, ſiue pro dimidia, ſiue in ſolidum, non propterea ſequitur quod exceptio diſcuſſionis locum non habeat, & ille prius conueniatur ad quem pecunia peruenit, ſi ſumptibus ipſius ille conueniatur, & hanc exceptionem non excludi etiamſi voluerit quis inſolidum poſſe conueniri, & beneficio de duobus Reis renunciet ex mente Baldi *in d. l. vnde quæritur, & d. §. veſtimenta.*

117 Conſiliarius de Bottis *in additione ad Abbatem, in c. 2. de fideiuſſ. incipiente textu eſt verſ. item adde hic*, affirmans quod in omnibus caſibus, in quibus fideiuſſor non poteſt vti beneficio excuſſionis, poſſe dicere excutias prius principalem debitorem ſumptibus meis, & quod facta hac oblatione tenebitur creditor prius excutere principalem ex mente *d. l. vnde quæritur*, Bart. & Paul. de Caſtr. ibi, & Gulierm. de Cun.

Ioannes Baptiſta Hodierna *in dec.* Surdus 308. quæ allegatur per Merendam, hanc eandem diſtinctionem ſequitur *num. 28.* allegans Bart. *in d. l. vnde quæritur*, Rim. *conſil. 402. num. 12.* Mantica *de tacit. & ambigu. lib. 16. tit. 17. num. 43.* & Pyrrum, Maurum Aretinum *de fideiuſſorib. part. 2. ſeſſ. 6. c. 3. n. 200.*

118 Cum itaque ex prædictis ſatis, ſuperque demonſtratum ſit eſſe pro fideiuſſore communem, ac receptiſſimam ſententiam, non eſt curandum de Ioacch. Scayn. *dec. Bonon. 85.* qui ex aduerſo allegatur: Immò ex eius dictis magis dicta ſententia confirmatur, ſiquidem non negatur *in d. dec.* regulam, & communem opinionem eſſe pro fideiuſſore, & quamvis limitari poſſe ait, ſeu potius illam non poſſe habere locum. Primò ſi cum iuramento fideiuſſor ſe conſtituerit principalem, & inſolidum debitorem, *vt num. 16.* Secundò quando nedum renunciatum ſit beneficiis diuidendarum actionum, de duobus Reis, & de fideiuſſoribus: verum etiam omni legum auxilio, *vt n. 18. & 19.* quaſi quòd intelligatur accedente iuramento ſpeciatim in hoc caſu renunciatum etiam huic beneficio excuſſionis cum hoc temperamento expenſarum: tamen quoad primum de iuramento expenſarum ipſemet Soccin. *d. n. 16. verſ. Quia tamen in dict. prædicto non ſubſiſtit.* Nam, vt ipſe dicit, pro regula ſit, vt in omni caſu, quo denegatur fideiuſſori beneficium excuſſionis, indulgendum ſit, cum hoc in tẽperamento ſi ipſe ſc. petat excuti principalem ſuis expenſis, & periculo, & etiam ex DD. ſupra relatorum authoritatibus apparet iuramentum in hoc non obſtare, & contrariam ſententiam eſſe communem, & magis receptam docet Gabr. *lib. 3. commun. opin. ſub tit. de fideiuſſor. concl. 1. num. 47. in fin.* licèt falsò per Scayn. allegetur pro contraria opinione, & ita firmiter, & pro abſoluto habet Ant. Merend. *in eod. c. num. 22. cum ſeqq.*

Quoad ſecundum etiamſi interueniat generalis renunciatio omni legum auxilio quòd neque illa exiſtente priuatum eſſe fideiuſſorem, & inſolidum obligatũ huius beneficij auxilio firmat tam ex plurimorũ DD. authoritatibus, quàm validiſſimis rationibus, idem Merenda *c. 1. à num. 3. vſque ad 21.* contra Baldum, Ronzegallum, Caroc. & Scayn. præd. Præterea cõſiderandum eſt quòd hoc auxilium, quod debent habere fideiuſſores, & correi debendi, qui nullam contractus ſenſerunt vtilitatem, vt offerendo expẽſas pro diſcuſſione prius facienda principalis, qui ſenſit vtilitatem, interim non poſſit moleſtari fundatur in magna, ac rationabili æquitate, ac in iuſta, rectaque conuenientia, quam conſiderantes Iureconſ. reſpondent pro talibus correis, & inſolidum obligatis: vnde dici poteſt quod non ex lege, aut ex illius aliqua diſpoſitione hoc ſit inductum in auxilium plurium correorum debendi, ſed ex mera æquitate non ſcripta, quam conſiderantes iuſto, ac relegato affectu Iureconſult. pro his reſponderunt, vnde ex non ſcripta, ſcripta poſt modum affecta eſt, & ſic renunciatio omni legum auxilio non poteſt, nec debet ſe extendere ad hoc beneficium, quod non leges, aut aliquæ ſpeciales ſanctiones introduxerunt, ſed ipſa æquitas naturalis. 119

Beneficia verò excuſſionis pro fideiuſſore, & diuiſionis pro correis introducta ſunt, poſt modũ per nouas conſtitutiones Imperatorum, & Iureconſult. penitus incognitas, ſed illi ſola æquitatis ratione pro correis, & duobus Reis debendi, qui vtilitatem non ſenſerunt, reſpondi. Neque enim in caſibus *d. l. vnde quæritur, & d. §. veſtimenta*, conſiderari poterant termini excuſſionis, cuius beneficium competit ei, qui alienam ſuſcipit in ſe obligationem: nam verè in caſibus dd. ll. erant duo Rei principaliter, & æquè debendi, & pro ſuis, & non alienis negotiis obligati, etſi aliquod beneficium ex his conſiderari potuit, fuiſſet beneficium diuiſionis, quod, neque fuit, nec eſſe poterat in mente Iuriſconſultorum, nam verè erant duo Rei debendi æquè de per ſe obligati ex intrinſeca natura ipſiuſmet contractus commodati ſc. & locati, de quibus in Textibus præcedentibus. 120

Quare non mirum, ſi affirmaretur huic auxilio, neque ſpecialiter poſſe renunciari, vt idem Merenda tangit *num. 17.* & in hoc fundatum eſſe fas eſt dicendum deciſionem S. R. C. relatam per eundem de Marinis *quotid. reſolut. cap. 191.* in cauſa Magni Cancellarij huius Regni cum hæreditate Cardinalis Columnes, & licèt d. Marin. non fecerit mentionem in caſu prædicto adfuiſſe renunciationem cum iuramento: tamen viſo per 121

nos.

nos originali processu causæ prædictæ repertum est, quod dictus Cardinalis, qui susceperat alienam obligationẽ in promittendo dotem dict. Magno Cancellario pro D. Portia Columna eius nepte, interuenit etiam suo proprio priuato principali nomine, & in solidum *fol.* 7. cum renunciatione nedum auth. præsenti *C. de fideiuss. l. de primo, & principali conueniendo* Beneficio diuisionis, Epistolæ Diui Adriani, nouo juri authenicæ sed *in ſpem l. Superiore* de qua agimus; vnde quæritur *ff. commod. & omni legum auxilio, tom.* 9. *litt. A, in fin.* Decisio autem in causa prædicta in Beneficium hæredis Cardinalis legitur *fo.* 188. 197. à ter. & 589. Quasi quod hæc dispositio sit nedum æquitati; sed etiam juri publico consona.

22 Neque curandum est de Antonio Fabro in suis Rationalibus *in 3. part. pandectarum, lib.* 13. *tit.* 6. *ad d. l.* vndè quæritur, qui more suo, & contra Bart. & communes opiniones sæpissimè inuehit; nam, vt est apud eum videre, sua opinio fundatur in hoc quod scilicet repugnet naturæ obligationis correorum, quæ vnumquemque ipsorum obligat in solidum ex propria, non ex alterius persona. Et insuper assumit non esse verum quod pro fideiussore sit habendus is ex correis, ad quem pecunia non peruenit, quæ motiua; cum nullius sint momenti, meritò firma remanere debet dict. communis sententia pro fideiussore seu correo, ad quem pecunia, siue vtilitas non peruenit verè, & in substantia fideiussor est; cùm fideiussor is esse definiatur, qui alienam in se suscepit fidem, principali nihilominus remanente obligato Hostiens. *in summ. tit. de fideiuss.* & Sebastian. Medices *in tract. de definitionib. part.* 2. *diff.* 60. & quamuis principaliter, & in solidum se obliget cum renunciationibus, non per hoc quod est in substantia, & rei veritate mutatur; sed tenebitur in solidum, & vti correus principalis: quia se huic obligationi, & si fit fideiussor, se submisit, & quamuis pecunia ad eum non peruenerit, & hæc obligatio nullo modo potest efficere, vt quod non fuit, fit: vnde veritatem agnoscendo, quia talis fideiussor, seu correus in solidum obligatus non habuit vtilitatem contractus, lex, & æquitas illum iuuat dict. exceptione excussionis cum temperamento prædicto, & hac de ratione, etiam non facta mentione oblationis expensarum pro facienda excussione contra verum principalem, fuit Senatui Pedamontano visa, & etiam amplexa hæc sententia vti æquior, & magis communis etiam stante juramento, cum generalibus renuntiationibus; vt per Thesaur. *decis.* 166. aliud verò, & primum motiuum nec similiter; nam nullo modo alteratur natura obligationis insolidum correorum, annon illa prius præsupposita deciditur ex æquitate tamen prædicta, quæ est contra juris pen. rigorem, quod principalis, ad quem vtilitas peruenit discutiatur prius sumptibus, & periculo alterius correi, qui nullam sensit vtilitatem, & in tantum hoc est verum quod reperto principali præd. non soluendo eius sumptibus; ille vti à principio, & vti correus obligatus exigetur à creditore, quod totum æquitati petitæ attribuitur, & æquè principaliter sumptibus, & expensis, quæ pro discussione facienda offeruntur.

23 Non obstat denique si allegetur, ac dicatur quod excussio cessat, vbi proceditur de bono, & æquo, ac sola veritate facti inspecta; nam contrarium est verius, cum hæc discussio, & tanto magis, quando offertur fieri sumptibus, & periculo fideiussoris fundatur; vt dictum est in æquitate; vt resolutum fuisse per dictum senatum Pedemontanum refert idem Thesaur. *decis.* 52. *num.* 6. *vers.* verum etiam in casu quo fideiussor se principalem constituerit debitorem, vt in alia *dict. decis.* 166. *nu.* 2. *in fine.*

Hancque sententiam nulli dubium esse debet 24
quin S. nostrum Consilium non amplectetur, etiam si leges, & tot Doctorum authoritates non adessent; cum æquitati, cui ex sui natura, & instituto dictum S. C. semper studet, & inclinat, sit fundata, & cui alias vt dictum est, in casu prædicto Cardinalis Columnæ adhæsit, & hoc tantò libentius cùm inter tot, & tantos D D. qui dictam sententiam amplectuntur sensi qui proprios tractatus *de fideiussoribus* composuerunt, vt Marsil. *num.* 65. Franc. *cap.* 4. *num.* 174. & *cap.* 5. *num.* 171. & 179. Anton. Herinc. *cap.* 27. *part.* 1. *num.* 196. Petr. Heigius *part.* 1. *quæst.* 37. *num.* 9. Pyrrus Maurus Aretinus *sess.* 5. *cap.* 3. *n.* 200. *limitatione* 39. & vltra Cardinalem Manticam *de tacitis, lib.* 16. *tit.* 17. *num.* 43. hoc idem sequitur Gallezanus *in alio proprio tractatu de renuntiat.* 74. *cent.* 1. *num.* 12.

DISCEPTATIO CXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua dubitatur.*
2 *Distributiones quotidianæ, qualiter sic dicantur.*
3 *Distributiones aliæ separatæ à Præbendis, aliæ non.*
4 *Distributionum triplex genus, secundum aliquos.*
5 *Distributionum Genus in massam communem redactorum, quale sit.*
6 *Distributionum Genus fructuum grossorum quale sit.*
7 *Distributionum proprium Genus quale sit.*
8 *Distributiones quotidianæ, cur ita dicantur.*
9 *Distributiones quotidianæ, qualiter definiantur.*
10 *Distributiones quotidianæ solent appellari manualia Beneficia, & quare.*
11 *Distributiones propriè Ecclesiastica Beneficia dici nequeunt.*
12 *Redituum appellatione non veniunt distributiones quotidianæ.*
13 *Distributiones non veniunt appellatione fructuum.*
14 *Distributiones veniunt appellatione fructuum interdum, & quando.*
15 *Distributiones non restituit condemnatus ad fructus restituendos.*
16 *Distributiones an veniant nomine fructuum, ad sciendum verum valorem Beneficij.*
17 *Distributiones quandoque veniunt nomine fructuum, & quando, vbi latissimè.*
18 *Distributiones quotidianæ vbi non sunt Trid. decernit, vt constituantur.*
19 *Distributionum Canonicus est verus Dominus.*
20 *Interesse, præsentem esse, & absentem qualiter differant in jure.*
21 *Residentia Parœci differt à residentia Canonici.*
22 *Residentia Parœci est de jure diuino, à qua nulla consuetudo contraria excusat.*
23 *Parœcus non satisfacit suæ obligationi alium substituendo pro Officio.*
24 *Parœci absentia permittitur per bimestrem cum licentia Episcopi.*

25 *Canoni*

25 *Canonicus poteſt pernoctare extrà Diœceſim, dum modo ad horas ſe conferat.*
26 *Diſtributiones abſentium illis accreſcunt, qui ſunt intereſſentes verè, non fictè.*
27 *Textus* in cap. vnico verſ. ſtatuimus de Clericis non reſid. in 6. *explicatur.*
28 *Trid.* ſeſſ. 21. de reform. cap. 3. *qualiter procedat*, & ſeſſ. 24. cap. 12.
29 *Franciſci Ciccoperij locus* lib. 2. num. 168. *adducitur ad propoſitum.*
30 *Abſens ex cauſa legitima reputatur præſens in choro, & hæc eſt priuilegium ſtricti juris.*
31 *Synodus Auerſana illa Vrſini* fol. 157. *adducitur.*
32 *Dictio (verè) quid ſignificet, & qualiter ſumatur.*
33 *Diſtributiones abſentium applicantur intereſſentibus, & qui ſint.*
34 *Garziæ locus*, part. 3. cap. 2. n. 465. *adducitur.*
35 *Barboſæ locus* de Canonicis, cap. 22. num. 18.
36 *Eſcobar locus* de horis Canonicis, num. 212. *adducitur.*
37 *Caſtro Pal. locus* t. 2. diſ. 3. p. 8. n. 8. *adducitur.*
38 *Textus* in cap. conſuetudinem de Clericis non reſidentibus in 6. *ponderatur.*
39 *Conſuetudo nihil operatur in propoſito caſu, & quare.*
40 *Conſuetudo: vt abſens lucretur diſtributiones quando valeat.*
41 *Conſuetudo: vt occupati ad computa reddendenda, vel accipienda lucrentur diſtributiones valet.*
42 *Conſuetudo valet: vt Clericus ſenibus dentur diſtributiones quotidianæ.*
43 *Conſuetudo: vt ſeruitium* 40. *annorum liberet à reſidentia, an valeat.*
44 *Conſuetudo: vt diſtributiones dentur certis horis intereſſentibus an valeat.*
45 *Conſuetudo: vt Clericis ab Eccleſia recedentibus, habeant diſtributiones, an valeat.*
46 *Conſuetudo: vt Canonicus miſſus à capitulo habeat diſtributiones, an valeat:*
47 *Conſuetudo, vt dentur abſentium diſtributiones, non intereſſentibus Officio an valeat.*
48 *Conſuetudo dandi diſtributiones abſentibus qualiter valeat.*
49 *Specialia ſimul concurrere non poſſunt.*
50 *Canonicus ſi ſit Auditor Rotæ Romanæ lucratur diſtributiones quotidianas.*
51 *Canonicus Cappellanus Papæ fructus ſolum lucratur, non diſtributiones, niſi aliud ex conuentione promiſſum ſit.*
52 *Canonici Miniſtri Sancti Officij lucrantur diſtributiones.*
53 *Canonici Collectores, vel ſubcollectores gaudent diſtributionibus.*
54 *Canonicus pœnitentiarius lucratur diſtributiones, dum audit Confeſſiones in Eccleſia.*
55 *Et id procedit etiam dum ſtat in Confeſſionario expectando pœnitentes.*
56 *Pœnitentiarius ſi extra Eccleſiam audiat Confeſſiones, non lucrabitur diſtributiones.*
57 *Canonicus Pœnitentiarius præſumitur præſens, dum Litaniæ cantantur in choro, vel per Eccleſiam, aut per Vrbem.*
58 *Canonico Pœnitentiario ſubrogatus gaudet priuilegio ſubrogati.*
59 *Canonicus habens præbendam Theologalem gaudet diſtributionibus, dum legit &c.*
60 *Canonicus præbendatus Theologus, ſi non eſt præſens ad matutinum facta Concione, an lucretur diſtributiones.*
61 *Conſuetudo an toleranda: qua Canonicus Theologus per octo dies ante lectionem poteſt abeſſe à choro.*
62 *Canonicus Theologus non poteſt ab eſſe, ſi alterum ſubſtituat.*
63 *Canonicus legens in aliqua vniuerſitate fructus ſuos facit, etiam ſi legat jus Ciuile publicè.*
64 *Parœcus legens in aliqua vniuerſitate facit fructus ſuos.*
65 *Canonicus, vel Parœcus legens facit fructus ſuos, ſi legat in aliquo ſtudio vtiliter.*
66 *Canonicus legens in ſtudio vtiliter fructus ſuos facit, etiam ſi gratis legat.*
67 *Canonicus ſtudens lucratur fructus, & non diſtributiones.*
68 *Canonicus ſtudens Theologiam, vel jus Canonicũ lucratur fructus quid de ſtudente jus ciuile.*
69 *Canonicus ſtudens, vt fructus lucretur pro maiori parte anni debet eſſe in vniuerſitate.*
70 *Canonicus ad ſtudium debet habere licentiam ab ordinario.*
71 *Epiſcopus an teneatur dare licentiam Canonico volenti ſtudere.*
72 *Parœcus non poteſt abeſſe cauſa ſtudij.*
73 *Epiſcopus vſque ad ſeptennium poterit cauſa ſtudij pro Theologia, & quinquennium pro ſacris legibus, dare licentiam.*
74 *Canonicus miſſus ad vtilitatem propriæ Eccleſiæ gaudet diſtributionibus.*
75 *Canonicus pro vtilitate alterius Eccleſiæ non poteſt abeſſe.*
76 *Canonicus abſens in vtilitatem Eccleſiæ vniuerſitatis gaudet diſtributionibus.*
77 *Canonicus abſentes ob euidentem Eccleſiæ vtilitatem fruitur diſtributionibus.*
78 *Canonicus abſens ob dubiam vtilitatem fructibus & præbenda gaudere debet.*
79 *Canonicus ob leuem cauſam fructus, & diſtributiones amittit.*
80 *Canonicus miſſus ab Epiſcopo ad limina lucratur diſtributiones idẽ ſi mittatur à Capitulo.*
81 *Canonicus cum Epiſcopo ad limina abſens gaudet diſtributionibus ſecus ſi à non proprio Epiſcopo.*
82 *Parœcus miſſus ad limina non lucratur diſtributiones.*
83 *Canonicus miſſus ad Concilium generale, vel Prouinciale percipit diſtributiones.*
84 *Canonicus miſſus, vt legatus ad Papam, vel alium Principem gaudet diſtributionibus.*
85 *Canonicus, ſeu Capitularis Vicarius, dum, Sede Epiſcopali vacante, abeſt, lucratur diſtributiones.*
86 *Vicarius Epiſcopi ſi ſit Canonicus non lucratur diſtributiones quotidianas.*
87 *Canonicus viſitans iura Eccleſiæ gaudebit diſtributionibus quotidianis.*
88 *Canonicus occupatus ad computa videnda gaudet diſtributionibus quotidianis.*
89 *Canonicus non lucratur diſtributiones, ſi confiteatur tempore recitationis.*
90 *Etiam ſi celebret, vt ſatisfiat oneri Cappellaniæ.*
91 *Canonicus habens curam animarum ſi tempore Officij illam exercet gaudet diſtributionibus.*
92 *Canonici examinatores Confeſſorum fructus lucrantur, ſed non diſtributiones.*
93 *Canonicus deſtinatus ab Epiſcopo ad Hoſpitalia viſitanda gaudet diſtributionibus quotidianis.*
94 *Canonicus in ſeruitio Epiſcopi fructus ſuos facit, ſed non diſtributiones.*
95 *Quod limitatur dupliciter.*

96 *Canonici assistentes Episcopo solemnitate celebrantes, gaudent distributionibus.*
97 *Canonicus inseruiens Legato Papæ, an gaudeat.*
98 *Canonicus inseruiens Regi, vel Supremo Principi, an gaudeat distributionibus.*
99 *Canonicus à Principe seculari electus à Ciuitate lucratur distributiones.*
100 *Canonicus infirmus graui infirmitate percipit distributiones.*
101 *Leuis infirmitas non excusat.*
102 *Causata infirmitas data opera etiam excusat.*
103 *Canonicus Infirmus habetur pro præsente in choro, quando sanus ire solebat ad chorum.*
104 *Canonicus ire solens ad primam tantum, ab ea excusatur infirmus.*
105 *Infirmus mutans propositum eundi, an gaudeat &c.*
106 *Canonicus infirmus extra suam residentiam, an lucretur distributiones.*
107 *Canonicus accedens ad Balnea gaudet distributionibus quotidianis.*
108 *Canonicus aërem reassumens post cantum, illas lucratur.*
109 *Canonicus valetudinarius è domo non egrediens lucratur easdem.*
110 *Canonicus ad hospitem recipiendum, vel barbam radendam gaudet distributionibus, licet aliàs posset facere.*
111 *Canonicus ob podagram excusatur à choro, & lucratur distributiones.*
112 *Canonicus si ob debilitatem crurium non potest ire ad Ecclesiam excusatur.*
113 *Canonicus octuagenarius excusatur à choro.*
114 *Senio confectus quando dicatur.*
115 *Canonicus ob seruitium quadraginta annorum à choro, an excusatur.*
116 *Canonici à quibus oneribus fiant exempti ob longissimum seruitium.*
117 *Senes quando excusantur à jeiunio.*
118 *Milites veterani quando excusentur, & à quibus muneribus.*
119 *Canonicus Cæcus an excusetur à choro, & quid de Surdo.*
120 *Canonicus Raucus gaudet distributionibus quotidianis.*
121 *Canonicus nõ totaliter surdus tenetur ad chorũ.*
122 *Canonicus absens ob corporalem necessitatem gaudet distributionibus.*
123 *Canonicus impeditus ire ad Ecclesiam, gaudet distributionibus quotidianis.*
124 *Canonicus iniustè carceratus, vel exiliatus lucratur distributiones.*
125 *Canonicus iustè carceratus non lucratur distributiones.*
126 *Canonicus crimine non probato retentus in carcere habet distributiones.*
127 *Canonicus iustè excommunicatus non habet distributiones.*
128 *Capitulum denegat distributiones Canonico excommunicato.*
129 *Canonicus si fame pereat in excommunicatione, non est alendus.*
130 *Canonicus iniustè excommunicatus, est alimentandus.*
131 *Canonico, cui iustè denegatur absolutio, denegabuntur alimenta.*
132 *Canonicus excommunicatus iustè, an possit interesse diuinis.*
133 *Canonicus excommunicatus an ex consuetudine lucretur distributiones.*
134 *Canonicus suspensus ob Officio non lucratur distributiones.*
135 *Canonicus suspensus à Beneficio an lucretur fructus suos.*
136 *Canonicus suspensus priuatur distributionibus, sed non alimentis.*
137 *Canonicus suspensus ob contumaciam habere non debet alimenta.*
138 *Canonicus interdictus ab ingressu Ecclesiæ, an lucretur distributiones.*
139 *Canonicus tempore cessationis à diuinis, an lucretur distributiones.*
140 *Canonicus depositus, vel degradatus verbaliter, non habet distributiones, & quid de alimẽtis.*
141 *Canonicus depositus, vel realiter degradatus qualiter sit tractandus.*
142 *Distributiones quotidianæ ob culpam aliis non debitæ, quibus accrescant.*
143 *Distributiones acrrescere alijs Clericis, qui interfunt quis dixerit.*
144 *Trid. decretum* sess. 22. cap. 3. de reform. *quid disponat?*
145 *Trid. decret.* de quo suprà *qualiter intelligatur.*
146 *Nauarri opinio qualis in hac quæstione.*
147 *Trid decretum de quibus distributionibus intelligatur.*
148 *Canonicus an possit alteri condonare distributiones amissas.*
149 *Canonicos posse abesse per tres menses à Capitulo.*
150 *Canonicus absens per tres menses quando lucretur distributiones.*
151 *Canonicus qui accepit possessionem in medio anni, non habet tres menses absentiæ.*
152 *Canonicus, qui toto ferè anno abest à choro, an possit tres menses accipere.*
153 *Canonicus qui malè vtitur tribus mensibus, an teneatur restituere.*
154 *Canonicus, vt absit per tres menses, non requiritur licentia Ordinarij.*
155 *Canonicus vltra trimestrem non poterit abesse etiam cum licentia Episcopi.*
156 *Canonicus simul abesse eodem tempore non permittitur.*
157 *Canonicis prohibere potest Episcopus ne absint infestiuitatibus solemnioribus.*
158 *Canonicus Pœnitentiarius tenetur in Paschate, natali, &c. assistere.*
159 *Canonicus factus in medio anni, an possit abesse pro vtroque per sex menses.*
160 *Canonicus factus in medio anni poterit abesse per annum cum dimidio.*
161 *Canonicus datus in obsidem lucratur distributiones quotidianas.*
162 *Canonicus absens ex legitima causa lucratur distributiones quotidianas, candelas &c.*
163 *Canonicus absens, quando manuales eleemosynas lucratur.*
164 *Canonici procuratores Capituli recipientes mercedem, non lucrantur distributiones.*
165 *Canonicus Procurator Capituli, mediante salario non lucratur distributiones.*
166 *Canonicus pro vtilitate Ecclesiæ absens lucratur distributiones, nisi habeat salarium.*
167 *Canonici absentes in seruitio Cardinalis Legagati non lucrantur distributiones.*
168 *Canonicus absens pro alienis negotijs, quid lucretur.*
169 *Canonicus Præfectus Sacristiæ, quid lucretur.*
170 *Canonicus computa videns, dum horæ Canonicæ recitantur, lucratur distributiones, nisi mediante salario id fiat.*
171 *Canonicus in prima dignitate non potest à choro abesse, etiam pro seruitio Episcopi.*

172 *Canonicum primæ dignitatis abesse non debere, & qualiter.*
173 *Canonicorum decentia in choro qualiter laudanda.*
174 *Canonicus chori Magister, quid facere debeat, & an peccet non corrigendo, & an teneatur ad restitutionem si alius accipiat distributiones non debitas.*
175 *Canonicus silentiarius, & punctor quid agat in choro.*
176 *Canonicus à choro exiens, dum diuina celebrantur, quid agere debet.*
177 *Canonicus exiens à choro qualiter, & à quo licentia petat.*
178 *Canonicus Iustâ causâ deserens. p. m. & an teneatur ad restitutionem.*
179 *Canonicus punctator, qualiter eligendus.*
180 *Canonicus organista an lucretur distributiones dum organum canit.*
181 *Canonico capitali & collegiatæ eam intrante pulsantur organa.*
182 *Canonicus Collegiatæ electus in dignitate vacante Cathedralis, an lucretur distributiones collegiatæ suæ.*
183 *Canonicus Vicarius Capituli reputatur præsens, & lucratur distributiones quotidianas.*
184 *Canonicus, qui alteri confitetur, an habeat ius præsens ad distributiones quotidianas.*

ARGVMENTVM.

Distributiones quotidianæ quales sint, earumque diuisio proponitur, & cur ita dicantur, an sint Beneficia, & an veniant appellatione reddituum, fructuum, & ad quem effectum vti fructus considerantur, & quando Episcopus eas debeat facere, si non existant; Canonicum esse verum earum Dominum ostenditur. Dari differentiam inter interessentem, præsentem, & absentem ostenditur, & qualiter residentia Paræci differat à residentia Canonici; absentium distributiones solis interessentibus verè accrescunt, & qualis consuetudo in hac materia approbetur; Canonicum Auditorem Rotæ, Cappellanum Papæ, Ministrum Sancti Officij, collectorem, vel subcollectorem, Pœnitentiarium, Theologum, præbendatum legentem &c. distributiones suas facere ostenditur, & quando, Canonicum studentem fructus facere suos, & non distributiones probatur, & in quo studio, cuius licentia, & an possit ea denegari, & pro quo tempore concedenda. Canonicum absentem pro vtilitate Ecclesiæ lucrari distributiones, & quando, & quid de misso ad limina, & quid de eunte cum Episcopo, Canonicus Vicarius quando lucretur distributiones, & quid de eodem confitente alteri peccata sua, vel celebrante, & quid de occupato ad computa, & quid de examinatore Synodali, & quid si seruiat Regi, vel Supremo Principi, & quid si à Ciuitate deiectus sit à Principe seculari, infirmum Canonicũ lucrari, ostenditur distributiones, & quando, & quid de carcerato, excõmunicato, suspenso, degradato, vel quid de cæco, muto, vel surdo, & quando eidem sunt alimenta danda; distributiones ob culpam Canonico denegatæ, cui applicantur, & in absentia per tres menses lucratur distributiones, & quando ei talis absentia prosit, & quando non permittatur, & quid si pro Capitulo interuenit mediante mercede, & quid de Sacristiæ Præfecto, vel organista, & qualiter in choro stare debet, & quando punctetur per Punctatores.

P R O

Canonicis interessentibus Diuinis Officiis,

C O N T R A

Impeditos, & non obligatos ad Chorum.

A N

Vltra lucrum suarum distributionum, lucrentur etiam partes absentium.

F A C T V M.

ADexornatum Trid. *loci sess. 24. cap.* 1
12. & 25. & 23. *cap. 2.* & Synodi Auersanæ sub D. Petro Vrsino de anno 1594. *in tit. de iis, quæ* ad capitulum *pertinent fol.* 157. *vers. absentium.*

Supponitur in Auersana Cathedrali, sub Eminentissimo D. meo Carolo Carrafa fœliciſſimo Regimine existente, ac sub eiusdem, & suorum antecessorum commendatione gloriatur quam maxime, adesse Canonicos, quorum fructus certi non sunt, sed ex distributionibus debentur quotidianis, & quia sunt aliqui Canonici absentes,

qui

qui non lucrantur distributiones, sed illis accrescunt, qui choro inseruiunt, alij sunt, qui sunt infirmi, & alij legitimè impediti, qui lucrantur tales distributiones pro suis personis, quæritur nunc, vtrum portiones absentium accrescant, non solum illis, qui choro verè inserviunt, sed etiam illis, qui ob infirmitatem non adsunt, quod est quærere, vtrum infirmus non solum non amittat portionem suam, sed etiam lucretur portiones absentium. Pro huius quæstionis intelligentia.

2 Suppono primò, distributiones quotidianas dici illas, quæ iuxta cuiuscunque Canonici merita, ac labores, & qualitatem distribuuntur, quia distribuere, est suum, cuique tribuere *l.1.ff.fam.hercis.* & sunt diuisæ, nam quædam non distinguuntur à Præbendis, sed funguntur vice præbendarum, vt sunt distributiones illarum Ecclesiarum, quarum fructus omnes in communi reponuntur, & singulis diebus Canonicis præsentibus distribuuntur, pro victu, de quibus loquitur textus *in cap. olim, de verb. significatione*, Decianus *consil.43. num.13. volum.1.* Menoch. *consil.436. num.25.* Antonius Fabritius *in praxi beneficiaria, lib.2.tit.5. de præbendis, earúmque fructibus, num.18.& 19.*

3 sunt aliæ distributiones à præbendis separatæ, atque distinctæ, quales sunt distributiones illarum Ecclesiarum, in quibus Canonici certas habent præbendas, & propterea quotidianas distributiones, quæ dantur interessentibus diuinis Officiis tales appellantur, de quibus agitur *in cap.finali, de rescriptis, in 6.& in cap.vnico, de Clericis non residentibus, in 6. cap.fin.de conceff. præbend.in 6.* Parisius *consil.32.num.7.& consil.34. num.4.* Couar. *lib.3.variar. cap.13.n.13.* Decius *consil.69. vol.1.* & *consil.41. num.4.volum.5.* Monaldus *consil.27. num.4. vol.1.* Gallettus *in Margarita casuum conscientiæ, in verbo distributiones, il* 1. Bartholomæus à S. Fausto *de horis Canonicis, lib.3. quæst.1.* aliæ non sunt separatæ à præbendis, &c.

4 Stephanus autem VVamesius ad Constitutiones ex iure antiquo desumptas, & per Concilium Tridentinum speciatim innouatas, *Constitutione 11. à num.6.* distinguit triplex distributionum genus.

5 Primum est, quando præbendæ non sunt distinctæ, hoc est quando bona omnia adhuc sunt communia, itavt ex illis adscribatur singulis Canonicis, & beneficiatis aliqua certa portio, in cibo, & potu, & aliis alimentis, ita quod non singulis diebus distribuantur, sed fiat aliqua separatio ex bonis communibus pro singulis annis, vel singulis semestribus, quod genus distributionum, magis est, adinstar præbendæ, & inter grossos fructus solet computari, ideoque facilius conceditur etiam illis, qui ex aliqua peculiari, & priuilegiata causa absunt, & personaliter non residet.

6 Secundum est, quando præbendæ sunt quidem distinctæ, sed bona adhuc communia, & indistincta, ex quibus distributiones dantur, vel singulis hebdomadibus, vel singulis mensibus, illis solum, qui residet, vel pro residentibus habentur in pane, & vino, in pecunia, vel in alia pace, & istæ etiam habentur, & connumerantur inter grossos fructus præbendæ, & accedunt etiam absentibus priuilegiatis.

7 Tertium est, quòd singulis diebus, vel etiam singulis horis distribuuntur portiones in pecunia, victu, potu, vel alia specie, illis tantum, qui personaliter præsentes sunt, in Officiis diuinis, quæ quidem verè, & propriè distributiones quotidianæ dicuntur cum illas, solum præsentes lucrentur, Barbatus *de diuisione fructuum, part.1.cap.15.n.3.* qui ait connumerari inter distributiones morticina, & anniuersaria defunctorum *cap.vnico, in fine, de Clericis non resid. in 6.* & connumerantur illæ, de quibus habetur in Extrauaganti *cum nonnulla 1.& 2. sub titulo de præb.& dignit.* inter communes, certam quantitatem panis, & vini, & quandoque certa quantitas bladi, vel certa summa pecuniæ, quæ dantur in aliquibus Ecclesiis, in quibus non sunt destinati præbendæ, licet certus sit numerus Clericorum, ac distinctus inter quos sunt omnia communia, sed ex communibus datur singulis diebus, hebdomadis, aut mensibus singulis Clericis, siue beneficiatis præsentibus, in locis suarum Ecclesiarum, quamuis non interfint horis, vel Officiis diuinis, quinimò etiam absentibus causa studij, aut aliter absentibus de licentia Capitulorum Ecclesiarum, & tandem inter eas enumerant omnia illa, quæ diuiduntur, ac distribuuntur præsentibus tantum, ac illis, qui interfunt, certis factis, & piis actionibus, qualia sunt mortuaria, & anniuersaria defunctorum *d.cap. vnico, de Cleric. non resid.in 6.*

Dicuntur quotidianæ, vel quia quotidie distri- 8
buuntur, illis, qui quotidie horis Canonicis, diuinisque Officiis interfunt, quasi quotidianum, & diuinum stipendium, seu denarij diurni, vt dicunt Couar. *d.cap.13.* Moneta *de distributionibus quotidianis, part.1. quæst.1. à n.9.* Genedus *quæst.can. lib.1. q.1.* Stephanus VVanesius *vbi suprà, n.50.* Azorius *p.2. lib.7. c.7.* Bartholomæus à S. Fausto *lib.3. quæst.1.*

Definiuntur diuersimodè distributiones, sed 9
propriè dicuntur stipendia quædam personalia, quæ ex redditibus Ecclesiæ (præter præbendam, aut portionem certam pro beneficio competentem) Canonicis, seu Clericis Cathedralium, & aliarum Ecclesiarum Collegiatarum, diuinis Officiis interessentibus, pro diuino Officio tribuuntur, quæ etiam solent appellari mannalia benefi- 10
cia *dict.cap.olim*, & *cap.vnico, de Clericis non residentibus, in 6.* Petrus Gregorius *lib.15. symptomatum, cap.23. num.22. cum seqq.* siue quia ad manum dandum illis, qui diuinis Officiis interfunt, vt bene Duarenus *de Beneficiis, lib.7. cap.4.* siue quia pendent, & tribuuntur à manu eas distribuente illis duntaxat, qui Ecclesiis inseruiunt, & pro ratione seruitij, vt bene Stephanus Durante *de ritibus Ecclesiæ, lib.3. cap.15. num.3.* quem citat Moneta *part.1. quæst.2. n.15.* Barbatus *vbi suprà,* 11
num.9. & tales distributiones propriè Ecclesiastica beneficia dici non possunt, vt bene Doctores apud Barbosam *de appellatina verborum appellatina 173. num.4.* & *appellatione reddituum beneficij*, non ve- 12
niunt distributiones, vt habetur *in cap.licet, de præbendis*, ibi prouentus suos Ecclesiasticos faceretis integrè ministrari, nolumus tamen: vt quotidianas distributiones percipiant, *cap.2. de priuilegiis, in 6.* Barbosa *de appellatione verborum, appell.251.* Bartholomæus à S. Fausto *lib.3. quæst.4.* Sanctarellus *variarum quæst.6. num.14.* & nec ve- 13
niunt appellatione fructuum, sicut habetur in Trident. *sess.24. de reformatione, cap.12. vers. præterea*, Barbatus *vbi suprà, num.17.* nisi quando om- 14
nes fructus consistunt in distributionibus, Riccius *part.6. collect.2437.* Vasquius *de benefic. cap.10. §.3.* Macignus *de distributionibus quotidianis, c.71. num.4.* Faustus *lib.3. quæst.3.* Sanctarellus *quæst.6. à num.6.* propterea videmus, quod condemnatus ad 15
restituendos fructus perceptos, & percipiendos, vt violentus possessor, non tenetur restituere distributiones quotidianas, Verallus *dec.29. part.2.* Lotterius *de Beneficiis, lib.1. quæst.39. num.36.*

Rodriquez *quæſtionum regularium, tom. 3. quæſt. 74. art. 4.* Moneta *d. part. 1. quæſt. 6. num. 11.* qui *n. 16.* limitat niſi quando omnes beneficiati fructus conſiderant in diſtributionibus, Genedus *quæſt. 1. n. 6.* Barboſa *de Canonicis, c. 2. n. 6.*

16 Neque obſtat, quod hoc licet ſit regulare, tamen aliud eſt, quando agitur de ſola æſtimatione Beneficij, & conſideratione eiuſdem, quæ in litteris ſolet exprimi, ad hoc vt Papa omnibus computatis, ſciat valorem ipſius, ſecundùm communem vſum loquendi.

Reſpondeo enim quòd computatio, de qua ibi, non fit ad affectum grauandi, ſed ad alium, nempe ſuſtinendi gratiam penſionis, intra valorem præbendæ beneficij, tunc enim debent computari inter fructus, redditus, & prouentus beneficij, Caſſadorus *dec. vnica de Clericis, non reſidentibus*, Boër. *deciſ. 340. n. 4.*

17 Neque dicas ſecundò, ſtrictè diſtributiones non venire nomine fructuum, ſed largè venire ex Puteo *deciſ. 239. lib. 1.* vbi ait diſtributiones quotidianas largè poſſe dici fructus, ſequitur Moneta *dicta part. 1. quæſt. 6. num. 13.* & *quæſt. 7. num. 8.*

Reſpondeo enim quod etiam aliquibus caſibus, diſtributiones veniunt ſub nomine fructuum, ſed non ſemper, & indiſtinctè, ſed ſecundum ſubiectam materiam, regulari debet, atque ita dum agitur de fructibus alicuius Canonicatus, non habentis præbendam, alioſve fructus, præter diſtributiones quotidianas, quia tunc per expreſſionem fructuum etiam diſtributiones erunt comprehenſæ, ne diſpoſitio odioſa remaneat, Decianus *conſil. 43. num. 14. vol. 1.* Lotterius *de re beneficiaria, lib. 1. quæſt. 39. num. 27.* Mohedanus *dec. 6. de præbendis*, Moneta *quæſt. 6. num. 6.* Caſſadorus *dec. 6. de præb.* latiſſimè Barbatus *de diuiſione fructuum, part. 1. cap. 15. num. 25.* quare ſi condemnatur Canonicus ad fructus reſtituendos non veniunt diſtributiones, niſi fuerint præceptæ, vel ſi non fuerint præceptæ, ſi proteſtatus non fuerit, quæ proteſtatio iuxta ſtylum, & obſeruantiam Curiæ Romanæ eſt admodum neceſſaria ad hoc, & talis proteſtatio fieri debet à parte obtinente ſe velle obtinere, quod poſſidens reſideat, in diuinis interſit, aut poſſeſſionem dimittat, Rota Romana *deciſ. 1170. num. 4. part. 3.* in nouiſſimis, Gratian. *cap. 166. num. 24.* qui dicit hanc proteſtationem eſſe faciendam cum principali, & non ſufficere ſi fiat Procuratori etiam ſpeciali, eò quod fit ad effectum, vt principalis amittat poſſeſſionem, & requiritur, vt dicatur, in proteſtatione facta legitimæ perſonæ, quod proteſtans erat paratus ire ad reſidendum, ac ad inſeruiendum, & intereſſendum diuinis, proteſtando ſe non ſolum de fructibus, ſed etiam de diſtributionibus, alias ſi non ſint hæc requiſita condemnatio ad fructus non comprehendit diſtributiones, Rota *dec. 618. part. 1. in nouiſſ.* ad quod trés fallentias adducit Barbatus *de diuiſione fructuum, dicta part. 1. c. 15. num. 26. & ſeqq.* & nota cum eodem Barbato *num. 30.* non ſufficere priuilegium commune indultum ad lucrandas diſtributiones in abſentia, ſed oportet, quod ſit ſpeciale, ſcilicet ad lucrandas dictas diſtributiones quotidianas, Gloſſ. *in d. cap. vnico, in verbo adfuerit de Clericis non reſidentibus, in 6.* Caſſadorus *dec. 1. eodem tit.* Gratian. *cap. 166. num. 21.* qui addit, quod licet prouiſus de beneficio non lucretur fructus, nec faciat illos ſuos, niſi prius præſtiterit iuramentum fidei per ſe ipſum, non autem per Procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum, Trident. *ſeſſ. 24. cap. 14. de reformatione*, tamen lucratur diſtributiones quotidianas, licet non iurauerit, ſeu non præſtiterit iuramentum fidei, vt reſoluit Sacra Congregatio apud Barboſ. & Gratian. *vbi ſuprà.*

In caſu verò quo abſenti conceſſum eſſet priuilegium lucrandi diſtributiones quotidianas, ſcias quod intelligitur, quoad eas, quæ conſiſtunt in pecunia, non verò quoad conſiſtentes in aliis putà victualibus, &c. quod limitat Gratianus *n. 28.* niſi diſtributiones iſtæ partim ſint in pecunia, partim verò in victualibus, quia ſi omnes eſſent in victualibus venirent in dicto priuilegio, ea ratione, ne aliàs eſſet alluſorium priuilegium, Mohedanus *dec. 6. de præbendis.*

Suppono ſecundò, Sanctam Tridentinam Synodum *ſeſſ. 21. de reformatione, cap. 3.* ad hoc ne diminueretur Cultus diuinus, ſtatuiſſe in Eccleſia Collegiata, vel Cathedrali, in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligerentur, vt tertia pas fructuum ſeparetur, & in diſtributiones quotidianas conuertantur, quæ inter omnes diuinis intereſſentes proportionabiliter diuidantur; vt bene Marcellus Vlpe *in ſua praxi, cap. 11. num. 1.* VVameſius *vbi ſuprà, num. 8.* Garſia *part. 3. cap. 1. num. 489.* Vgolinus *de Epiſcopis, cap. 19. §. 1. num. 4.* Moneta *de diſtributione, part. 1. quæſt. 3. num. 1.* Harum verò diſtributionum Canonicus eſt verus Dominus, & poteſt de eis diſponere [illegible] in vltima voluntate, *cap. vnico, de Clericis, non reſidentibus*, & *cap. præſcriptio de officio Ordinis*, vbi Doctores Barboſa *de Canonicis, cap. 21. ſub num. 19.* quod adeò verum eſt, vt ſit tantæ potentiæ perceptio diſtributionum quotidianarum ex intereſſentia, vt ex ea ſola conſtituatur quis in quaſi poſſeſſione Canonicatus, licèt actus ille ſit communis Canonicis, & Cappellanis ſi percipiantur illæ ab aliquo tanquam Canonico, qui re vera non ſit talis, vt poſt Innocentium, Soccinum, & alios dicit Barbatus *de fructibus, p. 1. c. 15. n. 68.*

Suppono tertiò, differre inter ſe, intereſſe, reſidere, & præſens eſſe in choro, dicitur intereſſe, qui ſuum Miniſterium Diuinorum celebrationi exhibet Couar. *lib. 3. variarum, cap. 13. num. 3.* Zipeus *lib. 3. de Clericis, non reſidentibus*, Reſidere importat permanentiam in loco ſuæ Collegiatæ, Gloſſ. *in cap. vltimo, de reſcriptis*, Peña *in deciſione 1129. num. 6.* Præſens eſſe dicitur, qui in choro ſolam materialem, ſeu corporalem ſui præſentiam oſtendit, quod notat Rota *part. 1. diuerſ. dec. 350.* ſolent tamen Doctores hos terminos confundere, & nullum ponunt diſcrimen, inter intereſſentem, reſidentem, & præſentem, Vlpes *in praxi Eccleſiaſtica, cap. 13. num. 1.* longè tamen differt reſidentia Parœci ab illa Canonici, quia Parœcus magis tenetur, ſcilicet die, & nocte habitare intra fines ſuæ Parœciæ, Leone *in praxi, part. 3. c. 25. num. 16.* Paſqualigus *dec. 465. num. 2.* Pilaia *in Canonicis, deciſ. lib. 1. deciſ. 10. num. 125. & 127.* & nulla licet immemorialis conſuetudo excuſat à tali reſidentia, quæ eſt de iure diuino, Vgolinus *de poteſtate Epiſcopi, part. 1. cap. 15. §. 3. num. 1.* Concilium Tridentinum *ſeſſ. 22. de reformatione, cap. 1.* nec ſatisfacit ſuæ obligationi, aliàs pernoctando, & totam curam diuinam Cappellano relinquere, Leſſius *lib. 2. de iuſtitia, c. 34. dub. 29. num. 150.* Poſſeninus *de officio Curati, lib. 1. q. 11.* ſed tenetur inſuper per ſe ipſum diuina celebrare, oues ſuas Sacramentis, & verbo Dei paſcere, populi peccata corrigere, infirmos ſæpius viſitare, & pauperibus ſubuenire, Homobonus *part. 1. conſultat. reſponſo 3.* Pilaia *mox citatus*, Bonacina *de legibus*,

legibus, disp.5.quæst.vnica, num.31. Diana *part.2. tract.4. resol.156.* Bonarsius *lib.2.de horis Canonicis, cap.25. num.10.* Trullenchius *in Decalogum, lib.4. cap.1. dubio 8. num.9.* Rota *part.6.diuersorum,dec.234.num.55.* at obtenta licentia ab Episcopo; poterit à sua Ecclesia ad bimestrem singulis annis abesse, Pilaia qui *suprà* Moronus *tom.1. resp. 67. n.59.* Valentia *in concordia Canonum, in verb.Parœcus,diff.5.* Ceuallos *q.563.n.50.* Pyrrus Corradus *lib.6.cap.6.n.50.* Canonici verò possunt pernoctare,& esse vbi velint,dummodo horis congruis accedant ad Ecclesiam, ibique diuinis deseruiant, & sic dicuntur interesse,residere,& præsentes esse in choro, quoad lucrandas distributiones,& fructus præbendarum,ac Massam communem,vt bene Card. Tuschus *littera C, concl.977. num.2.* Moneta *de distrib. quotid. part.2. quæst.6. n.20.* His positis,

Respondeo ad quæsitum, de quo principaliter agitur, distributiones absentium deberi illis, qui sunt interessentes in choro,non verò illis, qui iuris fictione censentur interessentes, putà qui absunt ex causa infirmitatis, vel in Ecclesiæ suæ vtilitatem, vel ob iustam, & rationabilem corporis necessitatem. Probatur ex *d.cap.vnico, vers statuimus, de Clericis non residentibus, in 6.* vbi Bonifacius Octauus indistinctè mandat, ac statuit, vt quotidianæ distributiones illis Canonicis, & Clericis Collegiatarum Ecclesiarum tribuantur, qui diuinis Officiis adfuerint, quod etiam patet ex Trident. *sess.21.de reformatione,cap.3.* vbi quotidianas distributiones dandas esse interessentibus habetur, & clarius *sess.24.de reformatione,cap.12.* & facit quia maiorem laborem patiuntur Clerici, & Canonici, quando eorum aliquis abest, ergo maioris mercedis loco illis debentur tales distributiones, iure accrescendi, vt bene Bartholomæus à Sancto Fausto *libro tertio, de horis Canonicis, quæstione* 88. Barbosa *de Canonicis, capite 22. num.18.*

Secundò, facit nouissimè Franciscus Ceccoperius *lib.2. var. lucubrationum, num.168.* qui ait esse quæstionem, an canonicus, qui lucratur distributiones ob legitimam causam, lucretur etiam portionem eorum, qui sine causa absunt à choro, & negatiue (dicit Author) respondet Bonacina *de distributionibus quotidianis, quæst. vltima, punct.1. num.6.* Castrus Palaus *puncto.8. num.8.* Faustus, Matescotus, Garsia,& alij, quos refert, & probat: quia absens ex legitima causa reputatur præsens in choro ad lucrandas distributiones, vt bene Trident. *dict.sess.24. cap.12.* quod priuilegium est stricte interpretandum seruata proprietate verborum *cap.1. de filiis Presbyterorum in 6.* ergo ita in præsenti casu, quo satis congruum videtur, dictas distributiones illis accrescere,qui ob aliorum absentiam habent in choro maiorem laborem, & licet hic Modernus Author discedat à prædicta opinione, tamen ait, si verum est, quod refert Barbosa *in collectanea quinta, in verbo Canonicus*, vbi declarationem refert contrariam, sed reuera Barbosa nihil tale dicit, *& in tractatu de Canonicis*, dicit oppositum vt supra adduximus, propterea Sacra Congregatio institutiones declarationes Sacræ Congregationis non esse adducendas ad decisiones causarum, nisi de eis constet, in forma authentica: ergo verissima est sententia, suas non amittere distributiones, sed non lucrari partem aliorum, Barbatus *de diuisione fructuum, parte 1. capite 15. num.21.* nouiter D D. Ioseph Pilaia *in dictis canonicis decisionib. dec.10. libro 1. num.41.*

Tertiò facit Synodus Auersana *sub D. Vrsino, de qua suprà dict. folio 157.* ibi absentium portiones, præsentibus ascribunt, iuxta Trident. Concilij formam, & idcircò separato folio,puncta, seu distributiones, quas qui verè interfuerint, lucrati sunt, distinctè connotent, ponderetur: Ergo illud verbum (qui verè interfuerint) quæ dictio verè fictionem omnem excludit, iuxta tradita per Gonzalez *in regulam 8.Cancellariæ, gloss.15.n.15.* & interdum idem importat quod propriè secundum Farinacium *in praxi criminali, part.4. consil.76. num.8.* & requirit veram,& actualem numerationem, si in materia pecuniaria sumatur,vt bene Barbos.*de dictionibus,dictione 419.* ergo non potest portio absentis legitimè applicari præsentibus tantum, sed debet applicari interessentibus in choro: ergo infirmi,& alij in ciuitate existentes, qui dicuntur fictè interessentes, non participabunt distributiones absentium, quia Synodus dicit illis dandas esse, qui verè interfuerint, vt sunt illi, qui choro diuinis Officiis interfunt, non illi, qui sunt præsentes, & fictè interessentes.

Quartò facit: quia Tridentinum, & Canones loquuntur applicandas esse interessentibus, non præsentibus tantum, etenim *in d. c.vnico, §. statuimus de clericis non residentibus in 6.* mandat Bonifacius VIII. vt quotidianæ distributiones illius Canonicis, & clericis Collegiatarum Ecclesiarum tribuantur, qui diuinis officiis adfuerint, atque adeo cum eas quoque distributiones complectantur, quas illi qui non interfunt, acquirerent, si interessent necessarium est, eas acquiri,& accrescere illis, qui interfunt, quod & Tridentini decreto apparet *sess.21.c.23.* vbi habetur distributiones quotidianas diuidendas esse inter obtinentes dignitates, & cæteros diuinis interessentes, quod & clarius Trident. determinat *sess.24.c.12.* vbi Summus Pontifex statuit, vt distributiones illis dentur, qui statutis horis canonicis interfuerint,reliqui verò,quavis collusione,aut remissione excluſi,his careant.

Quintò facit quia, vt bene Garsia *p.3. de beneficijs,c.2. num.465.* Sacra Congregatio decernit distributiones absentium esse applicandas deseruientibus, sed illi, qui ob infirmitatem, vel Ecclesiæ vtilitatem abest, choro non deseruit: ergo licèt iuris fictione interesse censeatur, non tamen lucratur distributiones aliorum, tum quia maiorem laborem subeunt reliqui canonici, dum aliquis eorum abest, ergo maioris mercedis loco illis debentur tales distributiones quotidianæ:tum quia priuilegium, vt accipiat aliquis distributiones est odiosum, non solùm quia aduersatur iuri communi, quo cauetur, absentibus distributiones non conferri, & facit ad diminutionem diuini cultus, verum etiam quia repugnat iuri aliorum Canonicorum, quibus portio absentis accrescit, ergo stricte est explicandum, pro solis actu inseruientibus, vt bene Bartholom. à S.Fausto *to.3.lib.3. de quotidianis distributionibus, q.75. per totam.*

Et hoc est quod ait Barbos. *de canonicis, & dignitatibus, c.22.num.18.* vbi ait deberi illis, qui actu inseruiunt, non illis, qui iuris fictione censentur interessentes, vt qui absunt causa infirmitatis, vel in Ecclesiæ suæ vtilitatem, vel ob iustam causam, & rationabilem corporis necessitatem, & sic licèt distributiones sint propriè, quæ debentur interessentibus, & præsentibus, tamen distributiones, quas lucrantur canonici ob defectum aliorum,solum lucrantur interessentes ve-

rè non fictè, nam vt diximus ſupra Canonicos eſſe præſentes, ſignificat, eſſe in loco, vbi ſtat Eccleſia ſeu Capitulum: Canonicos eſſe intereſſentes ſignificat, eſſe in loco, & in Capitulo, Doctores omnes apud Barboſam *vbi ſuprà, cap.* 22. *num.* 24. & Gallemart. apud Pilaïam *ſuper d. Trid. capit.*

36 Ideò nouiſſimè Eſcobar *de horis canonicis, numero* 212. ait, quod choro intereſſentibus acquiruntur diſtributiones abſentium, ſed has non habebunt illi, qui pro præſentibus habentur, vt infirmi, & abſentes pro negotiis Eccleſiæ, Inquiſitores, & ſimiles, de quibus Garſia *de beneficijs, capite* 2. *num.* 465. Bonacina *quæſt.* 7. *de horis canonicis, puncto* 1. *num.* 6. & poſt Barboſam, Fauſtum, Caſtrum Palaum, & alios dicit Eſcobar *vbi ſuprà, num.* 212.

37 Hinc Caſtrus Palaus *tom.* 2. *diſp.* 3. *punct.* 8. *numero* 8. poſt Bonacinam *de horis canonicis, diſp.* 2. *q.* 7. *punct.* 1. *in fin.* quærit an infirmi, & impediti, vel inutilitatem Eccleſiæ impediti, lucrentur diſtributiones abſentium, ac ſi perſonaliter reſiderent: Ratio dubij eſt, quia reputantur in iure intereſſentes, ergo non ſolum debent reputari tales, ad lucrandas diſtributiones ſibi competentes, ſed etiam abſentibus competentes, quia Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. *& ſeſſ.* 24. *c.* 12. *de reform.* non videtur aliis concedere abſentium diſtributiones, niſi illis, quibus concedit proprias, ſiquidem intereſſentibus concedit, quas abſentibus denegat, neque aliud tertium genus perſonarum agnoſcit, idem *in c. vnico de clericis non reſidentibus in* 6. ſupradictis impeditis conceditur, ne amittant ob abſentiam diſtributiones, quæ intereſſendo diuinis illis debebant conuenire ſi intereſſent, ſunt propriè, & aliorum abſentium: ergo, &c. & ad hoc adducitur vſus, & praxis Eccleſiarum Hiſpaniarum, in quibus diſtributiones etſi pro ſingulis horis ſint aſſignatæ, non illos accipit quis, dum ſingulis horis intereſt, ſed in fine anni, & tunc abſentium diſtributiones diuiduntur inter eos, qui & realiter præſentes fuerint, & fictione iuris præſentes reputantur. Probabilius tamen eſt, ſupradictis impeditis, diſtributiones abſentium, non deberi, dicit Palaus, ratio eſt, quia in nullo textu inuenitur expreſſum, hos abſentes ex cauſa infirmitatis, vtilitatis Eccleſiæ, vel neceſſitatis corporalis, lucrari aliorum abſentium diſtributiones: ergo non ſunt illis concedendæ, conſequentia patet, quia nullum Priuilegium cedens in diminutionem diuini cultus eſt ampliandum. Primum ius probatur *in cap. Conſuetudinem de clericis non*

38 *reſidentibus in* 6. vbi fit mentio de talibus legitime abſentibus, & ſolum permittitur ne amittant diſtributiones ſibi obuenientes, ſi reſiderent, ſed non conceduntur aliorũ abſentium diſtributiones, Idem *ſeſſ.* 21. *c.* 2. *& ſeſſ.* 12. *cap.* 3. *& ſeſſ.* 24. *capite* 12. vbi de diſtributionibus lucrandis eſt ſermo ſolum dicitur diſtributiones intereſſentibus, & deſeruientibus eſſe concedendas: neque vllum verbum eſt de infirmis, & impeditis, & proinde ex vi illius textus, abſentibus per infirmitatem, nullæ diſtributiones deberent dari, ergo ſat eſt, ſi illis ſua pars donetur, *d. cap. vnico de clericis non reſid. in* 6.

39 Sed poſſet quæri quid poſita contraria conſuetudine, an debeant dari fictè intereſſentibus portiones abſentium.

Reſpondeo nihil conſuetudinem operari in hoc caſu, quia DD. qui de hac materia tractant, admittunt plures conſuetudines, ſed hanc non video admitti.

Prima conſuetudo eſt, vt quis in abſentia lucretur diſtributiones quotidianas, ſi ſciente, & patiente, ac tolerante Papa inducta fuerit, non verò illo tantum coniurante, ita Couarr. Hojeda, Genedus, Riccius, Moneta, Santarellus, & alij apud Barboſam *de poteſt. Epiſcopi alleg.* 55. *num.* 140. & idem *de horis canon. c.* 23. *n.* 11. Barbatus *de fructib. p.* 3. *c.* 15. *n.* 62. 40

Secunda conſuetudo eſt valida, vt diſtributiones conferantur illis, qui iuſſu ſuarum Eccleſiarum occupantur in computorum redditione, vel ſumptuum ipſarum Eccleſiarum, Moneta *dict. quæſtione* 11. *n.* 46. Genedus *de quæſt.* 1. Santarell. *q.* 10. *num.* ... 41

Tertia conſuetudo eſt, vt clericis ſenibus, poſt ſeptuageſimum annum dentur diſtributiones, quamvis diuinis Officiis non interſint, Moneta, Genedus, & alij apud Bonacinam *quæſt.* 5. *puncto* 6. *num.* 16. Barbatus *parte prima, cap.* 15. *numero* 64. 42

Quarta conſuetudo eſt, vt ſeruitium quadraginta annorum Eccleſiæ præſtitum liberet beneficiatum à reſidentia, ita vt lucretur diſtributiones quotidianas, quamvis ipſe non interſit diuinis, dummodo Eccleſia non patiatur defectum, & adeſſe ſimile ſtatutum, ſiue conſuetudinem in Eccleſia S. M. del Pilar, & alibi dicit Garſia *vbi ſuprà, c.* 2. *num.* 394. & alij apud Gratianum *c.* 298. *num.* 19. Piaſecius *in praxi, p.* 2. *c.* 3. *num.* 9. Bonacina *dict. quæſt.* 5. *punct.* 6. *num.* 11. Barbatus *d. p.* 1. *c.* 15. *n.* 65. 43

Quinta conſuetudo, vt diſtributiones quotidianæ diuidantur inter eos, qui interſunt diuino Officio certis horis, licèt non interſint omnibus, Barboſ. *de Canonicis, c.* 23. *n.* 15. 44

Sexta conſuetudo, vt clerici recedentes à choro, dum diuinum Officium canitur, lucretur diſtributiones, ſi id fieri contingat ob celebrationem Miſſæ, vel Sacramentum Confeſſionis, Monet. *p.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 48. Barboſ. *de Canonicis, c.* 25. *n. vlt.* Marchinus *de ordine tract.* 3. *p.* 1. *cap.* 35. *num.* 9. *in fine.* 45

Septima conſuetudo, vt Canonicus miſſus à Capitulo pro aliquo ſeruitio ipſius Eccleſiæ, ſeu Capituli, vel abſens ob aliquam neceſſitatem, vel cauſam ipſi Eccleſiæ vtilem percipiat omnes fructus, & diſtributiones quotidianas, vt deciſum dicit Garſia *vbi ſupr. n.* 362. Nauar. *conſ.* 8. *de clericis non reſidentib.* Guttier. *canon. q. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 44. Genedus *q.* 1. *num.* 22. & Pilaïa *d. dec.* 10. *n.* 43. *&* 44. Barboſ. *de canonicis, c.* 2. *num.* 26. *&* 27. vel ſi conſuetudo ſit quod plus, vel minus lucrentur, Viuius *dec.* 311. Barbatus *parte* 1. *cap.* 15. *numero* 67. 46

Vltima conſuetudo, poterit efficere, vt debeantur diſtributiones abſentibus, qui non interſint diuinis Officiis in caſu dubio, quando ſcilicet dubium eſt, an debeantur, Barboſ. *cap.* 23. *de Canonicis in fine.* 47

Ergo cum non ſint illæ ſupra numeratæ conſuetudines approbatæ, & canonizatæ per Sacram Congregationem, & D D. non erit approbanda, nec laudanda conſuetudo, niſi vt dentur diſtributiones abſentibus, ſed pro portionibus ipſorum abſentium, & propriæ illorum, non verò portiones aliorum fictè præſentium, quia concurrerent ſimul duo ſpecialia *contra l.* 1. *Cod. de dotis promiſſ. l. cum poſt §. Gener. ff. de iure dotium*, Soccin *regul.* 3. Oldradus *conſ.* 59. *& conſ.* 325. Thomaſettus *in florib. legum. pag.* 102. Pichardus *in §.* 1. *inſtit. de militari teſtam. n.* 8. *&* 11. latè Card. Tuſch. *pract. concluſionum, tom.* 7. *litt. S, concl.* 360. Gratianus *c.* 518. *n.* 17. 48 49

*n.17.& c.510.n.10.& c.573.num.36.*qui declarant,& limitant,& consuetudo, vel alia dispositio specialis in vno casu,non solum non tribuit facultatem arguendi,sed etiam facit, quod in aliis casibus ius commune sit in contrarium DD.apud Barbosam *in tract. variis Axomate* 211. ergo consuetudo, vt clericis, & canonicis absentibus dentur distributiones intelligitur, de propriis eis competentibus, non de aliis pertinentibus ad verè interessentes, & sic canonici absentes posita tali consuetudine si adesset lucrari poterunt suas distributiones,sed non portiones aliorum absentium, quæ non debentur, nisi illis qui verè interfuerint in choro, non illis,qui fictè,vt & Synodus Auersana determinat,Concilium Trid.disponit,& sacri Canones percipiunt de quibus *suprà*.

50 Ex quibus infertur primò,aliquos esse Canonicos, qui absentes à choro lucrantur interdum distributiones quotidianas, perinde ac si actualiter interessent diuinis Officiis,vt sunt canonici, qui essent Auditores Rotæ Romanæ, idque ex Bulla Clemtentis VII. de anno 1525. de qua Lelius Zecchius *de Republica Ecclesiastica, p.11. num.1.* & ex eo Barbosa *de potest.Episcopi, p.3. alleg.53. num.*155. & in Trid. *sess.24. de reformat. cap.*11. *num.*48. Genedus *quæst.1. num.*63. Sanctarellus, Trullenchius, Castrus Palaus, Escobar, & alij, quos refert,& sequitur P.Leander à Sanct.Sacramento, *tom.6.disp.6.tract.8.q.*155.& Pilaïa *n.*42.

51 de illis etiam canonicis,aut prębendariis,qui inseruiunt Pontifici,vt Cappellani,Camerarij,&c. estque, & sane de fructibus præbendæ quod eos gaudeant,sed distributiones minimè,nisi ex aliquo priuilegio, vel consuetudine legitimè canonizata quia in prima non adesse post alios testatur Leander *q.*132.Barbat *p.1.c.*15.*n*41.*&* 42.

52 Infertur secundò Canonicos deseruientes, vt Inquisitores hæreticæ prauitatis, Consultores,fiscales, & similes Ministros Tribunalis sancti Officij, facere suas distributiones proprias Canonicatuum,&c.quam habentur pro præsentibus ex speciali fauore fidei, concesso eis à Paulo III. & Pio V.vt refert Roas *de priuilegijs Inquisitorum,n.*410. *& singulari* 69. Garsia, Palaus, Escobar, Pilaïa,& alij *vbi suprà* quos sequitur Leander *q.*136. *per totam*, qui etiam ait non gaudere tali priuilegio personas inseruientes S. Officio, si habeant beneficia curata,quia sic declarauit Sacra Congregatio apud Gonzalez *in regul.*8.*Cancellariæ,gl.6.n.*166. Leand.*quæst.*137.*per tot.*latissimè P.Bard.*sentent. moralium, lib.*3.*q.*6.*per tot.* qui limitatur in Inquisitore curato cui nullum suffragatur Priuilegiū, & disputat quæ veniant sub nomine distributionum.

53 Infertur tertiò Collectores Generales Cameræ Apostolicæ,subcollectores, Aduocatos, Procuratores fiscales, & Notarios in causis spoliorum, gaudere distributionibus pro tempore, quo choro assistunt consocij ipsi in causis fidei occupantur, ex priuilegio Pontificis, de quo Barbos. *in summa Apostolicarum decisionum in verb.collector generalis*, ex Bulla Sixti V. de qua Barbos. *dict.sessione* 24. *de reformat.cap.*12. *num.*49. *& de potestate Episcopi, parte* 3.*allegatione* 55.*à num.*157.post alios Escobar *quæst.*5. *de horis canonicis*, *numero* 168. Moneta 2. *p. quæstione* 21. *numero* 111. qui omnes docent prædictos officiales Papæ, non solùm lucrari fructus, sed etiam quotidianas distributiones sequitur Leander *dicto tom. 6. quæst.*138. Barbatus *part.1. cap.*15. *num.*40. & Pilaïa *n.*42.

54 Infertur quartò canonicum pœnitentiarium,si dum recitantur diuina Officia,audit Confessiones in Ecclesia lucrari distributiones, Trid.*sess.*24. *de reformat.c.*8. Barbatus *c.*15.*n.*38.& Pilaïa citatus & est dubium,an si non actu audiat Confessiones, sed expectat in Confessionario pœnitentes,in quo dubio sunt duæ opiniones. Prima quod tunc non gaudeat.Garsia *p.*5.*c.*4.*num.*124. Trullenchius *in Decalog.lib.*1.*c.*8.*dub.*12.Barbosa *alleg.*55. *n.*30. Bonacin.*de horis canonicis,q.*3.*punct.*3.§.50.*n.*50. 55
Secunda opinio probabilius docet etiam tunc lucrari,quia vtilitati Ecclesiæ prouidet, qui sic onera sui beneficij exquirit, & in specialem Ecclesiæ decorem,& splendorem Ecclesiæ cedit, qui sic est paratus ad fidelium confessiones audiendas,& hoc patet ex declaratione Sacræ Congregationis decidentis Pœnitentiarium debere in Sede assistere,ne pœnitentes perquirere eum cogantur, & ob verecundias huius inquisitionis confessiones omittant, quas declarationes adducit Barbos.*d. sess.*24.*de reformat.c.*8.*& de pot.Episc.alleg.*55.*n.*28. & ita in hac re dicit Castrus Palaus *disput.*3.*punct.*9. §.50. *num.*1. sequitur Pellizzarius *tract.*50. *c.*8. *sect.*5. *quæst.*17.*num.*174.qui dicit Pœnitentiarium non excusari ab assistentia horarum ob confessiones auditas extra tempus horarum, cum tunc temporis non sit occupatus in vtilitatem propriæ Ecclesiæ, 56
sed fuerit, & in hac re non datur compensatio,sequitur Leander *tom.6.disp.6.tract.*8.*q.*113. tamen eas distributiones lucrabitur Pœnitentiarius, si tempore diuinarum horarum, ipse confessiones audiat extra Ecclesiam, vel domi,aut alibi ex verbis Trid.*vbi suprà*,etiamsi audiat confessiones infirmorum extra Ecclesiam, sequitur Barbos.*lib.*3.*de iure Ecclesiast.c.*58.*n.*42.& post alios Leander *q.*114. & talem Pœnitentiarium dico præsumi interessentem in choro, non solùm dum officium diuinum dicitur, sed etiam dum Litaniæ 57
cantantur in Ecclesia, & etiamsi dum fiunt Processiones per Ecclesiam,vel per vrbem aguntur,si ipse sit in Confessionario gaudebit distributionib. Garsia *p.*5.*c.*4.*n.*125. & alia refert Leand.*q.*115. *per tot.*Hoc etiam priuilegio gaudet subrogatus canonicus in illius absentiam, quia subrogatus, &c. 58
ita post alios Leand.*q.*116.sed non gaudent alij canonici dati in Coadiutores Pœnitentiarij; vt contra Palaum Monet.Trullench.& Pellizzar.docent Bonacin.& alij apud Leand.*q.*117.

Infertur tertiò Canonicum habentem præben- 59
dam Theologalem diebus, quibus legit haberi in choro pro præsente Ciccoperius *lib.*2. *n.*150. & Pilaïa *n.*42. *tit.de Canonicis,Capitulo,& Coadiutoribus*, & hoc pro die, qua legit Sacra Congregatio apud Pellizzar. *tract.*3.*c.*8.*sect.*3.*q.*18.*n.*173. Garsia *p.*3.*c.*2. *n.*128. Bonacin.*de horis canonicis, disp.*2.*quæst.*5.*punct.*3.§.8. Palaus *disp.*3.*punct.*9. §.6.*num.*14. Trullenchius *lib.*2.*cap.*8.§.6. idque
ex gratiis,& priuilegiis, non tamen ei suffragatur 60
pro matutino sequentis diei post lectionem, vnde licet matutinum crastinum dicatur hodie, & Canonicus post lectionem, ad matutinum non venit, non lucratur distributiones matutino correspondentes,quia matutinum non est hora illius diei, in quo concionatur,vel legit,sed diei sequentis:ergo,& quia aliquibus in locis est consuetudo,vt canonicus per octo dies ante concionē,& lectionem 61 62
habeatur pro præsente ad finem lucrandi distributiones, quærunt DD. an talis consuetudo valeat; putant non esse sustinendam cum Garsia *vbi sunum.*223. alij dicunt esse consuetudinem tollerandam sequitur Leander *quæst.*121.etsi alterum substituat ad concionandum, vel legendum pro aliqua die, non poterit à choro abesse, Doctores citati,Canonicus si publicè legat in aliqua vniuersitate lucratur fructus beneficiorum tantum,& nō 63
distributiones

64 diſtributiones, quia ex *cap. finali, de Magiſtris*, habetur legentem Theologiam facere fructus ſuos, & item in legente Canones, vt poſt alios Leander *quæſt.* 111. qui probabiliter idem dicit de Canonico legente publicè ius ciuile, idem de docente grammaticam in aliqua Vniuerſitate, quod verò de Canonico docente diximus, idem dico de Parœco ſi publicè legat Theologiam, aut ius Canonicum, vt lucretur fructus, vt contra Garſiam, & Gonza-
65 lez docent alij relati à Leandro *quæſt.* 112. quod ſi Parœcus in aliqua Vniuerſitate publicè legat Theologiam, vel ius Canonicum faceret ſuos, ex *dicto cap. finali, de Magiſtris*, vbi nulla datur limitatio, dummodo non doceat grammaticam talis Parœcus, quia tunc non gaudet, S. Congregatio, apud Gonzalez *gloſſ.* 18. *num.* 254. contra alios, qui dicunt Parœcum docentem ius Canonicum, vel S. Theologiam fructus beneficiorum non facere ſuos, apud Barboſam *de offic. Parœci, cap.* 8. *num.* 27. permittitur verò fructus facere ſuos ſolùm legenti in aliquo ſtudio generali ſcientias ſu-
66 pradictas, non verò in aliquo Collegio particulari, & ſtudium vniuerſale intelligunt fundatum à Papa, Imperatore, Rege, vel alio Principe ſupremo *cap.* 2. *de priuilegiis, in* 6. & *in cap. tuæ, de Clericis non reſid.* Garſia *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 56. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 56. *num.* 21. & 22. qui refert Sacræ Congregationis declarationes, Pellizzarius, Caſtrus Palaus, & alij quos ſequitur
67 Leander *tom.* 6. *quæſt.* 144. *tract.* 8. *diſput.* 6. nec opus eſt, vt conducti tales Lectores legant, vel ſalariati, aut ratione ſtipendij, aut Cathedræ, quam habent, doceant, ſed ſufficit, vt ſponte, voluntariè legant ſine ſtipendiis, & Cathedra, dummodo legant cum licentia Vniuerſitatis, ſeu Collegij Doctorum, ratio eſt, quia *in d. cap. finali, de Magiſtris*, & in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 5. *de reformatione, cap.* 1. ſufficit ad lucrandos fructus beneficiorum, & præbendarum (exceptis diſtributionibus quotidianis) quod publicè in ſcholis doceant, ſeu legant, ergo ſiue ſponte, ſiue voluntariè, ſiue mercede conductâ doceant, hoc priuilegio gaudent, dummodo legant cum authoritate Vniuerſitatis, vt pluries declaraſſe Sacram Congregationem, dicit Barboſa *alleg.* 56. *num.* 27. & in Trident. *ſeſſ.* 5. *de reformatione, cap.* 1. *num.* 14. Caſtrus Palaus, Pellizzarius, Pilaïa, & alij ſupracitati, & lucrantur non ſolùm pro hora, qua legunt, ſed pro tota die, ſi ita conſuetum ſit in illa Eccleſia, Gratianus *cap.* 166. *n.* 18. Barbatus *p.* 1. *c.* 15. *n.* 60.

68 Idem dicimus de Canonicis ſtudentibus, quia lucrantur fructus, licet non diſtributiones *d. cap.* 2. *de priuilegiis, in* 6. *d. cap. tuæ, de Clericis non reſidentibus*, dummodo non ſtudeant in Cathedralibus, ſed in aliqua Vniuerſitate, vel ſtudio generali, Garſia *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 117. & declarauit Sacra Congregatio *in d. ſeſſ.* 5. *cap.* 1. Barboſa *ibi*, Paulus *diſp.* 3. *puncto* 9. §. 9. Eſcobar *de horis Canonicis, q.* 5. *n.* 197. & eſt quæſtio an tales Canonici debeant neceſſariò ſtudere iuri Canonico, aut Theologiæ, & prima opinio negat, dicens ſufficere ſtudere iuri ciuili: eò quod *in cap. tuæ fraternitati, de Clericis non reſidentibus*, nulla eſt facta limitatio, & ſic dicunt gloſſa *in cap. cum ex eo, de electione, in* 6. Moneta 2. *part. quæſt.* 10. *num.* 21. Barboſa *alleg.* 56. *num.* 26. Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 3. §. 9. *num.* 10. Trullenchus *lib.* 1. *in Decalogum, cap.* 8. *dubio* 12. §. 9. *num.* 4. & probabile putant Paulus, Pellizzarius, & tenet Eſcobar *vbi ſuprà*, alij dicunt probabilius eſſe tales Canonicos neceſſariò debere ſtudere iuri Canonico, Theologiæ, aut Scripturæ Sacræ, & ideo non ſufficere ſtudere iuri ciuili, & hoc quia *in cap. fin. ne Clerici, vel Monachi*, habetur non poſſe Clericos ſtudere iuri ciuili, ſed hæc ratio eſt falſa, quia intelligitur ad finem, vt illud non exerceant, ſed ſi velint illud ſtudere, vt facilius addiſcantur, ius Canonicum, poterunt addiſcere, ergo puto cum prima opinione tanquam magis probabili quicquid illam minus probabilem putent Leander *q.* 148. Palaus *d. puncto* 9. *num.* 6. Pellizzarius *tract.* 5. *c.* 8. *ſect.* 3. *quæſt.* 14. *num.* 167. & tales Scholaſtici Ca- 69
nonici, vt fructus lucrentur, debent maiori anni parte in Vniuerſitate commorari, & ibi diligenter ſtudere, vt notant Tiraquellus, Maſcardus, Rodriquez, & alij apud Pilaïam, & Barboſam in Trid. *dict. ſeſſ.* 5. *cap.* 1. *num.* 12. & *tertia parte, de poteſt. Epiſcopi, allegat.* 56. *num.* 4. Moneta 2. *part. q.* 10. *num.* 19. Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 3. §. 9. *n.* 9. Palaus *diſp.* 3. *punct.* 9. §. 9. *num.* 5. Trullench. *lib.* 1. *in Decalogum, cap.* 8. *dub.* 12. §. 9. *num.* 50. Eſcobar *quæſt.* 5. *num.* 198. Pellizzarius *vbi ſuprà, num.* 167. & alij id colligentes ex *d. cap. finali, de Magiſtris*; tales verò ſtudentes debent neceſſariò petere li- 70
centiam ab Ordinario, vt poſſint in abſentia, tempore ſtudij, fructus ſuorum beneficiorum lucrari, ex Bulla Pij Quinti (non Pij Quarti, vt citat Pellizzarius) quæ incipit (ad cuius aures, edita 24. Nouembris 1664.) (non 1554.) vt ait Zerola) & duas allegat Sacræ Congregationis declarationes, Garſia *vbi ſuprà, num.* 18. Caſtrus Palaus *diſput.* 3. *punct.* 9. §. 9. *num.* 7. Pellizzarius *num.* 167. Zerola *in verb. Studium*, §. 1. & ordinarius tenetur ex iuſti- 71
tia hanc licentiam dare, & eſt ſpecies iuſtitiæ, non gratiæ, & ideo ſi denegetur poterit appellare poſita capacitate ſtudij, &c. Doctores *vbi ſuprà*, & punctualiter Pilaïa *tom.* 2. *deciſ. Canonic. lib.* 3. *tit. de benef. num.* 189. Parœcus verò non poterit abeſſe cauſa ſtudij, nec Epiſcopus poterit ei dare licen- 72
tiam ex declaratione Sacræ Congregationis de anno 1590. quia poſt Tridentinum *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. *de reformatione*, ad Parœciam non admittitur, niſi qui per concurſum magis idoneus fuerit iudicatus, vt bene Gonzalez *in regula* 8. *gloſſ.* 6. *n.* 249. Riccius *part.* 3. *collect.* 564. & *in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 502. Barboſa *alleg.* 56. *num.* 3. & *in ſumma Apoſtolicarum Deciſionum, in verbo Parœcus quoad reſidentiam, num.* 18. & 20. Caſtrus Palaus *diſp.* 3. *quæſt.* 9. §. 9. *num.* 8. Trullenchus *vbi ſuprà, cap.* 8. *dubio* 12. §. 9. Pilaïa *dicto tit. de benef. n.* 151. Poteritque dari ab Epiſcopo talis licentia vſque ad 73
ſeptennium, vt poſt alios Doctores citati, & Leander *tom.* 6. *tract.* 8. *diſp.* 6. *quæſt.* 153. caſu verò quo beneficium conſtat ex ſolis diſtributionibus quotidianis, eſtque an eas lucrentur abſentes, ratione ſtudij, negat Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 3. §. 9. & Garſia 3. *part. de Beneficiis, cap.* 2. *num.* 252. ſed dicas oppoſitum, ſcilicet lucrari eas dempta tamen tertia parte, quia tales diſtributiones ſuccedunt loco fructuum, Quaranta *in ſumma Bullarij, in verbo reſidentia Epiſcoporum*, Cardinalis Tuſchus *littera D, concluſ.* 514. Palaus, Barboſa, & alij apud Pellizzarium *vbi ſuprà, num.* 159. & *q.* 14. *num.* 168.

Infertur quartò, Canonicum abſentem à Ca- 74
thedrali, miſſum in vtilitatem propriæ Eccleſiæ lucrari diſtributiones, quia ſic habetur *in cap. conſuetudinem, de Clericis non reſidentibus, in* 6. & *cap. vnico, eodem tit.* quia æquum non eſt, vt Canonicus reportet incommodum ex ſeruitio præſtito propriæ Eccleſiæ, qualis eſt Collegiata, vel Cathedralis, Bonacina *quæſt.* 5. *de horis Canonicis, puncto* 3. Moneta *de diſtrib.* 2. *part. quæſt.* 11. *n.* 33. Palaus *diſp.* 3. *puncto* 9. §. 3. Trullenchus *lib.* 1.

in

in Decalogum, cap. 8. *dubio* 12. Pellizzarius *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 8. *sect.* 3. *quæst.* 9. *num.* 155. Pilaïa *in tit. de Canonicis, num.* 43. & nota quod non sufficit solum iustum impedimentum ad lucrandum, sed oportet probare, quod aliàs ante impedimentum erat solitus interesse, Gratianus *cap.* 591. *num.* 49. Moneta *de distribut. quotidianis, part.* 2. *quæst.* 5. *num.* 21. *cum seqq.* onus autem probandi, quod non sit solitus interesse diuinis Officiis ante impedimentum, ad hoc, vt absens lucretur distributiones quotidianas, spectabit ad Capitulum vti suum fundamentum, non verò ad Canonicum, cum delictum, & negligentia non præsumantur, Maceratensis *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 102. *num.* 17. & requiritur vt probetur consuetudo præstandi tales distributiones in casu absentiæ, Maceratensis *vbi*
75 *suprà*, Barbatus *vbi suprà, cap.* 15. *num.* 23. quod si mittatur in vtilitatem euidentem alterius Ecclesiæ non lucratur distributiones *cap. de cætero, cap. ad audientiam, de Clericis non residentibus*, quia talis absens debet accipere stipendium ab eo in cuius vtilitatem abest, ergo quia abest in vtilitatem alterius Ecclesiæ, ab ea debet recipere stipendium, scio Barbatum *vbi suprà, n.* 24. dixisse sufficere si vtilitas sit alterius Ecclesiæ loci, licèt non sit illius particularis Ecclesiæ, cuius absens inseruit, & ad hoc allegat Maceratensem *lib.* 1. *variar.*
76 *resolut.* 107. *num.* 3. quòd si absit in vtilitatem Ecclesiæ vniuersalis, id est, in vtilitatem omnium fidelium Ecclesiarum, poterit lucrari distributiones, vt contra Bonacinam *disput.* 2. *de horis Canonicis,*
77 *quæst.* 5. *puncto* 3. *num.* 6. quia redundaret vtilitas in vtilitatem propriæ Ecclesiæ, sic si Beneficiatus sit absens à Diœcesi ad hoc, vt Clerici Diœcesis non grauentur oneribus tributorum, percipere poterit distributiones Ecclesiæ suæ, Sacra Congregatio apud Pellizzarium *vbi suprà, num.* 155. Carolus Macignus *de horis Canonicis, c.* 71. *n.* 102. Palaus *vbi suprà*, §. 3. *num.* 1. Trullenchius *in Decalogum, lib.* 1. *cap.* 8. *dubio* 12. casu verò quo Canonicus absit à propria Ecclesia non ob euidentem vtilitatem ipsius, sed ob dubiam vtilitatem eius, non lucratur distributiones, quia cum absentia sit certa, & distributiones certæ, necessario debet esse causa certa, & euidens ad lucrandas illas in absentia, ergo dubia vtilitas non concedit iús lu-
78 crandi distributiones. Ita communiter Doctores apud Bonacinam, Palaum, Trullenchium, & alios
79 citatos Doctores, neque eas lucratur Canonicus si absit ob causam, sed leuem, aut exiguam Ecclesiæ suæ vtilitatem, quia obligatio assistendi Ecclesiæ propriæ est grauis: ergo vtilitas Ecclesiæ, quæ à tali obligatione excusat, debet esse grauis, non leuis, aut exigui momenti. Ita Moneta *part.* 2. *q.* 15. *num.* 33. Castrus Palaus *disp.* 3. *punct.* 9. §. 3. *n.* 2. Macignus *cap.* 71. *num.* 79. Bonacina *disp.* 2. *q.* 5. *puncto* 3. *num.* 50. Trullenchius *lib.* 1. *in Decalogum, cap.* 8. *dubio* 12. Escobar *de horis Canonicis, quæst.* 5. *num.* 111. cognoscit autem aliquis eius absentiam cedere in vtilitatem grauem euidentem Ecclesiæ multipliciter; Primò, quando fuit à Capitulo electus ad aliquod negotium agendum, quia præsumitur, quod vtile sit Ecclesiæ. Secundò, quando viri graues, & timoratæ conscientiæ affirmant, absentiam esse vtilem Ecclesiæ, vt bene Palaus *vbi suprà, n.* 3.

80 Hinc Canonicus, qui à suo Episcopo mittitur ad visitandum limina Apostolorum, lucratur distributiones quotidianas, quia tunc Canonicus agit Ecclesiæ suæ negotium, instruendo Pontificem de suo statu, vt ex Bulla Sixti Quinti 17. & decidit Sacra Congregatio, teste Barbosa *alleg.* 53.

num. 159. Garsia *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 349. Bonacina *vbi suprà, num.* 14. Riccius *decis.* 498. Pilaïa, & Palaus *vbi suprà, num.* 3. Trullenchius *num.* 8. Escobar *num.* 112. Barbatus *de diuisione fructuum, part.* 1. *cap.* 15. *num.* 32. Pellizzarius *tractatu* 50. *disp.* 8. *sect.* 3. *num.* 171. sic Canonicus, qui suum 81
Episcopum comitatur ad visitandum limina, lucratur distributiones; Doctores citati, sed si Canonicus ab Episcopo alterius Ecclesiæ mittatur ad limina, vel illum comitatur euntem ad limina, non lucratur distributiones, quia id solum conceditur pro Ecclesia sua, non aliena, Garsia *vbi suprà, num.* 350. Parœcus verò missus à suo Epi- 82
scopo ad limina, non lucratur distributiones. Ita Palaus *vbi suprà, num.* 4. post Garsiam, & Leandrum *quæst.* 97. Canonicus verò missus à suo Epi- 83
scopo, vel à suo Capitulo ad Concilium generale, vel Prouinciale, tanquam Theologus, vel tanquam Canonista, vel tanquam Procurator percipit distributiones, vt contra Sanchez *lib.* 1. *Consiliorum, cap.* 2. *dub.* 94. & post alios ait Escobar *vbi suprà, num.* 115. & post alios Pellizzarius *num.* 175. Barbatus *cap.* 15. *num.* 35. Idem si Canonicus mit- 84
tatur tanquam legatus ad Pontificem, vel Principem aliquem, quia dicit abesse in vtilitatem Ecclesiæ, Escobar *num.* 114. & idem dico si comitantur duo Canonici Episcopum visitantem, lucrantur distributiones, Barbatus *c.* 15. *n.* 36.

Infertur quintò, Canonicum Ecclesiæ Sede 85
Episcopali vacante electum Vicarium, acquirere distributiones, dum abest ab Ecclesia pro suo officio exercendo, quia hic occupatur in euidentem Ecclesiæ vtilitatem: nam magis commodum est Ecclesiæ, vt occupetur vnus Capituli, quàm totum Capitulum, Garsia *vbi suprà, num.* 358. contra Monetam *vbi suprà, num.* 89. secus si sit electus Vicarius Episcopi, quia tunc ille non tam deseruit Ecclesiæ suæ propriæ, quàm Episcopo, & ideo solum 85
illi debentur fructus, non distributiones, Trullenchius *num.* 6. Barbosa *de Canonicis, c.* 24. *à num.* 15. Palaus *disp.* 3. *puncto* 9. §. 3. *num.* 7. & sic fuisse decisum de anno 1627. refert Barbosa *collect.* 258. *num.* 39. Leander *quæst.* 131. vnde duo Canonici 87
inseruientes Episcopo in visitatione, eò quod pro suo, & ipsius Ecclesiæ seruitio commorentur, lucrantur distributiones, quia non iudicantur absentes, sed præsentes, *d. cap. de cætero*, vbi Glossa 1. & *cap. ad audientiam*, §. *decernimus*, vbi Glossa, & Abbas *num.* 1. *de Clericis non residentibus*, intelligendo tamen quando non adsunt alij fructus præbendæ, verum tunc non percipiuntur victualia, quæ aliàs non consueuerunt dari, sed tantum præsentibus *d. cap. de cætero, in fine*, vbi Glossa, & sic resoluit S. Congregatio Concilij, de qua meminit Franciscus Leo *in Thesauro Ecclesiastico, part.* 3. *cap.* 33. *num.* 28. Pilaïa *dicta dec.* 10. *n.* 42. illi verò Canonici, qui inseruiunt Episcopo extra visitationem, quòd non habeant distributiones quotidianas, licet habeantur pro præsentibus, dum in eius seruitio morantur, dicit post alios Gratianus *cap.* 166. *n.* 20. qui dicit recessisse ab Aula, text. *in cap. ad audientiam, & de cætero, de Clericis non residentibus*, attenta vbertate redituum Episcopatus, & multitudine Peritorum, quibus potest Episcopus in suo seruitio vti, sequitur post Rebuffum Barbatus *d. part.* 1. *de fructibus, c.* 15. *n.* 37. Quòd si Archidiaconus visitet Ecclesiam, iura, vel reditus suæ præbendæ dicit Garsia *vbi suprà*, quod non acquirat distributiones, at probabilius dicunt alij acquirere, quia visitando prædicta iura, & loca, seruit in vtilitatem Ecclesiæ, Moneta *q.* 11. *n.* 63. Barbosa *num.* 163. Palaus *num.* 9. Trullenchius *dub.* 12. *n.* 3.

Barbatus *cap.* 15. *num.* 39. Quod ſi Canonicus tempore diuinorum officiorum, ex mandato Capituli, occupatur in ſubeundis rationibus, aut in aſſi-
88 gnandis cuiuſque ſuis redditibus, eſtque an acquirat diſtributiones, negat Garſia *diſp.* 3. *cap.* 2. *num.* 168. affirmat Palaus Bonacina, & alij *vbi ſuprà*; cum Barboſa, & Trullenchio, etiam ſi alio tempore poſſet tale facere negotium; vt contra Monetam *num.* 41. docent contrariæ opiniones cum Pellizzario, Trullenchio, Eſcobar, & alijs *vbi ſuprà* etiam ſi tali tempore Officiorum abeſſet pro negotio proprio, & poſtea alio tempore horarum ageret Eccleſiæ negotium, vt latè Leander *d. diſp.* 6. *quæſt.* 103.

89 Infertur ſextò Canonicum non lucrari diſtributiones, ſi tempore diuinorum Officiorum confitetur ſua peccata: quia non abeſt à choro in euidentem Eccleſiæ vtilitatem; ſed in commodum ſuum, niſi aliud ſit de conſuetudine, Fauſtus *lib.* 3. *qua.* 29. nec ille qui cauſa voti implendi abeſt ab Eccleſia, vt contra Garſiam dicunt omnes cum Eſcobar *quæſt.* 5. *num.* 118. quia non abeſt in vtilitatem ſuæ Eccleſiæ, neque ille Canonicus, qui dum dicuntur Officia, ex propria deuotione Miſſam celebrat ſecluſa tamen conſuetudine: quia
90 tunc non abeſt in vtilitatem Eccleſiæ, & hoc verum eſt ſi celebret, vt ſatisfaciat oneri Cappellaniæ, D D. citati imò addit Leander *vbi ſuprà q.* 109. contra Monetam id procedere, etiam ſi de licentia Superioris Miſſam tunc temporis celebret, quod falſum puto, quia Sacra Congregatio, teſte Garſia *d. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 398. ait celebrantem iuſſu, & mandato Superioris tunc cum Officium dicitur, lucrari diſtributiones, ſed Sacra Congregatio admonet Superiores, Trullenchius *vbi ſuprà* §. 4. Palaus §. 11. *num.* 6. quia enim diſtributiones quotidianæ dicantur Beneficium perſonale ab Eccleſia inductum fauore intereſſentium diuinis Officiis, non debent conferri illis, qui à choro abſunt, ſacrum celebrantes, cum hæc ſint munera diſtincta, & ſeparabilia, ideò non lucratur diſtributiones Canonicus non priuilegiatus celebrans tempore diuinorum Officiorum, vt bene Federicus de Senis *conſ.* 118. poſt alios Lotterius *lib.* 1. *de re Beneficiaria quæſt.* 15. *numero* 48. ſiue celebret ex deuotione ſiue vti Cappellanus ex obligatione, Garſia *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 296. Quaranta *in Summa Bullarij, in verbo, diſtributiones*, Riccius *in praxi diſt.* 419. Emmanuel *ſuprà in verbo, Beneficium* Carolus Macignus *de horis Canonicis, cap.* 71. *num.* 127. Gonzalez *in regul.* 8. *Cancellariæ* §. 7. *proœmiali, num.* 118. Theodoſius Rubeus *in quodam iuris reſponſo, apud Gratianum, cap.* 298. *num.* 21. Bonacina *de Sacramentis, diſp.* 4. *quæſt. vltim. punct.* 7. §. 50. *num.* 7. *& de horis Canonicis diſp.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 3. §. 4. Gabriel Vaſquez *de Beneficijs in opuſculo morali, cap.* 10. §. 3. Fauſtus *lib.* 3. *Canon. quæſt.* 72. Barboſa *alleg.* 53. *num.* 134. ſic declaratum per Sacram Congregationem refert Marchinus *part.* 2. *tract.* 3. *cap.* 35. at ſi conſuetudo eſſet tunc celebrandi, poſſet lucrari diſtributiones, Garſia ſic deciſum referens *num.* 400. *&* 401. Palaus, Bonacina, & alij, lu-
91 crantur etiam diſtributiones Canonici curam habentes animarum in ſuis Eccleſiis, ſi tempore diuinorum officiorum abſint ob curam animarum exercendam ex Trid. *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 3. & Sacra Congregatio apud Garſiam *part.* 3. *c.* 2. Bonacina *punct.* 3. §. 7. *num.* 3. Riccius, & Barboſa, quos ſequitur Palaus *diſp.* 3. *puncto* 9. §. 3. *num.* 9. Trullenchius *lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 12. §. 7. *num.* 1. dummodo curam habeant in Eccleſijs Cathedralibus, vel aliis Diœceſis, ſecus ſi extra Diœceſim, vt contra Bonacinam *vbi ſuprà num.* 50. dicit communis apud Leandrum *quæſt.* 125.

Infertur ſeptimò, Canonicos examinatores 92
Confeſſorum, qui dum illos examinant, abſunt à choro, quæſtionem eſſe an lucrentur diſtributiones, prima opinio dicit non ſolum fructus, ſed diſtributiones lucrari, ità Genedus *lib.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 74. & videntur de mente Sacræ Congregationis apud Barboſam *de Canonicis, cap.* 25. *num.* .. *& in* Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 12. *num.* 53. probabilius puto ſolum fructus conſequi, eo quod legitimam habent abſentiæ cauſam; ſed non diſtributiones, niſi aliud habeat præſcriptio, vel conſuetudo: quia iſti non ſunt occupati in ſeruitio propriè Eccleſiæ; ſed in ſeruitio Epiſcopi, & Diœceſis in communi, & ſic deciſum per S. Congregationem refert Barboſa *in ſumma Apoſtolicarum deciſionum collect.* 258. *num.* 39. Palaus §. 7. *num.* 1. Garſia *diſp.* 5. *de Beneficijs, cap.* 2. *num.* 334. Bonacina *vbi ſuprà*, §. 8. Trullenchius *vbi ſuprà dubio* 10. §. 8. *num.* 1. Barbatus *num.* 34. illi verò qui ſunt deſtinati ab 93
Epiſcopo ad viſitanda hoſpitalia, & Eccleſias Diœceſis, vel Vicarij foranei, vel adminiſtratores locorum piorum, ſolum faciunt fructus ſuos, ſed non lucrantur diſtributiones, quia non ſunt occupati in ſeruitio propriæ Eccleſiæ, ſed Epiſcopi, aut Eccleſiarum Diœceſis, Palaus, Bonacina, & 94
alij *vbi ſuprà*, ſic Canonicus exiſtens in ſeruitio Epiſcop. ſolum fructus percipit, non diſtributiones quotidianas *d. cap. de cætero, & cap. ad audientiam de Clericis non reſidentibus*, & deciſum refert Garſia *d. c.* 2. *num.* 145. Barboſa *alleg.* 53. *num.* 142. *& in ſumma Apoſtolicarum collect.* 258. Gonzalez *gloſſ.* 6. *num.* 225. Palaus §. 8. niſi con- 95
ſuetudo ſit contraria, vel ſi præbenda alios fructus non habeat: quia tunc eas lucratur, cum loco fructuum ſuccedant deducta tertia parte, vt cenſuit S. Congregatio apud Barboſam vbi ſuprà: Canonici verò ſolemniter celebranti Epiſcopo ſi 96
aſſiſtunt in Cathedrali, vel in alia Eccleſia, diſtributiones ſuas faciunt, ſecus ſi aſſiſtant eidem priuatè celebranti etiam in Cathedrali, niſi alias ex conſuetudine illi aſſiſtere teneantur, ita declarauit ſacra Congregatio Rituum apud Barboſam *de Canonicis, cap.* 25. *num.* 12. *& in Summa Apoſtolicarum deciſionum collect.* 258. *num.* 30. legatur Trullenchius *vbi ſuprà num.* 20. Canonicus inſeruiens 97
Legato Summi Pontificis, aut Cardinali, eſt quæſtio an percipiant fructus præbendæ, licet abſentes à choro: prima opinio eſt quod ſic: quia ſeruiens Legato, vel Cardinali cenſetur ſeruire Papæ, ita Zerola *in verb. Reſidentia.* §. 4. Diana *part.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 79. alij dicunt non percipere fructus; nam hodie nullum eſt tale priuilegium particulare, & patet ex declaratione apud Garſiam *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 382. ſequitur Palaus *diſp.* 3. *punct.* 9. §. 8. *num.* 4. Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 3. §. 1. *n.* 4. Trullenchius *dubio* 12. §. 1. Leander *q.* 133. qui omnes negant inſeruientem legato dici inſeruire Pontifici, & licet ſit quæſtio an inſeruientes 98
Regi, aut ſupremo Principi, in Officio ab ipſo deſignato, poſſint percipere fructus Beneficiorum, aut Canonicatus, quamuis non reſideant, prima opinio affirmat, teſte Ceuallos *contra communes, quæſt.* 587. *num.* 7. quia ad hoc habent Reges priuilegia, etenim Cappellani Regis Hiſpaniarum habent conceſſum priuilegium à Paulo III. quod in abſentia percipiant fructus, & ſimile Priuilegium Regi Franciæ conceſſum, dicit Boër. *d.* 17. & Rebuffus *ad Concordata in tit. de collatione*, §. 1. *verſ. Reſidentia*, ſecunda tamen opinio

negat

negat posse recipere dict. fructus, tum quia non absunt in choro in euidentem totius Ecclesiæ vtilitatem; tum quia dict. priuilegia iam sunt reuocata per Concilium Trid. *sess. 6. de reformat. cap. 2.* & per Bullam Pij IV. vt probat Garsia *part. 3. de Beneficijs, cap. 2. num. 265. & 423.* vbi refert sic fuisse decisum à Sacra Congregatione, sequitur
99 Palaus, Bonacina, & Trullenchius; sed quæstio est, an Canonicus si absens sit Principe seculari, id mandante, ac iubente, lucretur distributiones. Ratio dubitandi est, quia Principem secularem præsumitur id fecisse ex iusta causa; ergo à Ciuitate eiectus ex iusta causa, non potest percipere distributiones quotidianas, vt benè Moneta *de distribut. quotid. part. 1. quæst. 5. num. 83.* & dato quod habuisset iustam causam, tamen quia non habuit licentiam recedendi à suo Superiore, videtur excludendus: quia non sufficit abesse ex causa, nisi absit cum licentia Ordinarij, latè Barbosa *part. 3. alleg. 53. num. 153.* vbi plures allegat Rotæ decisiones; idque etiam latè tradit Lotterius *lib. 3. de re Beneficiaria quæst. 27. num. 122.* sed contrarium dixi in casu mihi proposito elapsis annis, Canonicum expulsum authoritate Principis Laïci, lucrari distributiones, dummodo sit expulsus iuris ordine non seruato (aliàs secus, si per sententiam legitimè latam exulare coactus sit) ita Barbosa *de Canonicis, cap. 24. numero 38. & in Trident. sessione 24. cap. 12. numero 116. & in Collect. Apostolicarum decisionum, in verbo distributiones, collect. 258. num. 18.* vbi ait quod Canonicus absens à choro: quia residere non potest ex facto Principis temporalis, lucratur distributiones quotidianas, & sequitur Bonacina *disput. 2. quæst. 5. punct. 20. num. 8.* Pellizzarius *in manuali Regularium, tom. 1. tract. 50. cap. 8. numero 148.* vbi ait, quod in exilium pulsus, lucratur distributiones, si non dedit causam impedimenti, & Iudex eum legitimè non condemnauerit, & ita fuisse decisum per Sacram Congregationem pluries dicit Ciarlinus *contro. for. tom. 3. posthumo contr. 127.* quod si dicas alias Sacram Congregationem rescripsisse, talem Canonicum debere renunciare; Respondeo id non præcepisse vmquam Sacram Congregationem; sed solum consuluisse hortando &c. vt benè Ciarlinus *vbi suprà.*

100 Infertur octauò quod licet distributiones quotidianę dentur tantum inseruientibus in choro, tamen ex causa necessitatis, & vtilitatis Ecclesiæ, sunt Canonici exempti ab obligatione hominum in choro, & remanent participes distributionum; Canonicarum, ac aliorum fructuum, ac si essent præsentes in choro, *dict. cap. vnico de Clericis non resident. in 6.* Ludouisius *d. 154.* & excusat grauis infirmitas, Pilaïa *dicta dec. 10. de Canonicis, num. 43.* & etiam si dubium sit à principio, an grauis sit, quia non tenetur Canonicus se exponere periculo grauis damni, Bonacina *de horis Canonicis disp. 1. quæst. 6. punct. 1. num. 50.* Persicus *de horis Canonicis, cap. 11. dub. 4. num. 7.*
101 à quo tamen onere non excusat leuis ægritudo, sed si periculum sit, quod ex accessu ad chorum fiat grauis non tenetur ire Bonacina, Palaus, Pellizzarius, & alij *vbi suprà* Faustus, *lib. 3. quæst. 16.* qui dicunt leuiorem infirmitatem requiri ab interessentia chori: quam ab Officio priuato, & talis exemptio, seu excusatio locum habet, etiam si quis sua culpa in morbum incidit, Pilaia citatus, Maresscottus *lib. 2. var. cap. 32.* Ciarlinus *tom. 1. lib. 1. cap. 26. numero 28.* & infirmitatem grauem, & leuẽ describit Bonarsius, *lib. 2. de horis Canonicis, cap. 38. num. 4.* quia ergo jura non distinguunt de infirmo culpa propria, vel non, ideo nec nos distinguere debemus, Garsia *part. 3. cap. 2. num. 362.* Sanchez *lib. 2. consiliorum, cap. 2. dub. 91.* Palaus *disp. 3. punct. 9. §. 1. num. 3.* Trullenchius *lib. 1. in Decalogum, cap. 8. dub. 8. num. 4.* Pellizzarius, *tom. 1. tract. 50. cap. 8. section. 5. quæst. 7. numero 145.* Escobar 102
de horis Canonicis, quæst. 5. num. 93. imò etiam si data opera in morbum incidit; vt eo impeditus, choro interesse non possit, adhuc habebit distributiones quotidianas, vt contra Monetam *part. 2. quæst. 6. num. 15.* dicit Faustus *lib. 3. quæst. 29.* Trullenchius, & Bonacina, quos sequitur Leander *quæst. 54.* Barbatus *part. 1. cap. 15. num. 56.* & Pilaia *qui de morbo Gallico (vulgo vocato)* 103
loquitur, semper tamen nota quod Canonici ægroti habentur pro præsentibus in choro, modo tempore beneualetudinis ad diuina Officia accedere solerent, aliàs non: & ratio est, quia eo casu infirmitas non esset causa immediata absentię, Abbas *in cap. ad audientiam, num. 50. de Clericis non residentibus*, & quæ est ratio totius ad totum, est
partis ad partem, *l. quæ de toto, ff. de rei vendicat.* vnde ille, qui sanus ad matutinum, & primam conuenire non solebat, non potest tempore prædictæ infirmitatis prætendere distributiones, Graffius *part. 2. consiliorum lib. 3. cons. 20. in tit. de celebratione Missarum*, Sanchez *in opusculis, lib. 2. disputat. 9. num. 4.* quia *in dict. cap. vnico de clericis non resid. in 6.* solum illis conceduntur distributiones, quibus infirmitas vnica est causa absentiæ, illaque cessante, cessat; ergo cum in primo non solebat ire in choro sanus; neque infirmus illas lucrabitur, ita Vasquez, Couarr. Azorius, Guttierez, Barbosa, Bonacina, & alij, & ita decisum in Rota, dicit Trullench. cum Escobar, & aliis apud Leandrum *dict. quæst. 55.* sed si infirmitatis tempore pœnitentiâ ductus proposuerit interesse omnibus horis diuinis, tunc lucratur omnes distributiones quotidianas, Faustus *lib. 3. de distribut. quæst. 25.* quo tamen casu licet in foro conscientiæ posset eas recipere ex Bonacina *vbi suprà punct. 4. numero 50.* tamen in foro fori posset Capitulum negare distributiones, quia casus superueniens recipit interpretationem, iuxta statum præcedentem, *cap. maiores de Baptismo in fine*, Valens *in diff. vtriusque fori in verbo horæ Canonicæ diff. 2.* & qualiter probetur infirmitas tractat Macignus *de horis Canonicis, cap. 71. numero 10.* & nouissimè Franciscus Ciccoperius *var. lucubrationum lib. 2. num. 150.* & si talis Canonicus infirmus, dum erat sanus solebat ire ad aliquas tantum horas Canonicas non ad omnes, puto debere consequi distributiones illarum horarum, ad quas ire consueuerat, non verò illarum, quibus assistere non solebat, quia morbus in hac parte præsumitur causa absentiæ; qui ad illam distributionis partem, quam infirmus lucratus fuisset, ita Sanchez, Bonacina, Nauarrus, & alij apud Trullench. *cap. 8. dub. 8.* 104 105 106
numero 1. ægrotus Canonicus extra locum suæ residentiæ existens, non lucratur distributiones, vt ait Ragusius *de voce Canonic. in capitulo, numero vltimo*, cuius contrarium tenet, & rectiùs Moneta *de distribut. quotid. quæstione 6. numero 7.* Castrus Palaus *de horis Canonicis disput. 3. punct. 9. num. 6.* Riccius *in praxi, part. 2. resol. 444.* quia absentia à loco non facit; quia non sit ægrotus, ergo haberi debet pro præsente ad lucrandas distributiones quotidianas contra Barbatum *part. 1. cap. 15. num. 59.*

107 Conualeſcentem Canonicum, qui à loco ſuæ Eccleſiæ ad Balnea iuit, vel ad alium locum ſalubrioris aëris de conſilio Medici gaudere diſtributionibus quotidianis dicit Graffius 2. *parte deciſionum, cap.* 13. *numero* 11. Vlpes *in praxi, cap.* 13. *numero* 22. & poſt Bonacinam, Pellizzarium, 108 Barboſam, & alios dicit Leander *quæſt.* 66. ſic diſtributiones habet ille Canonicus, qui ob cantum nimis defatigatus, aliquantulum ſe retrahit à choro, vt ſpiritus aſſumat, & recreet, ſic poſt alios Eſcobar *dicta quæſtione quinta, numero* 89. ſic ille Canonicus diſtributiones acquirit, qui ex judicio Medici domi ſtat ad ſumendam medicinam, vel ad ſanguinis miſſionem: quia certum eſt abeſſe à choro ob iuſtam, & rationabilem cauſam Moneta *ſecunda parte, quæſtione* 6. *numero* 8. 109 Barboſam *parte tertia, alleg.* 53. *num.* 69. Trullenchius *dubio* 9. *numero ſecundo*, qui idem dicunt de valetudinario, qui judicio Medici è domo non egreditur, ob valetudinis periculum, an verò 110 Canonicus faciat ſuas diſtributiones ſi ſe à choro excuſet propter hoſpitem recipiendum, vel vt radat Barbam, ſi ea non faciat tempore chori; ſed nocte, & putat Nauarrus *de oratione, cap.* 50. *numero* 19. teneri in foro conſcientiæ ad tales diſtributiones reſtituendas, tanquam ex falſa cauſa; ſed idem Nauarrus *num.* 23. mutata ſententia tenet lucrari: quia nihil detrahit cultui diuino, qui raſuram Barbæ, ob quam potuit excuſari ab aliqua hora, ſi ſe feciſſet in ea radi, protrahit in noctem, vel aliam horam proximiorem ſequitur Sanchez *libro ſecundo conſiliorum, cap.* 2. *dubio* 57. Eſcobar *quæſtione quinta de horis Canonicis,* 111 *numero* 80. Leander *quæſt.* 265. ſic Canonicus ob podagram domi ſe continens lucratur diſtributiones, quia hic verè abeſt à choro propter infirmitatem, Barboſa *de Canonicis, cap.* 24. *numero* 31. *& de jure Eccleſ. tertia parte* 12. *numero* 58. Moneta, Bonacina, & alij apud Eſcobar *de* 112 *horis Canonicis, quæſtione quinta, numero nono* idem qui non poteſt ad Eccleſiam ſe conferre ob debilitatem Crurium, ſeu tibiarum, Sanchez *lib.* 2. *dubio* 97. *cap.* 2. Diana *parte* 10. *tract.* 11. *reſolut.* 44. Octuagenarius Canonicus excuſari à choro dicit Regens de Marinis *tomo primo* 113 *reſolut.* 40. *numero* 4. Gratianus *cap.* 805. *numero* 41. & declarauit Sacra Congregatio, quando alias 114 erant ſoliti ire ad chorum tales ſenio confecti, & alij dicunt ſeptuagenarios licito jure eſſe abſentes, & diſtributiones lucrari, poſt alios Narbona *de ætate ann.* 70. *quæſtione prima, & quæſt. ſecunda, numero* 6. vbi ſenio confecto ſeptuagenarios appellat ex Menochio, & alijs Barbatus 115 *parte prima, cap.* 15. *num.* 55. Quod verò ſeruitium Eccleſiæ per quadraginta annos non excuſet, nec tales ſeruientes admittat ad diſtributiones, dicunt omnes, niſi aliud eſſet ſtatutum in Capitulo, Pontificis authoritate roboratum, vel niſi eſſet immemorabilis conſuetudo, Nauarrus *conſ.* 12. *de Clericis non reſidentibus*, Garſia *part. tertia cap.* 2. *numero* 344. omnes tamen conſentiunt, 116 vt Canonici, qui per plures annos inſeruierunt Eccleſiæ, fiant exempti à choro à cantandis lectionibus, à Martyrologio, & cantandis Miſſis, ac ab alijs grauioribus corporis laboribus, Moneta 117 *d. part.* 2. *q.* 7. *n.* 15. maxime ſi agant annum ſexageſimum, quo tempore eximuntur à jeiunio, Caſtrus Palaus *de iuſt. & iure, cap.* 3. *punct.* 20. §. 50. *n.* 6. P. Verrecelli *quæſt. moral. tract.* 50. *quæſt.* 5. *n.* 154. Ciccoperius *lib.* 2. *lucubrationum, nu.* 152. 118 vt in ſimili milites veterani à multis muneribus exi- muntur, *l. à muneribus. ff. de muneribus & honoribus,* at non ſunt digni maioribus fauoribus milites terrenæ militiæ, quàm celeſtis, gloſſ. *in l. miles in verbo poteſt, ff. de re iudicata.*

An verò Canonicus, ſeu præbendatus, ſi obten- 119
to Beneficio fiat Cæcus, aut Surdus poſſit abeſſe à choro, & lucrari diſtributiones quotidianas quæſt. eſt. Prima opinio eſt Suarij *libro* 4. *de horis Canonicis, cap.* 28. *num.* 58. Sanchez *tomo* 1. *Conſiliorum, libro* 2. *cap.* 2. *dub.* 90. *num.* 7. qui dicit cæcitatem, aut ſurditatem non eſſe ſufficientem morbum, vt Canonicus deficiens à choro, lucretur diſtributiones: quia adeſſe choro non nocet huic morbo, & ſua præſentia chorus authorizatur, & ſic tenetur aſſiſtere authorizando chorum, idem dicit Suarez de Cœco, & Surdo, ſequuntur Trullench. Filliuccius, Bonacina, & Eſcobar *vbi ſupra quæſt.* 5. *de horis Canonicis, num.* 92. Secunda opinio ait hos tales non teneri, & percipere diſtributiones non accedentes ad chorum, tum quia *in l.* 1. *Cod. de his, qui morbo ſe excuſant, lib.* 10. vbi ob cæcitatem excuſatur quis à muneribus perſonalibus, tum quia ſic pluries decidit Sacra Congregatio apud Dianam, *part.* 5. *tract.* 6. *reſol.* 14. Barboſa *de Canonicis, cap.* 24. *num.* 90. Genedus *quæſt.* 1. *num.* 13. & quia Sacra Congregatio loquitur de ſolo cœco, ideo putat, & benè Leander *tom.* 6. *tract.* 8. *diſp.* 6. *qu.* 49. Canonicum Surdum, & non cœcum teneri accedere ad chorũ, vt lucretur diſtributiones quotidianas: quia quando eſt Surdus tunc minori labore 120
poteſt recitare &c. idem dico de Canonico rauco, qui vix vocem emittere poteſt; nam tenetur ſua præſentia honeſtare chorum, vt benè Bonacina *loco citato, diſp.* 1. *quæſt.* 7. *puncto* 1. *num.* 12. Bardonus *tom.* 2. *reſp.* 77. *nun.* 37. & nota quod Surdus in choro ſi nihil dicat ſatisfacit choro; ſed non præcepto Eccleſiæ de dicendo Officio, niſi recitet Officium per ſe ſubmiſſa voce, Eſcobar *de horis Canonicis, cap.* 50. *num.* 70. Moneta *vbi ſuprà, quæſt.* 2. *num.* 47. Bardonus *vbi ſuprà*, ſed ſi non ſit totaliter Surdus, ſed canat cum Sociis ſui 121
chori, & audiat ſaltim in confuſo Sacra verba, tunc ſatisfacit choro, & remanet liberatus à prinata recitatione Emanuël *ſuprà in verbo Horæ Canonicæ*, Fragoſius *tom.* 2. *lib.* 10. *diſp.* 22. §. 6. *nu.* 198. Verrecelli *vbi ſuprà*, Paſqualigus *d.* 407. *n.* 20. Ciccoperius *lib.* 2. *var. n.* 155. & Pilaïa *n.* 41. *d. dec.* 10. *ex Trid.* addit quod canentibus non intereſſentibus ſolum abſque cantu dari diſtributiones, nec ſatisfaciunt Canonici non canentes, & peccãt.

Infertur nonò Canonico abſenti ob aliquam iu- 122
ſtam corporalẽ neceſſitatem, debere cõferri diſtributiones quotidianas, quia hæc eſt vna ex tribus cauſis, quæ excuſant Canonicum à choro, & ea poſita acquirit diſtributiones, *cap. vnico de Clericis non reſid. in* 6. Leander *q.* 63. ſic eidem debetur quando à choro abeſt, eo quod ex ipſius aſſiſtentia immineat ei graue damnum vitæ, honoris, vel fortunæ, quia reputatur juſta, & rationabilis neceſſitas, Caſtrus Palaus *de oratione, diſputat.* 3. *puncto* 9. §. 1. *num.* 1. Pellizzarius *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 8. *ſect.* 3. §. 8. *n.* 148. Leander *quæſt.* 64. & 123
idem dico ſi Canonicus aliquo violento impedimento detineatur, aut aliquo alio modo impediatur quo minùs ad Eccleſiam ſuã ſe conferat, quia tunc ei debẽtur diſtributiones, Leander *q.* 69. *per totam,* poſſet etiam ſi iniuſtè ſit carceratus, quia citra cul- 124
pam propriam à choro abeſt, Sanch. *lib.* 2. *conſil. c.* 20. *dub.* 91. qui idẽ dicit de Canonico, qui iniuſtè miſſus eſt in exiliũ; quod ſi iuſtè talia paſſus ſit non 125
poterit neq; recipere diſtributiones: quia ſua culpa abeſt ab Eccleſia, Pellizzar. *vbi ſuprà n.* 148. Bocin. §. 1. *n.* 1. Palaus *n.* 3. Quod ſi crimine non probato, 126
ſed

sed suspicionibus vrgentibus detineatur in carcere, debentur distributiones, quia per eum non stat quin choro interesset, vt bene Bonacina, Trullench. & alij *vbi suprà*, iustè excommunicatus perdit distributiones, nec eas recuperat, *cap. Pastoralis, §. verum de appellat. & in extrauaganti vnica de decimis*, Couarruu. *lib. 3. variar. c. 13. num. 8. vers. 12.* Vgolinus *de censuris tabula 2. cap. 12. num. 2.* Parisius *libro 4. de resignatione Beneficiorum, quæst. 3. num. 52.* Guttierrez *libro 1. canon. quæst. cap. 1. num. 90.* Bonacina *de censuris, disput. 2. quæst. 2. punct. 4. §. 2. num. 7.* Garsia *p. 7. cap. 13. num. 125.* Moneta *de distribution. quotidianis, parte 2. quæst. 15. num. 18.* Puteus *decisione 180. lib. 1.* Seraphinus *dec. 1164.* qui ait Capitulum habere iustam causam denegandi distributiones excommunicato: sequitur Alterius *de censuris, lib. 2. disp. 6. cap. 8.* Ricciullus *libro 4. de iure personarum, cap. 14. num. 7.* Faustus *lib. 3. de horis canonicis, quæst. 37.* Rota coram Glisserio *dec. 286. tom. 2. consiliorum Farinacij*, etiamsi appellauerit ab excommunicatione Moneta, & Ricciullus *vbi suprà* quod si fame periret canonicus, tali casu neque debet dari vnde se alat, ex talibus fructibus, quia videtur contendere cum Ecclesia, dum non curat pœnitere, & absolui, glossa finalis *in dicto cap. Pastoralis, §. verum*, Couarr. *vbi suprà, num. 8.* Verum si fame periturus esset, nisi haberet alimenta, ei essent præstanda, Surdus *titulo primo, quæstione 82. numero 8.* casu quo iustè fuisset excommunicatus, & iniustè denegaretur absolutio, lucrabitur distributiones, & poterit eas post absolutionem recuperare, vt bene Leander *q. 75.*

An verò iustè excommunicatus, si horis diuinis interfit, lucretur fructus, & distributiones illi correspondentes, quæstio est. Prima opinio affirmat, quia licèt taliter assistens peccet, & ob peccatum debeat fructibus, & distributionibus priuari, *dicto capite Pastoralis, §. verum de appellatione*, ipso tamen iure non est priuatus, quia nullibi constat hanc priuationem esse impositam, Gloss. *in dicto §. verum*, Vasquez, Suarez, Coninchus, Bonacina, & alij, quos sequuntur Palaus *de horis canonicis tomo secundo, disputatione tertia, puncto 9. §. secundo, numero 4.* Pellizzarius *parte quarta de censuris, tractatu 2. disputatione 9. quæstione 48.* alij dicunt, quod talis excommunicatus ipso facto, ante vllam Iudicis sententiam amittit distributiones, *dicto capite vnico, §. qui verò de clericis non residen. in 6.* Trid. *sessione 24. de reformatione, cap. 11.* Moneta *de distribution. quotidianis, parte 3. quæstione 7. à numero 71.* Santarellus *de hæresi quæstione 13.* Barbosa *de canonicis, cap. 24.* ergo non poterit interesse choro, ad illas lucrandas, vt bene Leander *quæstione 76.* quod si sit consuetudo: vt talis excommunicatus eas acquirat, non obstante excommunicatione erit admittenda, Garsia *de Beneficijs, cap. 14. numero 128.* qui dicit hanc consuetudinem esse in Hispania, sequitur Leander *quæstione 77.* latè Barbatus *de diuisione fructuum, parte 1. capite 15. numero 44. & 45. cum sequentibus.*

Hoc idem dicimus in canonico suspenso ab Officio, qui priuatus est ipso iure quotidianis distributionibus, cum illæ non dentur illis, qui diuinis Officiis non interfunt, provt suspensus ab Officio interesse nequit, Nauarrus *consil. 11. numero sexto*, Vgolinus *de censuris tabula 4. cap. 6. §. tertio*, Sanchez *lib. 3. de matrim. disputatione 51. num. 10.* Moneta *quæstione 15. numero 37.* Bonacina *disput. 3. de censuris, quæst. 6. punct. 20. numero 16.* quod idem dico de suspenso à Beneficio, nam is, quoque amittit distributiones quotidianas, Vgolinus *vbi suprà, §. 7.* quia hic est proprius effectus suspensionis à beneficio, vt fructibus, & eius emolumentis priuet, vt bene Suar. *de censur. lib. 4. c. 6. n. 9. & 10.* qui tamen in hoc est singularis dicens, suspensū à beneficio lucrari distributiones, si interfit diuinis: quia non potest adesse, vt bene Leander *tom. 6. tract. 8. sub q. 79.* cui tamen erit subueniendum pro alimentis, si sit in necessitate extrema, ne in opprobrium cleri, mendicare cogatur, *capite Diaconi 93. distinct.* gloss. *in capite cum Victorienses, in verbo admiserant de electione*, Couarr. *lib. 3. variar. cap. 13. num. 8.* Surdus *titulo 1. quæstione 82. à num. 50.* Nauarrus *cons. 45. de tempore ordinationum, & consil. 7. & 27. de sententia excommunicationis*, Campanilis *in diuersorio iuris canonici, lib. 11. cap. 16. num. 20.* Sayrus *de censuris, lib. 4. cap. 6. num. 12.* Moneta *parte 2. quæstione 15. num. 10.* Ricciullus *lib. 4. de iure personarum, cap. 14. num. 24. qui numero 26.* ait, suspenso ob contumaciam, neque deberi alimenta, nisi aliunde non habeat, Seraphinus *dec. 1098. numero 3.* idem dicit Moneta cum aliis *vbi suprà*, in interdicto ab ingressu Ecclesiæ, nisi essemus in Festiuitatibus, de quibus *in cap. Alma Mater, §. in Festiuitatibus, de sententia excommunicationis in 6.* tempore cessationis à diuinis, siue iustè, siue iniustè, canonici non percipiunt distributiones quotidianas, *cap. si canonici, §. scituri de offic. ordin. in 6.* Moneta *16. num. 36.* Auila *de censuris, part. 2. disp. 2. dubio 3. conclusione 3.* Faustus *lib. 3. quæst. 39.* Bonacina *de horis canonicis, disputatione 2. quæst. 5. punct. 20.* Genedus *libro 1. canon. quæst. q. 1. num. 55.* Ciccoperius *lib. 2. variar. numero 157.* sed tenetur ille, cuius culpa, cessatio inducta fuit, canonicis, & clericis, ad id, quod eorum interfit ex amissione prædictarum distributionum, aut sanè non acquisitarum restituere, *capite 2. de offic. ordin. in 6.* Barbosa *allegatione 22. num. 11.* idem dicunt in depositio, aut verbaliter degradato, cui non debentur distributiones quotidianæ, licèt illi sint danda alimenta, si aliunde non habebat vnde viuat, ne cum dedecore Ecclesiastici status cogatur mendicare, Couarruuias *vbi suprà, capite 13. numero octauo, versu 12.* hinc etiam, &c. Faustus *libro tertio, quæstione 43.* Moneta *quæstione 17. numero 23.* quod limitatur in depositio iniusto, vel ab illo restituto, quod idem dicimus in actualiter depositio, seu degradato, vnde canonicus, qui fuit priuatus Canonicatu, vel Beneficiatus, qui fuit priuatus fructibus beneficij, si non habet aliunde, *capite studeat in fine*, vbi glossa 50. *distinctione*, Couarruuias *libro tertio, variar. capite 15. numero octauo*, Corduba de Lara *in lege si quis à liberis, §. si vel parens, numero 61. ff. de liber. agno.* Surdus *tomo primo, quæstione octaua*, sequitur Leander *quæstione 87. & 88.* latè de hac re Barbatus *de diuisione fructuum p. 1. c. 15. à num. 46. vsque ad numerum 54.*

In casibus verò quibus priuantur canonici ob excommunicationem, & alias causas estq; quibus accrescant distributiones quotidianas.

Resp. quod multiplex est dicendi modus.

Primus quod accrescant aliis clericis, qui interfunt diuinis Officiis, ita glossa *in clement. 2. de ætate, & qualitate in qualitate in verbo pars dimidia,*

midia , & in Clement. 2. de atate , & qualitate in verbo ſuſpenſi , Caſſador. *d. vnica de clericis non reſidentibus* , Couarruuias *lib. 3. variar. capite 13. num. 7.* Moneta *part. 3. quæſt. 6. num. 16.* Santarellus *quæſt. 13.* Fauſtus *lib. 3. quæſt. 87.* qui hoc probant *ex dict. cap. vnico de cler. non reſident.* & ex Tridentino *ſeſſione 21. cap. 3.* & aliis locis citatis.

144 Sed videtur obſtare Trident. decretum *ſeſſ. 22. de reformatione, cap. 3.* dum ait, portionem diſtributionum eorum, qui interſunt, applicari debere fabricæ Eccleſiæ, quatenus indiget, vel alteri pro loco, arbitrio Ordinarij, & ſic declaraſſe Sacram Congregationem refert VVarreſius *in dicta conſtitutione 12.* per Trident. *innouata, n. 13.* quia non in ſolatium præſentium amittuntur, ſed in odium abſentium: ergo non debent dari præſentibus, ſed fabricæ, vel locis piis.

145 Reſpondeo quod poteſt intelligi Trident. decretum, ſtante conſuetudine, vel ſtatuto, vt non accreſcant intereſſentibus, ſed in Eccleſiæ vtilitatem conuertantur, vt ait Franciſcus Marcus *deciſione 882. p. 2.* Franciſcus Monaldus *conſilio 27. num. 4.* vel procedit decretum Tridentin. quando omnes fuiſſent abſentes à diuinis Officiis, quia tunc diſtributiones quotidianæ applicandæ ſunt Eccleſiæ, Caſſadorus *dec. vnica, num. 3. de cleric. non reſid.* Gigans *conſ. 144. num. 3.* Couarr. *vbi ſuprà, c. 13. num. 7.*

146 Secundus modus dicendi eſt Nauarri *Miſcell. 59. de orat. num. 9.* qui vtramque Concilij Tridentini determinationem ad concordiam reducit, vt ſc. decretum *ſeſſ. 21. capite 3. & ſeſſ. 24. capit. 12.* intelligatur de diſtributionibus quotidianis ordinariis communibus lucrifaciendis à ſeruientibus diuino Officio, & tales dari debent præſentibus, & intereſſentibus, at Trident. decretum *ſeſſione 22. capite 3.* intelligatur tantum de extraordinariis diſtributionibus, & in propriis, quæ de redditibus particularibus, Dignitatum, Præbendarum, & Officiorum conſtituuntur lucrifacienda ab eis ſolis, qui huiuſmodi beneficia habent implendo officia, & ſeruitia diuina ab Epiſcopo deſignanda, & ideò ſubdit Nauarrus has extraordinarias, meritò non accreſcere aliis: quia de communibus fructibus conſtituuntur, pro Officiis ab aliis obeundis; illæ verò de fructibus particularibus, vt bene Tuſchus *de viſitatione, libro 1. capite 15. numero 25.* Galletus *in Margarita caſuum conſcientiæ, in verbo Officium, pag. 190.* Campanilis *rubrica 7. cap. 6.* Moneta *parte 3. quæſtione 4. num. 29.*

147 Tertius modus dicendi eſt, quòd Tridentin. decretum *dict. ſeſſ. 22. cap. 3.* loquatur in dignitatibus, à quibus Ordinarius tertiam partem fructuum, in diſtributiones quotidianas conuertendo, poteſt ſeparare, & dato, quòd non ſint tenues, & tunc procedit Trident. *vbi ſuprà*, ſcilicet, vt illa tertia pars ita ſubtracta per non ſeruientes amoneatur, & locis piis applicari debeat, ſed Trident. *ſeſſione 21. capite 3.* locum habet, quando diſtributiones ita ſunt tenues, vt negligantur, & hoc caſu tertia pars fructuum ita ſeparata, & in diſtributiones ab ordinario conuerſa, ſi amittatur per non ſeruientes accreſcit proportionabiliter ſeruientibus, vt deciſum refert Garſia *parte tertia de Beneficijs, capite ſecundo, numero 46.* & declarauit Sacra Congregatio, vt teſtatur in Rota Romana impreſſa poſt tractatum Alexandri, Moneta *de diſtributionibus.*

Putant aliqui, quòd poſſit Canonicus diſtri- 148
butiones alteri condonare licet abſenti, & ſic licet eas amiſerit, donare poterit: vt acquirat, Gloſſa *in capite vnico de clericis non reſidentibus in 6.* Santarellus *variar. quæſtione 13. numero 3.* Fauſtus *libro tertio, quæſtione 91.* Sed hodie poſt Tridentinum, gloſſæ ſententia eſt reprobata, & non poterit donari, vel remitti talis pars, Moneta *parte 3. quæſtione 5. numero 8.* Nauarrus *de oratione Miſcellanea 59. numero 5.* Durante *de ritibus Eccleſiæ, libro 3. cap. 25. numero 50.* Azorius *libro 7. capite 7. quæſt. 9.* & ad cultum diuinum augendum eſt veriſſima opinio, nam alias daretur occaſio clericis abſentandi ſe à choro, ſperantes ſibi faciendas eſſe remiſſiones à ſuis canonicis amicis, & ipſe Canonicus deinde ex gratitudine cogeretur remittere alteri partem ſuam, nec à fortiori poterit eas remittere Epiſcopus, vel Capitulum Tridentinum *vbi ſuprà*, Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, allegatione 55. numero 140.* quia conſenſus Capituli, non poteſt facere, vt ille qui non interfuit diuinis, habeat diſtributiones quotidianas, neque ſtatuto, aut lege potuit hoc conſtitui, Bonacina *vbi ſuprà, puncto 7. §. 50. numero 8.* Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici, reſolutione 493. tomo 1. aliàs 384. numero 7. in ſecunda editione*, & hoc neque per totum Capitulum fieri poterit, etiam quod momento temporis duret abſentia, Riccius *num. 8.* Gratianus *cap. 166. num. 36.* Rot. *deciſ. 61. part. 1. diuerſ.*

Infertur decimò, canonicis licere à Capitulo 149
abeſſe per tres menſes, Trident. *ſeſſione 24. de reformatione, capite 12. & ſeſſione 23. capite primo*, pro quibus non lucrabuntur diſtributiones quotidianas, ſed ſolos fructus, vt contra Sanchez *lib. 2. conſiliariorum, capite 2. dubio 103.* & & ſic declaraſſe Sacram Congregationem ait Barboſa *parte 3. de poteſtate Epiſcopi, allegatione 53. numero 123.* & in Tridentino *ſeſſione 24. cap. 12. de reformatione, numero 32.* Caſtrus Palaus *diſputatione 3. puncto 9. §. 10. numero 12.* Pellizzarius *tractatu 50. cap. 8. ſeſſione 3. quæſt. 10. numero 159.* & Pilaïa *dict. titulo de canonicis, num. 40.* verum ſi eſſet ſtatutum contrarium, aut conſuetudo, & confirmata ſint Apoſtolica authoritate: tunc etiam diſtributiones lucrantur, Garſia *parte 3. cap. 2. numero 193. in prima, & tertia declaratione*, provt etiam limitatur niſi præbenda alios 150
fructus non habeat præter diſtributiones quotidianas: quia tunc probabilius dico abſentes his tribus menſibus lucrari illas, vt bene Leander *part. 6. tractatu 8. diſput. 6. quæſt. 152. & quæſtione 156. in fin.* & Pilaïa citatus. Verum vt Canonici poſſint hoc priuilegio abſentiæ trium menſium gaudere, debent per integrum annum choro intereſſe, ad hoc, vt poſſint in tali abſentia lucrari diſtributiones *dicta ſeſſ. 24. cap. 12.* Garſia *num. 311.* Barboſa *in Tridentino dict. cap. 12. numero 35.* Palaus *vbi ſuprà, numero 10.* Pellizzarius *numero 159.* Bonacina *diſputatione 2.* 151
quæſtione 5. parte 41. numero 9. Leander *quæſtione 157.* non tamen gaudebit abſentia trium menſium ille Canonicus, qui poſſeſſionem accepit Canonicatus in medio anni: quia tunc poterit abeſſe per menſem cum dimidio ab Eccleſia ex illo anno, Pellizzarius, Palaus, Bonacina, & alij apud Leandrum *q. 158.* Ille verò canonicus, qui toto 152
ferè anno abeſt à choro ſine cauſa legitima, an poſſit nihilominus frui dictis tribus menſibus Concilij queſtio eſt, & licet Moneta *q. 14. num. 54.*

dicat

dicat quòd non ; tamen contrarium puto posse frui illis tribus mensibus, nisi aliter dictet statutum, aut Ecclesiæ propriæ consuetudo, ita declaratur per Sacram Congregationem, dicitur *vbi suprà*, ratio est; quia hoc priuilegium non datur illis, qui actu residet, sed illis, qui sunt obligati ad residendum, aliàs canonicus eo non posset frui priuilegio quousque per nouem menses prius non resideret, quod est falsum, Palaus *parte* 4. *num.* 11. Sanchez *lib.* 2. *capite* 2. *dub.* 104. Pellizarius *tractatu* 50. *capite* 8. *sect.* 3. *quæst.* 10. *n.* 159. & 160.

153 & licèt Nauarrus putet quod Canonicus, qui malè, aut vanè expendit illos tres menses, teneatur restituere fructus illis correspondentes, tamen verior est opinio contraria : quia licitè accipit tales fructus pro illo tempore, ita Sanch. *vbi suprà, dub.* 103. Pellizarius *n.* 161. Leander *quæst.* 160. Palaus

154 *vbi suprà*, neque ad tres menses habendos requiritur specialis licentia Ordinarij, Garsia 3. *p. cap.* 1. *num.* 314. Barbosa *allegat.* 53. *num.* 158. Pellizarius, & Palaus *vbi suprà*, non tamen tenetur abesse per tres menses tempore Paschatis ex declaratione Sacræ Congregationis, neque in festiuitatibus Natalis, latè Pellizzarius, & alij apud Surd. *quæst.* 162. *per totam*, & licet aliqui putent posse Episcopum hoc trimestre prorogare ad quatrime-

155 stre, vt dicit P. Candidus *p.* 1. *in tit. de Beneficijs, disquisitione* 18. *artic.* 29. *ad* 31. Rubec. *in Aphorismis Episcoporum in verbo absens, num.* 9. Zerola *in verbo Priuat.* vbi ait sic fuisse decisum per Sacram Congregationem, tamen contrarium tenet Garsia *parte* 2. *de benefic. cap.* 2. *numero* 412. & ad decretum Sanctæ Congregationis respondet talem facultatem ex speciali gratia, & cum causa fuisse concessam à Sacra Congregatione Episcoporum cuidam Episcopo Larinensi, vnde non

156 esse extendendam ad alios Episcopos ait, nec licebit eodem tempore omnibus canonicis à choro, sed tantum quartæ parti arbitrio Episcopi, & Capituli Sacra Congregatio in Tridentino *dict. sessione* 24. *cap.* 12. *de reformatione*, poteritque Epis-

157 copus ad tuendam festorum, & Ecclesiæ dignitatem mandare, ne talem absentiam sumant in solemnitatibus, *capite si quis ex cleric.* 7. *quæst.* 1.

158 *cap. si quis de consecratione, distinct.* 1. & absque alio mandato Canonicus Pœnitentiarius tenetur in Natali, & Pascha sui copiam facere in Confessionali, licèt aliis diebus non tenetur ad maiorem residentiam, quàm alij Canonici, Garsia *parte prima, de Beneficijs, capite quarto, numero* 12.

159 An verò Canonicus (idem de Episcopo dicimus) qui fuit factus talis de mense Octobris Anno 1664. & abfuit pro mense Octobris, Nouembris, & Decembris, possit postea pro An-

160 no 1665. abesse in mense Ianuarijj, Februarij, & Martij, & sic per tres menses pro primo anno, & per tres alios pro alio anno sequenti, putat quod sic Pater Pellizzarius *dicto tractatu* 50. *capite* 8. *sectione tertia, quæstione* 10. *numero* 162. Secunda opinio negat posse fieri sequitur Leander *quæstione* 163. ob multa, quæ allegat. Ratio est, quia trium mensium absentia pro rata conceditur canonicis, vt hi diurno labore defessi, cum ferrei non sint, honesta oblectatione, quotannis recreentur, & sic maiori cum spiritu ad labores chori redeant, vt dicit Bonacin. *de horis canon. disp.* 3. *q.* 5. *n.* 55. Caramuel *in Regul. S. Benedicti, disp.* 105. vnde qui in medio anni Canonicus efficitur, non poterit abesse à choro, nisi per mensem cum dimidio, Cast. Palaus *de horis cano. disp.* 3. *punct.* 9. §. 1. *n.* 3.

Canonicus in obsidem, & ostagium datus gaudet distributionibus, & absens pro defensione sui canonicatus, idem dicimus, & absens à choro ob inimicitias, & alias causas ponit Barbos. *de dignitatib. c.* 241. Ciccoperius *lib.* 2. *n.* 150. *cum seq.* vt post Monetam dicit Barbatus *de fructibus, p.* 1. *cap.* 15. *n.* 33. qui ampliat in capto a Bannitis pro receptu, qui pendente captura, lucratur distributiones quotidianas. 161

Infertur vndecimò, Canonicos absentes ex legi- 162
tima causa lucrari distributiones quotidianas, & etiam candelas, & eleemosynas, quæ dantur canonicis præsentibus, funeribus, & anniuersariis, Barbos. *in capite vnico de consuetudine in* 6. Quaranta *in summa Bullarij, in verbo, distributiones*, sed hoc negat Faustus *lib.* 3. *quæst.* 33. Naldus *in verbo, distributiones*, Galletta *in sua Margarita in eodem verbo*, quod sequitur Ciccoperius, quando 163
ad manus Canonicorum porriguntur candelæ, & eleemosynæ, alias quando eleemosynæ dantur in se partitæ Canonicis, latè Lara *de anniuersarijs, lib.* 1. *capite* 17. *numero* 2. Riccius *parte* 3. *resolutione* 564. Sanchez *tomo* 1. *opusculorum, libro* 2. *capite* 2. *dubio* 103. Ciccoperius *libro* 2. *numero* 169.

Infertur duodecimò Procuratores Capituli re- 164
cipientes mandatum ad negotia Capituli peragenda, si ob tale mandatum pecuniam accipiant, non solum non lucrari distributiones absentium, sed nec etiam suas facere proprias, quia Sacra Congregatio Rituum declarauit 21. Augusti 1604. canonicum, qui mandatum habuit ad Capituli, vel Ecclesiæ negotium peragendum, lucrari distributiones pro parte sua, dummodo ei non fuerit constitutum congruum salarium, & ita testantur Barbos. *de canonicis, capite* 24. *numero* 19. *in fine*, 165
Escobar *de horis canonicis, numero* 127. *fol.* 96. *columna* 2. & sic dum diximus supra lucrari canonicum suas distributiones quotidianas, etsi absentem, pro vtilitate suæ Ecclesiæ intelligi debet, dummodo non sit ei constitutum salarium, Sacra Congregatio die 13. Ianuarij 1603. Barbosa *in collect. Apostolicarum decisionum, collect.* 258. *num.* 13. *in princip.* neque Thesaurarius Capituli si pro hoc officio mercedem habet, poterit lucrari distributiones suas, & multo minus illas absentium : sic deputati pro aliquo negotio Capituli, & pro eo absentiam à choro habentes, nihil de proprio expendentes, sed expensis Capituli, 166
non solum non lucrari proprias, sed nec minus absentium distributiones : quia id facit expensis Capituli, nihil de suo expendentes, vel saltem dici posset, quod id facientes expensis Capituli, suas lucrentur distributiones : sed non absentium, quæ dari debent verè interessentibus, vt supra probauimus, hi verò non interessentes dici possunt, infirmos Canonicos, Senes, &c. lucrari proprias *suprà* diximus, sed non absentium, quæ fictè interessentibus non dantur, & quod de distribuentionibus diximus, dicas de funeralibus, & anniuersariis, ac aliis emolumentis, de quibus *suprà in corollario* 11. & sic Præbendatus Theologus, Pœnitentiarius, &c. licèt suas faciat distributiones, eo modo quo *suprà* diximus corollario, non tamen lucrantur illas absentium pro eo tempore, quo non interfunt horis canonicis, ne duo specialia concurrant simul, & ex aliis *suprà* allegatis.

Infertur decimoterriò absentes in seruitio Car- 167
dinalis Legati, lucrari fructus, sed non distributiones quotidianas Præbendarum suarum, Moneta *parte* 2. *quæstione* 9. Zerola *parte* 1. *in verbo, residentia,*

dentia, parte 4. Garsia parte 3. capite 2. num. 182.

168 sicuti Canonicus inseruiens Episcopo pro suis, vel alienis negotiis, & non suæ Ecclesiæ, etiamsi nunquam stetisset præsens, dummodo professionem fidei faciat, fructus lucrari, & non distributiones, etsi duo Canonici associentur Episcopum visitantem Diœcesim, non lucrantur distributiones, nisi tamen in illis consisterent omnes fructus canonicatus, Barbos. de potestate Episcopi allegatione 53. num. 141. Idem si Episcopus assumeret sibi pro suo seruitio duos Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ, vt declarauit S. Congregatio apud Barbos. d. c. 25. n. 8.

169 Infertur decimoquartò lucrari distributiones quotidianas Canonicum Sacristiæ Præfectum, pro tempore, quo abest occasione seruitij Ecclesiæ, & Sacristiæ, cum nullus obligetur ad duas incompatibiles actiones, vt in puncto Faustus vbi suprà, quæstione 53. Bonacina de horis canonicis loco citato. Idem dico de Canonico, qui tempore Officij occupatur in exigendis reditibus Capituli, quia lucrifacit distributiones correspondentes horis, quæ tunc dicuntur, vt bene Trullenchius in Decalogum, dub. 12. num. 9. Bonacina q. 5. disp. 1. punct. 3. num. 15. Barbosa de Canonicis, cap. 24. n. 2. Diana tract. 16. resol. 44. etiamsi alio temporis interuallo tale negotium expedire potuisset, vt bene

170 Sperellus decis. 44. num. 51. tom. 2. Idem dico de Canonico vidente computa reddituum Capituli, tunc temporis, quo horæ Canonicæ celebrantur, quia hic occupatur pro assignandis portionibus Canonicis, ergo in sui Ecclesiæ vtilitatem, Doctores citati, Castrus Palaus vbi suprà, §. 1. num. 10. Seraphinus decis. 1219. nisi mediante stipendio id faciat, quia tunc neque lucratur distributiones suas, vt suprà, ergo multo magis amittit illas aliorum, Ciccoperius lib. 2. variarum lucubrationum, fol. 129. n. 167.

171 Infertur decimoquintò, Præpositū, Decanū, seu aliam primā Dignitatem non posse à choro abesse etiam pro seruitio Episcopi, provt Canonicis permittitur post alios Ciccoperius lib. 2. var. fol. 139. num. 193. & sequenti, tum quia prima Dignitas prærogatiua maiorem dignitatem affert choro, quam multi Canonici simul, cap. in nostra de testamentis, Macignus de horis Canonicis, cap. 69. n. 18.

172 & cap. 56. num. 24. tum quia prima sede remanente vacua, facilè oriuntur scandala, & turbatio chori, Filliuccius cap. 4. num. 135. Bonacina disput. 1. quæst. 3. punct. 50. num. 10. Layman lib. 4. tit. 2. cap. 7. in fine, tum quia non frequentando chorum tribuit malum exemplum minoribus, qui facili negotio maiorum sectantur exempla, tum quia sicuti nulla domus pro bono regimine debet esse sine gubernatore Prouerb. cap. 11. ita nullum Collegium sine capite, cuius interest curare, vt diuina Officia rectè, ritè, & exactè celebrentur, & seruentur circa id propriæ ipsius Ecclesiæ leges, & ordinationes, quarum ipsi custodes sunt, Bassus de Canonicis, cap. 11. Marta in ff. nouissimo, in verbo, Abbas, cap. 15. Homobonus de statu personarum, p. 1. cap. 22. Tamburinus de iure Abbatissarum, disp. 15.

173 quæst. 2. & ad hunc pertinet decentia Canonicorum in choro, alias quod contingit Episcopo referre, & caput Capituli, si aliquid mali, & inordinatum sequatur ipse debet Deo reddere rationem, Tamburinus de iure Abbatum, tom. 1. disput. 10. q. 2. Pasqualigus decis. 82. Diana part. 10. tract. 13. resol. 10. & vbi deputatur Magister Chori, si hic deficiat in illis, quæ pertinent ad probatam chori rationem, ad hoc ius erit primæ Dignitatis, vt ea, quæ decent iuxta suum munus fieri procurent, & in casu inobedientiæ ipsa prima Dignitas per se imperet; vt errata patrantes mulctentur, vel punctentur, Rota apud Puteum decis. 667. & part. 5. diuers. decis. 253. num. vltimo, S. Carolus Borromæus p. 2. in tit. Magist. Chori, & chori præfectus, peccat non corrigendo defectus in choro commissos ab illis qui choro sunt addicti, Nauarrus de constit. cap. 16. num. 78. Trullenchius de oblig. chori, dubio 3. num. 28. intellige in illis quæ concernunt, & impediunt orationem publicam in choro, siue Regularium, siue secularium, latè Pasqualigus decis. 82. de chori præfecto, qui dec. 83. dixit teneri esse præsentem choro, aliàs peccabit, nisi nullum præuideat sequuturum vitium, & Trullench. dicit Pasqualigus decisione 84. interdum teneri ad distributiones restituendas, quas iniustè Canonici percipiunt eo sciente, & non impediente, si scilicet ab ipso inquiratur, an iustè aliquis distributiones perceperit, & dicat quod sic: alias enim peccaret præfectus chori contra suum Officium, sed non teneretur restituere.

Quod si in aliqua Cathedrali non fuerit con- 174
suetum Magistrum Chori deputare, tunc ad primam Dignitatem spectabit Chorum à vitiis expurgare, qua absente, pertinebit ad secundam Dignitatem, vel antiquiorē Canonicū, Rota apud Seraphinum dec. 639. num. 8. part. 1. aliquibus in locis 175
solet eligi Canonicus silentiarius, qui præcipiat silētium, & poterit præcipere etiam primæ Dignitati ob reuerentiam nexui Ecclesiastici, verùm eidem dignitati non debet in specie indici silentium, neque ab ea est exigenda mulcta, si illud frangat, provt exigitur à cæteris de choro, Rota apud Postium decis. 767. num. 25. ad quod facit S. Ambrosius lib. 3. de Virgine, quod Romæ impedientes suo murmure auditum publicæ orationis circa proximam Ecclesiam, iussæ fuerunt à Sacerdote, vt corrigerent, & miro silentio obedierunt, & punctantur Canonici transgredientes silentium, excepta prima Dignitate, qui pariter ob iustam occupationem si exeat à Choro, dum dicuntur Officia 176
diuina, ne peruertatur ordo hierarchicus, non tenetur egrediens licentiam ab alio postulare, Manriquez de præcedentia, quæst. 41. num. 1. Riccius in praxi, part. 1. resol. 568. Antonellus de regimine Ecclesiæ, lib. 3. cap. 18. num. 16. Rota part. 3. diuers. decis. 630. num. 4. alij Canonici tenentur punc- 177
tatori explicare rationabilem causam egrediendi de choro, nec non ingressu, quasi licentiam petendo primo de choro priuatiuè, quoad alios caput inclinare sub pœna absentiæ pro illa hora Canonica, Moneta part. 2. quæst. 2. num. 23. Graffius part. 2. decisionum, lib. 2. cap. 16. num. 28. & dicit S. Congregatio de anno 1617. de qua Ciccoperius lib. 2. variarum lucubrationum, fol. 142. num. 201. & si exeant plures, quàm duo punctantur inobedientiæ pœna, Gauantus in manuali, in verbo Canonicus, num. 29. Card. Brancatius in sua Synodo, in verbo, Chorus, & tenetur punctator fidem præstare Canonicis dicentibus causam; sed si sæpesæpius exiret tunc talis causa in publico Capitulo esset aperienda, & probanda, Barbosa de Canonicis, c. 24. num. 27. & in summa Apostol. decis. collect. 95. n. 3. sed si ad reassumendum spiritum fatigatum à cantu exeat aliquantulum poterit, gloss. in Clem. 1. de celebratione Missarum, vbi Abbas n. 6. Ioannes Andreas in cap. dolentes, de celebratione Missarum, qui absque iusta causa chorum deserit P. M. Lay- 178
man lib. 4. tract. 1. cap. 50. & à principio Officij vsque ad finem punctator stare debet in choro cum suo libro, & calamo: vt punctet defectus, veneris in examine Episcoporum cap. 47. num. 6.

Tuschus

Tuschus *de visitatione, lib. 1. cap. 15. num. 19.* Massobrius *de Synodo, cap. 50.* alias ipse de proprio in choro bene seruientibus tenetur restituere, Ragusius *de voce can. quæst. 20. num. 3.* Pasqualigus *dec. 84. num. 4.* & punctator ad mensem, vel ad annum constituitur eiusdem Ecclesiæ Canonicus,
179 Vgolinus *de exp. cap. 19. §. 20. num. 6.* & punctator tempore sui officij non potest deputari Sacristiæ Præfectus, nec hebdomadarius, Doctores *vbi suprà*, quia stare debet in choro ob seruitium supradictorum.

180 Infertur decimosextò, Canonicum, qui ex defectu Organistæ, organa pulsat in Hymnum, & Canticum ad Vesperas non teneri priuatim recitare illam modicam officij partem, quam organa sonant, & correspondent canentibus, dummodo audiat Organista, quæ cantantur à Choro, Carolus Macignus *de horis Canonicis, cap. 17. num. 10.* Sotus *de iustit. & iure, lib. 10. quæst. 5. artic. 50.* Rodriquez *in summa, cap. 14. tom. 2.* Layman *lib. 4. tract. 1. cap. 50. num. 7.* Sanchez *lib. 7. cap. 2. dub. 16.* Escobar *de horis Canonicis, tract. 50. c. 50. n. 7.* Molfesius *tract. 50. cap. 1. num. 22.* quia Ecclesia recipit illum organi sonum tanquam partem horarum Canonicarum, vt bene Lezzana *in summa tom. 4. in verb. Officium, num. 11.* dummodo reliqua officij canat in choro; si enim in principio Vesperarum vsque ad finem fuerit extra chorum in loco vbi est organum, vt ad illud tangendum præsto sit, in fine omnium Psalmorum iuxta dispositionem ceremonialis erit adstrictus eosdem Psalmos per se canere, aut saltem partem quam vnus Chorus cantat, audire, & alteram pronuntiare submissa voce, & sic non solum respondebit mandato Ecclesiæ de officio integrè recitando, sed etiam instituto Chori, & consequenter erit particeps distributionum Doctores citati. Dixi in defectum Organistæ, quia alias Canonicus non potest esse Organista, & satisfacere choro, ac suo muneri Canonicali, quia aliud est officium Organistæ, aliud Canonici, Moronus *resp. 67. num. 57.* Ciccoperius *lib. 2. variarum lucubrationum, num. 112. & seq.* qui latè declarat qualiter se gerere debeat Organista, & ingredienti Prælato Ecclesia ad sacrum pontificaliter obeundum, tanguntur organa; vt habetur in
181 ceremoniale Episcoporum *lib. 1. cap. 15.* & etiam dum caput Collegiatæ etiam Episcopo subiectæ intrat Ecclesiam Collegiatam suam pro Missa cantanda Pontificali, organa pulsari debent, Ciccoperius *lib. 2. can. lucubr. num. 93. & 94.* & Organista obedire debet Magistro ceremoniarum, vt ex ceremoniali Episcoporum dicit Ciccoperius *lib. 2. num. 116. & seq.* verum si talis Canonicus Organista pretium reciperet, & mercedem pro officio suo, nullas lucraretur distributiones ex dictis *suprà*, ergo si proprias non lucratur; quo modo poterit lucrari illas absentium, & non præsentium.

182 Tandem infertur ad casum propositum à Francisco Ciccoperio *var. lucubrationum, lib. 2. n. 162.* vbi vacante prima dignitate, cui erat annexa cura animarum Episcopus ad formam Concilij Trident. *sess. 24. de reformatione, cap. 50.* deputauit in Ecclesia Vicarium, pro Cura animarum, vnum Canonicum Ecclesiæ Collegiaræ, & dum dubitaretur, an talis Oeconomus deputatus dum administrat Sacramenta, & curam animarum, percipere posset distributiones suæ Collegiatæ, & respondit affirmatiuè. Primò, quia si in locum Canonici Pœnitentiarij præmortui, ponatur alius ab Episcopo interim vti Oeconomus, vel in locum absentis, alium proponat talis substitutus, dum audit Confessio-

nes habetur pro præsente, Bonacina *disp. 2. punct. 2. §. 50. num. 4.* Faustus, & alij apud Trullenchium *de horis Canonicis, dub. 4. num. 18.* Castrus Palaus *de horis Canonicis, disp. 1. §. 50. num. 20.* Bassæus *in floribus Theologicis, in verb. Horæ Canonicæ, num. 13.* ergo multo fortius Canonicus, 183
Oeconomus, sic idem dicimus de Vicario Capitulari Canonico, qui potius videtur administrare iustitiam, quàm seruire Ecclesiæ, sed quia seruit Ecclesiæ, reputatur præsens, & lucratur distributiones, vt bene Pancirius *de Capitulo Sede vacante, part. 2. quæst. 12.* Pyrrus Corradus *lib. 5. de dispensationibus, cap. 6.* Faustus *lib. 3. quæst. 28.* Garsia *part. 3. cap. 1. num. 388.* Guazzinus *lib. 2. defens. 1. cap. 9. num. 66.* Sanctarellus *variar. resol. quæst. 12. num. 18.* Viuianus *lib. 15. de iurepatronatus, cap. 9. num. 7.* Fragosius *tom. 2. num. 7.* Genedus *quæst. 1. num. 72.* Antonellus *de regimine Ecclesiæ, lib. 3. c. 16. n. 21.* Diana *p. 8. tract. 13. resol. 67.* Ciccoperius *num. 164.* idem *p. 3. tract. 3. punct. 67.* Ille verò 184
Canonicus, qui dum canunt socij, confitetur alteri Sacerdoti, non habet ius præsens ad distributiones lucrandas quotidianas, Fragosius *de regimine, lib. 10. disp. 23. §. 2. num. 10.* quia non abest in commodum Ecclesiæ, non Capituli, vel in rationabilem necessitatem sui corporis, quæ ex *dict. cap. vnico*, & aliis iuribus allegatis, excusat à choro, & licèt absit ob salutem animæ suæ, & vtilitatem, & anima est valdè pretiosior corpore, *l. sancimus, C. de sacrosanct. Eccles.* verba Canonum sunt intelligenda in proprio sensu, Faustus *lib 3. de distributione, quæst. 49.* Ciccoperius *variarum lucubrationum, lib. 2. num. 165.* verum si non potuit antea confiteri, & tunc confiteatur pro Missa dicenda capitulari, dico quod esset vti præsens reputandus, ex quo id facit pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, Moneta *de distribut. quotidianis, p. 2. quæst. 1. n. 53.*

Quia verò post hæc scripta in lucem peruenit Tomus decisionum ad materiam *tractatu de salario*, Lanfranchi Zacchiæ, vidi in eo duas decisiones pertinentes ad materiam, de qua *suprà*, vbi S. Rota Romana in vna Cæsar Augustana distributionum sub die 27. Iunij 1642. coram R.P.D. Bichio, quæ in eo tomo est *decisio 23. & 2.* est decisio, quæ *in d. tom. est 26.* coram R.P.D. Meltio in Romana pensionis die Lunæ 23. Maij 1644. vbi conclusiones omnes, quæ supra dictæ sunt canonizantur à sacra Rota. Propterea visum mihi est illas apponere, vt omnibus innotescat authoritas eorum, quæ *suprà* diximus, vnde sit

DISCEPTATIO CXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus qui obtulit se paratum obedire præceptis, & mandatis ob quorum non paritionem relaxatum fuit interdictum, non est sub illo comprehensus.*

2 *Canonicus impeditus facto Capituli, ne diuinis interesset, reputari debet tanquam præsens ad effectum lucrandi fructus Canonicatus, & distributiones quotidianas.*

3 *Distributiones quotidianæ transmittuntur per Canonicos ad suos hæredes, & n. 8.*

4 *Distributiones ex labore, & seruitio personali debentur.*

5 *Distributiones quotidianæ sunt mercedes operæ, & laboris stipendium.*

6 *Canonicus nanciſcitur verum Dominium diſtributionum quotidianarum.*

7 *Canonicus poteſt ad ſuum libitum diſponere de diſtributionibus quotidianis.*

9 *Canonicus tranſmittit ad hæredes diſtributiones quotidianas, etiam ante mortem non exactas.*

10 *Diſtributiones quotidianæ pro tempore, quo omnes Canonici abfuerunt à diuinis, pertinent ad Eccleſiam, quæ debito ſeruitio fraudata fuit.*

11 *Executor mandati Rotalis non poteſt ſuperſeſſorias concedere.*

12 *Abeſſe non dicitur, qui habetur pro præſente, & inſeruiente.*

13 *Capitulum excuſatur à ſolutione diſtributionum quotidianarum, quæ iam fuerunt bona fide inter alios repartitæ.*

14 *Bona fides excluditur per proteſtationes factas contra eum, qui bonam fidem allegat.*

15 *Proteſtatio non eſt neceſſaria ad effectum lucrandi diſtributiones quotidianas, vbi Canonicus impeditus ſeruire facto Capituli.*

16 *Diſtributionum quotidianarum portio non ſeruientium accreſcit ſeruientibus. Declarat, vt num.18.*

17 *Diſtributionum quotidianarum portio ſpectans ad Canonicos excommunicatos accreſcit aliis.*

19 *Impeditus iuſtè fingitur præſens, vt admittatur ad portionem ſibi debitam.*

20 *Impeditus iuſtè, licet reputetur præſens, vt admittatur ad portionem ipſi debitam, non tamen lucratur portiones abſentium.*

21 *Fictio legis non niſi in caſibus expreſſis locũ habet.*

22 *Fictio legis eſt ius quoddam ſingulare.*

23 *Fictio legis tendens in diminutionem Cultus diuini, & præiudicium Eccleſiæ non extenditur vltra caſus expreſſos.*

24 *Fictio legis nõn extenditur ad caſum, in quo militat ratio diuerſa ab ea, quæ viget in caſu ficto.*

25 *Præſens per fictionem non ſubit maiorem laborem propter abſentiam aliorum.*

26 *Canonicis inſeruientibus accreſcunt diſtributiones aliorum, qui non inſeruiunt, tanquam maior merces debita ratione maioris laboris.*

27 *Intereſſe is verè dicitur Officiis diuinis, qui illis præſens eſt, & miniſterium exhibet.*

ARGVMENTVM.

Diſtributiones quotidianæ Canonico debitæ ſunt, vt ſtipendium, & merces ob intereſſentiam. Poſſunt ad libitum ab eo alienari. Quando in eis obtineat ius accreſcendi, vel non deſcreſcendi, &c.

R. P. D. Bichio.

Cæſar-Auguſtana Diſtributionum.

Veneris 27. Iunij 1642.

FACTVM.

ECCLESIÆ Beatæ Mariæ de Pilar hæredi Sebaſtiani hæredis Petri Moles olim Canonici in Eccleſia Cathedrali Cæſar-Auguſtana deberi ex eiuſdem Petri perſona fructus Canonicatus, & diſtributiones quotidianas pro tẽpore interdicti, contra dignitates, & Canonicos dictæ Eccleſiæ relaxati, deciſum fuit. Cum enim Petrus 1
non fuerit in interdicto comprehenſus, ex quo ſe paratum obedire obtulerit, & ſolitus eſſet diuinis Officiis intereſſe, ſed facto Capituli, ſiue aliorum 2
Canonicorum obedire recuſantium fuerit impeditus, ne intereſſet, reputari debet tãquam præſens ad effectum lucrandi fructus ſui Canonicatus, & diſtributiones, non ſecus, ac ſi reſediſſet. Prob. ad Monach. *in cap. vnico, num. 22. de Cler. non reſid. in 6.* Pariſ. *conſil. 32. num. 10. & 24. lib. 4.* Cened. *pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 1. num. 59.* Moneta *de diſtrib. quotid. part. 2. quæſt. 16. num. 29.* Barboſa *de Canon. & dignit. cap. 24. num. 47.* Rota *in hac ipſa cauſa 4. Iulij 1640. coram bon. mem. Coccino.*

Eaſdem diſtributiones ad hæredes tranſmiſit: 3
quia enim diſtributiones ex labore, & ſeruitio per- 4
ſonali, propter reſidentiam, & intereſſentiam, & ſic ex induſtria, & intuitu perſonæ tanquam merces 5
operæ, & ſtipendium laboris acquiruntur, ipſarum 6
verum dominium Canonicus nanciſcitur, *cap. vnico, de Cleric. non reſid. in 6.* & ibi Gemin. *in 3. notab. verſ. qui vero,* Franch. *ibi in §. quo vero, num. 4.* Barbat. dicens illum textum ſingularem *in cap. fin. col. 3. & 6. de pecul. Cler.* idem Gemin. *conſil. 85. col. 4. verſ. in caſu in princ.* Couar. *in cap. cum in officiis, num. 4. de teſt.* ita vt de illis poſſit arbitrio 7
ſuo diſponere, ac tranſmittere ad quoſcunque hæ- 8
redes, Gemin. *dict. conſil. 85. col. 3. & in cap. vnico, §. qui vero, in 2. notab.* Franch. *in cap. præſenti, n. 10. verſ. ſed bene poterit teſtari, de offic. ordin. in 6.* Cardin. *in Clem. fin. quæſt. 13. n. 12. de præb.* Pariſ. *de communi, conſil. 33. n. 8. & ſeqq. lib. 4.* Burſat. *conſ. 226. n. 49.* Monet. *de diſtrib. p. 3. q. 2. n. 7. & ſeqq. & q. 3. num. 4. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. 381. n. 11.* Mareſc. *var. reſol. lib. 2. c. 2. num. 11.* Seraphin. *deciſ. 594. n. 6.*

Etiamſi diſtributiones ante mortem non exe- 9
giſſet; quia paria ſunt, quod fuerint ſolutæ, vel quod debuerint ſolui, nec citra præſcriptionem negligentia, ſeu difficultas exactionis ſuſtulit obligationem, quicquid in contrarium dixerit Dec. *conſil. 280. num. 1. & per totum,* quem reprobat Pariſ. *dicto conſil. 33. num. 22. & ſeqq. lib. 4.* Gigas *conſil. 144. num. 21.* & latiſſimè Moneta *de diſtrib. part. 3. quæſt. 3. num. 20. & ſeqq.* cum aliis relatis à Bellett. Epiſcopo Hieracẽn. *diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de bon. Cleric. §. 7. num. 18.*

Non obſtat, quod Petrus potuerit diuinis Of- 10
ficiis inſeruire durante ſuperſeſſoria, ſiue ſuſpenſione interdicti conceſſa à D. Nuntio Hiſpaniarum, quodque pro tempore, quo omnes Canonici abfuerunt à diuinis, diſtributiones pertinent ad Eccleſiam, quæ debito ſeruitio fraudata fuit, Gemin. *in d. cap. vnic. §. ſtatuimus, num. 5.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 7. quæſt. 8.* Moneta *d. p. 3. quæſt. 6. num. 47.* Couar. *var. reſolut. lib. 3. cap. 13. num. 7.* Barboſa *de Canon. & dignit. cap. 22. n. 15. in fine,* Sanchez *conſil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 88. num. 6.* Caſſadorus *deciſione vnica, num. 3. de Cleric. non reſid.*

Quia ſuperſeſſoria fuit ab eodem Nuntio reuo- 11
cata, nec potuit concedi, cum Nuntius eſſet ſimplex executor mandati Rotalis, ad text. *in l. ſi vt proponis, l. executorem, C. de execut. rei indic. l. ſi prætor, 75. ff. de iudic.* Surdus *conſil. 405. num. 15.* Menochius *de arbitr. lib. 1. quæſt. 38. num. 12.* Couar. *pract. quæſt. cap. 16. num. 5.* & in proximis terminis, Barboſa *de Canon. & dignit. d. cap. 22. num. 6.*

Omnes

12 Omnes verò Canonicos abfuisse dici non potest, dum Petrus iuxta prædicta haberi debuit pro præsente, & inseruiente.

13 Non obstat, quod distributiones iam fuerint inter alios repartitæ, quia exinde Capitulum excusaretur quidem si bona fide repartitio facta fuisset, iuxta *consil.* Oldr. 156. quem sequuta est Rota apud Put. *dec.* 169. *sub n.* 2. *lib.* 1. & in Cæsar-Augustana distributionū 27. *Iunij* 1634. *coram bon. mem.* Coc-
14 *cino*, sed in casu nostro, nec probatur distributio-
15 nes fuisse repartitas, nec bona fides Capituli, cum præcesserit explicita protestatio Petri, quæ neque necessaria erat, dum facto ipsius Capituli inseruire impediebatur, Gonzalez *ad reg. Cancell. proœm.* §. 8. *num.* 161. *in fine*, Put. *decis.* 373. *num.* 5. *lib.* 1. *in cor.* Gratian. *discept.* 591. *n.* 41. & 42. vbi allegat concordantes.

Verum quia hæres Petri petebat vltro distributiones cum iure accrescendi, seu non descrescendi respectu portionum aliorum Canonicorum absentium, vel sub interdicto comprehensorum, responsum fuit deberi quidem, vt supra distributiones, non tamen cum iure accrescendi, seu non descre-
16 scendi: nam licet regulariter portiones non inseruientium inseruientibus accrescant, gloss. *in Clem. vt ij, qui*, §. *illi verò, verb. Pars dimidia, de ætat. & qualit.* & *in Clem.* 2. *verb. Suspensus, de vit. & honest.* Felin. *in cap. Apostolicæ, num.* 2. *de except.* latè Garsia *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 443. & *seqq.* Bellon. Iun. *de iure accresc. cap.* 6. *quæst.* 47. *per tot.*
17 Mant. *decis.* 226. & magis in specie, quod accrescant portiones excommunicatorum, Abbas *in cap. Pastoralis*, §. *verum, num.* 22. *de appell.* Dec. *ibidem, num.* 7. Guttierez *can. quæst. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 105. Sanchez *consil. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 88. *sub n.* 3. & *in puncto interdicti*, Bonacina *de horis Canonicis, disp.* 2. *quæst.* 7. *punct.* 1. *sub n.* 5. Moneta *de distribut. p.* 3. *q.* 6. *n.* 41. post Vgolin. *de cens. tabul.* 1. *c.* 12. *in princ. n.* 3.

18 Hoc tamen procedit fauore Canonicorum qui verè, & realiter inseruiunt Ecclesiæ, non autem eorum, qui iuris fictione habentur pro inseruientibus, quales sunt impediti inseruire ex aliqua legitima causa, vt bene distinguit in puncto Bonacina *d. disp.* 2. *quæst.* 7. *punct.* 1. *sub num.* 6. *vers. his minimè obstantibus*, quem sequitur Ferdin. de Castro Palao *operum morali, tom.* 2. *tit. de oration. public. in Chor. Horar. Canon. disp.* 3. *punct.* 8. *num.* 8. Bartholomæus à S. Fausto *de horis Canonicis, lib.* 3. *q.* 88. Berbosa *de Canonic. & dign. cap.* 22. *num.* 11. & *de iure Eccles. vniuers. lib.* 3. *c.* 18. *n.* 90.

19 Ratio est, quia quamuis ex dispositione *cap. vnico, de Cleric. non resid. in* 6. iustè impeditus fingatur præsens, vt admittatur ad portionem sibi debitam;
20 nullibi tamen reperitur in iure dispositum quod
21 lucretur etiam portiones absentium, siue incapacium, nec verè fictio legis locum habet, nisi in casibus expressis, Feder. de Senis *consil.* 44. *in fine*, & *consil.* 256. *in fine*, Mant. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 2. *n.* 7. *lib.* 13. *tit.* 44. *num.* 5. *lib.* 14. *tit.* 9. *num.* 2. *lib.* 15. *tit.* 26. *num.* 16. Rot. *decis.* 1. *in fine, de sponsa. in nou.*
22 quia est ius quoddam singulare, *l.* 2. §. *Codicillorum*, & ibi not. Bald. *ff. de iur. Codicill. l. singularia, ff. si certum petatur*, Giouagn. *consil.* 73. *num.* 64. 70. & *seqq. lib.* 1. Mantic. *dict. tract. lib.* 23. *tit.* 30. *num.* 41.

23 Eoque minus quando fictio, seu priuilegium tendit in diminutionem Cultus diuini, & præiudicium Ecclesiæ, Roman. *in l. cum hæredes, vers. in his, ff. de acquir. possess.* Alciat. *consil.* 5. *num.* 48. *lib.* 4. *consil.* 1. *num.* 18. *lib.* 8. Tiraquell. *de iur. pri-*
24 *mogenit. quæst.* 34. *num.* 18. & quando non eadem militat ratio in casu ficto, Alexand. *consil.* 178. *num.* 10. *lib.* 2. *consil.* 293. *num.* 3. *lib.* 2. Rot. *dec.* 92. *num.* 5. *part.* 2. *diuers.* provt in casu nostro, quo 25
præsens per fictionem non subit maiorem laborem propter absentiam, seu incapacitatem aliorum, ob quem laborem quasi loco maioris mercedis ve- 26
rè inseruientibus distributiones accrescunt, vt in terminis notat Barbosa *d. cap.* 22. *num.* 18. *in fine*, post Bartholom. à S. Fausto *dict. lib.* 3. *quæst.* 88. & minuitur Cultus diuinus, versatúrque præiudicium Ecclesiæ, quippe quæ debito fraudatur seruitio, & non inseruientium partes, quas alioquin acquisiuisset non acquirit, adeo quod satis esse debet impedito, si ei sua pars distributionum donetur, vt ait Castr. Pal. *dicto punct. n.* 8.

Neque obstat, imò fauet statutum huius Ecclesiæ dispositiones, quod non interessentium portionem præsentibus, & interessentibus proportionabiliter accrescant; quia intelligendum est de interessentibus verè, & non per fictionem verè 27
autem interesse dicuntur, qui præsentes sunt Officiis diuinis celebrandis, eorumque celebrationi ministerium exhibent, Gloss. *in cap. vnic. in* 2. *notab. ante verbum, Consuetudinē, de Clericis non residentibus, in* 6. & ibidem Gemin. *in princ.* Couar. *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. Staphil. *de litter. grat.* Anchar. Franch. & alij, quos refert, & sequitur Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 19. *n.* 38. & *seqq. vsque ad* 42. Sanchez *consil. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 96. *n.* 3.

Et ita vtraque, &c.

DISCEPTATIO CXXV.

SVMMARIVM.

1 *Distributiones quotidianæ dantur ob laborem, & seruitium præstitum Ecclesiæ per præbendatum, &* n. 26.

2 *Distributiones quotidianæ non veniunt sub nomine fructuum, reddituum, & prouentuum.*

3 *Distributiones quotidianæ, non sunt de corpore Beneficij neque augent corpus præbendæ.*

4 *Distributiones quotidianæ dantur ratione operæ, & ministerij personalis.*

5 *Fructus Beneficij illi propriè dicuntur, qui deductis oneribus percipi possunt in absentia non residendo.*

6 *Distributiones quotidianæ non sunt fructus Beneficij, licèt dentur Beneficiato propter Beneficium.*

7 *Distributiones quotidianæ venire possunt appellatione fructuum, quando fuit facta protestatio per Pensionarium Beneficiato, quod ipse resideat, aut possessionem dimittat.*

8 *Distributiones quotidianæ habentur loco fructuum Beneficij, si Beneficium nullos alios fructus habeat.*

9 *Distributiones quotidianæ habent locum præbendæ in beneficijs, quæ exceptis distributionibus nullos habent fructus.*

10 *Dictio, quibuscumque, omnia comprehendit, & etiam ea quæ tali dictione deficiente non comprehenderentur, declarat,* vt num. 14. & seqq.

11 *Verbum Prouentus, comprehendit fructus naturales, artificiales, & industriales.*

12 *Translatio pensionis est materia odiosa.*
13 *Translatio pensionis dicitur odiosissima, cum proroget seruitutem Beneficij.*
14 *Dictio quibuscunque, apposita in materia odiosa restringitur ad ea tantum quæ sunt eiusdem speciei.*
15 *Dictio quibuscunque, non potest comprehendere ea, quæ sunt diuersæ naturæ.*
16 *Pensio imponitur super fructibus certis beneficij, ex stilo curiæ.*
17 *Canonici multis ex causis possunt distributiones quotidianas non consequi.*
18 *Dictio quibuscumque, apposita in litteris reseruationis pensionis non comprehendit distributiones quotidianas.*
19 *Vox redditus latius patet, quam vox fructus.*
20 *Redditus dicitur eo quod redeat singulis annis.*
21 *Distributiones quotidianæ non redeunt singulis annis.*
22 *Distributiones quotidianæ dicitur, aut per singulos menses, aut semel in anno distribuuntur.*
23 *Distributiones quotidianæ sunt incertæ ad ordinem.*
24 *Distributiones quotidianæ non sunt computandæ in valore beneficij.*
25 *Distributiones quotidianæ non proueniunt immediate à beneficio.*
27 *Nomen redditus proprie loquendo, non valet comprehendere distributiones quotidianas.*
28 *Distributiones quotidianæ non veniunt sub nomine prouentuum.*
29 *Componenda soluitur datariæ de stilo, vbi pensio imponitur super quotidianis distributionibus,* & num. 31.
30 *Distributiones quotidianas si Papa grauare intendit in translatione, vel reseruatione pensionis de stylo datariæ additur semper verbum, distributionibus quotidianis.*
31 *Decisio* Achill. 8. de pensionib. *declaratur.*
32 *Componenda non soluebatur pro pensionibus, tempore Leonis X.*
33 *Distributiones quotidianæ non dicuntur comprehensæ in reseruatione pensionum sub dictione* quibuscunque, *sed non specificè exprimendæ, stante stilo datariæ soluendi componendam pro pensionibus reseruatis super distributionibus quotidianis.*
34 *Distributiones quotidianæ comprehenduntur vbi pensio fuit reseruata super quibuscunque prouentibus Ecclesiasticis, secus si super quibuscunque prouentibus beneficij.*
35 *Distributiones quotidianæ dantur Canonicis post præstitum seruitium interessentiæ in diuinis.*
36 *Distributiones quotidianæ dicuntur fructus laboris, & operæ.*
37 *Distributiones quotidianæ introductæ sunt de iure communi in fauorem diuini cultus, vt facilius Canonici, & Cappellani conueniant ad diuina.*
38 *Distributiones quotidianæ si comprehenderentur sub appellatione fructuum prouentuum, & redditumn in materia odiosa translationis pensionis, contingeret quod omnes fere Canonicatus essent litigiosi, & desereretur cultus diuinus.*
39 *Canonici scientes non posse percipere distributiones quotidianas nolunt Ecclesiæ in diuinis seruire,*

ARGVMENTVM.

Distributiones quotidianæ, dum competunt pro labore, & opere personali, non veniunt nomine fructuum Beneficij, nec indultum transferendi pensiones super fructibus, redditibus, & prouenientibus, eas comprehendit; & plura ad materiam.

R. P. D. Meltio.

Romana Pensionis.

Lunæ 23. Maij 1644.

FACTVM.

PENSIO, de qua agitur, vsque de anno 1608. fuit reseruata ad fauorem Seueri Turinotij super fructibus, reditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuersis, ac etiam distributionibus quotidianis Canonicatus Ecclesiæ S. Mariæ in via lata de vrbe, quam idem Seuerus de anno 1627. resignauit, & transtulit ad fauorem Nicolai Turinotij, vigore Indulti concessi à Paulo V. Conclaustis, inter quos reperitur descriptus idem Seuerus, quod indultum dat facultatem transferendi quascunque annuas pensiones eis, & eorum singulis reseruatas super quibuscunque fructibus, reditibus, & prouentibus quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum cum Cura, & sine Cura, quorum fructuum, & redituum appellatione fuit coram bon. mem. Pirouano 15. Febr. 1636. resolutum, comprehendi etiam quotidianas distributiones, quæ dantur ob laborem, & seruitium per Præbendatum Ecclesiæ præstitum, vigore dictionis vniuersalis appositæ in eodem indulto, videlicet, *quascunque super pensionibus quibuscunque fructibus*, &c. Re proposita sub hac die eadem causa, fuit per Dominos responsum, esse recedendum à decisis; quia licet Indultum loquatur de pensionibus reseruatis super fructibus, reditibus, & prouentibus, sub his tamen nominibus non veniunt distributiones quotidianæ, nec ad illas se extendunt huiusmodi nomine, ex text. *in Extrauag. cum nonnullæ, in* 1. *vers. præterea*, cum aliquibus *de præb.* & *in cap. licet, eodem tit. cap. fin. de rescript. lib.* 6. Sanchez *resp. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dubit.* 89. *num.* 2. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 39. *num.* 22. & *seqq.* Monet. *de distrib. quotid. lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 12. Gratian. *discept. for. cap.* 806. *num.* 12. Paris. *consil.* 33. *n.* 4. & 5. *lib.* 4. Oldrad. *consil.* 118. ex virtute gratiæ, *num.* 1. Gig. *de pens. resp.* 35. *num.* 10. & latè *consil.* 44. *num.* 11. & *seqq.* Rot. *in Roma. pensionis*, 10. Iunij 1588. coram bon. mem. Card. Pamphilio; *in Calaritana pensionis*, 26. Decembris 1589. coram Penia, & *in Lucana pensionis*, 10. Ianuarij 1622. coram bon. mem. Pirouano: quia istæ

1

2

distribu

distributiones non sunt de corpore Beneficij, nec
4 augent corpus præbendæ, ex quo dantur ratione operæ, & ministerij personalis, Felin. *in cap. ad aures, n.14. vers. decimatertia conclusio de rescript.* Gonzalez *sup.reg.*8. §.7.*proœm.num.*155.& 162. Lotter.*de re benef. lib.*1.*quæst.*39.*num.*22. Gemin. *consil.*85.*num.*23. & 152. Achill. *decis.*8. *num.*2. *de pens.* Boër.*decis.*340.*num.*4. Rot. *decis.*8.*n.*1. *de præb.in nou.*& *decis.*285.*num.*38.coram Vrgell. & hanc opinionem esse veriorem firmat Gratian.
5 *discept.for.cap.*283.*num.*9.& illi propriè dicuntur fructus beneficij; qui, deductis iunctis oneribus, recipi possunt in absentia non residendo, Gomez *in reg.de valore, quæst.*8. *num.*3. & *in tract.de expectatiuis,num.*104. Mohed. *decis.*16.*num.*1. *post med.*Put.*decis.*464.*num.*2.3.& 6. *lib.*2. Achill.*decis.*1.*num.*2. *super regul.de valore,* Gonzalez *super*
6 *reg.*8.§.7. *proœm.num.*163. & licentiam darentur beneficiato propter beneficium,fructus tamen non sunt,*cap.vnico,de Cler. non resid. in* 6. *l.vsus aquæ, de seru. rustic. præd.* Couar. *lib.*3.*var.cap.*13.*n.*1. Gonzalez *dict.*§.7. *proœm.num.*154. Oldrad. *consil.*118. *num.*1. Ioan. Guttierez *consil.*8. *num.*2. Cæs. de Grassis *decis.*5. *num.*1. *de præb.* Cassador.
7 *decis.*6.*num.*6. *eodem tit.* & tunc appellatione fructuum venire possent distributiones quotidianæ, si per pensionarium fuisset facta protestatio possessori apud acta, quod aut possidens resideat, & interfit horis, & sic interessendo percipiat distributiones, aut possessionem dimittat, quia tunc venirent distributiones quotidianæ,vt inquit idem
8 Gonzalez *eodem*,§.7.*proœm.num.*156.vbi alij referuntur; vel si beneficium nullos alios fructus haberet,quàm distributiones, quia tunc istæ habentur loco fructuum beneficij, Gemin. *in cap. præsenti,num.*19.*de offic.deleg.in* 6. Prob.ad Monach. *in cap.vnico,num.*60.& 64.*vers.sed quid de Cleric. non resid. eod. lib.*6. Decian.*consil.*43.*n.*14. *cum seqq. lib.*1. Marches.*de commiss. in tit.de caus.pens. part.*1. §.1. *num.*127. Caputaq. *decis.*29.*num.*4. & 5.*part.*1. Rot.*decis.*285.*num.*95. *coram Vrgell.*
9 & tali casu distributiones dicuntur habere locum præbendæ,Monet.*de distrib.quotid.part.*1.*quæst.*6. *num.*14. Put. *decis.*365. *num.*4. *lib.*2. *in correct.* Mohed.*decis.*6.*n.*3.*de præb.* Cæs de Grassis *dec.*8. *n.*1. & 2. *de prob. Lucana pensionis* 10.*Ian.*1622. *coram bon.mem.Coccino.*

Non obstat quod in dicta facultate transferendi
10 pensiones, adsit illa dictio vniuersalis, *quibuscunque*, quæ sit apta comprehendere omnia,quæ illa deficiente, talis dispositio non comprehenderet, vt inquit Monet. *de distrib. quotid. part.*3. *quæst.*5. *num.*11. & cum pensio fuerit reseruata super fructibus, reditibus, & prouentibus quorumcunque
11 beneficiorum, illud verbum prouentibus, sufficit comprehendere omnes fructus naturales, artificiales, & industriales, vt fuit firmatum in eadem *decis. quæ hodie reuidetur, vers.Attamen*, & prius in Toletana pensionis 5.Nouembris 1565.coram bon.mem.Rubeo,relata per Gars. *de benef. part.*1. *cap.*5.*n.*391.

Quia quoad dictionem, quibuscunque, cum
12 ea sit inserta in materia odiosa, qualis est transla-
13 tio pensionis, imò odiosissima, cum proroget seruitutem beneficij,Sarnen. *in reg. de infirm. q.*16. *num.*2.*vers.cum igitur,in fine,* Caputaq.*decis.*305. *num.*10. *& seqq. part.*2. Gig. *consil.*121. *num.*8. Gratian.*discept.for.cap.*296.*num.*67. Lotter. *de re benef. lib.*1. *quæst.*36. *num.*113. *& seqq.* Rot. *decis.*400.*num.*12. *part.*1 *diuers.decis.*733.*n.*2.*p.*2. *recent.* & in Florentina pensionis 17.Maij 1617.
14 coram bon.mem. Vbaldo seniore,licet vniuersalis, restringitur ad ea tantùm, quæ sunt eiusdem speciei, Gloss. *in Clem.*1. *in verb. Quamuis, vers. item quia*, Ancharan. *num.*12. *vers. Gulielmus*, Imol. *num.*18. *vers.nota bene,*Zabarel.*ibidem,in* §.*ad hæc, num.*12.*vers.appone,de præb.* Ciriac.*controu.forens. cap.*31. *num.*13. *vers.& ampliat*, Gratian. *discept. forens. cap.*637.*num.*31. Barbosa *dict* 317.*n.*14. Gonzalez *ad reg.*8. §.7. *proœm. num.*191. Corn. *consil.*197. *num.*17. *lib.*2. Oldradus *consil.*118. *num.*8. nec comprehendere potest, quæ sunt di- 15
uersæ naturæ, Baldus *consil.*67. *vers. nec obstat si dicatur, lib.*3. Cephal. *consil.*347.*num.*9. *lib.*3. Corn. *consil.*199. *num.*7. *vers.vnde vniuersalis, lib.*2. vnde cum pensio imponatur super fructi- 16
bus certis beneficij ex stylo Curiæ, Gig. *consil.* 35. *num.*9. Garsia *de benefic. part.*1. *cap.*5. *num.*379. Lotter. *de re benefic. lib.*1. *quæst.*39. *num.*36. & multa accidere soleant, ne illas Ca- 17
nonicus percipere possit, Felinus *in cap.ad aures, num.*14. *vers. decimatertia conclusio*, Oldrad. *consil.*118.*num.*1.& 2.Paris.*consil.*33.*num.*4.& *seqq. lib.*4. Bellarm. *consil.*34. *num.*4. *vers.ad quartum dubium*, Monet. *de distribut.*qui infinitos allegat, *part.*1.*quæst.*8.*num.*1. Paris.*de resignat. lib.*1.*q.*2. *num.*30. Rota *decis.*285. *num.*38. & 41. coram Vrgellens. Lotter. *de re benefic. lib.*1. *quæst.*39. *num.*25. per consequens talis dictio non potest 18
comprehendere has distributiones quotidianas.

Nec etiam est attendenda qualitas, & robur 19
nominis redditus, quia licet appellatione redituum videantur contineri distributiones quotidianæ, cum ista vox latius pateat, quam fructus, iuxta Gloss.*in cap.grandi, in verbo redditibus, de supplen. negl.Prælat.in* 6. Lotter. *de re benefic. lib.*1.*q.*39. *n.*29. Gonzalez *ad regul.*8. §.7.*proœm. num.*197. Monet. *de distrib.quot. part.*3. *quæst.*8. *n.*13.*vers. sine quia*; tamen cum redditus dicatur, eo quod 20
redeat singulis annis, Tiraquell. *de retract.lignag.* §.1.*gloss.*6.*num.*1. Nauar. *de redit.Eccles.quæst.*1. *monit.* 1. Certum est quotidianas distributiones 21
non redire singulis annis, siue quia dietim, aut per
singulos menses, aut sæpè saltem im anno distri- 22
buantur,siue quia insertæ ad ordinem sunt, atque 23
ideo in valore beneficij non sunt computandæ, 24
cum à beneficio immediatè non proueniant, sed 25
ratione laboris,& operæ Ecclesiæ seruitio præstitæ 26
debeantur, non potest saltem propriè loquendo, 27
huiusmodi nomen has quotidianas distributiones comprehendere, Felin. *in cap.ad aures,num.*14.*de rescript.*Oldrad.*d.consil.*118.*num.*2.Bellenz.*tract.de charit.subsid.q.*76.*n.*1. Couar.*var.resol.lib.*3.*c.*13. *n.*9. Moneta *de distrib.quot. p.*1. *q.*6.*n.*8.*& seqq.* sicut nec etiam sub nomine prouentuum veniunt 28
dictæ distributiones, vt fuit resolutum in foro Sempronien. pensionis 27.Ianuarij 1616. coram Sacrato.

Pro quorum confirmatione concurrit etiam sty- 29
lus datariæ de soluendo componendam, quando pensio imponitur super distributionibus quotidianis,quo casu dum Papa intelligit grauare distribu- 30
tiones quotidianas tam in reseruatione, quàm in translatione pensionis semper additur verbũ *distributionibus quotidianis*, vt patet ex multitudine priuilegiorum ex *summar.Iordani,n.*3. & si appellatione quorumcunque fructuum venirent distributiones quotidianæ in facultatibus transferendi, eo facilius venirent in reseruatione pensionis, ex quo Datariæ resultaret maximum præiudicium, quia amitteret componendam supradictam, quæ 31
solui debet quotiescunque pensio fuit expressè reseruata super distributionibus, Monet.*de distrib. quotid.p.*3.*q.*8.*n.*10.Gars.*de benef.p.*1.*c.*5.*n.*387.

& ſeqq. Pariſ. *de reſign. lib.6. quæſt. 2. num. 31. verſ.* & quando , Cæſ. de Graſſ. *dict. 7. num.2. verſ.* non obſtat,*& dict.8.num.11.de prob.* Lotter.
32 *de re Benef. lib. 1. quæſt.39. num.30. & 31.* Nec contra hanc opinionem poteſt applicari *deciſ. 8.*
33 *de penſ.* coram Achill. cum illa loquatur de tempore Leonis X. quo nulla ſoluebatur componenda, &
34 ſtante huiuſmodi ſtylo non ſufficit pro illa larum comprehenſione expreſſio per illam vniuerſalem dictionem, quibuſcumque , Felix. *in tract.* quando litteræ Apoſtolicæ,*num. 4. in fine, verſ.* ſi enim tenemus pro firmo , Lambert. *de jurepatr. lib.2.quæſt.9. princip. art.7. num. 11. verſ.* tamen cum per alia verba generalia, Rota *dict. 3. num.1. in fine de offic. de leg. in nou.*

Ceſſat pariter fundamentum deciſionis in cauſa Toletana penſionis penes Garſiam *de Benef. cap. 5. num. 391.* cui refertur etiam deciſio in Reatina penſionis 10. Iunij 1588. coram 60. me Cardin. Hieronymo Pamphilio; Quia in eadem Toletana proceditur cum hac diſtinctione , ſcilicet,
35 an penſio fuerit reſeruata ſuper quibuſcumque prouentibus Eccleſiaſticis; an verò ſuper quibuſcumque prouentibus Beneficij. In primo enim caſu firmatur venire diſtributiones , ſecus autem in ſecundo, qui eſt caſus de quo agitur , vt bene fatetur eadem deciſio Toletana ibi in verſ. non ob-
36 ſtat,ex quo cum illæ dentur ab eadem menſa Ca-
37 nonicis poſt præſtitum ſeruitium intereſſentiæ in diuinis , dicuntur fructus laboris , & operæ, *cap. vnic. de Cler.non reſid.in 6.Gig. de penſ. reſp.* 35. *num.* 13. *&* 20. *& conſ.* 144. *num.6.&* 13. Monet. *de diſtribut. quotidian. part. 1. quæſt. 1. num.* 13. Garſ. *ſuper reg. menſ.* §. 7. *proœm. num. 5.*
38 Oldrad. *d. conſ.* 118. *num.1.* Pariſ. *conſ.33. num. 3. vol.* 4. Vnde iſtæ diſtributiones , quotidianæ ſunt introductæ de iure communi in fauorem Diuini Cultus , vt facilius Canonici , & Cappellani conueniant ad Diuina , vt notat Abb. *in cap. licet in 2.not.de Præb.* facit text. *in Clem. vnic. in fin. de reliq. & vener. ſanctor.* Monet. *d. tract. part. 1.*
39 *quæſt.5. num.* 35. *Dec. conſ.* 280. *num.* 4. in caſu propoſito *vol.* 2. Pariſ. *conſ.* 33. *in Eccleſia , numero 1. vol.4.* ſi autem appellatione quorumcumque fructuum , reddituum , & prouentuum venirent in hac materia odioſa tranſlationis penſionis , diſtributiones contingeret , quod omnes ferè Canonicatus eſſent litigioſi, & defereretur Diuinus Cultus : quia Canonici ſcientes percipere non poſſe quotidianas diſtributiones, Eccleſiæ in Diuinis nollent deſeruire , vt ſcribit Rip. *reſp. 5. num. 2. lib. 1.* Gigas *de penſ. reſp.35.num.18. in fine.*

Et ita vtraque &c.

DISCEPTATIO CXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Inſtitutio in Beneficio vt concedatur quæ ſint verificanda.*
3 *Conſenſus Patronum habetur pro præſentatione de ſtylo Cancellariæ , & Datariæ, præſertim ſi ſequatur præſentatio coram ordinario intra legitima tempora.*
4 *Præſentatio facta coram Sanctiſſimo ſufficit ſi fiat coram Notario Apoſtolico.*
5 *Præſentatio poteſt fieri per Patronum abſentem.*
6 *Præſentatus debet ſiſtere perſonaliter coram Epiſcopo , niſi ex cauſa.*
7 *Præſentatio facta de abſente valet quando à præſentante infrà tempus fuit verificata , & admiſſa per ordinarium.*
8 *Tempus datæ in iuſtificatione literarum attenditur.*
9 *Antinomia iurium , ſcilicet text.* in cap. ſi eo tempore de reſcript. in 6.& cap.ei,cui 29. de præbend. in 6. *ſoluitur ſecundum vnam opinionem , quæ non placet.*
10 *Inhabilitas vel eſt in perſona, vel in extrinſecis accidentibus: ſi in perſona attenditur tempus datæ,ſi in accidentibus tempus collationis, vel inſtitutionis attenditur.*
11 *Inhabilitas eſt accidentis,non perſonæ,non fuiſſe præſentatum ab illis , à quibus debet.*
12 *Textus* in cap. ſi pro Clericis 8. de præbend. in 6. *adducitur, & auget noſtrum dictum.*
13 *Textus* in cap. ſtatutum de Reſcriptis in 6.*adducitur, & explicatur.*
14 *Subreptio , vel obreptio quando vitiet, & quando non.*

ARGVMENTVM.

Præſentatio ad Beneficium jurispatronatus , poteſt fieri , per patronum abſentem, & patroni conſenſus , quando habeatur, pro præſentatione : Si fiat præſentatio coram Sanctiſſimo qualiter facienda. Text. in cap. ſi eo tempore de reſcriptis in 6. &c. cui 29. de præbend. in 6. *qualiter concordentur.*

PRO

Reuerendo Domino Carolo dell' Auerſana.

CONTRA

Reuerendum D. Franciſcum Caſerta &c.

FACTVM.

VAcante Beneficio Sanctæ Mariæ 1
conſolationis intus Parœcialem Eccleſiam S. Nicolai Ciuitatis Auerſæ, ob mortem D. Pauli Torgioni impetrauit illud D. Carolus dell' Auerſana à Sanctiſſimo Domino Noſtro Alexandro VII. vti præſentatus à medietate Patronorum : prætendit pars aduerſa Bullas non eſſe iuſtificatas ; ſed vt ſubreptitias rejiciendas,ex eo quod tempore datæ , Bullæ derogationis non fuit præſentatus D. Carolus dell' Auerſana ; quem de defendendo , eiuſque partes in iudicio aſſumendo (omiſſis multis , quæ ponderauit Illuſtriſſimus Epiſcopus Maranta in hac eadem cauſa patrocinium præſtans) probo.

Primo

2 Primo quia Reuerendus D. Carolus dell' Auersana probat vacationem juris patronatus familiæ de Cappabianco, existentiam, & pertinentiam, præsentationem intra legitima tempora, sui ipsius habilitatem &c. ergo ei non est deneganda institutio, argum. *text. in cap. Decernimus, cap. Monasterium* 16. *quæst.* 6. *cap. cum Bertoldus*, vbi Abbas *num.* 12. *de re iudicata.* Rota *dec.* 337. *part.* 2. *recentiorum.*

3 Neque desinit valida præsentatio pro iustificatione; quod probo ex celebri facto, de quo Rota in vna Spoletana Cappellaniæ 15. Iunij 1620. coram Buratto, dicit enim Rota sufficere consensum Patronorum pro obtinēda à Papa derogatione: quia consensus prædictus pro præsentatione habetur, vt post alios dicit Lotterius *lib.* 2. *de Beneficijs, quæst.* 6. *num.* 49. & hoc de stylo Datariæ, & Cancellariæ: Quare mandatum de præsentando coram Sanctissimo habetur pro vera præsentatione, quando infra tempora legitima deindè sequitur præsentatio coram ordinario, vt benè Ferrentillus *in additionibus ad Burattum dec.* 481. *num.* 20. post plures, quas allegat decisiones, & ita testatur de stylo Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ. Ergò cùm D. Carolus dell' Auersana habuerit pro se mandatum, quo Patroni eum coram Sanctissimo præsentarunt, dicitur præsentatus ad gratiam iustificandam, de stylo Cancellariæ, & Datariæ; ergò non est gratia sui ipsius subreptitia, vel obreptitia; ergo pro ipso est institutio facienda.

4 Probatur secundò quia quando præsentant Patroni coram Sanctissimo sufficit si coram Notario Apostolico, qui est Notarius Papæ consensum præstent ad præsentandum coram Papa, quia talis præsentatio non attribuitur Notario; sed Papæ, *ad textum in l.* 1. §. *qui mandatum ff. de Officio eius*, & fuit dictum in vna Florentina Paræcialis coram Comitulo *dec.* 92. *num.* 12. non enim fiunt tales præsentationes coram Papa; sed consensus prestitus à Patronis prouisioni Apostolicę faciēdę, habet vim legitimæ prę sentationis, & sicut prę sentatio facta in Curia Romana valeat, sufficit quod de consensu tradito ad præsentandum constet de stylo Curiæ Romanæ, vt bene Rota in dicta Spoletana Cappellaniæ 15. Iunij 1620. coràm Buratto, teste Lotterio *lib.* 2. *de Re Beneficiaria, qua.* 6. *num.* 49. & nouissimè Canonicus nostræ Cathedralis dignissimus Pyrrhus Carradus in praxi Beneficiaria *lib.* 4. *cap.* 7. *num* 34.

5 Neque dicat quis, quòd licet præsentatio per Patronum absentem fieri possit per litteras, *cap. ea noscitur* 6. *de his*, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli Clem. vnica, versic. præsentatos de excessibus Prælator. Rocchus *in Rubrica de institut. Episcopo competente, num.* 23. Lambertinus *de iurepatronatus, lib.* 2. *art.* 16. *quæst.* 4. *principali, part.* 1. *fol.* 31. Paulus de Cittadinis, *part.* 6. *de iurepatronat. artic.* 3. *num.* 56. & 57. tamen ipsa
6 præsentatio realiter, & personaliter fieri debet, hoc est præsentatus debet sistere personaliter coram Episcopo Garsia *part.* 4. *de Beneficijs, cap.* 1. *num.* 15. & 16. Sigismundus Finkeltusius *de iure patronat. cap.* 6. *num.* 183. *per textum in dicto, cap. decernimus ibi.* Offerant Episcopo Ordinandos 16. *quæst.* 7. *dict. cap. ea noscitur* 6. *cap. cum laici* 10. *cap. autem* 24. *cap. Pastoralis* 29. *de iurepatronat.* Hoc enim significat præsentare, hoc est sensibus corporeis objicere argumento, *l. coram Titio* 209. *ff. de verb. significatione* latè Carzouius *in iurisprudentia Ecclesiastica, lib.* 1. *tit.* 4. *defin.* 48.

Respondeo enim, quod præsentatio, de qua in præsenti fuit facta coram Sanctissimo vigore mandati habiti de præsentando coram eodem, & acceptata à publico Apostolico Notario Pōtificis nomine, quæ de stylo Cancellariæ, & Datariæ Apostolicæ sufficit pro vera præsentatione: quia non non est necesse, vt fiat corā Pontifice personaliter; sed coram suis Ministris, Notarijs scilic. Apostolicis &c. vt probaui suprà. Vndè litteræ fundatæ super præsentatione jam habita sunt sufficienter iustificatæ, posita præsentatione facta coram Sanctissimo, præsertim posteà sequuta præsentatione infrà tempus coràm Ordinario, & hæc est vera radix, & clauis huius quæstionis, præter quàm quod licet capacitas Clerici, eiusque habilitas in Beneficiis iurispatronatus de tempore præsentationis sit attendenda, Maceratensis, *lib.* 1. *var. resol.* 19. Rota Romana *dec.* 69. *part.* 3. *lib.* 1. Ciarlinus, *cap.* 1. *num.* 111. Sperellus *dec.* 180. *tom.* 2. tamen sufficit præsentatio facta etiam de absen- 7
te, quando à præsentante infrà tempus datum ad præsentandum, fuit ratificata, & per Ordinarium admissa; dummodò sequatur acceptatio præsentati infrà tempus, & admissio Ordinarij, vt post Abbatem, Lambertinum, Rocchum de Curte, & alios fundat Maresćottus *lib.* 1. *var. cap.* 83. *num.* 50. & in puncto dicit Carzovius in jurisprudentia Ecclesiastica *lib.* 1. *tit.* 4. *defin.* 48. & Finkeltusius *de jurepatronatus, cap.* 6. *numero* 140.

Dicit etiam Aduersarius pro Caserta, quod lit- 8
teræ, quando dantur vt prouideatur alicui de Beneficio cum cura, vel sine Cura, si tempore datæ non habet ætatem pro Cura, si deinde perueniat ad ætatem, non potest prouideri de Curato: quia attenditur tempus datæ; post tamen prouideri de Beneficio sine Cura: quia tempore datæ erat in ætate, *ex cap. si eo tempore* 9. *de rescriptis in* 6. *cap. ei cui* 29. *de præbendis in* 6. *vbi* Glossa quem textum commendat Parisius *lib.* 4. *de Resignatione Beneficiorum, quæst.* 1. *à num.* 10. & Sanchez *de matrimonio. lib.* 8. *disp.* 30. *num.* 41. Cironius *in ius Canonicum in tit. de Rescriptis* Vuamesius *in Ius Canonicum eodem tit.* Honorius *in compendio Iuris Canonici eodem titulo.* Pacis Iordanus *in tom.* 1. *Canonicar. in tit. de Rescriptis*, sed in præsenti tempore datæ non erat præsentatus, ergò litteræ Apostolicæ non iustificantur.

Hoc argumentum Aduersarij de facili diluitur, 9
suppositis illis, quæ suprà fundauimus; sed damus ei ansam discurrendi, & addiscendi, quod argumentum dependet à solutione illius celebris antinomiæ, siue contrarietatis, quam habet Textus *in dicto, tap. si eo tempore* 9. *de rescriptis in* 6. *cum text. in cap. ei, cui* 29. *vers. sed aliam de præbend. in* 6. vbi dicitur, eum, qui tempore datæ litterarum Apostolicarum, habilis non erat propter ætatis defectum ad Sacerdotalem præbendam, posse nihilominus eandem obtinere, si tempore vacationis ipsius ad legitimam peruenerit ætatem; ergò non attenditur tempus datæ.

Pro concordia dicunt primo aliqui D D. duos casus esse distinguendos. Primus est, quando in mandato exprimitur qualitas Beneficij conferendi, proyt quando cautur, vt conferatur Sacerdotalis præbenda, vel Beneficium Curatum, & hoc casu ad validitatem talis mandati requiritur vt tempore datæ ipsius, impetrans habeat ætatem requisitam ad tale Beneficium, ita vt si ei deficiat, licet ex post facto, tempore, quo ipsum Beneficium vacat, in ea iam constitutus sit, tamen

illud

illud obtinere nequibit, ex regula text. *in cap. non firmatur de regul. iuris in 6.* Vaſquius *de ſucceſſ.* §. 10. *num.* 34. Caldas Pereira *de poteſtate eligendi cap. 10. num.* 50. & ſic in hoc caſu attenditur tempus datæ.

Secundus caſus eſt, quando ſimplex, & indefinitum eſt mandatum de prouidendo de Beneficio indeterminatè conferendo, & hoc caſu non requiritur habilitas tempore datæ, ſed ſufficit de tempore collationis: ita Selua *de Beneficijs, part.* 2. *quæſt.* 6. Caldas Pereira, Vaſquius, & alij vbi ſuprà Barboſa *in cap. ſi eo tempore* 9. *de Reſcriptis* Staphileus *de litteris gratiæ in titulo de vi, & effectu clauſulæ* §. *poſt præditas.* Rebuffus *in praxi Beneficiaria, in tit. Requiſita ad collationem à n.* 32.

10 Secunda concordia ſupradictorum iurium eſt, quod quædam eſt inhabilitas, vel defectus, qui iure communi, vel ſtylo Curiæ attento impetrationi litterarum repugnant, tam ad Beneficia obtinenda, quàm ad lites, veluti ſi impetrans excommunicatus exiſtat, *ex cap.* 1. *de reſcriptis in 6. &c.* Et in iſtis inhabilitibus attenditur tempus datæ: & ideo data inhabilitate de qua ſuprà reſcriptum non valet. Quædam eſt inhabilitas impedimenti, quæ non inhabilitat perſonam; ſed denotat defectum requiſiti, vt ſi defectus ſit minoris ætatis, iuxta text. *in cap. cum in cunctis* §. *inferiora de electione*, vel defectus vocis præſtitæ, quæ non refundit incapacitatem in perſona; ſed defectum accidentis collationis, & in his non attenditur tempus datæ; ſed collationis, (quod eſt valde notandum, & paucis notum) dummodo in litteris Apoſtolicis dolus, vel culpa ſubreptionis non fuerit, quia ſi doloſa ſubreptio, vel culpoſa fuerit in impetratione, tunc non tempus præſentationis, vel collationis inſpicitur; ſed tempus datæ conſideratur, quia in odium impetrantis id dicitur qui expreſſit vel ſuppreſſit aliquid neceſſarium ex regula text. *in cap. ex tenore de reſcript.*

11 In præſenti ergo dato, & non conceſſo, quod tempore datæ litterarum non fuiſſet habilitas in Oratore, tamen quia non eſt inhabilitas in perſona; ſed accidentis, litteræ ſunt exequendæ. Et ſic concordantur Text. *in dict. cap. ei, cui* 29. *de præbend. in 6. cum cap. ſi eo tempore de reſcriptis in 6.* quia Text. *in dict. cap.* ſi eo tempore loquitur, & procedit quando vitium eſt in perſona Oratoris, puta quia excommunicatus, irregularis &c. Textus *vero in d. c. ei*, cui procedit quando tale vitium eſt circa accidentia collationis, inſtitutionis &c. vt bene D D. communiter poſt Abbatem *in cap. Dilectus num.* 8. *de præbend. in 6.* Felynus *in cap. eam te de reſcriptis.*

12 Quod probatur euidenter ex textu *in cap. ſi pro Clericis*, 8. *de præben. in 6. vbi* habetur valere impetrationem Beneficij curati, licet impetrans tempore datæ Sacrorum Ordinum defectum patiatur, conſtat namque attento iure communi data ætate ſufficienti illum eſſe idoneum ad curatum Beneficium, qui in minoribus ordinibus, vel in prima tonſura conſtitutus & ex *cap.* 2. *de Inſtitut. cap. licet Canon. de election in 6.* Rocchus *de iurepatronatus, in verbo honorificum, num.* 24. Rebuffus *in tit. de requiſitis ad bonam collationem, num.* 34. & proinde ſuppreſſio Sacrorum Ordinum in impetratione Beneficij curati ſubreptionem non inducit, nec vitiat, vt habetur vbi ſuprà; vndè fit, vt in terminis Concilij Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. ad conſequandam præbendam neceſſaria ſit ætas, ſaltem requiſita ad Subdiaconanatum, vt latè Hojeda *de incompatibilitate beneficiorum, parte prima, capite vltimo, numero* 16. ſic aliàs ſi Beneficium ex ſtatuto, vel conſuetudine Sacros Ordines requirat, ad hoc vt Collatio eiuſdem fieri poſſit; limitabitur Textus *in dicto cap. ſi pro Clericis.* Decius *in cap. cum in cunctis, Paragr. inferiora de electione*, Guttierrez *conſ. primo.* Ergo quia inhabilitas de qua in præſenti non eſt in perſona; ſed in accidentibus collationis, ſufficit habilitas tempore collationis, vel inſtitutionis.

Hinc intelligitur Text. *in cap. ſtatutum de reſcriptis in 6.* vbi habilitas Canonicatus requiſita ad habendam delegationem Apoſtolicam, tempore datæ requiritur, licet ex poſt facto non ſit Canonicus. Gloſſa *in dicto cap. ſtatutum in verb. Canonicis, & in Clem. & ſi Prouincialis in verb. principalis de reſcriptis*, & Gloſſa *in cap. Dilectus in verbo receperunt de Reſcriptis* Decius *in cap. Quoniam* vbi Abbas *numero ſexto, de Officio Delegati*: Quod ſanè intellige quando ille tempore datæ, habens qualitatem requiſitam, deſinat illam habere, ob aliquem defectum, vel incapacitatem ſuperuenientem, quæ repugnet iuriſdictioni commiſſæ, veluti ſi poſt prædictum tempus matrimonium celebrauerit argumento Text. *in cap. vnico de Clericis coniugatis in 6.* & eorum, quæ notantur *in cap. decernimus de judicijs*: Non ita ita dicas ſi tempore datæ Canonicus non exiſtens, tempore præſentationis ſit effectus Canonicus, vel ſimiliter ſi tempore datæ exiſtat excommunicatus, impetrans Beneficium, & tempore Collationis ſit ab excommunicatione abſolutus Barboſa *& alij Canoniſtæ in dicto cap. ei, cui* 29. *de præbend. in 6.* 13

Nec omittendum eſt taciturnitatem, vel aliam qualitatem non vitiare reſcriptum in eo, quod ſi fuiſſet expreſſum, fuiſſet æquè conceſſum, ex Palatio *in repetit. cap. per veſtras notab.* 4. *num.* 27. *de donat.* inter virum; nam reſcriptum, in quo ſupprimuntur, quæ judicis animum ad dandum, vel denegandum mouere poſſunt, & ſubreptitium; ſecus verò ſi aliàs fuiſſet conceſſurus Suarez *alleg.* 13. Couarru. *lib.* 1. *var. capite* 2. Cruetta *conſ.* 296. Curtius junior *conſ.* 27. Ergo Bullæ Pontificiæ, de quibus in præſenti ſunt iuſtificatæ, quia fuit præſentatus coram Sanctiſſimo; neque requiritur habilitas tempore datæ, & dato requiri, fuit in præſenti ob mandatum prædictum. Quare non eſt deneganda inſtitutio. 14

DISCEPTATIO CXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Sanctiſſimi Roſarij Encomia recenſentur à Summis Pontificibus publicata.*
2 *Sacer ordo Prædicatorum Roſarij promulgator.*
3 *Sanctiſſimum Roſarium ſolis Prædicatoribus conceſſum.*
4 *Facti ſeries proponitur, de qua agitur.*
5 *Bulla Reuerendiſſimi Patris Generalis, qualis fuit, explicatur.*
6 *Cauſa huius litis ſumpta fuit à Paræco, & quare.*
7 *Diſtantia quæ requiratur inter Monaſterium Ordinis S. Dominici, & locum vbi celebratur Roſarium.*
8 *Quale fuerit dubium in præſenti diſcuſſum.*

9 *Bulla*

9 *Bulla Pij Quinti, qualem facultatem concesserit constituendi Rosarium.*
10 *Rosarium in vno loco constructum cessat, statim adueniente Monasterio S. Dominici in eo loco.*
11 *Ciuitatis appellatione an veniant suburbia, & qualiter.*
12 *Factum Ciuitatis Scalensis adducitur, & ponderatur.*
13 *Sanctissimi Rosarij Societas, & hominis Dei, qualiter erigendæ sint.*
14 *Rosarij Confraternitas qualiter fundetur, quis præscripserit.*
15 *Protestatio, qua mediante fundatur Confraternitas Rosarij, qualis fuerit.*
16 *Sanctissimi Rosarij fundatio, & plantatio qualis, & à quo præscripta.*
17 *Solitum, & consuetum semper intelligitur, & quando tale dicatur.*
18 *Ratificatio actus, quando intelligatur, & quæ requirat.*
19 *Ratificatio debet esse coniuncta cum solemnitate requisita in primo actu.*
20 *Præscriptio contra Ecclesiam quamcunque centenaria hodie debet esse.*
21 *Indulgentiarum materia quantum scrupulosa sit, & quæ non admittat?*
22 *Rosarij forma, & modus erigendi, an sit priuilegium, an beneficium.*
23 *Consuetudo Ecclesiæ qualem habeat vim.*
24 *Priuilegium contra ius commune est stricti iuris.*
25 *Subreptio, falsitas, & obreptio, quando dicatur, & præsumatur.*
26 *Clausula (non obstantibus quibuscunque, &c.) quem effectum operatur.*
27 *Gratia subreptitia nullum meretur effectum.*
28 *Dispensatio Patris Generalis super distantia duorum milliariorum valet, & quem effectum operetur.*
29 *Contractus factus à Regularibus qualiter seruandus.*
30 *Assensus potest præcedere, & subsequi.*
31 *Iuramentum appositum in contractu ligat successores iurantium.*
32 *Prælati promissio obligat successorem Prælatum*

ARGVMENTVM.

An, & quando possit fundari Confraternitas Sanctissimi Rosarij, & quæ requirantur conditiones? Referuntur Bullæ, & Priuilegia RR. PP. Dominicanorum circa Sanctissimum Rosarium, & Indulgentiæ.

FACTVM.

1 INclytvm, & Sacratissimum, vt ait Beatus Alanus *part. 1. reuelat. cap. 5. & 2. p. cap. 1. in fine*, ex Pio V. in Breui, quod incipit consueuerunt, in Sacris Scripturis quoad singula præsignatum Euangelici Rosarij, Christianæ Religioni saluberrimum institutum ex Clemente VII. in Bulla, quæ incipit, & si temporalium ad salutem Mundi ait Sixtus Quartus in Bulla, quæ incipit ea, quæ, & Leo X. in Bulla, quæ incipit Pastoris æterni, contra imminentia Mundi pericula, ait Gregorius XIII. in Bulla, quæ incipit, *monet Apostolus* ad iram Dei placandam, ait Breuiarium Dominicanum, ad Diuinam misericordiam implorandam, ad pleniorem pro peccatis satisfactionem, ad euertendas hæreses, ad vitia extinguenda, & contra quæuis aduersa præsidium, & auxilium vnicum, tot sequentibus signis prædicatum terra, cœloque celeberrimum, ex Clemente VII. *vbi supra*, & Paulo III. in Bulla, quæ incipit, *rationi congruit*, & Iulio III. in Bulla, quæ incipit, *sincerè*, & Leone X. *vbi suprà, ad cœlorum semitas aperiendas ad Ecclesiæ decorem*, quod Sacrorum Prædicatorum Patriarcha Dominicus, ad 2
id lacte virgineo enutritus, Alanus *part. 2. c. 17. & part. 5. cap. 37. & part. 2. cap. 17.* & Sixtus V. in Bulla, quæ incipit, *dum ineffabilia*, & ipsa quoque iubente, dictante, ac dictante Deipara, iam à quingentis annis, & amplius à Spiritu sancto afflatus excogitauit, plantauit, quodque itidem à Virgine Matre Desponsatus, lactatus, renouauit rigauit *Alanus*, cuique laude, maxima ipsa Regina Psalterij ipsa Patrona fraternitatis per eosdem Prædicatores, dedit, & dare non desinit incrementum, ore quoque Dei, cui nihil eo gratius accidit præceptum, comprobatum, ac prædicatum, & à quibusvis in hoc Psalterio perseuerantibus pro fideli seruitio, in extrema hora exitus, sui plenam remissionem à pœna, & culpa omnium suorum Criminum, eis indulgendo, ita Bonifacius Iesuita *lib. 1. Historiæ Virginis, cap. 15.* Beyssellus *in Opusculo de Rosario*, Beatus Alanus *in compendio Rosarij, cap. 6.* Carthagena Minorita *Homilia 6. de Rosario*, nouissimè Ægidius Salaius *in suo Flandrico scripto de Confraternitate Rosarij, part. 3. cap. 3.* & nouissimè Henricus Ionghen *de Confraternitatibus Sanctissimi Rosarij Scapularis Carmelitani*; Zonæ Augustinianæ, & Funiculi S. Francisci, vbi latissimè de istis quatuor agitur Confraternitatibus, & latissimè D. Donatus *in praxi Regulari de Confraternitate S. Rosarij, tom. 5. d. tract. 8. q. 12. & seq.*

Cum ergo Sacratissimum Rosarium sit Sancti 3
Dominici semen & hæreditas Dominicanis diuinitus data, non aliis, per quos salus copiosa, vbique terrarum facta est, in Ecclesia celebratione Rosarij, Virginis Mariæ. Propterea omnes Pontifices Sanctissimum Rosarium, vt deuotionis affectu diuinitus excitari gratiis verè innumerabilibus cumulantes solis Prædicatoribus concesserunt, vt proprium, cæteris quoque per orbem, Ecclesiis certis limitibus tribuendum, à Pontificibus ipsis, & à Generalibus Prædicatorum congressibus Apostolica in hac parte authoritate gaudentibus præscriptis, concessere, quæ exactè, vt par est, obseruare contemnentes, nedum valere dicunt indulgentiis, sed Rosarium Sanctissimum sit illis in perniciem, quod pro faciliori omnium, diuinitus, tam promissa salute fuerat institutum Doctores communiter *vbi suprà*, vnde ait Carthagena caueant, quæ, attentatores, quod Iosepho, & Azariæ principibus virtutis euenit, & populo illorum, 1. *Machab. cap. 50.* qui audientes res bene gestas, & prælia, quæ facta sunt à Iuda, & à Ionatha, & à Simone fratre eius, ante faciem Ptolemaidis, dixerunt, faciamus, & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gentes, quæ in circuitu nostro sunt, abierunt in pugnam, & fugati sunt Iosephus, & Azaria, & ceciderunt illo die de populo Israël ad duo millia viri, & facta est plaga magna in populo, quia non audierunt Iudam, & fratres eius existimantes fortiter se facturos,

facturos, ipſi autem non erant de ſemine illorum, per quos ſalus facta eſt,in Iſraël, ſic P.Carthagena, ſolus ergo Prædicatorum ordo Sanctiſſimum Roſarium prædicat, promulgat,atque ad hunc effectum Confraternitates erigit, & hoc præmiſſo.

4 Supponitur ergo in facto quod in anno 1635. quondam D. Ioannes Dominicus Ruſſus V.I.D. & Parœcus Eccleſiæ S. Ioan. Baptiſtæ Auerſanæ Ciuitatis in ſuburbio Sauignani taliter inhærente, vt vnum faciat, & idem corpus in omnibus, & per omnia cum Ciuitate, & cuius Eccleſiæ fines, etiam intra muros eiuſdem,ſe extendunt,in bonam partem, & diſtat ab Eccleſia S.Ludouici, quæ eſt Monaſterium Ordinis Prædicatorum, per ſextam partem vnius milliarij: hic ergo Parœcus præſumpſit in ſua Parœcia Roſarium recitari facere, Altare,& Cappellam erigere,eleemoſynas intra præfatos fines Parœciæ ſuæ quærere,in omnibus diſcrepante Monaſterio,& Patribus S.Ludouici,tandem Fratres Conuentus,& Parœcus conuenerunt, & promiſit Parœcus præſentare in dicta Eccleſia S.Ludouici anno quolibet Cereum librarum ſeptem,loco tributi, ſi dictam deuotionem promitterent fratres continuari, & fratres prædicti acquieuerunt, vt Parœcus poſſet petere eleemoſynas intra fines ſuæ Parœciæ nomine Roſarij, & promiſit Parœcus de dictis eleemoſynis computa fideliter tradere Patri Priori dicti Conuentus anno quolibet,& ibi etiam habetur,quod volens Curatus participationem indulgentiarum Roſarij à Summis Pontificibus conceſſarum, ad hunc effectum Pater Generalis poſſit communicare, & Patres in hoc,eundem intercedere, & rogare,& taliter conuenerunt Fratres, & Parœcus.

5 In ſequenti anno 1636. idem Parœcus obtinuit quandam Bullam à Reuerendiſſ. Rodulpho Magiſtro Generali communicatiuam indulgentiarum Roſarij *in d.ſua Eccleſia*,ſed in duplici libello nullam fecit mentionem *de dicto contractu*, nec in libello expreſſit, quod in eadem Ciuitate extat Conuentus Ordinis, vt debebat exprimere, nec in Bulla diſpenſatur ſuper aliquo iure, vel conſuetudine in contrarium, & licèt ibi diſpenſetur ſuper diſtantia duorum milliariorum Romæ præcepta in Capitulo Generali de anno 1589. & Venetiis de anno 1593.tamen non legitur diſpenſatio à diſtantia vnius milliarij ex indulto ſancito Valliſoleti 1605. quæ erat neceſſaria, quia ante ſupradicta Capitula requirebatur diſtantia triũ milliariorum, neque diſpenſatur ibi in Bulla,ſuper loci identitate,in quo præcipuè Dominicani Eccleſiam habebant,nec adeſt clauſula ex certa ſcientia, vel motu proprio,& quod nulla fuerit habita notitia in Bulla,quod in Auerſa adeſt Conuentus Ordinis, patet apertè, quia ſubditur ibi(accedente tamen conſenſu, & approbatione Prioris vicinioris Conuentus,ſeu loci Ordinis noſtri) quibus ſignificatur ignorantia de Conuentu S.Ludouici præfato vicinore,& in fine Bullæ dicitur(decernimus inſuper, & declaramus, quod quandocunque contigerit Fratres noſtros intùs, vel extra dictum locum Eccleſiam obtinere, ipſo iure, ipſoque facto ex nunc pro tunc dictam ſocietatem,& omnes indulgẽtias, & priuilegia eidem conceſſa ablata eſſe à dicta Cappella,& penitùs ac totaliter,ad dictam noſtram Eccleſiam tranſlata cum omnibus quomodolibet acquiſitis) vbi ly *intus*, vel extra eundem locum, ſcilicet Sauignani,intelligitur ex fauorabili ſtylo in eodem Territorio,in quo non præſumit Bulla,eſſe Conuentum Ordinis, idque fuit ſecundum antiquam formam præſcriptam Romæ 1580. & Venetiis 1592.& Tholoſæ 1628. & fuit in exequutione motus proprij Pauli V. die 18.Sept.1608. vinæ vocis oraculo præcipientis, quod illa forma ſeruetur, qua vti conſueuerunt Magiſtri Generales,&c.talis autem forma eſt, ad erigendum Roſarium, in illis tantùm locis, in quibus præcipuè Dominicani Eccleſiam non habent, vel etiam ſimilis Confraternitas erecta non inuenitur.

Vnde prædictus Parœcus prædictæ Bullæ nullam obtinuit ab Ordinario loci publicationem,nec Conuentum adiit pro poſſeſſione, & fundatione Roſarij, vt iuris erat, & ibi dicebatur, & per ſpatium annorum 18. quibus vixit, nullam habuit Bullæ conſiderationẽ,nec Conuentus aliquam notitiam habuit, vſque ad annum 1661. occaſione habita,quod Parœcus modernus, multa innouare prætendebat, & innouabat circa prædictum Roſarium ſuæ Parœciæ etiam indulgentias publicando, ob quod Pater Prior Conuentus Auerſæ, ſcilicet Frater Vincentius Maria de Silua certiorauit P. Generalem,qui Magiſtrum Prouincialem Regni ſubſtituit, & hic admonuit Parœcum, ad dicendum,&c. & Parœcus conſenſit in dictum iudicem, & coram illo ſuas ſcripturas præſentauit die 9.Februarij 1661, ipſe perſonaliter cum Aduocato cauſæ. 6

Quod ergo per Fratres S. Dominici prætenditur eſt, ſcilicet Conuentus S. Ludouici Ciuitatis Auerſæ,dictam gratiam, ac indulgentias conceſſas à dicta Cappella auocandas eſſe, nec fidelibus ſuffragareſub prætextu,quod dictæ litteræ impetratæ, ſubreptitiæ dici debeant,quod dicta Confraternitas non diſtat requiſita diſtantia à Monaſterio, neque interceſſit conſenſus Conuentus, & ex aliis infra dicendis; & lite conteſtata,ac pendente coram Patre Prouinciali, Parœcus, nulla habita ratione de dicta litis pendentia, acceſſit ad Auditorem Cameræ, & figurando expoſuit de anno 1636. ipſum Parœcum, & Confratres Roſarij ſuæ Parœciæ ex conceſſione Patris Generalis,approbantibus Priore,& Fratribus S.Ludouici,accedente etiam approbatione Epiſcopi,fuiſſe,& eſſe in pacifica,& quieta poſſeſſione, ſeu quaſi,ſeſe in prædicta Eccleſia congregandi,& SS.Roſarium recitandi,atque faciendi quæ ad corpus ordinatæ ſocietatis ſpectat,& pertinet,& ſic Monitorium contra Conuentum,& Religionem obtinuit, pro manutentione, & obſeruantia litterarum, illúdque ſuperiori intimari fecit, & in valuis ſuæ Eccleſiæ affixit, & interim omnia agebat, vt prius. 7

Quia quærebatur à prudentibus pro qua parte iura eſſent;an pro parte Monaſterij,ſeu Religionis S.Dominici, an pro parte Parœci, mihi diſcuſſo coram Patribus negotio, & audito Aduocato Parœci, viſum fuit in præſenti hæc ſcribere. 8

Primò,quidem quia Summus Pontifex Pius V. in Breui incipiente conſuetudo ſub die 18. Septembris 1566.Apoſtolicam concedit facultatem R.P.Magiſtro Generali Prædicatorum, vt erigere poſſit Societatem Sanctiſſ. Roſarij in locis,in quibus ordo Prædicatorum, domum, vel Eccleſiam non habuerit, cum conditione deuolutionis etiam, ſi ibidem Religio Eccleſiam obtinuerit,& Gregorius XIII. fœlicis recordationis eius ſucceſſor in Breui quod incipit *dudum*, &c. die 1.Aug.1575. Epiſcopo Scalenſi directo, idem decernit ad rem noſtram his verbis. Dudum pro parte Dilectorum N. N. N. Ciuitatis Scalen. Officialium, Confraternitatis Sanctiſſimi Roſarij in Eccleſia Sancti Martiani ritè erectæ nobis expoſito, quòd Frater Ambroſius,&c. Ordinis Prędicatorum, cui Pius V. fel.rec. Roſarium concedendi facultatem conceſſerat, 9

cõcesserat Rosarium in Ecclesia S. Martiani Ciuitatis Scalensis gratiosè iam concesserat,& N.de N. Cappellanus per te Frater Episcope deputatus, in Cappella S.Annunciatæ Scalensis,& N.de N.Scalensis, nulla facta mentione de gratia per eosdem exponentes, vt præfertur ab ipso Ambrosio prius obtenta,fraudulenter dictum Rosarium ab eodem Ambrosio pro dicta Cappella obtinuerant,sed potius extorserant, eaque fraude cognita ipsi exponentes, ad eundem Ambrosium recursum habuerunt,ac re tota illi exposita, ipse Ambrosius de veritate,& iusta exponentium causa informatus,per alias suas patentes litteras declarauerat gratiam per eum dictis exponentibus de S. Martiano concessam validam,illam verò,quæ per Cappellanũ SS. Annunciatæ fuerat obtenta,nullam,& subreptitiã fore,& esse,vt ibi, postea verò cum dicta Ecclesia S.Annunciatæ concessa fuisset Religioni Prędicatorum, illi de S. Martiano supplicarunt eundem Sanctissimum, vt constituere dignaretur ipsorum societatem,nulla mentione facta, quòd dicta Ecclesia Annunciatæ concessa erat Dominicanis,& Pontifex concessit, & confirmauit societatem S. Martiani per Breue, & cum se opponerent Dominicani, dictus Frater Ambrosius Rosarium in dicta Ecclesia S. Martiani reuocauit, & prædicta reuocatio ab Episcopo Scalensi fuit exequutioni demandata: & quia illi de S.Martiano contendebant per viam appellationis, idem Pontifex ad quem recursum habuerunt Fratres; ideò idem
10 Pontifex Rosarium S. Martiani transtulit ad Ecclesiam S.Dominici,& vbi aliquod Monasterium Ordinis aderat, ibi tantum constitui solebat, & quatenus per prius in aliquo loco esset constitutum,statim erecto,Monasterium eiusdem Ordinis in eo loco,ad eandem domum, & illius Ecclesiam ipso iure,ipsoque facto censeatur translatum,nam non consueuit,nec expedit, vt duæ confraternitates eiusdem nominis in modo orandi,adsint in eadem ciuitate,quæ primo dicti exponentes callidè tacuerunt,quodq; pro certo habetur,quod si præmissa expressissent,prędictas litteras nõ obtinuissẽt. Hos igitur, &c. fraternitati tuæ Frater Episcope, seu discretioni tuæ fili vicarie per præsentes committimus, & mandamus,quatenùs confraternitatem Rosarij in dicta Ecclesia S.Martiani,vt asseritur erectam, & institutam,ad Ecclesiam Domus Ordinis Prędicatorum huiusmodi authoritate nostra prędicta transfertur, & illam confraternitati nouiter erectæ, & institutæ in Ecclesia prędictæ Domus, duntaxat publicare mandes,& facias, illiusque publicationem, siue celebrationem in Ecclesia S.Martiani etiam sub censuris,& pœnis pecuniariis arbitrio suo imponendis, & applicandis inhibeas,necnon ab illius celebratione, & publicatione abstineri facias.cogas, & compellas: nos enim,&c.etiam auxilium Brachij Secularis inuocandi,interdictum Ecclesiasticum apponendi, & quæcunq; mandata desuper opportunè decernendi,& exequendi plenam potestatem,& facultatem Apostolica auth.concedimus,non obstantib. prędictis, &c. necnon fel. record. Bonifacij Papæ VIII.de vna,& Concilij Generalis de duab.dictis, dummodo vitares,& aliis constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,necnon stilo Palatij,cęteriscque, &c.in quo Breui,plura sunt notanda.

11 Et quidem primò, quod ciuitatis appellatione, de qua ibi,comprehenduntur etiam suburbia *ex l. 2. ff. de verb.signif.* & ciuitatis appellatione comprehenduntur etiam mille passus à muro ciuitatis, *l.mille,ff.eod.tit.l.quod liquidè,§.si ita legatur,ff.de pœn.legata,l.præsens,ff.de procur.*& Ciuium appellatione veniunt non solum illi de comitatu, sed etiã illi de territorio.Felin.*in c.cum Rodulph.col.9. vers.4.de rescrip.*quod habere locum etiam in materia stricta habetur expresse,*in c.si ciuitas de sent. excom.in 6.* vbi interdicta ciuitate veniunt suburbia,& assignatur ratio,ne sc. vilipendi valeat sententia interdicti, quia appellatione loci principalis includitur locus illi inhęrẽs,& accessorius,vnde ciuitas includit suburbia,*gl.ibi*: ergo cum in suburbio Auersæ sc.Sauignani sit talis Cappella S.Rosarij,& fuerit impetrata subreptitiè tacito conuentu intus ciuitatem debet Parœcus Cappellæ abstinere,quia esset contra Bullas Pontificum,vt in ea ciuitate,vel vniuersitate quãtumvis maxima,in qua adest Conuentus Ordinis, extet quoque societas alia extra Ordinem in Ecclesia, sed intra, vel extra muros eiusdem ciuitatis.

Secundò aduerto, quòd Ecclesiæ prędictæ de 12
scala distant inter se vltra milliare,& est montuosus satis,& difficillimus aditus ab vna ad aliam, & tamen quia ambæ pertinent ad eand.ciuitatem decernitur in vna tantum illarum Rosariũ celebrari.

Tertiò aduerto,quòd illi de S.Martiano,vt ibidem legitur in secunda petitione,veritatẽ exponẽtes,vt confirmare,& non auferre ab eis dignaretur eorum Rosarium,non obstante,quòd in d.ciuitate adesset Conuentus ordinis, vt fidelium deuotio,& cultus diuinus feruentiùs augeretur, & crescceret, Summus Pontifex illis negauit: quia illud adscripserat Ordini S.Dominici, & octo Bullis Summi Pontifices confirmarunt, & non expedire decreuit,vt diximus.

Probatur secundò,principaliter quia pro obser- 13
uantia prędictorum in pluribus Capitulis Generalibus,scilicet Romæ de an.1589.& Venetiis 1592. cautum,& sancitum est his verbis,societates Rosarij,& nominis Dei,nunquam erigatur in locis, in quibus circiter duo milliaria, similes confraternitates erectæ fuerint,aut Religio nostra Conuentũ, vel Ecclesiam habuerit,sed postea in Capitulo Vallisolethi 1605.habetur posse erigi d. societates,& fundari in omnibus oppidis à se distinctis, quãvis ad inuicem non distent,nisi per milliarium,modus verò erigendi, vel fundandi has societates in aliis Ecclesiis fuit in Capitulo Romæ habito de anno 1589.traditus,& ordinatus ibi nulli liceat prętextu 14
cuiuscunq;facultatis,aut licentiæ sub quibuscunq; verborum tenoribus,& formis à Magistro ordinis, vel eius Vicario concessæ, vel etiam concedendæ fundare,erigere, siue instituere societatem S.Rosarij,& nominis Dei, nisi mediante prędicatione, & obedientia sibi iniuncta, & inconsulto prius Prouinciali, seu Præsidente Prouinciæ, atque semper fiat publica protestatio, quòd si contigerit aliquando Fratres nostros: vbi fundantur prędictæ societates, vel circiter duo milliaria; Con- 15
uentum, vel Ecclesiam habere, ipso facto, ipsoque iure, huiusmodi societates ad nostrum ordinem, à quo inuentæ, & institutæ fuerunt cum omnibus bonis, ad eas quomolibet pertinentibus statim, absque alia declaratione deuoluatur, &c. etsi oppositum factum fuerit, totum fieri irritum, & inane, ac nullius roboris; ad Prouinciales verò, & Priores respectiuè pertinebit diligenter animaduertere, an expediat huiusmodi societates in tali loco, & in tali Ecclesia erigere, & fundare, nec permittere, vt quidquam minus conueniens fiat, hæc ibi, & Venetiis de anno 1592.fuerunt addita hæc alia, Prior diligenter informabit de distãtia vnius loci ab alio habente dd. Societates legitimè erectas, quo stante,& non aliter,deputabit Magister Ordinis nomine de Patrum

conſilio, vnum Sacerdotem idoneum, qui Sacerdos pro illa vice tantum, habebit authoritatem, & facultatem fundandi, & erigendi dictas ſocietates, media prædicatione. Huic Sacerdoti dentur litteræ patentes, quas in manus publici Notarij de dictarum ſocietatum erectione fidem facientis inſtrumentum deponendas relinquat: hæc ibi.

16 Quæ quidem forma fundationis, & erectionis ſocietatis ſanct. Roſarij fuit præſcripta, & ſancita in Bulla Sixti V. quæ incipit, dum ineffabilia Romæ edita de Anno 1586. die 30. Ianuarij his verbis omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Prædicatorum Fratribus, per Magiſtrum, & Vicarium Generales dicti Ordinis Prædicatorum deputandis in Secularibus Eccleſiis, de Superiorum, & Ordinariorum licentia: Confraternitates Sanct. Roſarij erigere, & inſtituere poſſint facultatem authoritate Apoſtolicâ concedimus, ac Confraternitatibus per Fratres deputandis, vt præfertur erectis, & erigendis Indulgentias concedimus, & ſic ſine facultate Reuerendiſſimi Patris Generalis, Fratres prædicti non poſſunt ſe intromittere in erectione S. Roſarij, alias totum eſt irritum.

17 Probatur tertiò: quia Bulla, qua vti prætendit Parœcus Sanignani, nunquam fuit, neq; eſt debitæ executioni demandata: quia ibi datur modus fundandi Roſarium, & tradendi decretum erectionis Officialibus Eccleſiæ, in qua fundatur, & cum iuramento deuolutionis in caſu exiſtentiæ Monaſterij Ordinis, *vt ſuprà*, at hoc non fuit obſeruatum ibi, & certum eſt, quod in omni pacto intelligitur, quod eſt conſuetum, *l. ſemper in ſtipul. ff. de reg. iuris, leg. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de ædilit. ed.* Baldus *in l. liberto, Cod. de oper. libert.* vbi ait quod qui conducit operarios; alio non expreſſe tenetur eis prouidere in expenſis, & ferramentis ſecundum quod eſt conſuetum, & non aliter, allegans plura, & Bart. *in l. nemo eſt, qui neſciat, ff. de duobus Reis*: ergo cum hoc non ſolum ſit ſpecialiter præceptum, ſed etiam ex generali conſuetudine totius Eccleſiæ, ſi contrarium fiat, nulliter eſt, & inane: quia contra ſolitum ritum Syluester *in verb. conſuetudo, n.* 15. ergo ſi vigore Bullarum, & Capitulorum Generalium ſacri Ordinis Dominicanorum, ſi conuentus de nouo erectus ſit, in aliqua vniuerſitate, ipſo iure, & de facto, transfert ad ſe Roſarium, prius extra ordinem, in eodem loco inſtitutum, multò magis in præſenti dici debet nullius momenti fundatio tacito Conuentu S. Ordinis intus ciuitatem Auerſæ.

18 Neque dicas, quòd contractus ille factus inter Parœcum, & Priorem, videtur poſtea ratificatus per receptionem cerei, &c.

Reſpondeo enim, quòd ratificatio eiſdem legibus ſubiicitur, quibus ratificatum, Geminianus *conſ.* 128. Pariſius *conſ.* 47. *n.* 97. *lib.* 1. & ideò ratificans, vel approbans, non habens notitiam plenam actus ratificati, non poteſt dici ratificatio, Zabarella *conſ.* 44. *n.* 4. Corneus *conſ.* 207. *num.* 3. *lib.* 3. Alexander *conſ.* 114. *num.* 4. *lib.* 1. Romanus *conſ.* 343. quia ſubſtantia ratificationis eſt ſcientia, Baldus *conſ.* 176. *lib.* 2. quæ ſcientia debet eſſe certa, vt prætudicet, Gabedus *dec.* 176. *n.* 3. latiſſimè Tiraquell. *de retractu lignag. §.* 36. *gl.* 2. *num.* 3. *& ſeq.* imò requiritur lectura ſcripturæ, quæ ratificatur, alias non ſibi prætudicat, etiam addito iuramento, Caſtrenſis *conſ.* 166. *lib.* 1. nec præſumitur lectura, niſi dicatur, quod fuit lecta ſcriptura Zabarellus *dict. conſil.* 44. *num.* 5. *&* 6. & non ſolum requiritur ſcientia facti, quod ratificatur, ſed requiritur etiam ſcientia iuris, reſpectu vniuerſitatis, minoris, & Eccleſiæ, Ruinus *conſ.* 63. *n.* 21. *&* 23. *lib.* 1. Bald. *conſ.* 327. *& conſ.* 322. *lib.* 2. proindè ille, qui ratificat ſi ignoret actum, quem ratificat, nihil agit, *l. quæ enim, ff. rem ratam haberi, l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. iudic. l. nec ignoramus, C. de donat.* Baldus *conſ.* 176. Oldradus *conſil.* 329. Corneus *conſ.* 290. *lib.* 3. quæ ſcientia abeſt ab illis prioribus, qui cereum receperunt: quia non habuerunt notitiam contractus, & aſſenſus Generalis: quia non præſumitur notitia, cum non ſupponatur lectura ipſorum.

19 Illa enim ſolennitas eadem, quæ requiritur in primo actu, requiritur in ratificatione ex Geminiano *conſ.* 108. *n.* 4. Signorolo *conſ.* 87. *n.* 9. & eiſdem legibus ſubiicitur ratificatio, quibus, & ratificatum Geminianus *dict. conſ.* 163. latè Pariſius *conſ.* 47. *num.* 97. *lib.* 1. & actus, qui expediri debet per conſenſum in communi præſtitum, non valet, ſi conſenſerint ſinguli, non collegialiter, ex Abbate *in cap. cum in Eccleſia de cauſa poſſ. & propriet. l.* 2. *Cod. de Decur.* Bart. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure*, Syluester *in verb. conſenſus, n.* 4. & ratificatio excluditur propter malam fidem, quæ concurrit cum eo, qui contraxit abſque ſolennitate, Antonius de Butreo *conſ.* 43. *col.* 3. Ruinus *conſil.* 41. *num.* 15. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 49. *n.* 41. *&* 47. Menoch. *conſil.* 49. *numero* 48. *lib.* 1. Gratianus *tomo* 5. *capite* 523.

20 Neque dicas ſecundò contractum inter Parœcum, & Monachos eſſe præſcriptum, & ſic pro Parœco adeſſe per ſcriptionem.

Reſpondeo enim, quòd contra Eccleſiam, nec laïcus, nec alia Eccleſia præſcribit, niſi ſpatio 40. ann. Auth. quas actiones *C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. accedentib. de priuil. c. de quarta, de præſcrip.* & hodie ex Bulla 17. Eugenij IV. conceſſum fuit Benedictinis, quod ſicuti contra Eccleſiam Romanam, non niſi centenaria currit præſcriptio, ita cõtra Benedictinos, quod aliis ordinibus eſt communicatum à Iulio III. Bulla 3. Ioan. de la Cruz *lib.* 2. *c.* 3. *concl.* 13. *&* 4. & tandem data probatione poſſeſſionis obſtaret titulus ad præſcriptionem requiſitus, *c. ſi diligenti de præſcript. c.* 1. *de præſcrip. in.* 6. Petr. Barboſ. *in rubr. de præſcrip. num.* 168. Oſaſch. *dec.* 105. *n.* 38. Menoch. *de retin. poſſ. remed.* 3. *numero* 639. Reg. de Ponte *dec.* 18. *n.* 17. Camill. de Curte *in diuerſ. feud. fol.* 78. *n.* 11. *&* 12. Gratianus *c.* 401. *& c.* 441. *n.* 10.

21 Facit etiam ad propoſitum, quod hîc agitur de materia Indulgentiarum, quæ non obſeruatis integrè, totaliter, & exactè omnibus, & ſingulis conditionibus ad illarum lucrum prætſcriptis, lucrari non poſſunt, vt de Indulgentiis S. Roſarij ait B. Alanus *p.* 1. *c.* 25. & pro eis lucrandis ſunt actus præſcripti, nec in oppoſitum opinio probabilis, vel probabilior locum habet, in Indulgentiis, in quibus cõmunis error, non ſupplet defectum iuriſdictionis, Graff. *c.* 5. *n.* 65. *de communi*, Bonacin. *de Indulg. p.* 5. *prop.* 5. *n.* 27. Dian. *reſol.* 23.

22 Accedit, quòd erectio ſocietatis Roſarij in eodem loco indiſtincto ab eo, in quo extat conſimilis ſocietas, & præcipuè Eccleſia Dominicanorum, & ſine diſtantia præſcripta, non eſt ſimplex beneficium, ſed priuilegium contra omne ius commune, & ad hoc faciunt decreta Romanorum Pontificum prædictorum, & Capitulorũ Generalium Ordinis Prædicatorum, quæ in hac materia non degenerant à iure communi, quod ius commune conſtituitur ex generaliſſima fundatione Roſarij Eccleſia conſuetudine nunquam in aliquo interrupta in toto orbe Terrarum: & ſic quia conſuetudo pro lege ſuſcipitur, *c. conſuetud. diſt.* 1. DD. *in rubr. de conſuet. & conſuetudo de illicito facit licitũ*

& è contra, cap. cum olim, de Clericis coniugatis, cap. super eo de cognitione speciali, Butreus *in d. cap. de eo*, & Pilaïa *tom. 2. decis. Canon. tit. de censib. petit. 7. n. 8.* & habet vim interpretandi, & corrigendi legem, *l. si de interpret. ff. de legib. lege de quibus ff. de legibus*, & si est consuetudo generaliter recepta, & introducta, per totum mundum vincit legem, *dicta l. de quibus*, *§. finali, ff. de legibus*, & iura mandant iudicari secundum statuta, & consuetudines locorum, *cap. 1. de eo, qui mittitur in possessionem*, Abbas *in rubrica de consuetudine*, vbi notat, quod arbiter potest pronuntiare secundum consuetudinem etiam iuri contrariam, quæ enim sunt de iure positiuo abolentur, & abrogantur per consuetudinem in contrarium, D. Thom. *quodlibeto 2. artic. 8.* & *quodlibeto 9. art. 15.* & legem tollit, Abbas *in cap. finali, de consuetudine*, & aduertit S. Thom. *2. 2. q. 10. art. 12.* quod maximam habet authoritatem consuetudo Ecclesiæ, quæ semper est in omnibus æmulanda: vnde S. Augustinus *in epistola 89. tom. 2. ad casulum*, apud S. Thom *part. 2. q. 97. art. 3.* dicit quod mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege sunt tenenda, & sicuti prænaricatores legum diuinarum, ita & contemptores consuetudinum Ecclesiasticarum coercendi sunt. Vide Pilaïam citatum *dicto tom. 2. lib. 4. tit. de consuetudine.*

24 Priuilegium autem contra ius commune est omnino stricti iuris, & ad ius commune quantum est possibile reducendum, *cap. cum dilectus de consuetudine*, *iuncta glossa*, imò si non sit ex certa scientia, vel motu proprio (sicuti non est Bulla P. Generalis, quam iactat habere Parœcus) non præsumitur de voluntate Principis, vt notat Armilla *in verb. Priuilegium*, *num. 4.* Pilaïa *dicto tom. 2. lib. 4. tit. de rescriptis*, *num. 13.* imò per importunitatem, & furtiuam deprecationem obtentum ex *l. 1. C. de fundis limitrophis, lib. 12.* & debet simul poni ex certa scientia, & motu proprio, Baldus *in cap. licet causam, de prob.* & hoc etiam in priuilegio ad beneficia *cap. quamuis, de præb. in 6.* ea enim clausula habet hunc effectum, vt Princeps præsumatur informatus de facto, etiam in præiudicium tertij, vnde si non adsit prædicta clausula Princeps non præsumitur informatus, etiam cum procedit per viam gratiæ, Gloss. *in cap. statutum, de rescriptis, in 6.* Abbas *in cap. cum inter, de except. num. 8.* vbi Felinus *num. 1.* & specialiter consuetudo non tollitur per sequentem constitutum, nisi fiat mentio de ea, & sic taciturnitas inducit
25 subreptionem *cap. postulasti, de rescriptis*, Abbas *in cap. nonnulli, de rescriptis*, Glossa *in cap. 1. de constit.* quæ ait quod quando rescriptum emanat contra ius, præsumitur aut falsum, aut per nimiam occupationem emanasse, nisi in scripto fiat mentio de contrario iure, *cap. ex litteris, de offic. delegat.* Abbas Innocentius, & alij apud Barbosam *in cap. cæterum, de offic. delegat.*

Neque dicat Parœcus, quòd in dicta Bulla adest clausula Generalis (non obstantibus quibuscunque) &c.

26 Respondeo enim non adesse ibi ea verba; etiãsi de ipsis deberet fieri expressa mentio de verbo ad verbum, quæ noluit haberi pro expressis, quia talis clausula est necessario apponenda in rescripto dispensante in aliquo iure Federicus de Senis *consil. 46.* & facit textus *in cap. litteris, de rescriptis, in 6.* vbi Doctores communiter cum Barbosa, & hoc præsertim, quod adest lex priuata, scilicet priuilegium, quod altera pars contraria habet, *cap. veniens, de rescriptis*, & hæc est praxis vniuersalis, vnde Abbas *in cap. nisi specialis, de offic. delegati*, ait quod legatus etiam de latere non potest minuere priuilegium alteri concessum, Gloss. *in cap. illorum, de præb.* & sicuti non est licitum obuiari legi sine licentia Papæ, sic nec consuetudini, *cap. Catholici, cap. Ecclesiastici, distinct. 1.* & consuetudo etiamsi sit contra Canones, assumit vires ex authoritate Papæ permittentis eam induci, & sic tolerando videtur eam approbare S. Thom. *part. 2. quæst. 97. art. 3.* & Abbas *in cap. finali, de consuet.* & hoc multò magis, cum extet consuetudo vniuersalis Ecclesiastica in contrarium prætensæ Bullæ R. P. Generalis, & S. PP. decreta in contradictorio iudicio expressè approbata, & sancita, vt *in dict. Scalensi, &c.* & per totum orbem totaliter recepta; ergo Bulla dicti Parœci deuians omnino à communi cursu talium Bullarum, nullatenus fuit de voluntate Reuerendissimi Patris Generalis, qui probè nouerat prænarrata, & alia cuncta iura ad rem nostram, vt in puncto de Bullis à Sede Apostolica emanatis dicit Abbas *in cap. quam grauí, de rescriptis.*

Neque dicas Monitorium impetratum à Pa- 27
rœco pro manutentione aliquid operari.

Respondeo enim tale Monitorium esse reuocandum, & ad ius, & iustitiam reducendum, quia rescriptum impetratum scienter expressa falsitate, vel veritate suppressa etiam ignoranter tollitur, & eliditur etiamsi sit consentaneum iuri, vt *in 15. q. 2.* vbi communiter Doctores Salgad. *de retentione Bullarum, cap. 1. & 2.* & licet gratia concessa à Patre Generali Parœco Sanignani sit, & debeat esse perpetua, *cap. si cui nulla, de præb. in 6. cap. decet, de regul. iuris, in 6.* Rot. *decis. 461. part. 1. in recent. & p. 4. recent. decis. 297.* Cæsar de Grassis *dec. 7. & 8. de senten. & re iudic.* tamen non procedit quando subreptitia.

Hæc tamen conclusio limitatur si Pater Gene- 28
ralis notitiam habens de indistantia duorum milliariorum à Monasterio, super illa dispensasset, & hoc ex certa scientia, vt in Bulla Parœci de Sauignano habetur, ibi dispensantes à distantia duorum milliariorum, tunc poterit Parœcus ea vti, quia cum in supplici libello Patri Generali fuerit expressa qualitas, quæ poterat retardare ipsum Geralem, vel ad non concedendum, vel ad difficilius concedendum, & iam dispensauit *cap. super litteris, de rescriptis*, & huic effectus producitur vigore clausulæ ex certa scientia, vt Princeps, siue alius superior concedens aliquam gratiam, præsumatur informatus de facto, etiam in tertij præiudicium, Rota *in nouissimis, de anno 1626. vsque ad annum 1630. decis. 166.* Pilaïa *dicto tit. de rescriptis, num. 13. & 20.* quia Papa, siue alius superior in hoc casu procedit per viam gratiæ, & non per viam iustitiæ, vt ait Glossa *in cap. statutum, de rescriptis, in 6.* Abbas *in cap. cum inter de except. num. 8.* Felinus *ibidem, num. 1.* ergo posita dispensatione super distantia valebit gratia, Sanchez *lib. 8. dispens. 25. num. 21.* Couar *lib. 4. decretalium, de sponsalibus, 2. part. cap. 6. §. 10. num. 14.* Rot. *3. part. decis. 65. tom. 3.* Rubei, cum proprium dispensationis sit tollere impedimentum, quod de iure obstare potest, *cap. 1. de filiis Presbyter. in 6.* vbi Gloss. & S. Thom. *2. 2. q. 88. art. 12.*

Et considerabam ego ad fauorem Parœci de 29
Sauignano, & suæ cognitionis, quod in instrumento inito inter eundem, & Priorem tunc temporis Monasterij Sancti Ludouici Ordinis Sancti Dominici se obligauit Parœcus singulis annis in signum dependentiæ dictæ cognitionis à fructibus Sancti Dominici Ciuitatis Auersæ, Cereum librarum 7. in die S. Dominici 4. Augusti, quod

Cereum ab anno 1635. quo fuit ſtipulatum inſtrumentum vſque ad præſentem diem de Anno 1660. ſemper receperunt Priores pro tempore, pro Indulgentiis, & facultate erograndi eleemoſynas nomine Sanctiſſimi Roſarij: ergo ad præſens tenentur Monachi S. Ludouici, *ſtante contractu, c. 1. de pactis*, Couarr. *lib. 2. variar. c. 14. num. 1.*

30 Neque pro parte Monaſterij contra Parœcum poterit opponi, quod Reuer. P. Generalis in dicta Gratia conceſſionis dixerit (accedente tamen aſſenſu, & approbatione vicinioris Monaſterij, ſeu loci ordinis noſtri, &c.) quaſi quod loquatur de futuro aſſenſu ſcilicet poſt exp editam Bullam conceſſionis.

Reſpondeo enim quod aſſenſus in quolibet actu diſpoſitiuo, & neceſſario requiſitus poteſt precedere, & ſubſequi dictum actum, in quo, & pro cuius validitate aſſenſus requiritur, vt notat Sanfelicius *dec. 292. num. 17.* & notat gloſſ. *in cap. ſuggeſtam de iure patron.* Rota *in antiquis, dec. 17. eodem titulo in nouis.* Menochius *lib. 6. præſumptione 34.* Campanilis *in diuerſorio iuris canonici, ruhr. 11. cap. 13. num. 61.* Viuianus, & cum eo *commun. opin. lib. 4. de iure patronatus, cap. 1. à numero 36.* Rota apud Coccinum *dec. 453. in fine*: igitur aſſenſus fuit iam præſtitus, provt fuit dictū in dicta Gratia conceſſionis, cum de facto recipiant Cereum ſingulis annis in obſeruantiam d. contractus, quem cum iurauerint Patres, ob reue-
31 rentiam iuramenti, & vinculum Religionis ſeruare tenentur, Bald. *in l. procurator, ff. de cond. indebit. ex l. fin. C. de non numer. pecun. Auth. Sacramenta, C. ſi aduerſus vendit. c. cum contingat de iure iurando*, Franch. *dec. 81. num. 13.* Couarr. *lib. 2. var. cap. 14.* quod quidem iuramentum non ſolum obligat iurantes obligatione perſonali, ſed etiam hæredes, & ſucceſſores iurantium, ad obſeruandum dictum iuramentum, *oblig. reali, c. veritatis de iure iur.* Bart. *in l. qui ſuperſtiti, ff. de acquir. hæred.* Franch. *dec. 83. n. 6.* quia ex perſona hæredis, ſiue ſucceſſoris conditiones obligationum non immutantur, *l. 2. ff. ex his, ff. de verb.* vbi Angel. *in verb. immutatur*, qui ait quod conditio ex perſona hæredis, ſeu ſucceſſoris illius, qui promiſit, non variatur in hoc, vt poſſit hæres, vel ſucceſſor ſoluere in alio, quam defunctus debet, Afflict. *dec. 89.* Abb. *in d. c. veritat. n. 4. in fin.* vbi ait quod promiſſio facta per Prælatum
32 alicui Eccleſię, obligat alios ſucceſſores, pro quib. etiam promiſit, & obligantur efficiciter ſucceſſores ad dictam promiſſionem exequendam ratione iuramenti preſtiti à Prælato anteceſſore per text. *in l. 1. C. de iuram. calumn.* & tunc temporis acceſſit conſenſus non ſolum Patris Prioris, ſed etiam omnium Fratrum Conuentus: ergo omninò obligantur ad obſeruantiam dicti contractus, *cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2.* ibi, & cum totius cleri tractatu, & conſenſu *c. 1.* vbi gloſſ. *in verb. defenſore, & c. 2. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. clem. 1. eod. tit. clement. 1. de iis, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capitul.* Seraph. *dec. 1278.* Caualer. *dec. 439.* Card. Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 7. num. 5.* Rot. *in Nouarienſi Bonorum coram Merlino 13. Ianuarij 1642.* & allegat Rubeus *in addit. ad 14. deciſ. 3. part. in recent. num. 39. cum ſequenti.*

Quare, &c.

DISCEPTATIO CXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*
2 *Reſtituere tenetur, qui accipit vltra legem, & modum accipiendi.*
3 *Reſtituere tenetur, qui accipit emolumentum ſine requiſitis neceſſarijs.*
4 *Cauſa finali ceſſante ceſſat diſpoſitio.*
5 *Legatum pro dote relictum non debetur puellæ contrahenti matrimonium contra formam conſilij.*
6 *Puella non recipitur vt nouitia niſi in anno 15. per annum ante profeſſionem.*
7 *Exploratio voluntatis quando facienda ſit.*
8 *Moniales poſſunt puniri quando admittunt puellas ad nouitiatum non explorata voluntate.*
9 *Tempus ad profitendum poteſt prorogari, ſed non coarctari.*
10 *Legatum certo modo præſtandum, ſi aliter detur, obligatur ad reſtituendum qui accipit.*
11 *Fides ſuppoſita Baptiſmatis, licet non impediat Nouitiatum, obligat tamen ad reſtituendum.*
12 *Pœna falſi punitur, qui ſupponit vnum pro alio; etſi alteri non noceat punitur pœna extraordinaria.*

ARGVMENTVM.

Qui exigit quod vltra debebatur ad reſtitutionem obligatur? Exploratio voluntatis qualiter fiat in nouitiis monialibus vigore præcedente.

FACTVM.

VPPONITVR in facto, quod in 1
Monte 30. Illuſtr. familiarum eſt quædam particularis capitulatio, lex, & ſtatutum: vt puellis ingredientibus in Monaſterium, dum ibi ſtant cauſa educationis, dentur annui ducati 40. tertiatim à die ingreſſus: Illis verò, quæ habitum ſuſcipiunt Nouitiarum, vſque ad profeſſionem, annui ducati 105. cum vitalitio ducatorum 50. Profeſſione verò ſequuta, aſſignantur ducati mille, & 500. vt in capitulatione *fol. 24. eum ſequent.* Contingit nunc, quod quidam Pater habens filiam ſub vno nomine iam mortua, vſus fuit fide Baptiſmatis eiuſdem mortuæ maioris ętatis, pro filia viua minoris ętatis; quam fidem porrexit Dominis Ill. Gubernatoribus Montis, ad hoc vt filiæ prędictæ darentur vigore capitulationis ducati centum, & quinque, vnà cum vitalitio: ſed re vera illa non erat Nouitia, ſed educanda; & ſic debebatur ei minor quantitas, vt dicebamus. Quæritur an quod vltrà exegit, teneatur ad reſtitutionem Monti prædicto?

Reſpondeo eſſe obligatum reſtituere Ill. Monti, 2
&

& succeſſiue eius Gubernatoribus, quod accepit vltra quod debebatur. Probo 1. quia qui fingit aliquam qualitatem, ad finem obtinendi maritagium, dotem, vel aliud emolumentum, tenetur ad reſtitutionem, vt ait Alenſis *in* 4. *quæſt.* 86. *memb.*3. *art.*2. *&* 3. Scotus *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 2. Gabriel *quæſt.*9. *concl.* 7. Nauarrus *in manuali, cap.* 17. *num.* 107. Valdes *de eleemoſyna, part.* 3. *pag.* 84. §. 2. quæritur Faber *de pœnit. in* 4. *diſt.*15. *quæſt.*2. *diſp.*5. *cap.*4. quia quando mons, & Gubernatores ipſius dabant tale ſubſidium, putabant ſe illud erogare perſonæ habenti qualitates requiſitas in fundatione montis, aliter nec debe-
3 bant nec poterant dare; ergo intercenit error ex parte dantis: ſed in errante nullus eſt conſenſus, *l. ſi per errorem, ff. de juriſdict. omn. iudic. l. conſenſiſſe* 2. *ff. de Iudicijs:* ergo tale ſubſidium eſt involuntarium ſtante errore elargientis, & ſic tenetur reſtituere, quod multo fortius procedit quando ſumus in magnis ſubſidiis, non autem in paruis: quia quando ſunt parua ſubſidia, non præſumitur tacita conditio, quòd non darentur. Sotus *de inſtitut. quæſt.* 7. *art.*3. *ad* 4. Azorius *part.* 3. *lib.*4. *cap.* 21. *quæſt.* 8. Granadus *in* 2. 2. *controu.*3. *tract.*11. *diſp.*7. Ioannes à Cruce *in Directorio conſcientiæ præcepto* 5. *art.*4. *dub.*2. *concl.*4. ergo & reſtituendum tanquam acceptum contra formam Capitulationis, & legis, de qua ſuprà
4 Probatur ſecundò quia cauſa finalis huius elargitionis eſt ſubuenire puellis, ſecundum fundationem montis; ergo ceſſantibus qualitatibus ibi appoſitis, ceſſat cauſa finalis quæ facit ceſſare diſpoſitionem, vt dicunt D D. *in* §. *longè magis, inſtitut. de legatis, & in l. cum filiusfam. in fine ff. de donationib.* quia in omnibus diſpoſitionibus, conceſſionibus, Gratiis &c. falſitas cauſæ finalis vitiat præſtationẽ, vt bene Lappus *alleg.*89. Decius *in cap. poſtulaſti, num.* 11. *& in cap. ſuper litteris de reſcriptis*, vbi Berous *in* 2. *lectura, num.* 55. *& &* 73. Menoch. *caſu* 201. *num.* 30. Molina *de inſtitia tract.*2. *diſp.*173. Quare in præſenti ſunt duæ cauſæ, vna finalis; quæ eſt Montis qualitates ſeruare in talibus ſubſidiis præſtandis, quia & legem contractus adimplere, & hæc cauſa finalis operis, & operantis, quia ſub hac lege contraxerunt, vt patet ex capitulatione deſuper facta; ergo vitiata tali cauſa, corruit diſpoſitio, & tenentur ad reſtitutionem, qui aliter acceperunt, vt ex Doctoribus ſuprà citatis, pro vt in ſimili quando quis fingit ſe pauper ad finem obtinendi eleemoſynam ab aliquo, præſertim ſi accipiat in magna quantitate tenetur reſtituere. Sotus, Azorius, Granadus, & alij *vbi ſuprà*; ergo multo magis in præſenti, vbi non fingitur qualitas; ſed ſubſtantia perſonæ.
5 Probatur tertiò quia emolumenta legatorum, vel fideicommiſſorum, dotis nomine danda ex præcepto teſtatoris mulieribus contrahentibus matrimoniũ, dari non debent illi puellæ quæ contraxit omiſſis denunciationibus ſine licentia Ordinarij, vt ait Lara *de anniuerſarijs*, Cappel. *lib.*1. *c.*21. *n.*61. quia licet valeat matrimonium ſine denunciationibus prædictis; tamen ſunt de præcepto Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformatione matrimonij, cap.* 1. *cap. cum inhibitio, de clandeſtina deſponſatione* Boſſius *de matrim. cap.*7. §. 1. *&* §. 20. Rota apud Burattum *dec.* 530. *num.* 15. *&* 634. *num.* 7. *&* 893. apud eundem Burattum; tamen, quia ille, qui facit actum debet illum facere validè, & licitè, vt conſequatur emolumentum, & commodum, aliàs pro non facto habetur. Decian. *conſ.*10. *num.* 33. *vol.*1. *& num.* 34. dicitur enim non factum, quod non ſit legitimè *l. quoties, ff. qui ſatisdare cogantur* Surdus *conſ.* 519. *numero* 25.

Ergo quia certum eſt admitti puellas elapſo 12. 6
anno ad habitum nouitiatus ex Sacræ Congregationis Decretis, apud Nouarium *in Lucerna regularium in verb. Nouitij, num.* 4. & apud Barboſam *in Summa Apoſtolicarum Deciſionum collect.* 524. & apud Lezanam *in eodem verbo* poſt Pellizarium, Tamburinum, & alios, quos referunt, tamen non incipiunt dici Nouitiæ, nec habitum ſuſcipere in Ordine ad profeſſionem, niſi per annum ante 16. quod eſt in 15. completo; quo tempore fit exploratio voluntatis in Ordine ad Nouitiatum. Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 17. vbi in duobus temporibus fieri debet exploratio voluntatis, ſcilicet tempore cœpti nouitiatus, & tempore profeſſionis, & non poteſt dici Nouitia, niſi habitum ſuſcipiat, quem tali tempore ſuſcipit, id eſt in anno 15. completo, vt per annum permanendo Nouitia, poſtea profiteatur, & ſic à die explorationis voluntatis in Ordine ad ha- 7
bitum Nouitiatus induendum, dicitur Nouitia exploratione ſequuta; aliàs non dicitur Nouitia; ſed deuotionis cauſa habitum geſtaſſe. Vnde Epiſcopus vel Vicarius bis examinat Puellas, quæ volunt fieri Moniales: Primo ſcilicet quando habitum indunt Nouitiarum; ſecundo tempore profeſſionis, & ſi induant aliter, & poterit Abbatiſſa puniri, quia dedit habitum Nouitiatus, non certiorato Epiſcopo, vt puellæ voluntatem exploraret, vt deciſum refert Barboſa *in Tridentinum, ſeſſ.* 25. *cap.*17. *de Regularibus, num.*10. & ſic ſine tali exploratione ſi puella admittatur ad habitum, poſſet caſtigari Abbatiſſa, non ſolum pœnis, de 8
quibus in Concilio *ſeſſ.* 25. *de regularibus cap.* 17. ſed etiam cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis iuris remediis, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis. Campanilis *in, diuerſorio juris Canonici rubrica* 12. *cap.* 16. *num.* 17. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi alleg.* 100. *num.*12. & in Trident. *ſeſſ.*25. *de regularib. cap.* 17. *num.*16. & in Summa Apoſtolicarum deciſionum *collect.* 349. Nouar. *in Lucerna regular. in verb. exploratio, num.* 50. Non 9
ignoro tamem poſſe prorogari tempus ad profitendum à Superiore Regularium ex Sacræ Congregationis Concilio, apud Paſſarellum *de priuilegijs minorum, pag.*464. apud Barboſam *in Collectaneis Apoſtolicarum deciſionum collect.* 612. tamen anteà non poterit admitti ad habitum Nouitiæ, niſi in ætate, de qua ſuprà cum licentia Ordinarij, & exploratione ſequuta; ergò cum in caſu noſtro nihil tale fuerit, non poterit currere intereſſe ad modum ſi Nouitia fuiſſet.

Quod patet in ſimili, quia quando teſtator iuſ- 10
ſit in ſuo teſtamento centum aureos expendi, & diſtribui inter pauperes arbitrio Petri, & Pauli eligendos: ſi hæres non ſeruata hac forma diſtribuat, certè teneretur ad reſtitutionem, quia eſt ius quæſitum cum tali modo diſponendi talibus perſonis pauperibus, vt latè Sanchez *in ſuis opuſculis libro* 4. *cap.*2. *dub.*18. *per totum*: ergo ſi non obſeruando modum à teſtatore impoſitum obligatur quis ad reſtitutionem, ita non obſeruando diſpoſitionem, & capitulationem factam, de qua in præſenti, obligabit ad reſtitutionem, cùm non agnoſcam rationem diſparitatis inter vnum, & alterum caſum.

Vidi quendam ſcripſiſſe ſuppoſitionem fidei, de 11
qua in preſenti, non impedire Nouitiatum, de quo agimus. Reſpondeo, certum eſſe non impedire Nouitiatum, facit tamen talis fides, vt contra Capitulationem montis fuerit datum, quod nullo titulo debetur: Capitulatio enim eſt; vt pro educandis

candis dentur ducati 40. ſingulis annis pro Nouitiis centum, & quinque, quod & intereſſe integræ dotis ducatorum mille, & quingentorum, ad 7. pro centenario ipſius dotis dandæ tempore profeſſionis, & 50. ducatorum pro vitalitio, vt in capitulatione *fol.* 24. ergo licet valuerit Nouitiatus cum falſa fide (vt conſulens pro parte contraria dixit,) non tamen facit, vt titulus accipiendi per plures annos ad rationem 7. pro centenario, (quod non debebatur niſi à die ſuſcepti habitus in ordine ad profeſſionem, quod eſt à die exploratæ voluntatis in anno 15. per annum ante profeſſionem, vt ſuprà diximus) potuerit conualidari; quia ſolutio eſt facta contra capitulationem Montis, quod ſufficit ad obligationem reſtitutionis, in quo nullus poterit ſomniare contrarium, quia operando quis contra legem contractus, obligatur ad reſtitutionem.

12 Addo tandem non excuſari à peccato mortali, & à pœna extraordinaria in foro externo eum, qui contra Montis Capitulationem ſuppoſuit vnam perſonam pro alia, & fidem Baptiſmatis vnius pro alia in damnum montis: & dato quod non eſſet damnum cauſatum, ſufficeret, vt puniretur pœna extraordinaria *l. ſi quis in pignore, §. fin. ff. de pignor. act.* Iulius Clarus *in Paragr. falſum, n.* 35. Quando enim falſitas nemini nocet etiam punitur pœna falſi, ſed pœna extraordinaria, latè Decius *conſ.* 175. Soccin. Senior *conſ.* 104. *lib.* 2. Affictus *dec.* 21. *num.* 13. *& dec. vltima num.* 18. Menoch. *caſu* 306. *num.* 16. Paſqualigus 1. *tom. quæſtionum Canonicarum cent. part. quæſt.* 76.

Quare &c.

DISCEPTATIO CXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur, & caſus diſputandus.*
2 *Religioſus ſubtrahens res à Monaſterio; ſed paratus dare Superiori non violat paupertatis votum.*
3 *Religioſus habens licentiam retinendi peculium, poteſt dare illud ad cuſtodiam ſine alia licentia.*
4 *Religioſus habens licentiam retinendi, dandi, vel accipiendi, poteſt emere, vel vendere.*
5 *Religioſus habens licentiam peculij poteſt ſine alia licentia illud commodare, &c.*
6 *Religioſus, vt transferat in alium ſufficit tacita licentia Superioris.*
7 *Religioſus Superior ſi ſit in inuitus quoad ſubſtantiam, non peccet ſubditus, & quid ſi ſit inuitus quoad modum.*
8 *Religioſus non peccat contra votum paupertatis, ſi pecuniam, quam habet cum licentia Superioris conuenit in emptionem faciendam per ſæculares, & qualiter.*
9 *Religioſus proprietarius tempore mortis ſepelitur cum pecunia in ſterquilinio, & quibus alijs pœnis.*
10 *Religioſus proprietarius non dicitur qui alienat ſine licentia, ſed qui poſſidet ſine illa.*
11 *Religioſus an poſſit ſuo peculio fundare Miſſam perpetuam.*

ARGVMENTVM.

Religioſum habentem licentiam à Superiore retinendi periculum, poſſe illud commodare, dare in cuſtodiam, aut mutuari, & in emptionem conuertere ſiue alia Superioris licentia.

PRO

Religioſo N.

AN

Poſſit pecuniam, quam retinet cum licentia Superioris illam implicare in ſtabilia ſine eiuſdem Superioris licentia.

FACTVM.

QVIDAM Religioſus profeſſus Ordinis Prædicatorum Nobili genere natus, vellet in peculium quoddam implicare ducatos quinque mille, quos ipſe poſſidet cum licentia Superioris, ſibi à conſanguineis obuentum pro ſuis vſibus Regularibus, vellet autem hoc peculium conuertere in emptionem cuiuſdam ruris, quod appareret emptum à quodam ſuo Amico, vel fratre ſuo ſæculari, & hoc ſine licentia Superioris Conuentus, cuius eſt filius, idque petit facere ad eum finem, vt ſcilicet ſi forſan contingat exire legitimè à Religione forſitan per Epiſcopatum, poſſet maiori cum facilitate à Papa obtinere licentiam, ſeu diſpenſationem illius peculij, vel à ſuo Patre Generali, cui ſpectaret vti pretio dicti Ruris, quod ſi emptum eſſet in faciem Conuentus, vt ſui nomine, eſſet arduum negotium obtinere. Quæritur quomodo id poſſit fieri; Ratio dubitandi (inter alias oppoſitiones, quæ fieri poſſent) eſt, quia Religio ſolum concedit vſum pecuniæ, ſuo ſubdito; ſed implicare peculium in ſtabilia, & ſub nomine ſæcularis, in quem transferat Dominium, & proprietatem vigore contractus, ſignificat habuiſſe Dominium, & proprietatem in illud, dum illud transfert in alium ſcilicet in ſæcularem; vnde vſurparet ſibi Religioſus illam authoritatem, quam non habet, in præiudicium voti facti paupertatis; licet poſſet ſuppleri intereſſe Conuentus, ſeu Monaſterij, cum Albarano, ſeu retroſcriptura, in quo declaret idem ſæcularis ſe poſſidere nomine Religioſi prædicti, ſua vita durante; quæſitum fuit à Prudentibus an poſſet hic nobiliſſimus Pater id facere ſine ſcrupulo voti Paupertatis. 1

Reſpondi ego poſſe fieri ſine vllo ſcrupulo. 2

Probo ex doctrina illa, & quæſtione, quam diſputant DD. an, & quando peccet Religioſus contra votum Paupertatis, qui res à Superioribus ſibi legitimè conceſſas, occultat Superiori deinde, & diſputantes DD. dicunt, quod ſi ſubtrahat; ſed

paratus

paratus sit, eas Superiori dare, & damnum Monasterij non causare, nulla erit violatio paupertatis, quia per illam occultationem, seu emptionem taliter celebratam, solùm intendit suis necessitatibus consulere, habet tamen propositum illas res dimittendi, & non lædendi Monasterium, sufficit enim semper esse paratum conseruare illæsum Monasterium, vt post Sanchez Perusinum, Rodriquez, Cardinalem de Lugo, &c. dixit Pellizzarius *tom.1. tractatu 4. cap.20. sect.4. subsect.11. num.290.* sicuti etiam dixit Alphonsus de Leone
3 *de officio Confessarij, recollect.11. num.228.* posse dari sine licentia Superioris res aliquas à Religioso habente licentiam, alicui sæculari pro tuta custodia; sed Religiosus, de quo hîc, rem ponit in faciem sæcularis pro custodia, cum retrò scriptura, se scilicet possidere, & tenere illam rem ad nutum Religiosi deponentis, ergo non violat votum paupertatis.

4 Probatur secundò, quia vt bene Cardin. Lugo, & alij apud Pellizzarium *vbi suprà, num.315.* Religiosus habens licentiam retinendi, dandi, vel accipiendi, potest emere, vel vendere, quia emptio, & venditio postea facta, non indiget noua licentia, dummodo talis emptio, & venditio non sit negotiatio.

5 Probatur tertiò, quia Doctores disputant quæstionem, an delinquat contra votum paupertatis Religiosus, si habens licentiam retinendi ad vsum suum aliquid peculium, deinde sine Superioris licentia mutuetur illud, vel commodet, & in hac quæstione putant Layman *lib.4. tract.5. cap.7. num.4.* Sanchez *lib.7. in summa, cap.19. num.65.* Diana *de paupertate Religiosa, resolut.37. & 38.* post alios, quos allegant posse, quia iam quod Monasterium nullam patitur iacturam, licentia concessa Regulari, retinendi pro suo vsu, &c. censetur etiam concessa emendi, vel aliud faciendi, dummodo non deterioretur Regularis, neque Monasterium, sequitur Pellizzarius *tract.4. c.2. sect.4. num.281.*

6 Probatur quartò, quia vt Religiosus det, accipiat, aut aliquid faciat sine fractione voti paupertatis, sufficit tacita, vel probabiliter præsumpta licentia Superioris, etiamsi posset expressa licentia postulari, & ob aliquem humanum respectum, vel pudorem, vel difficultatem omittatur S. Thom. *2.2.quæst.32. art.8. ad 1.* Valentia *tom.3. disp.10. quæst.4. punct.3.* Lessius *lib.2. de iustitia, cap.41. dubio 9. num.8.* Azorius *part.1. lib.12. quæst.2.3. & 4.* Ledesma *in summa tom.2. tractatu 4. cap.3. concl.31.* Bañez, & Aragonia *2.2.quæst.32. art.8.* Molina *disp.276. tom.2.* sufficit enim licentia tacita, si rem aliquam facit inscio superiore, quia Superior
7 quoad substantiam, licentiam dedit, licet non quoad modum, at si Superior est inuitus quoad substantiam, tunc peccat Religiosus, sed si est inuitus quoad modum non peccat, vt bene Tannerus *2.2. disp.6. quæst.3. dub.4. num.165.* Fagundez *tract.2. de præceptis, lib.3. cap.6. num.3.* Suarez *de Religione, tom.3. lib.8. cap.11. num.10.* Nauarrus *in commentario 2. de Regularibus, n.22.* Genedus *de paupertate Religiosa, dubio 18.* Diana *de paupertate Religiosa, resol.31.* Miranda *in manuali Prælatorum, 6.part.quæst.28. art.16. concl.2.* Homobonus *de bonis in examine Ecclesiastico, part.1. tract.7. cap.32. quæst.130.* Bartholomæus à Sancto Fausto *in Thesauro Religiosorum, lib.8. quæst.162.*

8 Probatur quintò, cum Sanchez *in summa, tom.2. lib.7. cap.19. num.50.* dicente, quod si Religiosus, absque licentia Superioris, deponit pecunias apud aliquem, non habens voluntatem acquirendi Dominium, aut possessionem, aut administrationem, aut vsum in illas, sed totum id maneat apud deponentem cum libera reuocandi facultate, & solùm Religiosus habeat voluntatem habendi opportunè pecunias, ex quibus cum indiguerit accipiat ex Superioris licentia, & non aliter accepturus, potest hoc facere, quia non est contra votum paupertatis, sequitur Faustus *lib.8. in Thesauro Religiosorum, quæst.113.* cum Diana *tract.7. resol.43.* sed ita est in casu nostro, vbi Religiosus, de quo hic non ad alium finem id facit, nisi vt possit ea pecunia vti pro suis necessitatibus, cum licentia tamen Superioris, ergo id licitè fieri potest, & sic censeo.

Vnde obserua, quod licet Religiosus proprie- 9
tarius, si tempore mortis inueniatur proprium habere, non debeat sepeliri in loco sacro, sed in sterquilinio cum pecunia per eum possessa: cum illa maledictione, *pecunia tua tecum sit in perditionem*, & si iam sepultus sit, est extrahendus de loco sacro, si sine graui scandalo fieri possit, *cap. Monachi, cap.cum ad Monasterium, cap.super de statu Monachorum* (licet non sit necesse totam pecuniam cum eo sepelire sufficit enim partem sepeliri, Sanchez *lib.7. in summa, cap.2. num.11.* Layman *lib.4. de Religione, cap.7. num.22.* licet alij totam dicant esse sepeliendam, quos de rigore iuris loqui dicit Thesaurus *de pœnis, fol.574.*) & Religiosus conuictus, vel notoriè deprehensus in proprietate, est priuatus ipso facto per biennium voce actiua, & passiua, Trident. *sess.25. cap.2. de Regularibus*, ad quod requiritur sententia ex San- 10
chez, & Layman *vbi suprà*, tamen non dicitur proprietarius, qui aliquid alienat sine licentia: sed solùm qui possidet aliquid: vt proprium sine licentia Superioris, Sanchez, & Layman *vbi suprà*, quos sequitur Thesaurus *de pœnis Ecclesiasticis, in verb. Religiosus, cap.11. in fine.*

Tandem nota, mihi fuisse propositum dubium, an Religiosus, cum licentia Superioris, in suis pecuniis possit fundare Cappellaniam pro suis parentibus, quidam enim Religiosus, cum sui Superioris licentia, retinebat magnum pecuium acquisitionem bonis patrimonialibus, & aliis exercitiis, voluit incedente in idoneam proprietatem, & commodam emptionem, cum onere vnius Missæ quotidianæ pro suis parentibus, & consanguineis celebranda in Ecclesia sui Ordinis, per aliquem Sacerdotem sui Ordinis post mortem suam designandum à Superiore, & diuini quod si placebat plebi Superiori: & Fratribus eiusdem conuentus, & poterat talis Missa quotidiana instituui, de speciali Prouincialis licentia aliter ille Religiosus, nihil potuisset agere: quod consensus Fratrum requiratur patet, quia hoc onus tangit omnes de Conuen u, ergo ab omnibus approbari debet, & tales actus intelligendi, & obligandi, sunt omnibus proprietatis, qui tolli non possunt, nisi per licentiam & consensum Superioris, omne enim quod agit Religiosus cum licentia Superioris excusat à vitio proprietatis; quod verò requiratur licentia Prouincialis patet ex Decreto *sacræ Congregationis, de celebratione Missarum, neque hoc est alienatio:* quia præfatæ pecuniæ, seu eius fructuum, adhuc Conuentus dictus Dominus, & solum fuit adeundum illud onus, quod est quid diuersum ab alienationibus, & cum sit appetitum de communi consensu totius Monasterij, quod sine dubio tenet, Bordonus *decis.231.*

Quare, &c.

DISCEPTATIO CXXX.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur de qua hic.*
2 *Clauſura, clauſtrum, & ſepta, an idem ſint?*
3 *Clauſura vnde incipiat & vbi terminetur.*
4 *Clauſura ſtat ſub Iudice Prælati Religioſi.*
5 *Clauſuræ cauſa quæ ſeruari debeant.*
6 *Sepes, & hortus an ſub clauſura conſtituantur.*
7 *Parietes an ſint clauſuræ termini.*
8 *Eccleſia Monialium vel Monacharum, an ſit ſub clauſura?*
9 *Eccleſia Monialium cur ſit clauſura, non illa Monacharum.*
10 *Hoſpitia, infirmariæ, & ſimilia an ſint ſub clauſura.*
11 *Clauſura de quo iure ſit.*
12 *Moniales tempore S. Auguſtini clauſuram non ſeruabant.*
13 *Prælatus an poſſit clauſuram arctiorem Monachis imponere & quid in Papa.*
14 *Religioſus violans clauſuram peccat mortaliter.*
15 *Prælatus Regularis an det licentiam manendi extra clauſtrum.*
16 *Religioſus an poſſit eſſe Vicarius Epiſcopi ſine licentia Prælati.*
17 *Clauſuram egredi quibus ex cauſis liceat.*
18 *Clauſuram exire pro parentibus ſubueniendis licebat antiquitus.*
19 *Hodie quæ requirantur ad exeundum pro tali cauſa.*
20 *Regularis Prælatus an poſſit dare licentiam manendi extra clauſtra.*
21 *Clauſura remanet licet Monachi Monaſterium deſerant cum animo redeundi.*
22 *Clauſuram non perdit Monaſterium ex licito egreſſa.*
23 *Monaſterium ingredientes fœminæ vbi Monachi receſſerant cum animo redeundi incurrunt in excommunicationem Pontifici reſeruatam.*
24 *Clauſuram violantes à quibus abſolui debeant.*
25 *Epiſcopus abſoluit excommunicationem Papalem occultam.*
26 *Laicus cuſtos clauſuræ quam pœnam incurrat ingredi permittens.*
27 *Clauſuram violantes bona fide nullam pœnam incurrunt.*
28 *Verbum (præſumant) ſignificat dolum.*
29 *Ignorantia craſſa excuſat à clauſuræ violatione.*
30 *Ignorantia culpabilis excuſat à pœna clauſuræ violatæ.*
31 *Clauſuræ violatio requirit pro pœna declarationem.*
32 *Clauſura pluribus modis violatur.*
33 *Mulier potens ingredi clauſuram, cum familia etiam poterit.*
34 *Religioſus aſſocians vel alloquens mulierem ab alio introductam in clauſtrum pœnam non incurrit.*
35 *Puellæ, vel paruuli carentes vſu rationis ingrediuntur clauſuram ſine vllo ſcrupulo.*
36 *Fatuas introducens in clauſuram an pœnam incurrat.*
37 *Fundatrices Monaſteriorum non poſſunt ingredi clauſuram exceptis fundatricibus Monaſteriorum Sancti Franciſci de Paula.*
38 *Hortus an ſit clauſura, & quando.*
39 *Sacriſtia an ſit clauſura, & quando.*
40 *Mulier medica an poſſit ingredi clauſuram.*
41 *Monialis iuſta de cauſa exit à clauſura.*
42 *Atrium Scholarum Ieſuitarum an ſit clauſura.*
43 *Clauſura dependet à determinatione Superioris*
44 *Clauſura ſemel poſita poterit reuocari.*
45 *Fœminæ vt Baiulæ an ingredi poſſint clauſuram Monachorum.*
46 *Monaſteria dum fiunt, clauſuram non habent.*
47 *Mulieres ingrediuntur clauſuram in proceſſionibus.*
48 *Mulieres ingrediuntur clauſuram in Officiis diuinis.*
49 *Mulieres ingrediuntur clauſuram ſi fiat concio in clauſtris.*
50 *Officij diuini nomine quid contineatur.*
51 *Diſputationes Tragœdiæ, vel Comœdiæ non ſunt cauſa ingreſſus clauſuræ.*
52 *Superior ordinans proceſſionem inſolitam ad finem ingrediendi mulieres in clauſuram punitur.*
53 *Mulieres ingredientes clauſuram in noua proceſſione erecta non peccant.*
54 *Fœminæ ingrediuntur clauſuram ad aſſociandam Euchariſtiam infirmis.*
55 *Religioſi introducentes mulieres in clauſuram qualiter puniantur.*
56 *Fœminæ qualiter excommunicantur ob clauſuram violatam.*
57 *Euentum de qua ob violatam clauſuram à quo abſoluitur.*
58 *Epiſcopus quando abſoluit à Papalibus excommunicationibus.*
59 *Ieſuitæ qui poterant & alij Regulares abſoluere an pluribus nunc, non habet facultatem.*
60 *Religioſus rem habens cum meretrice in clauſura, ſed ab alio introducta an incurrat pœnam clauſuræ violatæ.*
61 *Religioſus meretricem in clauſtrum exiſtentem ab alio introductam, ſi in cellam introducat peccat violando clauſuram.*
62 *Principes ſeculares non poſſunt violare clauſuram.*
63 *Mulieribus quibuſdam conceditur ingredi clauſuram à Papa.*
64 *Abſolutio per quos danda violantibus clauſuram.*
65 *Priuilegium ingrediendi clauſuram pro tribus vicibus qualiter explicetur.*
66 *Priuilegium ſi dicat pro tribus vicibus quatuor Monaſteria qualiter explicetur.*
67 *Priuilegium pro tribus vicibus ad duo Monaſteria qualiter explicetur.*
68 *Priuilegium ingrediendi clauſuram cum tribus matronis an adimpleatur cum duabus.*
69 *Funus mulieris manentis in clauſtro Monialium, quæ ſepulturam elegit qualiter, & à quibus fiat.*
70 *Confeſſarius Monialium eſt eorum ordinarius, & Parœcus.*
71 *Superiores Regularium quale ius & cum quibus habeant in clauſura.*
72 *Sub clauſura Monialium exiſtentes, ſed non ligatæ ad illam qualiter eligant ſepulturam.*
73 *Sepulturæ ius non tollit in Monialibus ius Parœco & quando.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Clausuram, & claustrum à septis non differre ostenditur vnde incipiat, & ad quem terminum terminetur Ecclesia, quando sit sub clausula Monasterij, & quid de sacristia, & similibus quo iure fuerunt introducta ostenditur. Prælatus, vel Papa arctiorem clausuram imponere an possit Regularibus. Licentia manendi extra claustra an possit dari à Prælato Regulari, & an possit Regularis esse Vicarius Episcopi sine licentia Prælati clausuram exire quibus liceat, & an pro subueniendis parentibus clausura remanet, licet Monachi, & Fratres deserant Monasterium cum animo tamen redeundi. Pœnæ violantium clausuram quæ sint, & an requiratur dolus, & ignorantia, & crassa an excuset, & ad eas pœnas incurrendas requiritur declaratio. Quas pœnas non incurrit associans fœminam iam introductam, dummodo non ducat non propriam cellam, nec puellæ carentes vsu rationis. Fatuas introducens incurrit. Fundatrices Monasteriorum pœnas clausuræ incurrunt exceptis Monasterij Sancti Francisci de Paula. Mulier medica an ingredi possit clausuram, & an fœminæ Baiulæ. Monasteria dum fiunt clausuram non habent. Mulieres clausuram ingrediuntur in processionibus, in diuinis Officiis, &c. In processionibus etiam & associantibus Sanctissimæ Eucharistiæ pro infirmis. Mulieres habentes licentiam ingrediendi clausuram pro tribus vicibus ad tria Monasteria concedi solet, & quid si dicat ad quatuor, vel ad duo pro tribus vicibus, & si dicatur cum tribus an adimpleatur cum duobus, & ad quem pertineat sepelire existentes in clausura si eligant sepulturam.

PVTEOLANA.

Visitationis clausuræ Regularium.

Clausura Monachorum mulieres, quando licitè ingredi valent, & de pœnis contra violantes clausuram, & quæ ignorantia excuset?

FACTVM.

PATRES Capuccini in Ciuitate Puteolorum habent Monasterium sub titulo Glorioſissimi Sancti Ianuarij Ciuitatis Baptistæ Patroni, fundatum à Ciuitate Neapolitana, propriè in illo loco, vbi fuit Sanctus Ianuarius decollatus, ibique adest lapis, in quem cecidit glorioſum caput, & quia est propè sulfureas quasdam venas, & malum aërem pro ætate causantes, solent Patres ne ibi moriantur in ætate, quod alias contigisse expertum est talem locum relinquere à mense Iunij in fine, vsque ad mensem Nouembris, & habitant in loco inferiori propè marem, melioris aëris, vtrum in illo loco Superiori singulis festiuitatibus mittunt Fratres ad celebrandum alio tempore nullo existente, nisi vno sæculari pro fructibus, quibus abundat, colligendis contingit me Puteoli existente, de anno 1663. quod in talem locum quædam mulieres Puteolanæ quadam die ingressæ fuerunt associatæ à suis maritis aliisque consanguineis. Quæstio statim insurrexit an essent excommunicatæ, tanquam violatrices clausuræ prædictæ alij dicebant non incurrisse in excommunicationem, quia nulla ibi erat clausura pto eo tempore, quo non aderant fratres, venerunt ad me Reuerendi D. Ambrosius Pori, & D. Augustinus Bortini Sacerdotes optimis litteris ornati, & melioribus Ciuitatis & Cleri missi ab Episcopo, quid scilicet sentirent de hoc articulo: pro cuius dubij solutione, alia præmitto circa clausuram pro eius intelligentia & de pœnis, quas incurrunt illam violantes; & deinde ad quæsitum respondeo, & demum tertiò corollaria colligam ad clausuram pertinentia ex pluribus collecta voluminibus ad illustrandam materiam hanc. 1

Vnde suppono Respondeo, quod clausura Monasterij, & septa æquipollent, & sicut clausura dicitur à claustro, ita septa à sepio sepis, provt docet Glossa *in Clementina ne in agro Dominico de statu Monachorum*, §. *rursus*; est autem clausura locus, seu claustrum est locus ex quo exire non licet sine licentia Superioris, ita Zabarella & alij *in Clementina*, vel est totum aliud spatium quod claudunt muri, & parietes domus & Monasterij Religiosorum, vt bene Papa Nicolaus III. *in cap. exiit, qui seminat seminare semen suum, de verborum significatione, in 6.* & ex decreto Clementis Octaui *edito super casuum reseruatione*, & incipit ab ea porta Monasterij in qua est sedes ianitoris ad clausuram serrandam, cuius clausuræ terminus designatur, & custoditur à Prælato Religioso, vt notat Confectus *de priuilegiis mendicantium, de Monialium clausura, cap. 4. pag. 589.* Suarez *in 4. tomo, de statu Religioso, lib. 1. cap. 7.* Thesaur. *2. part. de pœn. Eccles. in verb. Clausura*, Lezana *tom. 3. in verb. Clausura*, quia Prælati Religionum sunt Iudices Ordinarij & Pastores illarum, vt *in cap. periculoso, de statu Regularium, in 6.* & Concil. Trid. *sess. 25. de Regularibus, cap. 50.* at in materia clausuræ primo obseruari debet Concilium Aquisgrani primum sub Ludouico I. Imperatore. Secundo decretum Clementis VIII. editum pro reformatione Regularium tam Monachorum, 2 3 4 5

quam mendicantium cuiuscunque Ordinis & instructi confirmata per Vrbanum VIII. de quo Peyrin. *tom.1.priuileg.const.10.Vrbani VIII.tom.4. Bullarij.*

6 Suppono secundò sepes Hortorum posse esse terminos,& limites clausuræ vt ait Franc. Longus de casibus reseruatis,*p.2.casu 3.n.7.* qui sic ait practicari apud Capucinos,qui etsi fuerint egressi extra muros Monasterij noctis tempore, & reperirentur intra septa Horti clausi,non dicuntur incidisse in casum reseruatum Clementis VIII. iure ta-
7 men communi non sepes sed parietes, & muri constituuntur vt homini clausuræ, & ex hoc contrarium dicit Donatus *to.1.p.2.q.5.* in muliere temerè intrante Hortum clausum prædictorum:quia non incidit in censuram contra violantes clausuram. Ecclesia dicitur de clausura,vnde fugiens à
/ septis Monasterij, & ponens se in Ecclesia non rumpit clausuram, gl. *in c.vlt.de sent.excom.in 6.in §.adijcimus in verb.Monasterij in odiosis non venit:*
8 vnde fœminis patet aditus ad Ecclesiam, sed non ad clausuram Monasterij. In clausura verò monialium secus est,quia nomine Monasterij venit tantummodo clausura hoc est domus habitationis,& interiores officinæ Monasterij,non autem Ecclesia nec alia loca exteriora ad quæ omnes accedunt,vt declarat Nicolaus III. *in d.c.exijt de verb.signif. in*
9 *6.§. denique*, & sic Ecclesia est clausura respectu Monachorum,sed non respectu Monialium, Bordonus *resol.41.q.1.n.13.* Franciæ verò,Infirmariæ
10 Hospitia,& huiusmodi loca à Monasteriis distantia subiiciuntur legi clausuræ si habeant Ecclesiam coniunctam,pulsent Campanas,& celebrent diuina Officia,secus si sint purè secularia absque Religioso cultu,vt bene Graffius *in addit.ad 1 part.de sent.excomm.& lib.4.c.23.n.9.* Tamburin. *de iure Abbatiarum,disp.18.q.1.n.9.* Coriolan,*de casib.reseruatis,p.2.casu 3.n.17.* Sanch.*in sum.lib.6.c.17. n.20.* Thesaur.*in praxi pœnarum, p.2.c.1.in verb. clausura Regularium.*

11 Suppono tertiò clausuram non esse de iure naturali, vel diuino ex Nauarro *commun.4. de regular.num.29. & Conc.65. de regul.* Mirand *p.1. Manualis,quæst.32.art.1.& de moralib. quæst.1. art.1.* Pellizzarius *de clausura Monialium in principio*, Giballinus *eod.tract.de clausura*, qui eruditè loquitur quantum Deo placeat clausura ex diuer-
12 sis signis ab eodem ostensis : est ergo de iure positiuo : vnde Nauarrus dicit *vbi suprà*, *num.41.* quod tempore S. Augustini moniales clausuram non seruabant : est ergo clausura de iure humano, & in Monachis ortum habuit à Monachis antiquis, & à fundatoribus Religiosorum stabilita,& à Concilio Niceno confirmata, de quo Eugenius *in cap.placuit 16.quæstione 1.* & à Concilio Calcedonense *in c.iuxta,& c.Monachi eadem causa,& quæstione* ad clausuram perpetuam non tenentur Religiosi exceptis Cartusianis, Nauarrus *in cap. statuimus in quæstione 3. siue in Commentario 4. de Regularibus*, *num.31.* neque poterit à Prælatis
13 Regularibus imponi suis subditis perpetua clausura: quia non esset secundum regulam, ergo non tenetur ex vi voti obedientiæ obedire, licet ad aliquod tempus, vel ex aliqua causa possit imponi,*dict.cap.placuit*, *& sequentibus 16. quæst.1.* Bonacina *de clausura,quæst.2.punct.2.num.1.* Papa verò posset Religiosos cogere ad arctiorem vitam eisque imponere clausuram perpetuam, Bañes *2.2.quæst.1.art.10.dubio 6.* Nauarrus *vbi suprà*, Bonacina *vbi suprà*, *puncto 3. num.18.* & patet ex Bonifacio VIII. *in capite vnico de statu regul. in 6.* vbi vniuersis Monialibus, clausura indicta est quæ vitam multo austeriore fecit, etsi illæ moniales talem vitam non essent professæ, & à Concilio Tridentino *sess.25. de regul. cap.50.* & à Pio V. Gregorio XIII. in Bulla quæ incipit, *Deo sacris, & alijs Pontificibus* : & ratio est, quia Papa est generalis omnium Ordinum, cuius potestas non pendet à subditis, sed à Christo Domino : ergo ad eum pertinet prouidere honori, decreti, & bonæ famæ Religiosorum omnium,ac totius Ecclesiæ quod poterit facere, etiam parte non citata nec audita dummodo pericula sint certa moraliter, ac notoria, Nauarrus,Bonacina,& alij *vbi suprà.*

Suppono quartò Religiosum violantem clau- 14
suram sine licentia, & absque contemptu peccare solum venialiter Lezzan.*to.2.in verb.clausura,n.3.* posset etiam Prælatus Regularis dare licentiã sub- 15
dito manendi extra claustra,graui ex causa, & habito retento,*c.Monachi 16.q.1.c.de viduis,& puellis 27.q.1.c.2.vt periculosa ne clerici, vel Monachi in 6.*& ideò Nauarr.*cons.31.de regul.num.3.in 1.* 16
edit. ait quod Religiosus diligentia sui Superioris, & habitu retento potest esse Vicarius Episcopi, secus sine habitu:quia solius Papæ est facere facultatem manendi extra Monasterium sine habitu secundum omnes DD. *in d.c.2.* Nauarr.*cons.53.& cons.65.n.2.& cons.58.* & facit Trid.*sess.25.de regul.c.4.* & aliqui Prælati Religionum habent facultatem ex priuilegio faciendi manere extra claustra suos subditos pro aliquo,tamen tempore s[ecus] autem in perpetuum, quia hoc pertinet ad Romanum Pontificem, Nauarr.*Comment.4.de regul. n.34.* Sanchez *in summa,lib.6.c.7.n.82.* Bordonus *resol.7.q.16.n.54.* & hodie attenditur decretum Clementis VIII.

Causa verò egrediendi à clausura esset extre- 17
ma necessitas parentum, vel alia relicta arbitrio iudicis, Nauarrus *libro 3. consiliorum, consil.45. 55. & 65. numero 43.* Miranda *in manuali Prælatorum, quæstione 32. articulo 3.* Bonacina *de clausura, quæstione 2. puncto 2. numero 3.* non tamen de facili eam debet dare Prælatus, sed iuxta decretum Clementis VIII. *de reformatione Regularium*, §. *nullus.* Faustus *libro 6.* Thesaurus *Relig. quæstione 162.* Barbosa *in Tri-* 18
dent.sessione 25. de Regular. numero 2. ad cap.3. Trident. & licèt de iure communi antiquo potuisset Religiosus cum licentia sui Superioris retento habitu exire ad subueniendum parentibus in extrema necessitate positis vt ex multis docet sanctus Thomas *2.2. quæstione 101. articulo 4.* Nauarrus *consilio 54. 55. & 56. in prima editione*, & hanc licentiam potuisset dare Patrem Generalem, vel Prouincialem dicunt omnes cum Bonacina *de legibus, disputatione 6. quæstione* 19
vnica, puncto 4. mor. Donatus *parte 4. tractatu 3. de qualitatibus recipiendarum, quæstione 19. 20. & 21.* Hodie tamen secus dicendum est ex decreto Clementis VIII. *pro reformatione Regularium*, §. 49. ibi nouiter Pilaia *in institutione can. libro 1. decisione 12. num.64.* nec *de cætero nisi ex grauissima causa à S. Sede Apostolica approbanda* : posset tamen Regularis poni à 20
suo Prælato ad manendum extra claustra, vt seruiat alicui Ecclesiæ Regulari, vel Seculari quando Clerici Seculares non reperiuntur : quia possint tali Ecclesiæ deseruire, Nauarrus *vbi suprà*, etsi obtineat Regularis Ecclesiam Parœcialem tenetur prius in ea residere quam in Claustro suæ Religionis, *capite 1. 18. quæst.2. cap. olim de priuileg. neque cuiuslibet lib.... quæstione 1. cap. si quis translatus 21. quæst. ex dicta Clement.*

in

in agn. §. *sanè de statu Monachorum* vbi clare habetur quod Monachus habens Beneficium non potest stare in Monasterio intellige de Parœcia habente &c. D D citati Decretum vero clementis 8. *de reformatione Religiosorum* refert & adducit P. Donatus *tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 3. *quæst.* 17. His positis?

21 Respondeo ad quæsitum de quo agitur mulieres prædictas ingressas in Monasterium à quo in certo casu ad tempus Religiosi omnes recesserunt cum spe redeundi, Clausuram violasse, & incurrisse excommunicationem Papæ reseruatam absoluibilem tamen per aliquem Confessarium Regularem virtute priuilegiorum Pilaia suprà citatus *n.* 36. sed ille secularis qui non erat Religiosus illius Monasterij nullam incurrit censuram sed peccauit mortaliter.

22 Probatur primò si esset aliqua ratio dubitandi vtique illa esset, quia per recessum omnium fratrum Monasterium perdidit Priuilegium Clausuræ; sed hoc est falsum; ergo &c. minor probatur, tum quia talis recessus fuit illis licitus, & necessarius ex Ordine suorum Superiorum ne ibi morarentur; ergo non est retorquendus in eorum culpam, & incommodum, tum quia per talem recessum non fuit derelictum Monasterium quasi nolint amplius redire, sed ad tempus, quo transacto redeunt ex jure quod habent ad idem Monasterium; ergo adhuc, & re vera remanet locus Religiosorum, & retinet priuilegium suæ Clausuræ quam sanè amitteret si fieret locus Clerici; aut secularium; tum quia sicut Palatium Episcopale gaudet immunitate, etiam absente Episcopo: quia non desinit esse suum per absentiam vt benè Italia *de immunit. cap.* 4. *num.* 70. ita neque Monasterium perdere debet Priuilegium suæ Clausuræ per absentiam & recessum legitimum suorum Religiosorum; tum quia sequeretur quod mulieres libere possent Monasterium ingredi, sine violatione clausuræ, quando omnes fratres sunt extra conuentum; vt accidit quando januis clausis, omnes incedunt ad processionem nullo relicto Religioso ad Custodiam domus; ergo benè sequitur dictas mulieres incurrisse in excommunicationem, & violasse Clausuram ac peccasse mortaliter, nisi bona fide & simplicitas eas excuset putantes per recessum fratrum sibi licere ingressum prædictum ac proinde etiam ab excommunicatione.

23 Probatur secundò quod inciderit in excommunicationem Papæ reseruatam, patet ex Bulla Pij V. quæ incipit Regularium personarum extensa per Confectum *pag.* 214. Rodriquez *tom.* 1. *quæst.* 48. *art.* 1. quam quia expresè loquebatur de ingredientibus, & admittentibus prætextu licentiarum, declarauit Pius V. in alia Bulla incipiente decet Romanum apud Dictum Confectum *pag.* 218. comprehendere mulieres ingredientes quouis prætextu & fine; vt autem mulier talem pœnam incurrat, requiritur præsumptio, hoc est temeritas, & dolus; quare bona fides, simplicitas, & ignorantia licet crassa, quæ non sit temeritas excusat tales moniales, vt docet Peyrinus *ad Constitutionem* 6. *Iulij* II. *quæst.* 5. *num.* 16. vti numero antecedente addit aliam excommunicationem inflictam mulieribus audentibus ingredi prætextu licentiarum; Bulla autem Gregorij XIII. *incipit vbi gratia, vt notat* Confectus *pag.* 237.

24 Probatur tertiò quod dictę mulieres absolui potuissent per confessarium Regularem, quia, vt notat Sanchez *in summa lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 76. non solum quando casus est occultus, vt ibi probat sed etiam quando deductus est ad forum externum Sanchez, *cap.* 17. *num.* 43. quem citat Peyrinus *vbi suprà* in Bulla 6. Inlij II. *quæst.* 6. *num.* 21. sed probatur ex priuiligijs à subsequentibus Pontificibus concessis, nam Gregorius XIII. in Bulla quæ incipit *ex Benigna Sedis ex certa scientia, & plenitudine potestatis* confirmauit Priuilegia suorum prædecessorum inter quæ aliqua concedebant absolutionem à quibuscumque censuris Sede Apostoliæ reseruatis, de quibus Bordonus *tomo* 1. *resol.* 6. quæ si fuissent cassata per dictam Bullam Pij V. reuixerunt per præsentem Priuilegia in forma specifica per illas clausulas ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, quæ priuilegium nullum seu reuocatum reualidant, & restituunt, vt probat Bordonus *resol.* 52. *num.* 64. vnde in clausula (non obstantibus, &c.) exponit non obstante litteras diuersorum Pontificum & in specie Pij V. hanc autem Bullam confirmationis Priuilegiorum extendit Confectus *pag.* 247. Rodriquez *in Bulla prima fin. Bullarij* sic confirmauit priuilegia tribus Ordinibus Franciscanis Sixtus V. vt fecerat Gregorius in Bulla incipiente, & si mendicantium apud Confectum *pag.* 267. idem fecit Clemens 8. in Bulla, quæ incipit ratio Pastoralis apud Confectum *pag.* 286. Rodriquez *Bulla* 1. ergo vigore talium priuilegiorum sublata fuit reseruatio facta per Pium V. dum censur asibi reseruauerat.

Casu vero quo excommunicatio prædicta 25
fuisset occulta, posset eam absoluere Episcopus vigore Trid. vt benè Sanchez *lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 76. Peyrinus *ad constitutionem Iulij secundi numero* 21.

Probatur quartò quod ille sæcularis vel (Præs- 26
byter si fuisset) relictus custodiæ causa Monasterij, siue quilibet alius non Religiosus eiusdem Ordinis immunis sit à suspensione à diuinis, & priuatione officiorum, & inhabilitate ad ea quas incurrunt Religiosi, siue Superiores, sine subditi præsumentes inducere fœminas intra sua Claustra iuxtà dictam Bullam Pij V. probantur quia ea Bulla, & altera illius declaratiua loquuntur tantum de Religiosis præsumentibus introducere, & nullum est verbum in illis de Clericis, & Laïcis sæcularibus; ergo illi non comprehenduntur, quia constitutio non adaptatur illis quibus nec verba conueniunt, *ex cap. indemnitatibus* 43. §. *finali de elect. in* 6. Nouarr. *conf.* 6. *de statu Monachorum confir.* ex Bordono *resol.* 16. *num.* 43. vti probat excusari & pœnis Religiosum introducentem mulierem in alienum Claustrum cum illam non dicatur introducere in suum Monasterium Bordonus *dec.* 2. *per totum.*

Ex quibus infertur primò ad quæstionem seu 27
controuersiam propositam nouissimè à Ioanne Baptista de Grassis *controu.* 16. vti quidam N. dum esset Vicarius cuiusdam Conuentus prædicti intus clausuram existens quandam Principissam Bonerto matronarum Comitatu associatam; quæsitum fuit an dictus Vicarius incurrerit pœnas Pontificum Pij V. & Gregorij XIII. contentas de quibus Cherubinus *tomo* 2. *Bull.* 20. *& tom.* 20. *num.* 2. *const.* 28. dicit, & fundauit de Gressis *vbi suprà* nullam incurrisse excommunicationem: tum 28
quia Bulla Pij V. loquitur per verbum (præsumant) quod sumitur in malam partem, Anguianus *de legibus, lib.* 20. *controu.* 28. *num.* 13. & importat actum temerarium, & culposum, & sic denotat malitiam, dolum, & temeritatem excludentem omnem ignorantiam Baldus, Menochius,

& alij quos refert Barboſa *de dictione*, *dict.* 278. Ergo Bulla puniens aliquid præſumentem non comprehendit illum, qui ignoranter, aut imprudenter ſiue inaduertenter aliquid facit, Barboſ. *dicta d.* 278. Lezzana *in ſumma, cap.* 10. *num.* 33. & in ſpecie poſt Nauarrum dicit Sanchez *lib.* 2. *ſummæ cap.* 16. *num.* 82. *& n.* 96. vbi ampliat, etiamſi talis ignorantia, & inaduertentia eſſet craſſa, & vincibilis, Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſtione* 47. *artic.* 2. & in dicta Bulla Pij V. de quo Peyrinus *tom.* 1. *ad conſtitut.* 6. *Iulij II. n.* 17. vbi ampliat etiamſi ignorantia eſſet moraliter culpabilis, Sorbus *in Compendio Priuilegiorum, in verb. ingredi Monaſteria, num.* 6. vbi agit quod Prælati debent aduertere, an potius ſimpliciter, an ex culpa ſi permiſerint ingredi, &c. & requiritur etiam declaratio delicti, nam licet Bulla dicat (ipſo facto ſine alia declaratione incurrendi pœnas, &c.) tamen intelligitur ſine alia declaratione pœnæ, non autem de declaratione iudicis ſiue criminis; Peyrinus *de ſubdito, tomo* 1. *quæſt.* 2. *cap.* 3. §. 11. de Groſſis *vbi ſuprà*, *num.* 8. & quod poſſit abſolui à quolibet confeſſario approbato ſuæ Religionis dicunt plures cum Diana *parte* 2. *tractatu* 2. *de dubijs Regularibus*, *reſolut.* 66. de Groſſis *vbi ſuprà*.

Infertur ſecundò cum Bonacina *de clauſura*, *quæſt.* 2. *punct.* 1. *num.* 6. Caſtro Palao *tom.* 2. *tractatu* 16. *punct.* 18. Giballino *de clauſura per totum*, pluribus modis poſſe violari clauſuram ſcilicet per greſſum muleris, vel per illicitum egreſſum Religioſi, ſiue ſine habitu, & Superioris licentia, ſiue cum habitu habendo recurſum ad Curias Principum, & aliis modis de quibus D D. citati, & eſt Bulla Pij V. de qua ſuprà ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ poſſet mulier ingredi Clauſuram, quod ad familiam extenditur argumento capite licet de priuilegiis in 6. vbi Priuilegium videndi Miſſam conceſſam tempore interdicti locum habet etiam cum familia Donatus *part.* 1. *tract.* 6. *de de extenſione priuileg. quæſt.* 13. *&* 14. Sanchez *lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 32. & nota quod ſub prohib. intelligitur comprehenſus Religioſus, vel Prælatus qui mandat introduci, & admitti D D. citati quod ſi Religioſus introducat mulieres in Monaſterium, & alius qui non introduxit cum illis introductis alloquatur, vel eas comitetur non incurrit in Cenſuram, quia non dicitur admittere, ita Portellius *in dub. regul. in verbo, Clauſura Monachorum, num.* 3. licet contrarium putet Sorbus Cappuccinus in Bulla Pij V. *num.* 4. & P. Donatus *p.* 2. *tom.* 1. *tract.* 4. *quæſt.* 6. ſi introducantur Puellæ carentes vſu rationis, vel parvuli in Monaſterium Monialium, nulla erit pœna excommunicationis Nauarrus *Commentario* 4. *de Regularibus*, §. Sorbus *vbi ſuprà num.* 4. Sanchez *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 50. *& cap.* 17. *num.* 50. qui dicunt nomine mulieris intellexiſſe Pium V. habentem vſum rationis Bonacina *quæſt.* 5. mulieres fatuas introducentes incurrunt cenſuram; ſed non fatuæ; quas introducentes tantum puniuntur tali pœna, ſic fatuos introducentes in Monaſteria monialium excommunicationem incurrunt D D. communiter *vbi ſuprà* Reginæ tantum, vel Imperatrix, vel illarum filiæ non ſubiiciuntur Bullæ Pij V. quia ingredi poſſunt Clauſuras Rodriquez *tom.* 1. *quæſt.* 48. *art.* 1. Bonacina *quæſt.* 5. *punct.* 1. *num.* 6. Fundatrices tamen Monaſteriorum non ſunt exceptuatæ; vndè ingredi non poſſunt Bonacina *vbi ſuprà* quod fallit in Monaſteriis S. Franciſci de Paula, vbi fundatrices Monaſteriorum habent Priuilegium ingrediendi, Peyrinus *tom.* 1. *Priuilegiorum Minimorum in conſtit.* 6. Iulij II. *num.* 6. §. 3. quod in aliis non ſeruatur Bonacina *quæſt.* 5. *puncto* 2. *num.* 3.

Infertur tertiò mulieres poſſe ingredi Hortum Religioſorum extra Monaſterim licet prope illud quia nomine Monaſterij non veniunt Horti nec loco ruſtica, nec alia huius generis niſi ſint intra ſepta ſub vna Clauſura Donatus *tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 4. *quæſt.* 11. ad Sacriſtiam accedere poſſunt mulieres quando connexa eſt cum Eccleſia; ſed ſi ad Sacriſtiam non poſſit aliquis accedere niſi tranſeundo per dormitorium aut per Clauſtrum tunc non poſſunt ingredi, Sorbus *vbi ſuprà* caſu verò quo admitteretur in Clauſuram mulier medica, putà quia Religioſus pro extrema ſui morbi curatione indigeat facto mulieris, vel eius arte, pro reuocatione oſſium cruris, vel Brachij confracturam; vel affectus tali morbo vt nullus alius poſſit mederi in tali loco niſi fœmina, hoc caſu poſſet ingredi mulier ad talem effectum, ſic ſi in aliquo Conuentu ſint ſeptem, vel octo fratres quorum aliqui abſint; alij tempore æſtatis colligant eleemoſynas alij ſint ſenes, & nullus ſit infirmarius, qui eis valeat miniſtrare, poterit ingredi fœmina, vt ait Rodriquez *tom.* 1. *quæſt.* 46. *art.* 7. ſed dubitat Sanchez dicens eſſe caſum Metaphyſicum, 1. *part.* mouetur ex eo quia neceſſitas non habet legem; tum quia ſicuti monialis iuſta de cauſa poteſt exire ex Concil. *Tri. ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 5. ita poterit ingredi. Sic ſi quis abſcondat in Monaſterium mulierem ne ab aliis occidatur &c. non incidit in pœnas appoſitas contra introducentes idem ſi ex leuitate, vel ignorantia admiſerint fœminas, vt bene D D. citati quæſtio tamen eſt an mulieres baiulantes, ſeu portantes onera etiam ex conſuetudine loci poſſint introire Monaſteria virorum, cum licentia Superioris Monaſterij & prima opinio affirmat ita Remigius Scrofa in quæſtionibus moralibus *quæſt.* 5. *in addit. num.* 4. dummodo non reperiatur alius qui poſſit illa onera introducere: quia ſicut Epiſcopus dat licentiam viris ingrediendi Monaſteria Monialium ad onera deferenda iuxta Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cop.* 50. vbi Barboſa *num.* 97. ita in fœminis dicendum eſt cum licentia Superioris Monaſterj; ſed non admittit hoc Donatus *part.* 2. *tom.* 1. *tract.* 4. *quæſt.* 14. obedientiam & modeſtiam; circa verò atrium Scholarum Collegij Societatis Iesv an contineatur ſub clauſura quæſtio eſt, dicunt communiter cum Sanchez *lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 18. negatiuè quia clauſura incipit à Porta vbi eſt Sedes Ianitoris quod non eſt in atriis prædictis; verùm, quia tale atrium eſt deſtinatum pro ornamento Clauſuræ ideò non eſt licitum mulieres ingredi vbi tantum homines, & Regulares practicare ſolent.

Infertur quartò, non cenſeri clauſuram legalem, niſi eam ponat, vel declaret Superior per aliquem actum poſitiuum, vt ex Conſtitutione Eugenij VI. incipiente ad ſtatum apud Confectum *pagina* 35. vnde clauſura non intelligitur, ſed per actum Superioris ponenda eſt, eius autem poſitio ſpectat ad maiores, ſcilicet ad Generalem, aut Prouincialem, vt docuit Bordonus *reſol.* 76. *num.* 87. *&* 88. non ad localem, Doctores citati, & ſemel introductam clauſuram poterit Superior reuocare ex cauſa putà ſi Conuentus rueret, vel in horto aliquid agendum eſſet quod per mulieres eſſet præſtandum ex notatis à Seraphino *deciſ.* 93. vbi concludit poſſe Regularium Superiorem dare licentiam mulieribus ingrediendi ſepta Monaſterij, vt baiulis ſi ita ſolet ab eis officium fieri vt ſupra diximus;

45 diximus; & ideò est notandum Regulares in censuram non incurrere si introducant mulieres in Monasteria, quæ sunt in fieri vt deseruiant fabricæ, vt declarauit Sacra Congregatio de anno 1584.
46 de qua Sorbus *in verbo ingredi Monasteria in annot. ad Bullam Pij V. & Gregor. XIII. num.* 13. Textus *in prima parte, constit. Dominicanorum, c.* 16.
47 *num.* 23. in casibus processionis possunt ingredi mulieres septa Monachorum ex noua concessione Pij V. quæ incipit decet Romanum Pontificem Confectus *pag.* 179. Cherubinus *pag.* 199. vnde possunt ingredi primò, quando in claustris
48 dicuntur Missæ, & alia diuina Officia. Secundò, dum fiunt in eo processiones. Tertiò, quando ibi sepeliuntur cadauera defunctorum. Quartò, quando diuinum Verbum in claustris prædicaretur. Quintò, quando tantus est populi concursus vt
49 ingredi, & egredi non possint per portam, quia potuerint in tali casu ingredi, vel egredi per portam claustri Monasterij, dummodo recto tramite accedant ad portam qua egreditur à Monasterio, ita Rodriquez *ad p.* 48. *art.* 3. Sanchez *d. cap.* 17. *num.* 22. Teneda *tom.* 1. *lib.* 2. *tract.* 1. *controu.* 17. Textus *part.* 1. *summæ, cap.* 16. Alphonsus de Leone *de censuris, recollect.* 4. *in verb. Mulieres*, Diana *part.* 7. *tract.* 12. *Miscellaneo resol.* 6. Quaranta *in verb. Monasteria*, Bonacina *quæst.* 5. *de clausura, punct.* 4. *num.* 4. Portellius *in verb. Clausura Monachorum, num.* 50. Campanilis *cap.* 12. *num.* 37. *rubrica* 12. Lezzana *tom.* 2. *cap.* 10. *n.* 12.
50 Sub numero vero Officij diuini intelligas si in Claustris dicatur Missa si ibi celebretur Benedictio Candelarum susceptio habitus Regularis, vel professio Nouitij, Sermones spirituales qui solent fieri in sextis Feriis Aduentus Domini; vel Quadragesimæ, lotio pedum quæ fit in die Cœnæ Domini, &c. Sorbus Teneda, & Rodriquez *vbi suprà*, non tamen erit licitum si ibi fiant disputationes Tragœdiæ seu Comediæ, quia hæc non
51 dicuntur Officia diuina Sanchez *vbi suprà*. Non tamen poterit Prælatus Regularis ordinare ali-
52 quam Processionē insolitam, & extraordinariam, ad hoc, vt illius occasione mulieres possint intrare intra septa, vt bene Rodriquez *vbi suprà*, vnde Portellius *responsorum, part.* 3. *casu* 27. ait quod si in aliquo Conuētu Claustrum ornetur Tapetibus, &c. in processione Corporis Christi, & mane per Claustrum fiat processio; non poterunt fœminæ Vesperi intrare, ad videnda ornamenta Claustri prædicti sine noua processione, quia licitum est ingredi intuitu processionis tantùm Bonacina, & Alphonsus de Leone *vbi suprà, collecta* 4 *pag.* 361. licet contrarium dicat Portellius *in dubiis Regula-*
53 *ribus, in verb. Clausura, num.* 6. §. *scio*, non tamen mulieres taliter ingredientes peccant mortaliter ad talem nouam processionem erectam à Prælato accedentes, quia ad eas non pertinet iudicare de iustitia processionis, & ipsæ vtuntur iure suo taliter ingredientes etiamsi sciant processionem fieri à Prælatis ad malum finem, Bonacina *vbi suprà, num.* 14. si verò ingrediantur mulieres cum processione, sed ad malum finem non peccant mortaliter contra clausuram, & non incurrunt excommunicationem licet peccent ex malo fine, & finitis Officiis diuinis statim debent mulieres exire, Teneda *dict. controu.* 17. *num.* 8. Diana *part.* 7. *tract.* 12. *resolut.* 6. & *part.* 4. *tract.* 4. *Miscellan. resol.* 179.
54 Infertur quintò, fœminas posse ingredi Monasteria virorum comitantes Eucharistiam ad Religiosos infirmos, publicè, & solemniter delatā, & ad omnia loca accedere, ad quæ accedit Episcopus in Ecclesiæ consecratione, Coriolanus *de casibus reseruatis, part.* 2. *casu* 3. *num.* 23. Quia nomine diuini Officij venit processio solemnis, iuxta ritum Ecclesiæ celebrata, Bonacina *d. puncto* 4. *n.* 1. Religiosi verò temerè introducentes mulieres in Claustra suspenduntur à diuinis, sed non est pœna hæc Papæ reseruata ex Bulla Pij V. de qua San- 55
chez *vbi suprà*, & Thesaurus *in praxi, in verb. Clausura, part.* 2. *cap.* 1. & 2. & priuantur, etiam officiis, quæ in præsenti obtinent, & inhabilitantur ad alia, vt in Bulla & ex Bulla Gregorij XIII. de qua supra excommunicantur Papæ reseruata excommunicatione, quæ afficit Superiores non subditos Sanchez *num.* 84. Fœminæ verò ingre- 56
dientes incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam, tum ex Bulla Pij V. tum Gregorij XIII. verùm requiritur declaratio pro foro externo, Sanchez *lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 31. & Prælati Regulares possunt suos subditos absoluere; pœna verò suspensionis à diuinis, de qua in dicta Bulla significat suspendi ab exercitio ordinum susceptorum si quos habent, & aliter exercētes fiunt irregulares Sorbus *in compendio, in verb. Ingredi Monasteria*, Rodriquez *in Bulla Pij V. n.* 21. & poterunt à Prælatis suis dispensari, vt latè Bordonus *resol.* 3. *quæst.* 1. etiamsi dictæ censuræ, & pœnæ fuerint ad forum contentiosum deductæ, vt bene Bordonus *vbi suprà, quæst.* 6. Diana *part.* 7. *tract.* 20. *resolut.* 1. Mulieres verò huic censuræ obnoxiæ si sit 57
censura publica à nemine possunt absolui, nisi à Romano Pontifice, vel ab eius delegato, quia absolutio illius & solùm reseruatur, vt constat ex Bulla Pij V. quam Gregorius confirmat, sed si excommunicatio sit secreta, potest absolui ab Episcopo loci, vel à Confessariis ab eodem institutis talem facultatem habentibus, quia ab excommunicationibus occultis, casibus Papalibus, & consimilibus absoluit Episcopus vigore Concilij Trid. 58
sess. 24. *c.* 6. *de reformatione*, Bonacina *vbi suprà, de clausuris, quæst.* 1. *puncto* 5. *num.* 7. & *de censuris, disp.* 1. *quæst.* 3. *punct.* 2. Diana *part.* 7. *de potestate Episcopi, resol.* 20. Alphonsus de Leone *de censuris, in verb. Mulieres, pag.* 261. & à Patribus Societatis IESV vigore Priuilegij Pauli III. de quo Sanchez *vbi suprà, cap.* 15. *num.* 76. sed talia priuilegia 59
& indulta fuisse reuocata ex decreto Congregationis tempore Innocentij X. petente Archiepiscopo Cardinale Philomarino de anno 1647. tradit decretum per extensum P. Donatus *tom.* 1. *tract.* 13. *resol.* 17. omnino videndus.

Infertur sextò, ad quæstionem an Religiosus 60
rem habens cum meretrice habitante intra claustra cum suo amasio milite inciderit in censuras aliquas, & dico quod licet hic Religiosus peccauerit mortaliter, non tamen incidit in censuram, aut aliam pœnam iuris, quia pœnæ inflictæ in Bullis Pontificum contra Religiosos clausuram violantes, sunt contra eos qui introducunt, vel admittunt, aut faciunt ingredi mulieres intra sua Claustra, vt in Bulla Pij V. *incipiente Regularium personarum*, ergo rem habens cum muliere sic introducta licet esset Superior non incurrit pœnam aliquam, nisi illam introducat in propriam cellam, & extra locum militibus deputatum, si locus adest 61
separatus à loco, vbi Religiosi habitant; vt bene Bordonus *decis.* 18. Illa verò mulier quæ cum suo milite hospitante intra Claustra habitauerit, incur- 62
rit excommunicationem Bullæ Pij V. ratio est, quia nec Princeps, neque eius Ministri habent facultatem derogandi Priuilegio clausuræ, vt notorium est: ergo mulier ingrediens violat clausuram, ergo incurrit excommunicationem, tum quia

non

non poſſunt militibus aſſignari hoſpitia Religioſorum, & clauſtra Regularium vt in Bulla Pij V. quæ incipit *dum ad vberes* apud Confectum *pagina* 201. & ſic reſpondit Sacra Congregatio apud Dianam *in calce, parte* 5. *num.* 13. ergo ſi milites legitime non poſſunt habitare etiam ex Imperio Principis intra clauſtra, multò minus poterunt habitare mulieres licet eſſent vxores illorum, Bordonus *dec.* 19.

64 Infertur ſeptimò: interdum aliquibus Illuſt. fœminis concedi ſolet à Sede Apoſtolica Breue, vt pro vna vice tantum ingredi poſſint Monaſteria deſignata cum tribus Matronis electis, & dici ſolet (tibi, aut à tribus Matronis, modeſtè, & decenti habitu indutis quas ſemel electas, nec variare, nec mutare poſſis, niſi alicuius earum obitu euenientè, &c.) quæſito quæritur an vltra caſum mortis poſſit aliquando vna ex Matronis mutari, & in eius locum alia eligi, & dixi non poſſe mutari, tum quia verba priuilegij caſum mortis tantum exprimunt: ergo alij excluduntur cum nulli alij ſimiles caſu mortis dentur: tum quia caſus mortis arguit neceſſitatem mutationis, quod non faciunt alij caſus, tum quia caſus mortis non dicitur expreſſum per modum exempli, ſed præcisè limitatiuè, & taxatiuè, neque n. mors ſimiles caſus habet, ex ſui igitur natura excludit conſortium quorumcunque caſuum, argumento Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de abſolutione negata a caſibus reſeruatis excepto mortis articulo*: vnde conſtitutis in
65 neceſſitate celebrandi non poteſt abſolui per ſimplicem Sacerdotem à reſeruatis: quia caſus mortis excludit à ſe quoſcumque alios caſus, ſic in præſenti caſus mortis excludit à ſe quoſcumque alios: ita vt Matrona electa mutari non poſſit ex quavis alia cauſa ſuperueniente niſi morte: quia poteſt expectari, quod ſanitati reſtituatur, ſiue abſentiæ; quia vocari poteſt, ſiue nolendi aſſociare: quia tenetur cum electa fuerit ad hoc ſcienter, & quod ab initio placuit amplius diſplicere non debet: tum quia talis nolitio non videtur habere locum niſi ex malitia, & conniuentia dominæ, vt altera forſan curioſa aſſumatur in ſociam, & ita diſcurrit Bordonus *dec.* 85. ſed Peyrinus *in formulario, litt. M, cap.* 3. *num.* 4. & Pellizzarius *cap.* 50. *de Monialibus, num.* 137. dicunt fieri poſſe talem mutationem, quando aliqua ex electis eſt abſens vel ægrota, aut nolens: probat quia Priuilegium fauorabile latè eſt interpretandum, ac proinde excluditur mutatio tantum voluntaria non neceſſaria per quam dicendum eſt prius loco alicuius ex ſociabus aliam ſuppleri quàm mutari, ſed replicat Bordonus in talibus caſibus mutationem non eſſe propriè neceſſariam, ſed voluntariam, cum domina poſſit expectare tempus quo ſocia ſit præſens, & ſana nam ſi pro alio intereſſe expectetur cur non poterit in caſu præſenti.

66 Infertur octauò ad quæſitum quot vicibus fœminæ Illuſtr. poſſint ingredi Monaſteria Monialium. Reſpondeo hoc priuilegium produci in parte à Pellizzario *vbi ſuprà*, & dicitur tribus vicibus in totum poſſe ingredi; quod ſi exprimantur quatuor Monaſteria quærunt an ingredi poſſit quartum ſi iam ſemel ingreſſa fuit in quodlibet primorum trium, aliqui dicebant quod debet omitti vnum illorum trium cum iam conſtet de triplici ingreſſu: ergo cum non detur quartus ingreſſus priuilegium non habet locum in quarto Monaſterio: verum ſi Oratrix expreſſerit quatuor Monaſteria, tunc dico poſſe ingredi quatuor ſcilicet pro vna vice vnum quodque licet cum ſit clauſula (tribus vicibus in totum) quia ſcriptura 67
præſumitur digeſta errore ſcriptoris qui non aduertit ad tenorem petitionis, & gratiæ factæ: quia Princeps ſolet ſe accommodare precibus ſibi porrectis, *l. ſi preces, ff. de legibus, cap. inter dilectos, §. cæterum de fide inſtrum.* vbi gloſſ. *in verbo petitioni*, ait reſponſum conformari petitioni, ſed oratrix petiit gratiam ingrediendi quatuor Monaſteria, & obtinuit: quia illa exprimitur in reſcripto Pontificio: ergo cum gratia efficaciter facta fuerit præſumendum, eſt ſcribam, vſu ſtili ordinarij inaduertenter erraſſe, quod ſi oratrix petiit ingreſſum ad tria, & reſcriptum eſt ad quatuor
debet abſtinere ab ingreſſu eius de quo non fecit 69
mentionem in ſupplicatione, ſed ſi reſcriptum ſit ad duo Monaſteria cum expreſſione pro tribus vicibus vnum illorum ingredi non poteſt, cum certa regula ſit non concedi duplicem ingreſſum, & gratia facta ſufficienter, ſortitur ſuum effectum.

Infertur nonò, an nobilis fœmina cum duabus 69
tantùm Matronis ingredi poſſit. Reſpondeo quod non, quia reſcriptum exprimit tres Matronas aſſumendas de neceſſitate; aliter non ſeruata illius forma ingreſſus eſt malitioſus, & oratrix ſic ingrediens incurrit pœnas inflictas contra ingredientes clauſuram Monialium ſine licentia, cum reſcriptum non ſuffragetur non ſeruata forma ipſius, quia fines mandati ſunt diligenter ſeruandi, alias factum non tenet, *cap. cum dilecti 22. de reſcriptis, cap. ſi cui 23. de electione in 6. cap. cui num. 27. de præb. in 6.* Bordonus *d.* 87.

Infertur decimò ad quæſtionem à quonam du- 70
cendum ſit funus mulieris, vel puellæ morientis intra Monaſterium: cum enim certum ſit educari puellas in Monaſteriis quæ quandoque ſunt Moniales, aliquando exeunt poſt educationem, & reuertuntur ad ſeculum interdum mulieribus conceditur ingreſſus cum perpetua permanſione intra clauſuram ſine nouitiatu, & ſine profeſſione: contingit mori has tales Moniales ſine electione
ſepulturæ, dico miniſtrari Sacramenta à Confeſſa- 71
rio Ordinario Monialium, & cum Monialibus ſepeliri, quia ſunt partes corporis Monaſterij, licèt imperfectæ: ergo tractari debent vt Moniales; etenim æquiparantur Nouitiis, & Monialibus quæ in prædictis ſubiiciuntur Confeſſario, & hoc habetur ex Trid. *ſeſſ.* 4. *cap.* 11. *& ſeſſ.* 25. *cap.* 11. vbi perſonæ commenſales actum Regularium apud quos domicilium, & habitationem contraxerunt gaudent eorum iuribus, & priuilegio: tum quia æquiparantur Tertiariis ad quarum ſimilitudinem collegialiter viuunt cum clauſtralibus, 72
& ſicut Superiores Regularium ſuper tales perſonas Tertiarias ius habent quoad Sacramenta, & ſepulturam prout non ſemel deciſum fuit, & refert Barboſ. *ad ſeſſ.* 25. *cap.* 13. *de Regul. num.* 27. quod fundatur in Bulla Leonis X. quæ incipit, *Dum inter*, apud Quarantam *in verb. priuilegia Regularium ita inſuper hæ mulieres & puellas*, & in hoc nulla eſt difficultas.

Difficultas tamen eſt in caſu quo mulieres, & 73
puellæ eligerent ſibi ſepulturam extra in aliena Eccleſia, vel parentes eorum vellent eam ſepeliri in ſepulchro paterno; à quo ſit leuandum cadauer, & funus proſequendum vtrum à Confeſſario, an à Parœco, cui aliàs de iure hoc munus incumbit: & reſpondeo competere ex officio Confeſſario, quia ad illum pertinet funus complere ad quem pertinet illud incipere, Confeſſario Monialium pertinet incipere, ergo ad eundem pertinet complere: tum quia talis mulier quoad Sacramenta,

cramenta, & sepulturam nihil differt à monialibus, nisi ratione electionis sepulturæ: sed talis actus electionis sepulturæ non tollit ius Parœco quæsitum quoad Sacramenta & funus: nam
74 videmus proprium Parœcum incipere funus sui Parœciani & illud prosequi ad alienam Ecclesiam in qua moriens elegerat sepulturam, ergo idem dicendum in casu præsenti, quod idem dicitur à fortiori si cadauer esset sepeliendum in Ecclesia exteriori. Monasterij vbi sepeliuntur seculares quamvis Ecclesia esset Parœcialis, esto Confessarius non esset communis Parœcus Monialium, & secularium in quo casu Parœcus solum terminaret exequias intra suam Ecclesiam, vt latè Bordonus *decis.* 128.

DISCEPTATIO CXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Facti series proponitur.*
2 *Verba enunciatiua fauore Piæ causæ inducunt dispositionem.*
3 *Dotis fauore verba enunciatiua disponunt.*
4 *Et libertatis fauore.*
5 *Et in militis Testamento.*
6 *Priuilegia militaria competunt Ecclesiis.*
7 *Verba enunciatiua non principaliter prolata disponunt, & quando.*
8 *Libertas, & pia causa æquiparantur.*
9 *Verba enunciatiua quando dicantur prolata propter se & quando propter aliud.*
10 *Conuentiones aliæ nominatæ, aliæ innominatæ, sic delicta, & vltimæ voluntates.*
11 *Vltimæ voluntates quæ dicantur; regulares & formatæ, quæ irregulares, & informes?*
12 *Glossa* in l. licet C. de pactis *adducitur, & explicatur.*
13 *Text.* in l. eum antiquitas C. de Testament. *explicatur.*
14 *Voluntas informis quæ, & qualis sit explicatur.*
15 *Tex.* in l. licet C. de pactis *an contineat successionem ab intestato an ex Testamento.*
16 *Successio* ex authent. hoc amplius C. de fideic. *qualis sit.*
17 *Succedens vigore* l. licet C. de pactis *an teneatur creditoribus vltra vires non facto inuentario.*
18 *Argumentum valet de Pia causa ad liberos, & alios venientes ab intestato.*
19 *Argumentum ab æquiparatis validum est.*
20 *Verba enunciatiua in correlatiuis & æquiparatis probant.*
21 *Verba enunciatiua geminata disponunt.*
22 *Verba geminata ostendunt magis enixam voluntatem disponentis.*
23 *Dispositio venientium ab intestato est priuilegiata.*
24 *Affectio testatoris quid operetur in Testamentis.*
25 Alexandri Raudens. decis. Pisana 46. *adducitur & approbatur.*
26 Ziletti consilium 55. vol. 1. *adducitur.*
27 Matthæi Bruni consil. 87. *adducitur & probatur.*
28 *Dispositio venientium ab intestato qualiter requirat æqualitatem.*
29 *Text.* in l. final. ff. de Testam. *explicatur.*
30 *Testes singulares qualiter probent declarationem voluntatis.*
31 *Testes singulares probant genus.*
32 *Testes singulares probant animum, & voluntatem.*
33 *Testes de quibus in præsenti qualiter sint singulares.*
34 *Dispositio facta contra declarationem præsumitur erronea.*

ARGVMENTVM.

Verba enunciatiua prolata in vita ab aliquo se velle tales esse hæredes suos, & quod bona sua sint illorum, mortuo ab intestato an isti veniant ad hæreditatem exclusis consanguineis adstrictioribus?

FACTI,

ET IVRIS NOTA,

PRO

Capitaneo Iosepho Barone.

CONTRA

Lauiniam, & alios de Barone.

SVPPONITVR in facto quondam Clericum Franciscum Baronem Ciuitatis Paulæ habitasse insimul per annos 24. cum Capitaneo Iosepho Barone suo Nepote, & prorsus, & separatim à Luisa Barone eius sorore, ac Carolo Barone eius nepote quæ Liuia liberos non habet, éstque persona sexagenaria, & vltra multas habens facultates atque commoditates, & habitat cum Carolo Barone suo Nepote ex quo Carolo non sunt nisi duo filij, at Capitaneus Iosephus nonem habet filios, vt hoc totum constat ex fide multorum, manu Notarij Marij Galisi Beluederij Paulæ scripta sub die 2. Maij 1664. vbi id testificatur Dominicus Malfitanus, Ioannes Leonardus Pardus, Ioannes Petrus Corba, Isabella de Blippo, Agnesia de Monte, Nicolaus Corba, &c. 1

Certissimum etiam est vt ex fide Particularium Ciuitatis Paulæ quondam Clericum Franciscum Baronem (vt testes ipsi audierunt ab eodem dum viuebat) pluries in vita dixisse, bona sua, & facultates, & quantum possidebat, & poterat acquirere, velle relinquere Capitaneo Iosepho Barone suo Nepoti, & pluries etiam ab eodem Testes audierant: quod quantum habebat erat filiarum dicti Capitanei Iosephi sui Nepotis, & per paucos dies antequam moreretur in specie dixit in præsentia eorum, de quibus infra, quantum habeo, & possideo est filiorum Capitanei Iosephi mei Nepotis & ad hunc effectum vtor parsimonia in vestibus ac aliis necessariis pro vtilitate dictorum filiorum & quantum acquiro, pro filiis dicti Capitanei Iosephi mei Nepotis

acquiro, ob maximum amorem, quem erga eos gero, tam erga ipſos, quam erga dictum meum Nepotē de quibus valdè complaceo, & me obligatum recognoſcens ob infinita ſeruitia, quæ mihi exhibuit cum omnibus de ſua domo, & ob obedientiam quam mihi ſemper exhibnit circa quod totum in fide ſe ſubſcripſerunt in Ciuitate Paulæ die 2. Maij 1644. manu Notarij Galiſij Beluederij, Ioannella Saula, Carolus de Monte Catharinella de Guida, Dominic. Malfitanus, & Alexander Tarantinus, qui ad partem facit, quod idem teſtantur, D. Ludouicus Laiſi, D. Ioan. Bartolus Tramontanus D. Franc. Guglielminus, Nicolaus Sanginitus, Thomas Caputus, Camillus Gaudioſus, Ioan. Franc. Lancellotus, Ioan. Antonius Riccius, Ioan. Dom. de Ioanne Philippo, Marcus-Antonius Conte, Franciſc. Maria Viſcente, & alij

Succeſſit nunc, quod idem Clericus Franciſcus anno elapſo ab inteſtato mortuus eſt, ad cuius ſucceſſionem vti ab inteſtato, comparent Liuia eius ſoror & alij Nepotes ſcilicet Carolus &c. verſa vice vigore illius enunciatiuæ in vita pluries geminatæ prætendit Capitaneus Ioſephus eius Nepos ad ſe ſpectare hæreditatem dicti Clerici Franciſc. cuius partes aſſumo defendendas & quidem.

2 Primo quia certū eſt fauore Piæ Cauſæ talia verba enunciatiua in vltima voluntate diſpoſitionem inducere quando principaliter, & propter ſe emiſſa ſunt *l.1.ff. de falſa cauſa adiecta legato l. ex hac ſcriptura 16. ff. de donat.* Barth. *in l. Pamphilio in principio ff. de leg. 3.* Mantica *lib. 8. de coniecturis tit. n. 7.* ſic in teſtamento militis talia verba enunciatiua indiſtinctè inducunt diſ-
3 poſitionem *l. ex his verbis 7. C. de Teſtam. milit. l. Pamphilio 37. §. propoſitum ff. de leg. 3.* ſic in dote verba enunciatiua indiſtinctè diſpoſitionem inducunt *l. 2. C. de dotis promiſſione*, vbi Bald. Afflictus *d. 83. n. 5.* Maſcardus *de probat. concluſ. 622. n. 35.* ſic fauore libertatis ſemper inducunt
4 diſpoſitionem verba enunciatiua, *l. Paul. reſpondit 39. § Paulus ff. de fideic. libert.* & quod fauore piæ cauſæ inducūt diſpoſitionē dixit Bart *in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. n. 76. & 77.* pro qua ſententia adducitur *text. in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. & in l. ex his verbis 7. C. de teſt. militis.* vbi verba enunciatiua à milite prolata propter militare priuilegium diſpoſitionem inducunt, & certum
5 eſt priuilegia militaria competere etiam Eccleſiis, & piæ cauſæ *gl. in l. ſi vt proponis 8. in verbo non negabit, C. de rei vendicat.* Auguſt. Barb. *l. 2. de Iur. Eccleſ. & piorum locorum c. 13. n. 3.* vbi numeris ſequentibus dotis alimentorum aliaque omnia priuilegia Eccleſiam, & piam cauſam gaudere fundat, & Bart. fundat eius ſententiam, nam iure naturali & poſitiuo ſufficiunt verba enunciatiua.

7 Itaque verba enunciatiua etiam per modum cauſæ & non principaliter prolata tàm in vltima voluntate quam in contractibus fauore piæ cauſæ probare, & diſponere latè probant Tiraquellus *de pia cauſa priuilegio 86.* Bald. *in l. 1. in 2. lectura, C. de ſacroſ. Eccleſ. in 7. quæſt. n. 62.* Alex. *conſ. 190. n. 27. lib. 6.* Rota apud Farinac. *dec. 70. n. 8. part. 1. recentiorum Affl. d. 83. n. 50.* Maſcard. *d. concl. 622. n. 41.* & *concl. 1176. num. 58.* optimè Maurus Senior *allegat. 42. n. 2.* Maurus Iunior *allegat 36.* Barboſa *in d. cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſtat n. 3.*

8 Quod ſanè comprobatur nam militum priuilegia ad dotes piæ cauſæ ſunt communicata, vt dixi, item libertas, & pia cauſa æquiparantur cap. vltimo de re judicata, & de libertate ad piam cauſam validum eſt argumentum, adeò quod diſpoſitum in libertate, procedat etiam fauore piæ cauſæ, Bart. *in l. proximè in fine ff. de his, quæ in Teſtamento delentur* Mantica *lib. 8. de coniect. tit. 6. n. 3.* & ſic fauore militis, dotis libertatis, & piæ cauſæ probare verba enunciatiua etiam propter aliud prolata dicunt communiter DD. ſupra citati imo Tiraquellus *priuilegio 51.* fundat quod etiam ſi dicta verba enunciatiua ſint generalia, & prolata honoris, vel humanitatis gratia, puta ſi quis complacentiæ, & honoris cauſa dicat: omnia bona mea ſunt Eccleſiæ, vel alia ſimilia verba proferat *ex text. in d. l Paulus reſpondit 39. §. Paulus ff. de fid. libert.* at in caſu 9
noſtro non ſolum habemus verba enunciatiua generalia, & propter aliud emiſſa, quæ ſufficerent, vt probaui, ſed verba enunciatiua principaliter, & de per ſe prolata imo verba diſpoſitiua vt ex facto ibi quantum habeo, & poſſideo eſt filiorum Capitanei Ioſephi mei Nepotis, &c. & ad hoc reuidendus Maurus *d. allegat. 42.* qui ſcripſit ad fauorem Hoſpitalis A. G. P. Ciuitatis Auerſanæ & fundat doctiſſimè de more verba enunciatiua incidenter, & propter aliud prolata inducere diſpoſitionem fauore Eccleſiæ, & piæ cauſæ, & quod declarationes diuerſis temporibus, & locis factæ per aliquem quod velit, vt Pia cauſa ſuccedat in eius bonis ſint validiſſimæ fauore piæ cauſæ vt latè Marcellus de Mauro *alleg. 36.* vbi doctiſſimè fundauit quod ſi quis declarauerit poſt mortem ſuam velle eius bona eſſe Eccleſiæ talis diſpoſitio eſt perfecta & valida, & per dictam declarationem quæritur ius immediatè Eccleſiæ ad quod allegat Paul. de Caſtr. *conſ. 456. vol. 1.* addo Auguſtinum Barboſ. *lib. 2. de Iure Eccleſiæ tit. de priuil. Eccl. c. 13. n. 39.*

Primo probatur quia ſicuti conuentiones quædam ſunt innominatæ, & informes rudes & genericæ, quædam verò ſunt nominatæ ſpecificæ, & habent certam formam ita teſte Vaſquio 10
lib. 3. de ſucceſſ. §. 23. in principio vltimæ voluntates quædam ſunt nominatæ, quædam innominatæ rudes, & informes, quæ nulla certa forma nullāque regula continentur; quod etiam in delictis, & quaſi contractibus ac cæteris diſpoſitionibus conſideratur. Sic ergo vltimæ voluntates aliæ ſunt nominatæ, aliæ rudes, informes innominatæ: Nominatæ intelliguntur Teſtamenta in ſcriptis, & Teſtamenta nuncupatiua facta in forma communi, idemque in Codicillis, vt *in l. hac conſultiſſima in principio, & §. per nuncupationem, C. de Teſtam. l. hæredes palam per totum, & l. ad teſtium ff. de Teſtament. §. ſed cum paulatim, & §. finali Inſtitut. de Teſtamentis l. 1. 2. & 3. & toto titulo, Tit. 1. partita 2.* apud Caſtellanos, & *l. 3. Tauri cum l. fin. tit. 12. part. 6.* in quibus iuribus habetur forma regularis Teſtamenti, tam in ſcriptis, quàm nuncupatiui, & etiam formam regularem codicillorum, reliquæ verò diſpoſitiones irregulares quale eſt Teſta-
mentum factum à patre fam. inter liberos inter 11
legitimos hæredes ab inteſtato venientes à milite in bello, & factum coram Principe, & ad pias cauſas dicuntur vltimæ voluntates infames innominatæ, genericæ, &c. in quib. nulla forma ſpecifica à lege aſſignata eſt, neque ad ſui creationem firmitatem aliquam deſiderant præter letimam rei geſtæ probationem, vt in actibus inter viuos, vt benè Vaſquius *lib. 2. de ſucceſſ. §. 11. n. 44. qui n. 53.* id colligit ex gloſſa *in l. licet C.*

de

12 *de pactis*, vbi glossa 2. vnam opinionem vult quod in terminis illius legis, nec sit successio Testametaria nec etiam legitima, sed dicatur simpliciter vltima voluntas & illa glossa non est alibi secundum Angelum *in l. 1. §. genera ff. de acquir. poss.* & notat Bald. *in d. l. licet col. 2.* qui ait alibi hoc non reperiri quam in illa glossa & est *text. in l. cum antiquitas, C. de Testamentis* 761. sancimus tempore quo Testamentum conditur, vel codicillis, vel vltima quædam dis-

13 positio celebratur *& in d. l. licet.* ibi: id enim postremi Iudicij obtinuerit ergo non est Testamentum nec codicillus ab inteſtato sed alia vltima voluntas in genere informis innominata ex Bald. *in l. ex Testamento, C. de manumissis Testamento* Ias. *in d. l.* hac consultissima §. *ex imperfecto col. penult. & finali, C. de Testamentis*, & est text. cum glossa *in d. l. cum in antiquioribus, C. de Iure delib.*

14 Inter has autem voluntates informes & innominatas, Prima est quæ fit à militibus de succedendo, &c. vt in terminis *d. l. licet, C. de pactis*, Secunda est in terminis *l. fin. C. fam. herc.* Tertia in testamento quod fit coram Principe *l. omnium, C. de testam.* Quarta species est testamentum quod fit apud acta iudicij. Vt ibidem, Quinta est in testamento quod fit ab ipso Principe *d. l. omnium*, Sexta species est in terminis iuris Canonici *cap. cum esses cap. relatum de Testament.* Septima species est in testamento militis, *l. 1. 2. & 3. l. milites, C. de Testam. l. Diuus ff. de Testam.* Octaua in testamento ad pias causas, *d. cap. cum esses cap. relatum de Testam.* Nona species in testamento facto tempore belli, vel pestis in loco hostili, vel in rure, & tandem talis est dispositio vbi hæredes nominantur venientes ab inteſtato, ad notata per Vasquium *lib. 2. de succeſſ.* §. 14. *requisito ex n. 29.*

15 Illud enim pactum factum à militibus de succedendo ad inuicem dicitur approbatum à lege vt *in d. l. licet, C. de pactis*, de quo pacto dubitant DD. vtrum sit testamentum vel successio ab inteſtato, & glossa *in d. l. licet tenent*, Secundum vnam opinionem quod non sit testamentum, nec causa inteſtati; sed simpliciter vltima voluntas, quam glossam non esse alibi dicit, Angelus *in l. 3. §. genera ff. de acq. poss. & allegat.* in apostilla ad Abbatem *in cap. relatum il primo de testamentis* in prima additione, & adducit *Text. in l. cum antiquitas, C. de testam.* ibi sancimus in tempore quo testamentum conditur, vel codicillus nascitur, vel vltima quædam dispositio celebratur & sic ibi appellatur vltima voluntas in genere, quæ non est testamentum vel codicilli, & quod illud non sit testamentum probatur *in d. l. licet*, dum dicit, vim postremi iudicij obtinet &c. ergo non est postremum iudicium sed habet vim ipsius quia aliud est esse tale, & aliud haberi pro tali *l. merces ff. de verb. signif. l. si maritum*, vbi Bart. *ff. de adulteriis*, & quod non sit testamentum, sed successio quædam anomala dicit Bald. *in l. ex Testamento, C. de Testamentis*, vbi referens Azorem *in summa Institut. de eo cui libertatis conseruandæ causa bona abdicuntur*, dicentem illum, qui succedit *per auth. hoc amplius,*

16 *C. de fideicommissis*, esse successorem Anomalum dicit sic supra *l. licet, C. de pactis*, & ideo infert Vasquius *lib. 2. §. 16. requisito 20. n. 18. & 19.* Quod miles qui militi succedit secundum formam *d. l. licet* non tenetur creditoribus vltra vires hæreditarias etiam inuentario non confecto,

17 quia est successor bonorum non hæreditatis, & quia est successor anomalus sic filius qui succedit Patri vigore testamenti imperfecti à Patre inter liberos iuxta *l. finalem, C. fam. herc.* non dicitur Patrem mori testatum propriè nec inteſtatum, sed est successor anomalus DD. *in d. l. hac consultissima §. ex imperfecto, C. de Testamentis*; Vnde filius succedens ex testamento imperfecto, non tenetur creditoribus paternis vltra vires hæreditarias etiam non confecto inuentario quod vbi videtur valdè mirabile secundum Vasquium *vbi suprà num. 19.*

Cum ergo ad pias causas valeat talis dispositio seu illa verba enunciatiua prolata coram testibus, &c. & validum sit argumentum, ac æquiparentur inter se testamentum inter legitimos hæredes, & ad pias causas, teste Vasquio vbi supra *lib. 3. §. 21. limit. 10. §. 22.* in principio & argumentum ab æquiparatis valere vt habetur *in l. stichus ff. de manumissis Testamento* latè 19 Fontanella *clausula 4. gl. 7. part. 2. n. 61.* Ioseph. Vela *dissert. 6. à n. 45.* Rota *in posthumis* Farin. *p. 3. recentiorum, & p. 1. in posthum.* & Farinac. *d. 6.* Ideò quod supra ad pias causas dicebamus, erit inter venientes ab inteſtato dicendum, & quod verba enunciatiua in correlatiuis, & æquiparatis operentur eundē effectū dicit post alios Genua *de verbis enunciatiuis lib. 2. q. 32. n. 14.* 20 vbi ait quod sicuti probant enunciatiua dotem, sic probant antefatum, quia sunt correlatiua, & æquiparata, ergo quia sunt æquiparatæ successio liberorum piæ causæ, & venientium ab inteſtato, si ibi disponunt fauore liberorum, & piæ causæ vt post Rogerium *conf. 121. num. 172.* dicit Genua *de verbis enunciatiuis q. 34.* ita fauore venientium ab inteſtato disponere debent.

Sic verba enunciatiua geminata disponunt 21 præsertim quando geminatio fieret ex temporis interuallo post alios Nicolaus Genua *de verbis enunciatiuis lib. 1. q. 3. n. 32.* qui post alios dicit, quod verba enunciatiua geminata idem operantur ac si essent verba dispositiua, & adducit *text. singularem in l. vnica, C. de plus petitionibus*, quem textum singularem, & mirabilem allegat Barbatia *conf. 37. n. 1. vol. 3.* quia verba gemina- 22 ta ostendunt magis exploratam mentem proferentis, vt latè Card. Tuscus *lit. V, concl. 158.* Trentacinq. *lib. 1. var. resol. de verb. signif. resol. 2. n. 89.* Mascard. *concl. 347. num. 37.* Ergo cum in præsenti sint verba enunciatiua geminata, vt in pluribus actibus, *de quibus suprà*, & Testes deponunt, dicendum est induci dispositionem fauore venientium ab inteſtato, quia inter priuilegiatas dispositiones enumeratur Testamentum, in quo sunt instituti venientes ab inteſta- 23 to, vt latè post alios Barrius *de succeſſ. lib. 1. Rubrica 2. fol. 16. n. 11.* & quod maior sit fauor filiorum & venientium ab inteſtato, quam fauor Ecclesiæ, probat post alios, Marta *de succeſſ. t. 2. p. 4. q. 8. art. 5.* quia pro filiis, & aliis venientibus ab inteſtato concurrit votum parentum, & ratio naturalis, at pro pia causa concurrit solum votum testatoris, vt benè Marta, *vbi suprà.*

Licèt enim in successionibus ab inteſtato non 24 consideretur affectio testatoris, sed sola & mera iuris dispositio ex Bald. *in l. cum ita §. in fideicommisso ff. de leg. 2.* tamen ex affectione testatoris capienda est interpretatio *l. si seruum plurium §. finali ff. de leg. 1. l.* Aurelius §. *Titius ff. de lib. legata.* & probat *gl. in ille à quo §. si de Testam. ff. ad Trebell.* Simon de Petr. *de Interp. vlt. volunt. fol. 5.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 16.* & affectio testatoris vincit affectionem legis, Bald. *in l.*

precibus, C. de impub. & aliis ſubſtit. Ideoq; propter affectionem teſtatoris recedimus à regulis iuris communis, & etiam recedimus à proprietate ſermonis, Menoch. *d. præſumpt. 16. num. 2. & eius officio vincit præſumptionem legis, & præfertur quibuſcumque aliis coniecturis*, vt latiùs Simon de Petris *d. ſolut. 5. n. 4.* Marta *d. p. 4. q. 10. art. 20.* per totum.

25 Vnde eſt pulcherrima *deciſio* Alexandri, Raudenſ. Piſana 46. vbi maritus, ex quo ſæpiùs dixit in vita ſe velle facere hæredem, vxorem propriam ob multa benemerita recepta, & poſtmodum teſtamento non condito deceſſit, dixit Slaudenſis ad fauorem mulieris eſſe expediendum decretum præambuli; ergo in multo magis ad fauorem venientium ab inteſtato benemeritum, & in pia diſpoſitione quod talia verba inducant diſpoſitionem voluit Zilettus *conſ. 55.*

26 *vol. 1.* qui reſpondit quandam Margarituciam rectè fuiſſe teſtatam, dum protuliſſet hæc verba *(Io voglio far teſtamento, & voglio laſciare lo mio che ſia dato per amor di Dio, e per l'anima mia, à chi pare à me, e come Tomo dalla Torre di Palma ſi lo farragio)* ſic Matth. Brunus *conſ. 87. n. 33. dubio 1.* concludit per talia verba induci diſpo-

27 ſitionem ad fauorem piæ cauſæ, etiam quando prolata ſunt de futuro, ſic prolata ſunt talia verba de præterito, eſt pulcrum Conſilium Sforziæ Oddi *conſ. 64.* & Soccin. *conſ. 189. n. 20. volum. 2.* quem ſequutus eſt Card. Tuſc. *conſ. 102. n. 1. litt. T.* Sic Bald. *conſ. 179. vol. 4.* dicit, quod ſi pater dixerit ſe certo aliquo modo teſtatum fuiſſe inter filios per taliaverba enunciatiua dicitur probatum hoc teſtamentum Patris.

28 Neque dicas, quod diſpoſitio, in qua vocantur hæredes ab inteſtato tunc eſt ſeruanda quando ſunt æqualiter illi vocati, nominati, &c. vt dicunt Alex. & Iaſon. *in l. hac conſultiſſima §. ſi quis autem, C. de Teſtamentis* Guglielm. *de Benedictis in cap.* Raynut. *de Teſtamentis in verbo Teſtamentum il prim. n. 76.* quam communem appellat Vaſquius *lib. 3. de ſucceſſ. §. 21. limit. 10. §. 22. in principio.*

Reſp. enim fuiſſe quæſtionem inter DD. an Teſtamentum Patris in quo filios inſtituit hæredes in vltima voluntate imperfecta ſit validum, poſita inæqualitate inter filios, & relatis duobus opinionibus refert Anton. de Amato *tom. 2. reſol. 90.* ipſe tamen dicit contrarium dicendum eſſe poſitis coniecturis & niſi ex mente teſtatoris conſtet inæqualitatem ſeruare voluiſſe inter eoſdem *l. vt liberis ibi* (niſi) *C. de collationibus* poſt alios Amatus *d. reſol. 90. in fine.*

29 Neque dicas ſecundo, obſtare *text. in l. finali ff. qui Teſtament. facere poſſunt*, quia, vt benè Bart. ibi verba futuri temporis in teſtamentis includunt diſpoſitionem, *ex l. Pamphil. ff. de leg. 3.* Sed ibi fuerunt verba prolata iactantiæ cauſa, & ait Bart. ibi quod ſi dicam vellem mihi talem hæredem adhibitis ſeptem teſtibus, vel dico quod vellem eſſe hæredem Titium dic (ſubdit Bartolus) *vt in l. fideic. §. 1. ff. de legat. 3. legatur.* Bart. *in l. fin. qui Teſtament. facere poſſunt.*

30 Neque dicas tertio, quod teſtium depoſitionibus de quibus ſuprà ſtandum non eſt, quia ſingulares ſunt.

Reſp. enim 1. quod in dubio teſtes non præſumuntur ſingulares, ſed conteſtes, Oſaſc. *dec. Pedem. 99. n. 28.* Maſcard. *concl. 1170. n. 12. 14. &* 15. Auguſt. Barboſ. *in collect. an. ad tex. in cap. in omni negotio 4. n. 77. de teſtibus*, & ſic poſſumus dicere prædictos teſtes non ſingulares eſſe, ſed conteſtes.

Reſpondeo 2. quod licet eſſent ſingulares, 31
tamen admittuntur, ad probandum aliquod in genere, vt benè Craueta *conſ. 78. n. 6. lib. 1.* Gomeſ. *in l. tauri 45. n. 153.* Viuius *tom. 1. commun. lib. 4. tit. 9. n. 9. 8.* Guttierez *pract. quæſtionum lib. 6. q. 12. à n. 9.* Maſcard. *concl. 1204. n. 75.* Ergo ad probandam voluntatem dicti Cler. Franciſci erga tales Parentes optimi eſſent teſtes etiam ſingulares.

Reſp. 3. teſtes ſingulares admitti ad proba- 32
tionem animi de voluntatis alicuius, Surd. *tit. 6. de alim. q. 11. n. 52.* Sim. de Petr. *conſ. 37. cent. 3. n. 7.* Maſcard. *concl. 94. n. 3.* Monac. *dec. Bonon. 16. n. 18.* ſicuti etiam admittuntur ad probationem declarationis voluntatis, Franc. Marcus *dec. 462. p. 1.* Mantic. *dec. 323.* Craueta *conſ. 73. n. 33. vol. prim.* ſicuti etiam in aliis innumeris caſibus admittuntur teſtes ſingulares, vt latè Aug. Barboſa *in cap. in omni negotio de teſtibus.*

Reſp. 4. teſtes prædictis non poſſe dici ſin- 33
gulares, ſaltem ſingularitate obſtatiua, ſed ad ſummum ſingularitate adminiculatiua cum deponant de diuerſis confeſſionibus & declarationibus diuerſis temporibus, & locis factis; quo caſu coniunguntur teſtium depoſitiones, & plenè probant, vt optimè Craueta *d. conſ. 78. n. 2. & ſequent.* non enim quælibet ſingularitas reddit teſtes ſingulares, ſed ea quæ differt in ſubſtantia, nec dicuntur teſtes ſingulares, quando conueniunt in eundem finem, vt ex Baldo probat Craueta *d. conſ. 73. n. 4.* Maſcard. *concl. 480. n. 5. vſque ad 8.* & quod tales teſtes deponentes de diuerſis declarationibus factis diuerſis temporibus, & in diuerſis locis per defectum, quod plenè probent, & quod dicantur ſingulares, ſed illorum depoſitiones vniri, & coniungi, ex Baldo, & Decio probauit Maur. Iun. *allegat. 36. n. 12.* & in puncto fundauit Franc. Cyria. *contr. cap. 409 n. 83. tom. 3.*

Quod adeò verum eſt, vt ex declaratione quod 34
quis volebat teſtari, & inſtituere talem hæredem adeò probatur voluntas teſtatoris, vt ſi aliter poſtea diſponeret cenſeretur feciſſe per errorem, vt benè Caldas Pereyra *conſ. 24. n. 31.* qui allegat text. *in l. quoties 9. §. tantundem ff. de hæred. Inſtit.* vbi Bart. *n. 2.* notabiliter aduertit quod ſi teſtator in tractatu de faciendo teſtamento aliquod expreſſerit, & poſteà in teſtamento aliud cernitur factum, tunc teſtamentum per errorem intelligeretur factum, Cyriac. *cap. 407. tom. 3. n. 316.* Ergo ex tot depoſitionibus teſtium deponentibus de declarationibus clerici Franciſci quod volebat facere hæredes filios Capitanei Ioſephi, clarè apparet ad eorundem beneficium eſſe expediendum decretum præambuli, cæteris excluſis, &c.

INDEX
RERVM ET VERBORVM
quæ in hoc Secundo Volumine continentur.

A

Abbas.

ABBAS S. Bartholomæi in Galdo habet ibi temporalem iurisdictionem. num. 26. pag. 274
Abbas existimatus vt exemptus talis iudicari debet, & qualiter procedat. n. 18. p. 273
Abbas cum vsu Mitræ, & Baculi æquiparatur Episcopo. n. 2. ibid.
Abbas habens vsum Mitræ, & Baculi potest adhiberi in degradatione actuali. n. 4. ibid.
Abbates sacri Ordinis Cassinensis quales habeant prærogatiuas. n. 5. p. 60
Abbates S. Bartholomæi in Galdo nunquam fuerunt cogniti ab Episc. Vulturarien. n. 6. p. 272
Abbates Cassinenses iura habent Episcopalia. n. 2. p. 60
Abbates vocari solent commendatarij, & quando inducatur Canonicus Titulus. n. 3. ibid.

Abbatia, Abbatialis.

Abbatia S. Bartholomæi in Galdo, quid fuerit antiquitus, & quomodo erecta. n. 11. p. 273
Abbatia S. Bartholomæi in Galdo habet aliam Ecclesiam annexam. n. 17. p. 273
Abbatialis dignitas quanta sit. n. 1. p. 272

Abbatissa.

Abbatissa cum Monialibus disponit de rebus Monasterij. n. 21. p. 129
Abbatissa administrat cum consensu Regularium seu Monialium. n. 22. p. 129
Abbatissa qualiter administret bona si subiecta sit Regularibus, & quid si Episcopo. n. 23. p. 130
Abbatissa subiecta Fratribus Minoribus administrat bona sine illis. n. 24. ibid.
Abbatissa quando, & qualiter veniat appellatione Monialium. n. 14. p. 129

Abesse.

Abesse non dicitur, qui habetur pro præsente, & inseruiente. num. 12. pag. 303

Abiurare, Abiurans, Abiuratio.

Abiurare an quis cogatur omnem hæresim. n. 31. p. 136.
Abiuratio quando fiat publicè, quando priuatim. n. 32. p. 136
Abiurare recusans qualiter cogatur. n. 39. p. 136
Abiurantes, qui se fingunt Infideles, & rebaptizantur ob interesse. n. 40. ibid.
Abiuratio de leui non potest dici pœnitentia salutaris. n. 46. p. 137
Abiuratio an sit pœna, probabilior est opinio quod non. n. 47. ibid.
Abiurationem de leui non priuare electione, qui dicant. n. 48. ibid.
Abiurationem non esse pœnam defenditur, & quare. numero 50. pagina 150
Abiuratio coram quo fieri debet. n. 34. p. 136
Abiurans an fiat irregularis. n. 35. ibid.
Abiurans an admittatur in Confessarium. n. 36. ibid.
Abiurandi modus duplex est, & qualiter. n. 15. p. 141
Abiurationis modus in Tribunalibus, S. Officij diuersus. n. 29. p. 136
Abiuratio quid sit secundum se. n. 2. p. 134
Abiuratio quæ iudicia requirat, vt fiat. n. 11. p. 135
Abiurare recusans, an habeatur pro conuicto, & quando. n. 12. ibid.
Abiuratio quadruplex est de formali, de violenta, de vehementi, & de leui. n. 5. ibid.
Abiuratio de violenta non est vsu. n. 6. p. 134
Abiuratio de vehementi qualiter fiat solemniter. n. 7. p. 135
Abiuratio qualis sit detestatio, vnius, an plurium errorum. n. 8. ibid.
Abiuratio consuli debet à Confessariis, Inquisitis in sancto Officio. n. 9. ibid.
Abiuratio fuit antiquissima in Ecclesia Dei. n. 4 p. 134
Credentes, & assistentes hæreticorum functionibus quando abiurent. n. 18. p. 135

Absens, Absentia.

Absens ex causa legitima reputatur præsens in choro & hæc est priuilegium stricti iuris. n. 30. p. 309
Absentia in remotis æquiparatur morti. n. 9. p. 119

Absolutio.

Absolutio per quos danda violantibus clausuram. n. 64. p. 344.

Accusatio.

Accusatione pendente, pro delicto commisso extra Officium quis non suspenditur, secus si sit in Officio commisso, & qualiter possit contrarium practicari. n. 19. p. 142

Actio.

Actio petendi legitimam, differt ab actione petendi supplementum secundum aliquos. n. 25. p. 195
Actio, quod metus causa, transit ad hæredes etiam si metum passa non sit conquesta in vita, & sic decisum refertur. n. 16. p. 51
Actionem habens ad rem, dicitur rem habere. n. 84. p. 212

Actus.

Actus factus in consequentiam, præsumitur solemnis. n. 97. p. 213

Index

Administrator.

Administrator; & superintendens Episcopatus Vicarium constituere potest, sed non si fœmina sit taliter superintendens. n.31.p.122

Administratores perpetui Ciuitatis possunt obligare bona singulorum. n.19.p.9

Contraria opinio eius, de qua suprà, reprobatur. n.20 ibid.

Administratores obligare possunt Ciues in solidum. n.21.ibid.

Administratores negligentes qualiter puniantur. n.22.p.36

Aduersarius.

Aduersariorum argumenta contra supradicta adducuntur. n.29.p.256

Aduocatus.

Aduocatus ab amicis,an habeat salarium.n.22.p.218

Aduocatis ab amicis, & coniunctis salarium quando debeatur. n.23.ibid.

Aduocatus dum petit salarium, aut palmarium debet probare causas in specie, alias fuit absolutus quidam post annos sexdecim. n.46.p.220

Aduocato mensæ Episcopalis debetur salarium mortuo Prælato, à Camera Apostolica. n.15.p.217

Aduocatorũ Honorariũ æquiparatur vitæ.n.16.ibid.

Aduocato an debeatur Palmarium, & salarium ex causa transacta. n.26.p.218

Aduocato quare ex concordia debeatur Palmarium, siue Honorarium, & quid si causam perdiderit. n.27.ibid.

Aduocatorum, & Procuratorum salaria assimilantur, & quando. n.52.p.221

Aduocatorum, & Causidicorum salarium non præscribitur, etiam stante statuto loquente de præscriptione. n.44.p.220

Ætas.

Ætas 14.annorum non requiritur in Capellaniis fundatis absque Episcopi authoritate. n.88.p.212

Ætas 14. annorum requiritur etiam in Iurepatronatus. n.89.ibid.

Ætas 14.annorum non requiritur quando in fundatione aliter fuit dictum. n.90.ibid.

Ætas in beneficiis qualis requiratur. n.19.p.29

Ætas qualis excusat ab abiuratione. n.33.p.136

Agnati.

Agnati, vel consanguinei, habent solum Ius in spe incertum, & quærendum de futuro, in Monte de quo in præsenti. n.24.p.183

Albaranum.

Albaranum, de quo in præsenti qualiter sit à Paulo subscriptum. n.54.p.250

Albertus.

Albertus Bruni *cons.* 104. adducitur notabile ad materiam. n.13.p.226

Alexander.

Alexandri *consil.* 30. *vol.* 5. punctuale adducitur. n.6.p.98

Alienatio.

Alienatio rerum Ecclesiæ quando requirat tractatum. n.17.p.129

Alienatio rerum Ecclesiæ quibus iuribus prohibeatur. n.26.p.130

Alienatio rerum Ecclesiæ iure antiquo qualiter fiebat. n.27.ibid.

Alienatio perpetua rerum Ecclesiæ requirit consensum expressum Capituli sed temporalis tacitum habere sufficit. n.28.ibid.

Alienatio rerum Ecclesiæ nulliter facta reuocatur per eundem. n.15.p.20

Iuramento non obstante. n.16.ibid.

Alienatio rerum Ecclesiæ non est prohibita si fiat retrocesso donanti rerum donatarum. n.47.p.133

Alienatio bonorum Ecclesiæ non præsumitur vtilis Ecclesiæ in præsenti, etiam posito assensu, & quare. n.23.p.161

Alienatio bonorum Ecclesiæ, est prohibita de iure diuino, Canonico & Ciuili. n.2.p.19

Alienatio rerum Ecclesiæ vt valeat quæ requirantur. n.3.ibid.

Alienatio ex summa necessitate an requirat assensum. n.20.p.21

Alienatio bonorum Ecclesiæ fieri potest sine solemnitatibus, quando testator dedit licentiam alienandi. n.1.p.229

Alienatio rerum Ecclesiæ sex requirit conditiones, & quæ sint. n.32. p.131

Alienatio bonorum Ecclesiæ est nulla, etiam si vtilis sit Ecclesiæ, quando fit sine solemnitatibus requisitis. n.49.p.250

Alienans bona Ecclesiæ nulliter, poterit reuocare. n.19.p.161

Alienatio rei Ecclesiæ nulliter facta poterit reuocari à quolibet Clerico,etiam sine mandato.n.20.ibid.

Alienans res Ecclesiæ nulliter poterit reuocari, etiamsi iurasset non contrauenire. n.21.ibid.

Alienari an possint à Monialibus quæsita vigore Saluiani. n.43.p.132

Alienans totam Ecclesiam an incurrat in pœnas contra alienantes bona Ecclesiastica. n.44.p.133

Alienans cum Clausula *saluo assensu* non poterit rem tradere. n.24.p.21

Allegatio.

Allegatio R.P.de Comitibus digniſſimi Alumni Societatis adducitur. n.8.p.282

Aloysius.

Aloysius de Leo dicit remedium *l.* 2. transire ad hæredem. n.9.p.50

Amicitia.

Amicitia quando inter Aduocatum & clientulum, excludat petitionem salarij. n.24.p.218

Amicitia, & familiaritas non excludunt petitionem salarij. n.25.ibid.

Amor.

Amor Patriæ maior est omnibus. n.48.p.177

Andreolus.

D. Andreolus *lib.*2.*cap.*112. distinguit tres casus, & qui sint in materia. n.32.p.248

Angela.

D. Angela qualiter promiserit dotare, & D. Paulus in Albarano, de quo agitur. n.15.p.144

Annuus.

Annui redditus ex contractu debiti vnicam continent obligationem, quod limitatur. n.15.p.64

Annui redditus interdum continent multiplicem obligationem. n.16.ibid.

Annui redditus continentur appellatione stabilium. n.12.p.64.

Annui redditus quanto tempore præscribantur. n.13.ibid.

Annus.

Annus in Beneficio sufficit, si sit inceptus. n.86. p.212.

Antonius.

Antonij Merendæ *authoritas*, *lib.*11. *cap.*16.adducitur ad propositum. n.22.p.269

D. Antonius Merenda *lib.*19.*cap.*44. *tom.*4. adducitur ad rem. n.34.p.248

Appellatio.

Appellatio ad quem detur à sententia Iudicum nundinarum. n.9.p.111

Appellatio an detur, à iudicio sortis, & quando n.34. p.237

Appellatio datur à causis, tempore nundinarum decisis. n.16.p.109

Apoſtaſia.

Apoſtaſia non ſemper inducitur ex mutatione habitus. n.11.p.124
Apoſtaſia quæ requirat, vt ſit talis. n.9.ibid.

Apoſtata.

Apoſtata ad Religionem rediens bona quæſita tempore Apoſtaſiæ debentur Monaſterio. n.11.ibid.
Apoſtatæ à fide abjurant de vehementi. n.15.p.135
Apoſtata à fide metu praui incidens in Apoſtaſiam, an abjuret. n.16.ibid.
Apoſtatæ cui acquirant tempore Apoſtaſiæ. n.10. pag.74

Archiuium.

Archiuium Caſſinenſe quantam apud Rotam Romanam habeat authoritatem. n.3.p.60

Arctatus.

Arctatus ad Beneficium obtentum quando dicatur quis. n.49.p.109
Arctatus ad Beneficium Iuriſpatronatus habetur pro ſubdito. n.80.p.212
Arctati ad Beneficium receptum qui ſint. n.65.p.210
Arctati ad Beneficium recipiendum qui ſint. n.66. pag.211
Arctatus an dicatur reſignatarius Beneficij. n.67. ibidem. Vide *Beneficium.*

Argumentum.

Argumentum valet de matrimonio carnali ad ſpirituale. n.16.p.188
Argumentum à veriſimili validum in iure, & quando. n.17.p.120
Argumentum Patris de Comitibus adducitur pro negatiua. n.11.p.282
Argumentum ab abſurdo euitando validum eſt in iure noſtro. n.27.p.274

Arma.

Arma ad Infideles transferentes qualiter abiurent. n.26.p.136

Arreſtum.

Arreſtum 146. *Dom. Regentis de Marinis* affertur. n.74.p.103.

Aſſenſus.

Aſſenſus Apoſtolicus cur poſſit præcedere, & ſubſequi contractum. n.45.p.249
Aſſenſus an, & qualiter præſumatur per annos 30. n.6.pag.19
Aſſenſus an præſumatur, ſi ex actis conſtet oppoſitum. n.7.ibid.
Aſſenſus an præſumatur non habita ſcientia Papæ. n.8.p.20
Aſſenſum præſumi an ſit præſumptio iuris, & de iure, an iuris tantum. n.9.ibid.
Aſſenſus requiritur in conceſſione emphyteuſis. n.10.ibid.
Aſſenſus Proregis quid operetur in immunitate concedenda. n.18.p.99
Aſſenſus an requiratur in alienatione licita num.21. pag.21
Aſſenſus an requiratur in alienatione in euidentem. n.22.ibid.
Aſſenſus poteſt præcedere & ſubſequi. n.23.ibid.
Aſſenſus poteſt præcedere, & ſubſequi. n.30.p.334
Aſſenſus non requiritur in bonis difficilis recuperationis. n.55.p.23
Aſſenſus non requiritur datâ licentiam alienandi. num.53.ibid.
Aſſenſus Apoſtolicus an operetur recuperationem melioramentorum. num.41.pag.163
Aſſenſus an poſſit à Prorege præſtari mulieri exteræ Ciui Neapolitano nuptæ. num.59.pag.102
Aſſenſus Apoſtolicus ſupplet defectum ſolemnitatum. num.4.pag.19
Aſſenſu in pendenti, an poſſit pars reuocare alienationem. num.25.pag.21
Aſſenſus non adeſt, ſi contra eius formam fiat contractus. num.8.pag.160
Aſſenſus Apoſtolicus cuius expenſis ſit expediendus. num.8.pag.250

Aſſertio.

Aſſertio alicuius quando nocet alteri. num. 29. pag.10

Aſſertiua.

Aſſertiua diſpoſitionis declarat mentem diſponentis. num.30.pag.65

Aſſiſtentia.

Aſſiſtentia in ludo punibilis & qualiter. num.4. pag.33

Aſtrologi.

Aſtrologi Iudiciarij quando abjurent de leui. n.22. pag.136

Atrium.

Atrium Scholarum Ieſuitarum an ſit clauſura. n.42. pag.342

Augmentum.

Augmentum Canonis non facit nouam conceſſionem. num.13.pag.20

Aureus.

Aurei nomen quid veniat, & quid ſeſtertium. num.55.pag.221

Authenticum.

Authenticorum iure nullus bene natus efficitur ſeruus pœnæ. num.17.pag.46

Auus.

Auus Mater, & alij an ad correctionem percutere poſſint clericum in ſacris. num.30.pag.88

Aymon Crauetta.

Aymon Crauetta inſignis I. C. dicit tranſire ad hæredem. num.11.pag.50

B

Baldus.

BAldus *in cap. ex parte de Officio delegati* adducitur & explicatur. num.8.pag.13
Baldi *conſ.* 308. declaratur. num.16.pag.277

Bannitus.

Bannitus, an, & qualiter teſtari poſſit. num.22 pag.46

Barboſa.

Barboſæ locus *de Canonicis, cap.22. num.*18. num.35. pag.309

Baro.

Baro ſi delinquat in Baronia vbi conuenitur, & quid ſi ſit Neapolitanus. num.71.pag.103
Baro non poteſt auferre nundinarum iuriſdictionem. num.8.pag.111
Baro de quo in præſenti conſilio, quid poſſit facere. num.38.pag.316
Baro, vel Vniuerſitas poteſt aliquid accipere tempore mercati. num.3.pag.113
Barones qualiter ſint ſubditi, & vnus Baro delinquens in Terra alterius Baronis, an cognoſcatur ab eodem. num.28.pag.274
Barones dicuntur Regij Capitanei. num.23.p.200
Baro qualiter, & quo ſenſu dicatur cinis. num.47. pag.203
Baro qualiter puniatur, ſi abutatur priuilegio. n.23. pag.112
Barones an ſoluant bonatenentia. num.40.pag.101
Barones non poſſunt in vaſſallos præiudicium aliquod inferre. num.11.pag.111
Baronis nomen quid ſignificet, & quid nomen Regis. num.22.pag.174

Index

Barones, & Titulati Terrarum, an gaudeant foro Neapolitano. num.65.pag.103

Baronis etymologia qualis sit, & an hæc vox sit noua in iure. num.44.pag.177

Benedictinus.

Benedictinus vigore Regulæ potest habere peculium ad libitum Superioris amouibile. num.15. pag 71.

Benedictinos posse retinere liuellos est decisum per Tribunalia sæcularia, & S. Rotæ Romanæ. num.6.pag.62

Benedictinorum Ordine, ac Regulis plures aliæ viuunt Religiones. num.6.pag.60

Beneficium.

Beneficium quibus modis potest vacare, & qualiter. num.28.pag.93

Beneficium qualiter vacare debeat, vt conferatur. num.29.ibid.

Beneficium vacans per promotionem dicitur vacare de iure, & non de facto, & an possit prouideri. num.30.ibid.

Beneficium expensarum in generali renunciatione non venit. num.18.pag.302

Beneficia competentia correis, & fideiussoribus, quo iure sint introducta. num.19.pag.302

Beneficia fideiussorum, & correorum an possint renunciari. num.20.ibid.

Beneficium iuris patronatus, quo quis fuit priuatus, non potest ab Episcopo conferri suis familiaribus, vel affinibus, &c. num.36.pag.41

Beneficium impetrans cum dispensatione, debet mentionem facere de aliis dispensationibus. num.99.pag.213

Beneficium Ecclesiasticum, an possit conferri Laïco sola animi destinatione Clerico. num.82.p.212

Beneficium, de quo in præsenti posita retentione nunquam vacauit. num.35.pag.94

Beneficium licèt exiguum facit subditum ad effectum ordinandi. num.8.pag.207

Beneficium pertinens ad prouisionem alterius Episcopi, forum tribuit. num.9.ibid.

Beneficium iuris patronatus à quo recipiat perfectionem. num.14.pag.29

Beneficium per resignationem qualiter vacet. n.39. pag.31.

Beneficia per promotionem ad Episcopatum vacant ipso iure. num.2.pag.91

Beneficia vacant per promotionem, sed adepta possessione. num.3.ibid.

Beneficia per promotionem quibus iuribus dicantur vacare. num.4.ibid.

Beneficia non vocant per promotionem ad Episcopatum titularem. num.5.ibid.

Beneficia per promotum ad Episcopatum, renunciari debent apud Hispanos, & quibus. num.6.ibid.

Beneficiorum retentio data promoto, non operatur nouam prouisionem; sed impedit, ne vacent Beneficia. num.7.ibid.

Beneficiorum retentio quid operetur data Episcopo. n.8.ibid.

Beneficia promoti ad Episcopatum, priùs non erant reseruata. num.9.ibid.

Beneficij collatio facta Clerico valet in fraudem proprij Episcopi. num.45.pag.209

Beneficij collatio facta Laïco non valet in fraudem proprij Episcopi. num.46.ibid.

Beneficia plura quando non possit aliquis habere. num.13.pag.207

Beneficia plura Iurispatronatus an, & quando possit quis habere. num.14.ibid.

Beneficium primum congruum ad sustentationem habens non potest aliud habere. num.15.ibid.

Beneficia plura habens quando secundum vacet. num.16.ibid.

Beneficia duo vniformia sub eodem tecto habere quis non potest. num.17.ibid.

Beneficia quando dicantur conformia, & sub eodem tecto. num.18.ibid.

Beneficia difformia, quæ sint. num.19.ibid.

Beneficium congruum ad sustentationem, quando dicatur. num.20.pag.208

Beneficium congruum quandonam sit, Iudicis arbitrio remittitur. num.21.ibid.

Beneficia duo obtinens insufficientia; an possit obtinere tertium. num.22.ibid.

Beneficia Regularia in titulum concedi debent Regularibus. num.69.pag.211

Beneficia Regularia conferri possunt Nouitiis. num.74.ibid

Beneficia Regularia solita concedi professis, possunt conferri Nouitiis. num.75.ibid.

Beneficia Regularia possunt conferri secularibus in subsidium. num.76.ibid.

Beneficia Regularia quibus danda sint ex Tridentino, & Regulares Canonici ad quæ Beneficia admittantur. num.77.ibid.

Beneficium expensarum correis competens, quodnam dicatur. num.14.pag.302

Beneficium correis competens, de quo in præsenti commendatur, & practicatur. num.15.ibid.

Beneficia Abbatis an vacent per Abbatiam assumptam. num.39.pag.95

Beneficia nullo modo vacant per retentionem concessam. num.40.ibid.

Beneficiorum retentio à promoto obtinetur per supplicationem. num.41.ibid.

Beneficia promoti in partibus infidelium, non vacant & quare. num.42.ibid.

Beneficia promoti non vacant, si non potuit obtineri possessio. num.43.ibid.

Beneficia promoti possent conferri nulla exp. ctata sententia declaratoria, nisi esset retentio. num.57. pag.94.

Beneficiatus debet esse ætatis annorum 14. num.85. pag.212

Beneficia vacantia per renunciationem coram Ordinario, an possint dari consanguineis, vel affinibus Episcopi. num.38.pag.41

Beneficia Promoti vacant ante adeptam possessionem ad effectum ne possint renunciari. num.15. pag.92

Beneficia plura habens, poterit in vnoquoque ordinari. num.11.pag.207

Beneficia translati de vno ad alium Episcopatum quando vacent. num.17.pag.92

Beneficiatus in vita qualiter æquiparetur vsufructuario. num.35.pag.190

Beneficia Promoti vacant, quatuor concurrentibus, & quæ sint. num.23.pag.93

Beneficiorum promoti collatio quando est facienda. num.24.pag.93

Beneficiatus an possit cogi ad assensum præstandum. num.14.pag.20

Beneficia iuris patronatus laicalis non cadunt sub reseruatione mensium. num.26.pag.40

Beneficia Promoti si postea in partibus moriatur, an sint Pontifici reseruata. num.21.pag.92

Beneficiorum vacatio daretur, nisi retentio promoto concederetu. num.11.ibid.

Beneficia promoti dicuntur vacare per obitum. num.12.ibid.

Beneficium non potens habere in titulum, poterit habere in commendam. num.49.pag.96

Beneficij collatio facta Laico non valet, etiam si

si statim fiat Clericus. num.41.pag.209

Beneplacitum.

Beneplacitum Apostolicum in rebus Ecclesiæ potest præcedere, & subsequi alienationem. n.44. pag.240.

Blasphemi.

Blasphemi consuetudinarij quando abiurant. n.28. pag.136

Bona.

Bona alienata per vnum ex sociis imputantur in illius portionem. num.14.pag.234

Bona dicens esse vnius qualitatis cum non sint sibi non præiudicat. num.30.pag.236

Bona fides excluditur per protestationes factas contra eum, qui bonam fidem allegat. n.14.p.323

Bonatenentia.

Bonatenentia à quibus soluitur. num.39.pag.101

Bordonus.

Bordoni locus adducentis ad materiam de qua hic concludens totum quod diximus. num.17.p.231

D.Bordoni *decis.* 411. ad propositum adducitur. num.22.ibid.

Bulla.

Bulla Sixti V. quæ incipit cum sacrosancta refertur. num.2. pag.58

Bulla Sixti V. requirit declaratoriam iudicis. num.3. ibidem.

Bulla Sixti V. quoad aliqua est derogata. num.4. ibidem.

Bulla Sixti V. non procedit quoad familiares Papæ, neque quoad pensiones non valentes sexaginta ducatos, de Camera. num.5.ibid.

Bulla Sixti V. non procedit quando ob causam, Clericus non defert habitum. num.6.ibid.

Bulla Sixti V. requirit citationem Beneficiarij, vel Pensionarij. num.7.ibid.

Bulla Pij IV. id prohibens de quo num. antecedenti an procedat in Beneficiis de iure patronatus. num.37.pag.41

Bulla Pij V. cogens Conuentuales ad obseruantiam apud Hispanos, cur facta fuerit. num.21. pag.72

Bulla Pij V. qualem facultatem concesserit constituendi Rotarium. num.9.pag.330

Bulla Pij V. 58. de qua num. antecedenti, an comprehendat Beneficia iuris patronatus. num.39. pag.41

Bulla Reuerendissimi Patris Generalis, qualis fuit, explicatur. num.5.ibid.

Bullæ Pontificiæ plura possunt recipere impedimenta. num.4.pag.184

C

Calx.

CAlcibus percutere clericum in Platea est leuiter percutere. num.38.pag.89

Camera.

Camera Apostolica succedit Episcopo, & sic soluere tenetur eius debita. num.3.pag.216

Camera Apostolica succedens in fructibus, soluit expensas necessarias Prælati. num.4.ibid.

Camera succedens Episcopo tenetur ad eleemosynas, quas tenebatur facere Episcopus. num.5. ibidem.

Camera Apostolica soluit debita necessaria Prælati. num.8.pag.216

Camillus Borrellius.

Camilli Borrelli authoritas adducitur ad hoc, de conniuentia Superiorum. num.21.pag.114

Cancellaria.

Cancellaria Apostolica quid obseruet cum Beneficiis promoti ad Episcopatum. num.10.pag.91

Canon.

Canones prohibentes proprium Monachis qualiter procedant. num.2.pag.66

Canonicus.

Canonicus an possit alteri condonare distributiones amissas. num.148.pag.318

Canonicos posse abesse per tres menses à Capitulo. num.149.ibid.

Canonicus absens per tres menses quando lucretur distributiones. num.150.ibid.

Canonicus qui accepit possessionem in medio anni, non habet tres menses absentiæ. num.151.ibid.

Canonicus, qui toto ferè anno abest à choro, an possit tres menses accipere. num.152.ibid.

Canonicus qui malè vtitur tribus mensibus, an teneatur restituere. num.153.pag.319

Canonicus, vt absit per tres menses, non requiritur licentia Ordinarij. num.154.ibid.

Canonicus vltra trimestrem non poterit abesse etiam cum licentia Episcopi. num.155.ibid.

Canonicus simul abesse eodem tempore non permittitur. num.156.ibid.

Canonicus prohibere potest Episcopus ne absint in festiuitatibus solemnioribus. num.157.ibid.

Canonicus Pœnitentiarius tenetur in Paschate, Natali, &c. assistere. num.58.ibid.

Canonicus factus in medio anni, an possit abesse pro vtroque per sex menses. num.159.ibid.

Canonicus factus in medio anni poterit abesse per annum cum dimidio. num.160.ibid.

Canonicus datus in obsidem lucratur distributiones quotidianas. num.161.ibid.

Canonicus absens ex legitima causa lucratur distributiones quotidianas, candelas, &c. n.162.ibid.

Canonicus absens, quando manuales eleemosynas lucratur. num.163.ibid.

Canonici procuratores Capituli recipientes mercedem, non lucrantur distributiones. num.164. ibidem.

Canonicus Procuratores Capituli, mediante salario non lucratur distributiones. num.165.ibid.

Canonicus pro vtilitate Ecclesiæ absens lucratur distributiones, nisi habeat salarium. num.166. ibidem.

Canonici absentes in seruitio Cardinalis Legati non lucrantur distributiones. num.167.ibid.

Canonicus absens pro alienis negotiis, quid lucretur. num.168.pag.320

Canonicus Præfectus Sacristiæ, quid lucretur. num.169.ibid.

Canonicus computa videns, dum horæ Canonicæ recitantur, lucratur distributiones, nisi mediante salario id fiat. num.170.ibid.

Canonicus in prima dignitate non potest à choro abesse, etiam pro seruitio Episcopi. num.171. ibidem.

Canonicus missus ad vtilitatem propriæ Ecclesiæ gaudet distributionibus. num.74.pag.312

Canonicus pro vtilitate alterius Ecclesiæ non potest abesse. num.75.pag.313

Canonicus absens in vtilitatem Ecclesiæ vniuersitatis gaudet distributionibus. num.76.ibid.

Canonicus absentes ob euidentem Ecclesiæ vtilitatem fruitur distribution ionibus. num.77.ibid.

Canonicus absens ob dubiam vtilitatem fructibus & præbenda gaudere debet. num.78.ibid.

Canonicus ob leuem causam fructus, & distributiones amittit. num.79.ibid.

Canonicus missus ab Episcopo ad limina lucratur distributiones, idem si mittatur à Capitulo. n.80. ibidem.

Canonicus cum Episcopo ad limina absens gaudet distributionibus secus si à non proprio Episcopo. num.81.ibid.
Canonicus Theologus non potest abesse, si alterum substituat. num.62.pag.311
Canonicus legens in aliqua vniuersitate fructus suos facit, etiam si legat jus Ciuile publicè. num.63.pag.312
Canonici assistentes Episcopo solemnitate celebrantes, gaudent distributionibus. num.96. pag.314
Canonicus inseruiens Legato Papæ, an gaudeat. num.97.ibid.
Canonicus inseruiens Regi, vel Supremo Principi, an gaudeat distributionibus. num.98.ibid.
Canonicus à Principe seculari eiectus à Ciuitate lucratur distributiones. num.99.pag.315
Canonicus infirmus graui infirmitate percipit distributiones. num.100.ibid.
Leuis infirmitas non excusat. num.101.ibid.
Causata infirmitas data opera etiam excusat. num.102.ibid.
Canonicus infirmus habetur pro præsente in choro, quando sanus ire solebat ad chorum. n.103. ibidem.
Canonicus ire solens ad primam tantum, ab ea excusatur infirmus. num.104.ibid.
Infirmus mutans propositum eundi, an gaudeat &c. num.105.ibid.
Canonicus infirmus extra suam residentiam, an lucretur distributiones. num.106.ibid.
Canonicus accedens ad Balnea gaudet distributionibus quotidianis. num.107.pag.316
Canonicus aërem reassumens post cantum, illas lucratur. num.108.ibid.
Canonicus valetudinarius è domo non egrediens lucratur easdem. num.109.ibid.
Canonicus ad hospitem recipiendum, vel barbam radendam gaudet distributionibus, licet aliàs posset facere. num.110.ibid.
Canonicus ob podagram excusatur à choro, & lucratur distributiones. num.111.ibid.
Canonicus si ob debilitatem crurium non potest ire ad Ecclesiam excusatur. num.112.ibid.
Canonicus octuagenarius excusatur à choro.n.113. ibidem.
Senio confectus quando dicatur. num.114. pap.316
Canonicus ob seruitium quadraginta annorum à choro, an excusatur. num.115.ibid.
Canonici à quibus oneribus fiant exempti ob longissimum seruitium. num.116.ibid.
Canonicus si sit Auditor Rotæ Romanæ lucratur distributiones quotidianas num.50.pag.311
Canonicus Capellanus Papæ fructus solum lucratur, non distributiones, nisi aliud ex conuentione promissum sit. num.51.ibid.
Canonici Ministri S. Officij lucrantur distributiones. num.52.ibid.
Canonici Collectores, vel subcollectores gaudent distributionibus. num.53.ibid.
Canonicus pœnitentiarius lucratur distributiones, dum audit Confessiones in Ecclesiam. num.54. ibidem.
Et id procedit etiam dum stat in Confessionario expectando pœnitentes. num.55.ibid.
Canonicus visitans iura Ecclesiæ gaudebit distributionibus quotidianis. num.87.pag.313
Canonicus occupatus ad computa videnda gaudet distributionibus quotidianis. num.88.pag.314
Canonicus non lucratur distributiones, si confiteatur tempore recitationis. num.89.ibid.
Etiam si celebret, vt satisfiat oneri Capellaniæ. num.90.ibid.
Canonicus habens curam animarum si tempore Officij illam exercet gaudet distributionibus. num.91.ibid.
Canonici examinatores Confessorum fructus lucrantur, sed non distributiones. numero 92. ibidem.
Canonicus destinatus ab Episcopo ad Hospitalia visitanda gaudet distributionibus quotidianis. num.93.ibid.
Canonicus in seruitio Episcopi fructus suos facit, sed non distributiones. num.94.ibid.
Quod limitatur dupliciter. num.95.ibid.
Canonicus Cœcus an excusetur à choro, & quid de Surdo. num.119.pag.316
Canonicus Raucus gaudet distributionibus quotidianis. num.120.ibid.
Canonicus non totaliter surdus tenetur ad chorum. num.121.ibid.
Canonicus absens ob corporalem necessitatem gaudet distributionibus. num.122.ibid.
Canonicus impeditus ire ad Ecclesiam, gaudet distributionibus quotidianis. num.123.ibid.
Canonicus iniustè carceratus, vel exiliatus lucratur distributiones. num.124.ibid.
Canonicus iustè carceratus non lucratur distributiones. num.125.ibid.
Canonicus crimine non probato retentus in carcere habet distributiones. num.126.ibid.
Canonicus iustè excommunicatus non habet distributiones. num.127.pag.317
Canonicus primæ dignitatis abesse non debet, & qualiter. num.172.pag.320
Canonicorum decentia in choro qualiter laudanda. num.173.ibid.
Canonicus chori Magister, quid facere debeat, & an peccet non corrigendo, & an teneatur ad restitutionem si alius accipiat distributiones non debitas. num.174.ibid.
Canonicus silentiarius, & punctor quid agat in choro. num.175.ibid.
Canonicus à choro exiens, dum diuina celebrantur, quid agere debet. num.176.ibid.
Canonicus exiens à choro qualiter, & à quo licentiam petat. num.177.ibid.
Canonicus iustâ causâ deferens. p.m. & an teneatur ad restitutionem. num.178.ibid.
Canoicus punctator, qualiter eligendus.num.179. pag.321.
Canonicus organista an lucretur distibutiones dum organum canit. num.180.ibid.
Canonico capitali & Collegiatæ eam intrante pulsantur organa. num.181.ibid.
Canonicus Collegiatæ electus in dignitate vacante Cathedralis, an lucretur distributiones Collegiatæ suæ. num.182.ibid.
Canonicus Vicarius Capituli reputatur præsens, & lucratur distributiones quotidianas. num.183. ibidem.
Canonicus, qui alteri confitetur, an habeat ius præferens ad distributiones quotidianas.n.184. ibidem.
Canonicus suspensus à Beneficio, an lucretur fructus suos. num.135.pag.317
Canonicus suspensus priuatur distributionibus; sed non alimentis. num.136.ibid.
Canonicus suspensus ob contumaciam habere non debet alimenta. num.137.ibid.
Canonicus interdictus ab ingressu Ecclesiæ, an lucretur distributiones. num.138.ibid.
Canonicus tempore cessationis à diuinis; an lucretur

cretur distributiones. num. 139. ibid.
Canonicus depositus, vel degradatus verbaliter, non habet distributiones, & quid de alimentis. num. 140. ibid.
Canonicus depositus, vel realiter degradatus qualiter sit tractandus. num. 141. ibid.
Canonicus missus ad Concilium generale, vel Prouinciale percipit distributiones. num. 83. p. 313
Canonicus missus, vt legatus ad Papam, vel alium Principem gaudet distributionibus. num. 84. ibid.
Canonicus, seu Capitularis Vicarius, dum, Sede Episcopali vacante, abest, lucratur distributiones. num. 85. ibid.
Canonicus si fame pereat in excommunicatione, non est alendus. num. 129. pag. 317
Canonicus iniustè excommunicatus, est alimentandus. num. 130. ibid.
Canonico, cui iustè denegatur absolutio denegabuntur alimenta. num. 131 ibid.
Canonicus excommunicatus iustè, an possit interesse diuinis. num. 132. ibid.
Canonicus excommunicatus an ex ex consuetudine lucretur distributiones. num. 133. ibid.
Canonicus suspensus ob Officio non lucratur distributiones. num. 134. ibid.
Canonicus qui obtulit se paratum obedire præceptis, & mandatis ob quorum non paritionem relaxatum fuit interdictum, non est sub illo comprehensus. num. 1. pag 322
Canonicis impeditus facto Capituli, ne diuinis interesset, reputari debet tanquam præsens ad effectum lucrandi fructus Canonicatus, & distributiones quotidianas. num. 2. ibid.
Canonicus nanscicitur verum Dominium distributionum quotidianarum. num. 6. ibid.
Canonicus potest ad suum libitum disponere de distributionibus quotidianis. num. 7. ibid.
Canonicus transmittit ad hæredes distributiones quotidianas, etiam ante mortem non exactas. num. 9. ibid.
Canonici multis ex causis possunt distributiones quotidianas non consequi. num. 17. pag. 325
Canonicis inseruientibus accrescunt distributiones aliorum, qui non inseruiunt, tanquam maior merces debita ratione maioris laboris. n. 26. pag. 323
Canonicus potest pernoctare extra Diœcesim dum modo ad horas se conferat. num. 25. pag. 309
Canonicus, vel Parœcus legens facit fructus suos, si legat in aliquo studio vtiliter. num. 65. pag. 312
Canonicus legens in studio vtiliter fructus suos facit, etiamsi gratis legat. num. 66. pag. 312
Canonicus studens lucratur fructus, & nos distributiones. num. 67. ibid.
Canonicus studens Theologiam, vel ius Canonicum lucratur fructus qui de studente ius ciuile. num. 68. ibid.
Canonicus studens, vt fructus lucretur pro maiori parte animi debet esse in vniuersitate. n. 69. ibidem.
Canonicus ad studium debet habere licentiam ab ordinario. num. 70. ibid.
Canonicus Pœnitentiarius præsumitur præsens, dum Litaniæ cantantur in choro, vel per Ecclesiam, aut per Vrbem. num. 57. pag. 311
Canonico Pœnitentiario subrogatus gaudet priuilegio subrogati. num. 58. ibid.
Canonicus habens præbendam Theologalem gaudet distributionibus, dum legit, &c. num. 59. ibidem.
Canonicus præbendatus Theologatus, si non est præsens ad matutinum facta Concione, an lucretur distributiones. num. 60. ibid.
Canonici scientes non posse percipere distributiones quotidianas nolunt Ecclesiæ in diuinis seruire. num. 39. pag. 326

Canonista.

Canonistarum sententia approbat Beneficium de quo in præsenti. num. 16. pag. 302
Canonis Priuilegium quod competebat militibus ordinum alicubi est præscriptum. num. 30. p. 296
Cap. si cui nulla de præbendis in 6. enucleatur. n. 3. pap. 262

Capitulum.

Capitulum mortuo Vicario, Episcopo tamen absente in remotis, constituere potest Vicarium. num. 2. pag. 118
Capitulum excusatur à solutione distributorum quotidianarum, quæ iam fuerunt bona fide inter alios repartitæ. num. 13. pag. 323
Capitulum Sede vacante, vbi non fit spolium fructuum pendentium soluit debita Episcopi. n. 2. pag. 215
Capitulum Ecclesiæ Cathedralis confert dimissorias Episcopo existente hæretico. num. 58. pag. 210
Capitulum danegat distributiones Canonico excommunicato. num. 128. pag. 317
Capituli auctoritas transit in Vicarium capitularem, non tamen in illis, quæ requirunt speciale mandatum. num. 22. pag. 120
Capitulum poterit limitare Iurisdictionem Vicario, quem constituit, & restringere sibi numerum octo dierum. num. 23. pag. 120
Capitulum remouere non potest Vicarium semel electum sine causa. num. 24. ibid.
Capitulum purgare non poterit moram post octo dies etiam re integra. num. 25. pag. 121

Cappellania.

In Cappellaniis si vocentur consanguinei, & duo concurrant, quorum alter est priùs Sacerdos, alter vero deinde efficitur, vter præferatur. num. 16. pag. 170
In Cappellaniis, cæteriſque beneficiis si vocentur proximiores de familia, an intelligantur proximiores testatoris, vel vltimi Cappellani possessoris. num. 17. pag. 171. & 172

Casale.

Casalia tenentur ad onera Ciuitati imposita. n. 15. pag. 258
Casalia veniunt appellatione Ciuitatis in testamentis, & legatis. num. 8. pag. 257
Casalia quando teneantur contribuere ad onera Ciuitatis. num. 20. pag. 259
Casalia, & Ciuitas à quo separari debeant quoad quoad iurisdictionem. num. 21. ibid.
Casalia Casandrini Frattæ Maioris, & Neuani sunt, casalia in temporalibus ciuitatis Neapolitanæ, in spiritualibus Ciuitatis Auersæ. num. 1. pag. 197
Casalium homines cuius sint ciues. num. 2. ibid.
Casalia veniunt appellatione ciuitatis in testamentis legatis, &c. num. 3. ibid. & pag. 198
Casalia ciuitatis Auersa fuerunt coacta per ciuitatem ad contribuendum. num. 16. pag. 199
Casasia contribuunt ad onera ciuitatis, & quando. num. 18. ibid.

Castro Palao.

Castro Pal. locus *tom. 2. dis. 3. p. 8. n. 8.* adducitur num. 37. pag. 310.

Casus.

Casus proponitur qui dedit causam scribendi. num. 2. pag. 104

Catastrum.

Catastrum qualiter fiat in Regno. num. 44. p. 101

Cauſa.

Cauſa ſcribendi, & titulum de Nundinis enucleandi, quæ fuit in auctore. num.1.pag.104
Cauſa commutandi quæ ſit in vltimis voluntatibus. num.18.pag.182
Cauſæ nundinarum eis finitis vbi agitantur. n.17. pag.109
Cauſa huius litis ſumpta fuit à Parœco, & quare. num.6.pag.330
Cauſæ faciendi mercatum in die feſto, quæ ſint. num.5.pag.116
Cauſa iuſta commutandi quæ ſit, & qualis. num.21. pag.183
Cauſæ libertatis ab omnibus, & ſingulis poſſunt impugnari. num.26.pag.175
Cauſa naturali, & accidentali concurrente, quænam ex opinione teſtatoris præferatur? num.12. pag.170
Cauſa finali ceſſante ceſſat diſpoſitio. num.4.p.335
Cauſæ, vbi de libertate agitur, quantum fauorabiles ſint. num.24.pag.175
Cauſa, vbi agitur de intereſſe publico poteſt etiam ab eo qui non habet intereſſe proponi. num.28. ibidem.

Cautela.

Cautela remittendi ad conſcientiam ſuam abſolutum eſt inutilis, & nulla. num.29.pag.185

Cenſus.

Cenſus qualiter poſſit indiuiduum dici, & quo capite. num.9.pag.268
Cenſus an poſſit redimi per partes Domino inuito. num.10.ibid.
Cenſus an & quando poſſit alienari. num.46.p.22
Cenſus quando poſſunt Calari, &c. num.47.p.23
Cenſus redimi poteſt pro parte, quando non nocet creditori. num.25.pag.270
Cenſus redimi non poteſt pro parte ſi ſociis Communitatis debeatur. num.26.ibid.
Cenſus à pluribus emptoribus pro parte redimitur per debitorem. num.27.ibid.
Cenſus factus: & conſtitutus à duobus, vno tantum ſupponente corpus valet. num.2.p.78
Cenſus impoſitio inualida qualiter conualidetur. num.8.pag.79
Cenſus nulliter conſtitutus, perceptione fructus an conualidetur. num.9.ibid.
Cenſum qualiter teneantur poſſeſſores ſoluere. num.30.pag.270

Ceſſibile.

Ceſſibile eſt tranſmiſſibile, & quid è contra. n.19. pag.51

Ceſſio.

Ceſſio bonorum non datur pro debitis nundinarum. num.10.pag.108

Citatio.

Citatio Baronis ad domum vbi poſſit fieri. num.24. pag.200

Ciuis, Ciuilitas.

Ciuis caſalium habent habent omnia commoda Ciuitatis. num.10.pag.258
Idem procedit etiam in contractibus. num.11. ibidem.
Idem in legibus, & ſtatutis. num.12.ibid.
Idem in pœnalibus. num.13.ibid.
Ciues non poſſunt exercere officia in ſuis ciuitatibus, nec illi de caſalibus. num.19.pag.199
Ciues pro contractibus alibi geſtis vbi conueniantur. num.25.pag.200
Ciues ex priuilegio gaudent omnibus loci priuilegiis. num.26.pag.260
Ciues vbi numerentur. num.47.pag.101
Ciuilitas quibus modis acquiratur. num.55.p.102
Ciuis propriè, quid ſit. num.31.pag.175
Ciuis ex priuilegio an, & quando gaudeat, vti Ciuis ex natiuitate. num.28.pag.260

Ciuitas.

Ciuitas ſub ſua iuriſdictione continet pagos, & villas. num.2.pag.257
Ciuitas qualis locus ſit. num.4.ibid.
Ciuitatis appellatione in materia fauorabili veniunt ſuburbia, & caſalia. num.5.ibid.
Ciuitas conſeruat indemnes obligatos ſui fauore. num.22.pag.9
Ciuitas qualiter inducatur; & Baro eſt primus ciuis per allectionem. num.22.pag.200
Ciuitatis appellatione an veniant ſuburbia, & qualiter. num.11.pag.331
Ciuitatis Scalenſis factum adducitur, & ponderatur. num.12.ibid.
Ciuitas multis modis ſumitur. num.5.p.198

Clauſula.

Clauſula *nonobſtantibus quibuſcunque*, &c. quem effectum operatur. num.26.pag.333

Clauſura.

Clauſura remanet licet Monachi Monaſterium deſerant cum animo redeundi. num.21.pag.341
Clauſuram non perdit Monaſterium ex licito egreſſa. num.22.ibid.
Clauſura de quo iure ſit. num.11.pag.340
Clauſura, clauſtrum, & ſepta, an idem ſint? num.2. pag.339
Clauſura vnde incipiat & vbi terminetur. num.3. ibidem.
Clauſura ſtat ſub Iudice Prælati Religioſi. num.4. ibidem.
Clauſuræ cauſa quæ ſeruari debeant. num.5.ibid.
Clauſuræ violatio requirit pro pœna declarationem. num.31.pag.342
Clauſura pluribus modis violatur. num.32.ibid.
Clauſuram egredi quibus ex cauſis liceat. num.17. pag.340
Clauſuram exire pro parentibus ſubueniendis licebat antiquitus. num.18.ibid.
Clauſura dependet à determinatione Superioris. num.43.pag.342
Clauſura ſemel poſita poterit reuocari. num.44. ibidem.
Clauſuram violantes bona fide nullam pœnam incurrunt. num.27.pag.341
Clauſuram violantes à quibus abſolui debeant. num.24.ibid.

Clericus.

Clericus recipiens penſionem, vel Beneficium cum animo manendi in ſtatu laicali, & non aſcendendi ad ſacros, an peccet mortaliter. num.10. pag.58
Clericus recipiens Beneficium, &c. cum intentione manendi ad ſæculum, an teneatur fructus reſtituere. num.11.pag.59
Clericus ſi fiat Parœcus cum intentione non recipiendi Sacerdotium, P. M. & tenetur ad fructus etiam ante iudicis ſententiam. num.12.ibid.
Fallit ſi à principio habeat voluntatem & poſtea mutet. num.13.ibid.
Clericus recipiens Beneficium Curatum cum intentione conditionali, non tenetur reſtituere. n.14. ibidem.
Fallit in recipiente cum animo dubio. n.15.ibid.
Clerici ſunt pars populi, & gaudent cum aliis popularibus. num.26.pag.200
Clericum ſex genera perſonarum ad correctionem percutere poſſunt, & quæ ſint. num.2.p.85
Clerici non ſunt ciues per allectionem, ſed iure natiuitatis. num.48.pag.204

Clerici tenentur ad excubias, & vigilias ciuitatis. num. 27. pag. 200
Clerici qualiter laicis subiiciantur, & quoad quæ. num. 28. ibid.
Clericorum curia quæ sit, & qualiter. num. 29. pap. 201
Clerici dicuntur de districtu vniuersitatis. num. 30. ibidem.
Clerici quo sensu non dicantur sub iurisdictione Principis Secularis. num. 31 ibid.
Clerici secundum aliquos sunt Vassalli Principum sæcularium; sed melius alij dicunt, quod sunt sub protectione Regis. num. 41. pag. 177
Clerici, & Ecclesiastici quoad temporalia subiiciuntur laicis quoad gubernationem politicam. num. 42. ibid.
Clerici contribuere tenentur ad ea ad quæ impellit necessitas. num. 43. ibid.
Clerici seniores possunt ad correctionem percutere iuniores clericos. num. 8. pag. 85
Clerici an teneantur seruare leges politicas laicorum. num. 38. pag. 176
Clericus, & laicus conuenti, vt hæredes coram quo sint conueniendi. num. 35. pag. 202
Clericus minor annorum 14. quando possit præsentari. num. 91. pag. 212
Clericus allegans Iudicem vt suspectum in tribunalibus laicis, tenetur facere depositum. n. 35. pag. 176
Clerici sunt ciues Principis temporalis in fauorabilibus. num. 21. pag. 200
Clericus qui habet actionem ad Beneficium dicitur secundùm aliquos Beneficiatus. num. 83. pag. 212
Clericus habens Patrimonium, vel pensionem potest promoueri pro necessitate, vel commoditate Ecclesiæ. num. 59. pag. 210
Clericus recipiens ordinem ab vno Episcopo, an possit variare, & alios recipere ab alio. num. 36. pag. 208
Clerici casalium quando Franchitias non habent. num. 52. pag. 204
Clerici manuteneri debent in suis Franchitiis. num. 45. pag. 203
Clerici tenentur contribuere pro impensis studij. num. 54. pag. 179
Clerici, vel Monachi soluunt bonatenentia. n. 41. pag. 101
Clericus coniugatus soluit fiscalia, & quid vxore mortua. num. 42. ibid.
Clericus coniugatus non est capax Beneficij. n. 42. pag. 209
Clerici considerantur tanquam ciues Principis laicis in fauorabilibus. num. 38. pag. 202
Clericus excommunicatus vitandus, & alij turbantes Officia diuina expelli possunt. num. 5. pag. 85
Clericus condemnatus ad perpetuos carceres potest iure canonico testari. num. 15. pag. 46
Clerici an contribuere teneantur ad Demanium. num. 19. pag. 174
Clericatus quomodo probetur. num. 44. pag. 209
Clericus ad sacros ordines petens promoueri, quid agendum, Episcopo nolente. num. 102. p. 213
Clerici sunt Ciues Vniuersitatis, & non subditi. num. 29. pag. 175
Clericis dissentientibus in parlamento Vniuesitatis non concluditur. num. 30. ibid.
Clerici tenentur domino terræ indigenti subuenire. num. 50. pag. 178
Clerici, & personæ Ecclesiasticæ quando teneantur ad donatiuum contribuere domino Regi. num. 51. ibid.
Clerici contribuere debent pro reparationibus, aliisque publicis vtilitatibus. num. 52. ibid.
Clerici non tenentur contribuere pro primo ingressu Regis ad Ciuitatem. num. 56. pag. 179
Clerici in casibus, in quibus contribuere tenentur ab Ecclesiastico Iudice compelluntur, deficientibus bonis laicorum. num. 57. pag. 180
Clerici non contribuunt pro medico, & ludimagistro, nisi in defectum laicorum. num. 58. ibid.

Clientulus.

Clientulus pro salario sortitur forum vbi causa erat. num. 58. pag. 221

Collecta.

Collectarum onus quando bonatenentia dicatur. num. 43. pag. 101
Collectas soluunt incolæ pro debitis Vniuersitatis. num. 23. pag. 10

Commenda.

Commenda cur ita dicta, & quotuplex sit? n. 50. pag. 96
Commendæ Militares non sunt beneficia Ecclesiastica, neque materia Simoniæ. num. 45 pag. 297

Commissarius, Commissio.

Commissarij qui fuerint, & quis procurator ad concedendum in emphyteusim. num. 6. p. 159
Commissariorum Apostolicorum decretum qualiter processerit. num. 3. ibid.
Commissariorum confirmatio contra formam rescripti, nullius est momenti, & an præsumatur lapsu temporis. num. 16. pag. 162
Commissiones, si in euidentem, quibus fiant. n. 9. pag. 160
Commissarij si in euidentem, sunt veri Iudices. num. 10. pag. 160
Commissarij si in euidentem quid facere debeant, si Papa committat, vt extraiudicialiter se informent. num. 11. ibid.
Commissarij si in euidentem, an possint subdelegare. num. 12. ibid.
Commissarij si in euidentem, an possint cognoscere de subreptione Breuis. num. 13. ibid.
In commissionibus, siue Delegationibus, dispensationibus, aliisque rescriptis gratiæ res quando dicatur integra, vel desinat esse integra? num. 40. pag. 265

Comœdia.

Comœdias audire Regulares, est peccatum mortale. num. 9. pag. 34

Commune.

Communia possidentes in qualibet cespite habent partes. num 12. pag. 234

Commutatio.

Commutatio vltimæ voluntatis, nondum exequutæ, faciliùs fit, quam si esset, exequuta. n. 9. pag. 182

Comparens.

Comparentes spontaneè in S. Officio qualiter abiurent. num. 54. pag. 150
Comparentes spontaneè in S. Officio puniuntur pœnitentiis salutaribus. num. 55. ibid.
Comparentes spontaneè an possint puniri pœna pecuniaria. num. 56. ibid.

Componenda.

Componenda soluitur datariæ de stilo, vbi pensio imponitur super quotidianis distributionibus. num. 29. & 31. pag. 325
Componenda non soluebatur pro pensionibus, tempore Leonis X. num 32. pag. 326

Concepta.

Concepta Neapoli gaudet omnibus priuilegiis variandi. num. 29. pag. 260

Condemnatio.

Condemnatio, de qua in præsenti causa est, ambigua, & declaranda. num.57.p.251

Condemnatus.

Condemnatus ad mortem quicquid sit de iure, de consuetudine tamen testamentum facit.num.24. pag.47

Condemnatus ad mortem testari potest ad pias causas, contra nonnullos contrarium sentientes. num.35.pag.48

Condemnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem iure digestorum testamentum facere nequit. num.2.pag.44

Conditio.

Conditio, vt bona Ecclesiæ alienentur non est turpis, nec reiicienda contra Bonacinam. num.4. pag.229

Conditio non præsumitur, & sic purum potius, quàm conditionale præsumitur legatum. n.18. pag.148

Cõditio posita in dispositione facit legatum conditionale, non in exequutione. num.19.pag.149

Conditio per illa verba, *si petierit*, quando inducitur. num.20.ibid.

Conditionum repetitio non datur, nisi per verba expressa. num.29.pag.152

Conductor.

Conductor nouus expellit primum Neapolitani in prædiis vrbanis. num.3.pag.128

Conductor primus præfertur secundo in prædiis fiscalibus. num.4.ibid.

Conductor non habet prælationem in prædiis vrbanis. num.5.ibid.

Conductor in prædiis rusticis præfertur secundo Conductori. num.6.ibid.

Conductor de quo præsenti renunciauit prælationi. num.10.pag.128

Conductor ad euitandam solutionem Regularibus non potest opponere de non interuentu consensus Capituli. num.13.pag.129

Conductor in prædiis Ecclesiæ non præfertur secundo. num.7.pag.128

Confessarius, Confessio, Confessus.

Confessarius Monialium est eorum ordinarius, & Parœcus. num.70.pag.344

Confessio facta laico putato Sacerdoti communiter non valet. num.37.pag.16

Confessio facta Sacerdoti approbato sed licentia reuocata, & ignorata valet. num.38.ibid.

Confessio debiti facta à decocto non præiudicat. num.2.pag.165

Confessio spontanea nihil probat non existente delicto in genere. num.8.pag.83

Confessio iudicialis spontanea an ratificanda. n.3. pag.81

Confessarij sollicitantes in confessionibus qualiter abiurent. num.30.pag.136

Confessio dotis receptæ, si capitula præcesserint, quando noceat creditoribus. num.8.pag.166

Confessio extraiudicialis qualiter probanda. n.10. pag. 81

Confessus sponte mitiùs puniendus. num.4.ibid.

Confessus mitiùs punitur, & quando. num.7.ibid.

Confiscatio.

Confiscatio bonorum, quibus in casibus permittatur. num.14.pag.46

Confraternitas.

Confraternitatum bona qualiter alienentur. n.49. pag.23

Congrua.

Congrua qualiter seruanda dum imponitur pensio. num 62.pag.221

Congrua debetur quando pensio imponitur cum clausula (Dummodo, &c.) num.63.pag.222

Congruam non adesse qui teneatur probare posita clausula. num.64.ibid.

Congrua non debetur posita clausula etiamsi non remaneant mille pro Episcopis. num.65.ibid.

Congrua, an debeatur posita tacita clausula,etiamsi, &c. num.66.ibid.

Congrua an debeatur imposita pensione sine vlla expressa, vel tacita. num.67.ibid.

Coniectura.

Coniectura sæcularitatis, quæ sit. num.42.p.42

Coniux.

Coniugum habitatio sola non validat Matrimonium nullum; sed requiritur consensus coram Parœco, & testibus explicitus. num.18. p.157

Nisi impedimentum esset occultum.num.19.ibid.

Consensus.

Consensus Episcopi in donatione iuris patronatus potest dari extra Territorium. num.34.pag.31

Consensus Vicarij non sufficit pro donatione iuris patronatus, etiamsi Episcopus sit in remotis. num.35.ibid.

Consensus consanguineorum debet esse in ipso contractu mulieris contrahentis. num.42. pag.249

Consuetudo.

Consuetudo seruanda est loci vbi gaudent quæ non existente non gaudebunt. num.29.p.296

Quod potest per priuilegium haberi poterit per consuetudinem. num.37.pag.115

Consuetudo an toleranda : qua Canonicus Theologus per octo dies ante lectionem potest abesse à choro. num.61.pag.311

Consuetudo cognoscendi de priuilegiis Militum prædictorum non est contra libertatem Ecclesiasticam. num.48.pag.298

Consuetudo potuit derogare, *l. vnicæ C. de Nundinis.* num.19.pag.114

Consuetudo nihil operatur in proposito casu, & quare. num.39.pag.310

Consuetudo : vt absens lucretur distributiones quando valeat. num.40.ibid

Consuetudo : vt occupati ad computa reddenda,vel accipienda lucrentur distributiones valet. n.41 ibidem.

Consuetudo valet : vt Clericus senibus dentur distributiones quotidianæ. num.42.ibid.

Consuetudo : vt seruitium 40. annorum liberet à residentia, an valeat. num.43.ibid.

Consuetudo : vt distributiones dentur certis horis interessentibus an valeat. num.44.ibid.

Consuetudo : vt Clericis ab Ecclesia recedentibus, habeant distributiones, an valeat. num.45.ibid.

Consuetudo : vt Canonicus missus à capitulo habeat distributiones,an valeat. num.46.ibid.

Consuetudo, vt dentur absentium distributiones, non interessentibus Officio, an valeat. num.47. ibidem.

Consuetudo dandi distributiones absentibus qualiter valeat. num.48.ibid.

Consuetudo cum tolerantia Principis habetur pro assensu. num.23.pag.114

Consuetudo facit licitum de illicito. num.24. pag.115

Consuetudo facit delictum non delictum, quando erat delictum secundum leges. num.25.ibid.

Consuetudo quamvis praua, iniqua, & injusta excusat à pœna etiam æterna. num.26.ibid.

Consuetudo potest plus in bonis Ecclesiæ, quàm Princeps sæcularis. num.27.ibid.
Consuetudo contra *l. vnicam C. de Nundinis* valet num.13. pag.114
Consuetudo tribuit iurisdictionem etiam in priuatis. num.14.ibid.
Consuetudo tribuit merum, & mixtum Imperium. num.15. ibid.
Consuetudo est fons omnium iurisdictionum.n.16. ibidem.
Consuetudo per quam clerici candelas offerunt laicis, permittitur, imò etiam, vt mittantùr ad domos laicorum. num.7.pag.56
Consuetudo vt in Paschate Parœci dent suis Parœcianis Agnum Paschalem, vel aliquid aliud, vtrum valeat. num.8.ibid.
Consuetudo excusat à culpa latissima. num.53. pag.298
Consuetudo etiam irrationabilis excusat à pœnâ. num.54.ibid.
Consuetudo celebrandi nundinas in die festiuo valet. num.4.pag.116
Consuetudines Ciuitatis Neapolitanæ non sunt approbatæ in Curia Ecclesiastica exceptis illis quæ agunt de Sasinis, nec illa de iure congrui est approbata. num.9.pag.128
Consuetudo semper præsumitur introducta cum causa, & posito quod est introducta, non est necesse quærere rationem. num.34.pag.115
Consuetudo Ecclesiæ qualem habeat vim. num.23. pag.333
Consuetudo testandi in damnatis prædictis, viget in toto orbe. num.25.pag.47
Consuetudo potest plusquam lex. num.29.p.ag115
Consuetudo est tacitum pactum, & mores ciuium. num.30.ibid.
Consuetudo est fortior priuilegio. num.31.ibid.
Consuetudo legibus contraria, potest esse rationabilis. num.32.ibid.

Contractus, Contrahens.

Contractus Religiosi sine licentia superioris an sint nulli, an inualidi iure naturali, & in foro conscientiæ. num.43.pag.11
Contractus inter prælatum, & subditum non potest reuocari à successore Prælato sine peccato mortali. num.41.pag.11
Contractus factus à Regularibus qualiter seruandus. num.29.pag.333
Contractus census est diuiduus, & quare. num.6. pag.267
Contractus cum Ecclesia, & cum Republica pariter procedunt. num.14.pag.9
Contractus præiudiciales ab officialibus Ciuitatis qualiter fiant. num.15.ibid.
Contractus emptionis non requirit versionis probationem. num.8.pag.8
Contractus alienationis bonorum Ecclesiæ quando possit claudicare. num.26.pag.21
Contractus factus in nundinis, non secuta traditione, quando obliget ad gabellam. num.11. pag.108
Contrahentibus se decipere licitum esse iure Digestorum, qualiter sit intelligendum remissiuè. num.24.pag.52
Contrahentes in nundinis, conueniuntur ibi, quando expressè promiserunt ibi soluere, vel quando ibi pergulam habebant. num.9.pag.108

Contumacia.

Contumacia, de qua hic, non se tenet ex parte subditi, sed Superioris. num.8.pag.124

Conuersatio.

Conuersationes cum sæcularibus, ac conuiuia facientes Regulares, incurrunt infamiam canonicam. num.10.pag.34

Conuersi.

Conuersi Regulares si percutiantur zelo Religionis non sunt excommunicati percutientes. num.9. pag.85

Conuersio.

Conuersio in vtilitatem qualiter probari debeat in contractu census. num.3.pag.7

Conuiuium.

Conuiuia in Ecclesia facta, qualiter puniantur. num.13.pag.54

Correus.

Correi discussio qualiter facienda sit. num.6.p.300

Creditor.

Creditor, & debitor conditionales, an propriè sint tales. num.35.pag.270
Creditor recipiens solutiones ab accollatore census an sibi præiudicet. num.36.pag.271
Creditor potens certo loco conuenire debitorem, fauore debitoris, poterit eum alibi conuenire soluto interesse. num.20.pag.269
Creditores Pupilli qui contraxerunt cum tutoribus an teneantur probare pupillos factos locupletiores, præsertim si contraxerint pro societate. num.17.pag.254
Creditores cum assensu quando agant contra Burgensatica feudo deuoluto. num.12.pag.225
Creditores de quibus in præsenti, an, & qualiter excludantur. num.27.pag.255
Creditores venditoris læsi, possunt contra emptorem agere, vt restituat. num.36.pag.55
Creditores Mariti, & hæres opponunt vxori de *l. Quintus Mutius.* num.37.ibid.
Creditores minoris an possint impugnare alienationem, & quando creditor possit opponere nullitatem contractus minoris. num.38.ibid.
Creditores sine assensu ante deuolutionem qualiter agere possint; & ad quid. num.9 pag.225

Culpa.

Culpa custodis quid operetur in furto. num.16. pag.82

Cura.

Cura animarum, quæ est penes totum Capitulum non potest ab Episcopo dari solùm Archipresbytero, aliis nolentibus. num.9.pag.185

Custos.

Custodi dicenti rem sibi traditam in custodiam fuisse furatam incumbit onus probandi. num.14; pag.82

D

Damnatus.

DAmnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem iure authenticorum secundum aliquos potest testari. num.16.pag.46
Damnatus ad mortem naturalem non efficitur seruus pœnæ iure authenticorum. num.10.pag.45
Damnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem secundum aliquos iure authenticorum testari potest. num.8.pag.45
Damnati ad mortem antiquitus amittebant libertatem, & efficiebantur serui pœnæ. num.3. ibidem.
Damnati ad mortem iure antiquo censebantur, vti Peregrini. num.4.ibid.
Damnati ad mortem naturalem testari possunt iure authenticorum. num.19.pag.46
Damnati ad mortem ciuilem testantur iure authenticorum, non damnati ad mortem naturalem secundum aliquos. num.20.ibid.

Damnati ad mortem naturalem quid amittant iure ciuili. num.27.pag.47

Damnum.

Damnum contingens in diuisione emendatur vno cum fructibus. num.24.pag.236

Damnum quodnam dicitur, & quale. num.26. pag.236

Datio.

Dationis in solutum verba, quæ sint, & qualia. num.4.pag.267

Debitor.

Debitor census an, & quando dicatur propriè debitor. num.32.pag.270

Debitor census, an possit si fecerit inuentarium dare bona censita creditoribus census ad se liberandum. num.33.ibid.

Debitor in diem ante diei aduentum, soluere non cogitur, se poterit ante tempus soluere si non causet interesse. num.18.pag.269

Debitor tenetur soluere loco designato, sed poterit alibi, soluto tamen interesse. num.19.ibid.

Debitor census si tenetur infrà duos menses ante, creditorem requirere, soluto interesse illorum duorum mensium potest exercere pactum tali dilatione non seruata. num.17.ibid.

Decisio.

Decisio *Achill.*8. *de pensionib.* declaratur. num.31. pag.325

Decisio affertur punctualis ad propositum. num.45. ibidem.

Decisio coram Caualerio 104. adducitur in materia. num.31.pag.189

Decisio Regentis Reuerterij 245. cum obseruatione D. Regentis de Marinis affertur ad propositum. num.19.pag.64

Decisio Rotæ Lucensis adducitur. num.2.pag.242

Declaratio.

Declaratio voluntatis Monachi, ab eodem fieri debet, cum licentia Superioris. num.23.pag.150

Declarationes S. Congregationis Concilij qualiter procedant. num.7.pag.67

Decoctus.

Decoctus priuatur administratione bonorum, nec habet velle, nec nolle circa ea.num.3.pag.165

Decretum.

Decretum Summi Pontificis Vrbani VIII. affertur. num 43.pag.137

Decretum Vrbani habet oculos in futurum, non ante illud. num.44.pag.137

Decretum, de quo in præsenti duo damna notabilia Ordini Cassinensi operaretur, si vt sonat verbo tenùs intelligeretur. num.1.pag.69

Decretum irritans oppositum in litteris Paulinæ denegat possessionem. num.24.pag.161

Decretum Sacræ Congregationis affertur quo Episcopus desinit esse talis quando absoluitur à vinculo in consistorio Papæ. num.22.pag.15

Decretum, de quo suprà, quacunque ex parte accipiatur, non est obseruandum, nisi quoad aliqua. num.19.pag.77

Decretum de quo supra procedit in translatione, non in resignatione ad fauorem, & ratio disparitatis affertur. num.24.pag.15

Decretum continens repugnantiam, vel insolitum præsumitur falsum. num.17.pag.77

Decretum Sanctiss. D. N. Papæ statum præsentem Sacri Ordinis Cassinensis non comprehendit. num.1.pag.61.

Decretum Iudicis non requiritur in alienatione bonorum minoris, si in specie sit data à testatore licentia alienandi secus in genere, & quid alij dicant in præsenti. num.6.pag.229

Decretum S. Congregationis authoritate S. D. N. Alexandri VII. quid disponat in hac materia, & eius afferuntur verba. num.8.pag.60

Decreta, Leges, & sanctiones quæcumque iusta ex causa non obseruantur, sed potest Superiori rescribi. num.4.pag.75

Decretum quodcunque licet declaratorium, si sit per viam legis ad futura respicit, non ad præterita. num.4.pag.61

Decretum Iudicis in obligandis pro societate bonis pupillorum, requiritur. num.19.pag.255

Decreti interpositio in bonis minorum requirit causæ cognitionem. num.14.pag.254

Decreti interpositio in bonis minoris in pluribus casibus non requiretur. num.15.ibid.

Decretum non requiritur, quando socius maior prouocat ad diuisionem minorem. num.16.ibid.

Decretum, de quo in præsenti quid voluerit prohibere. num.3.pag.67

Decreta Reformationis Religionum debent acceptari ab omnibus Monachis vt singulis, non vti vniuersis. num.18.pag.71

Defunctus.

Defuncti obligatio ex persona hæredis qualiter mutetur. num.24.pag.269

Delegatus.

Delegati Apostolici quid agere debeant pro alienatione rerum Ecclesiæ. num.5.pag.19

Delegati percutientes clericos à quibus absolui debeant. num.23.pag.88

Delictum.

Delictum occultum quale dicatur. num.28.pag.288

Delictum notorium qualiter dicatur. num.29.ibid.

Delictum de quo in pr. est ad forum contentiosum deductum. num.30.ibid.

Delictum non dicitur ampliùs occultum ex probatione plena, vel semiplena facta, licet Reus fuerit absolutus. num.31.pag.289

Delictum in genere, nisi probetur, nulliter agitur. num.8.pag.81

Delicti corpus in furto, qualiter probandum. num.9.ibid.

Delicti corpus non suppletur per confessionem Rei. num.6.pag.83

Delictum esse publicum quid importet in primum. num.6.pag.282

Delictum in casalibus commissum, censetur etiam patratum in Ciuitate. num.6.pag.257

Demanium.

Demanium competit tum Vniuersitatibus magnis, tum parvis. num.12.pag.174

Demanium cur Vassallis concedatur. num.20.ibid.

Demanium non vsu tantùm, & consuetudine competere, sed etiam de iure Regni contra viros maximos oppositum putantes, probatur. num.1. pag.173

Demanium competere de iure communi, ex multis iuribus, probatur. num.2.ibid.

Demanium cessat si feudum vendatur primogenito, vel alteri proximè successuro. num.14.pag.174

Demanium concessum ciuitati, censetur concessum casalibus. num.17.pag.199

Denuncians.

Denuncians pro loco, an præsumatur delinquens, quando. num.11.pag.81

Descendentia.

Descendentia ab vltimo præsentante qualiter probanda. num.24.pag.30

Destinatum.

Destinatum habetur pro opere perfecto & completo. num.26.pag.65.

Dictio.

Dictio (alioquin) facit actum ipso iure nullum. num.25.pag.162

Dictio, *quibuscumque*, apposita in litteris reseruationis pensionis non comprehendit distributiones quotidianas. num.18.pag.325

Dictio (verè) quid significet, & qualiter sumatur. num.32.pag.309

Dictio, *vltra*, quando implicet, & in qua materia. num.30.pag.152

Dictio, *quibuscunque*, apposita in materia odiosa restringitur ad ea tantum quæ sunt eiusdem speciei. num.14.pag.325

Dictio, *quibuscunque*, non potest comprehendere ea, quæ sunt diuersæ naturæ. num.15.ibid.

Dictio, *quibuscumque*, omnia comprehendit, & etiam ea quæ tali dictione deficiente non comprehenderentur, declarat, *vt num. 14. & seqq.* num.10.pag.225

Dictio *super*, inducit hypothecam & quando. num.20.pag.64

Diffamatus.

Diffamatus ante defensiones, qualiter quis dici possit, & qualiter. num.20.pag.142

Differentia.

Differentia inter Magistratus temporales & perpetuos qualis sit. num.17.pag.9

Differentia substantialis inter nundinas, & mercatum nulla est. num.7.pag.113

Differentia inter mercatum, & nundinas traditur per Doctores. num.4.ibid.

Diminutiò.

Diminutio gabellę in dubio presumitur.n.43.p.203

Dimissoriæ.

Dimissoriæ à Vicario Capitulari non expirant per aduentum noui Episcopi. num.50.pag.209

Diœcesis.

Diœcesis appellatione quando veniat Ciuitas, & in qua materia? num.3.pag.24

Diœcesis quid sit, & qualiter accipiatur? n.4.ibid.

Diœcesanus.

Diœcesanus quis dicatur, & an solus Episcopus, & quando? num.5.ibid.

Discussio.

Discussio suis expensis qualiter facienda n.8.p.301

Dispensatus, Dispensatio.

Dispensatio an corruat posito errore Diœcesis? num.6.pag.24

Dispensatio an corruat ex errore Episcopi vicinioris? num.7.ibid.

Dispensatio an subreptitia vel obreptitia si copulam sequutam dicant, vt faciliùs impetrent Oratores? num.8.ibid.

Dispensatio corruit si ex sola copula concedatur, quæ falsò asseritur. num.9.pag.25

Dispensatio non corruit si copula falsa cum aliis causis iungatur. num.10.ibid.

Dispensatio an falsa, si clericus asserit se tot mensibus carere, cum pluribus caruisset? n.11.ibid.

Dispensatio super 13.mensibus non est subreptitia licet pluribus careret, & quando? n.14.p.25

Dispensatio Oratorij priuati qualiter interpretanda in casu, de quo agitur. num.15.ibid.

Dispensatio an corruat ementito nomine in ea? num.16.ibid.

Dispensatio an valeat, & quando copula non manifestata? num.17.pag.26

Dispensatio non valet nisi duplicitate vinculi expressa. num.18.ibid.

Dispensatus ad ordines, an dicatur dispensatus ad Beneficia. num.100.pag.213

Dispensatio est odiosa, & arcta. num.101.ibid.

Dispensatio præsumitur solemniter facta, & quando. num.96.ibid.

Dispensandi facultas, siue quæuis alia dupliciter committi potest, personaliter scilicet, & realiter. num.31.pag.265

Eritque personalis facultas, si cuiquam ob eius prudentiam fuerit concessa, quamvis sub nomine dignitatis. ibidem.

Dispensationes in impedimentis matrimonij vel irregularitatis, quibus committantur, & sub qua clausula? num.26.p.264

Et vtrum expirent si summus Pontifex decedat antequàm narrata verificentur. ibidem.

Dispensatio secundo loco facta, de prima mentionem facere debet. num.98.pag.213

Dispensatio in vno extenditur ad connexa, & quando & explicatur tex. *in c. licet de elect. in 6. à Reg. de Marinis to. 2. cap.*168. num.45.pag.96

Dispensatio non corruit si quis dicat esse de diœcesi cum sit de Ciuitate. num.1.pag.24

Dispensatio, & pœnitentia ad cautelam datur in casu dubio tantum. num.10.pag.282

Dispensatio Patris Generalis super distantia duorum milliariorum valet, & quem effectum operetur. num.28.pag.333

Dispositiò.

Dispositio, quæ publicæ tum vtilitati, tum necessitatis sit, tangit Clericos. num.55.pag.179

Dispositio Generalis an, & quando comprehendat casus valdè priuilegiatos. num.39.pag.248

Disputatio.

Disputationes Tragœdiæ, vel Comœdiæ non sunt causa ingressus clausuræ. num.51.pag.343

Distantia.

Distantia quæ requiratur inter Monasterium Ordinis S. Dominici, & locum vbi celebratur Rosarium. num.77.pag.330

Distinctio.

Distinctio adhibetur ad propositum in præsenti. num.10.pag.111

Distributio.

Distributiones quotidianæ dantur ob laborem, & seruitium præstitum Ecclesiæ per præbendatum. num.1.pag.324

Distributiones quotidianæ non veniunt sub nomine fructuum, redditnum, & prouentuum. num.2. ibidem.

Distributiones quotidianæ, non sunt de corpore Beneficij neque augent corpus præbendæ. num 3.pag.425

Distributiones quotidianæ dantur ratione operæ, & ministerij personalis. num.4.ibid.

Distributiones quotidianæ, qualiter sic dicantur num.2.pag.307

Distributiones aliæ separatæ à Præbendis, aliæ non. num.3.ibid.

Distributionum triplex genus secundum aliquos num.4.ibid.

Distributionum Genus in massam communem redactorum, quale sit. num.5.ibid.

Distributionum Genus fructuum grossorum quale num.6.ibid.

Distributionum proprium Genus quale. num.7. ibidem.

Distributiones quotidianæ, cur ita dicantur. num.8. ibidem.

Distributiones quotidianæ, qualiter definiantur. num.9.ibid.

Distributiones quotidianæ solent appellari manualia Beneficia, & quare. num.10.ibid.

Distributiones propriè Ecclesiastica Beneficia dici nequeunt. num.11.ibid.

Distributiones quotidianæ non sunt fructus Beneficij, licèt dentur Beneficiato propter Beneficium. num.6.ibid.
Distributiones quotidianæ venire possunt appellatione fructuum, quando fuit facta protestatio per Pensionarium Beneficiato, quod ipse resideat, aut possessionem dimittat. num.7.ibid.
Distributiones quotidianæ habentur loco fructuum Beneficij, si Beneficium nullos alios fructus habeat. num.8.ibid.
Distributiones quotidianæ habent locum præbendæ in beneficiis, quæ exceptis distributionibus nullos habent fructus. num.9.ibid.
Distributiones quotidianæ transmittuntur per Canonicos ad suos hæredes; num.3.& 8.pag.322
Distributiones ex labore, & seruitio personali debentur. num.4.ibid
Distributiones quotidianæ sunt mercedes operæ, & laboris stipendium. num.5.ibid.
Distributiones quotidianæ non dicuntur comprehensæ in reseruatione pensionum sub dictione *quibuscumque*, sed non specificè exprimendæ, stilo datariæ soluendi componendam pro stante pensionibus reseruatis super distributionibus quotidianis. num.33.pag.326
Distributiones quotidianæ comprehenduntur vbi pensio fuit reseruata super quibuscunque prouentibus Ecclesiasticis, secus si super quibuscunque prouentibus beneficij. num.34.ibid.
Distributiones quotidianæ dantur Canonicis post præstitum seruitium interessentiæ in diuinis. num.35.ibid.
Distributiones quotidianæ dicuntur fructus laboris, & operæ. num.36.ibid.
Distributiones quotidianæ introductæ sunt de iure communi in fauorem diuini cultus, vt facilius Canonici, & Capellani conueniant ad diuina. num.37.ibid.
Distributiones quotidianæ si comprehenderentur sub appellatione fructuum prouentuum, & reddituum in materia odiosa translationis pensionis, contingeret quod omnes fere Canonicatus essent litigiosi, & desereretur cultus diuinus. num.38. ibidem.
Distributiones non veniunt appellatione fructuum num.13.ibidem.
Distributiones veniunt appellatione fructuum interdum, & quando. num.14.ibidem.
Distributiones non restituit condemnatus ad fructus restituendos. num.15.ibid.
Distributiones an veniant nomine fructuum, ad sciendum verum valorem Beneficij. num.16. pag.308
Distributiones quandoque veniunt nomine fructuum, & quando. vbi latissimè. num.17.ibid.
Distributiones quotidianæ vbi non sunt Trid. decernit, vt constituantur. num.18.ibid.
Distributionum Canonicus est verus Dominus. num.19.ibid.
Distributiones quotidianæ non redeunt singulis annis. num.21.pag.325
Distributiones quotidianæ dietim, aut per singulos menses, aut semel in anno distribuuntur. num.22. ibid.
Distributiones quotidianæ sunt incertæ ad ordinem. num.23.ibid.
Distributiones quotidianæ non sunt computandæ in valore beneficij. num.24.ibid.
Distributiones quotidianæ non proueniunt immediatè à beneficio. num.25.ibid.
Distributiones quotidianæ pro tempore, quo omnes Canonici abfuerunt à diuinis, pertinent ad Ecclesiam, quæ debito seruitio fraudata fuit. num.10.pag.322
Distributiones quotidianæ ob culpam aliis non debitæ, quibus accrescant. num.142.pag.317
Distributiones accrescere aliis Clericis, qui interfunt quis dixerit. num.143.ibid.
Distributionum quotidianarum portio non seruientium accrescit seruientibus. Declarat, num.16.& 18.pag.323
Distributionum quotidianarum portio spectans ad Canonicos excommunicatos accrescit aliis. num.17.ibid.
Distributiones quotidianas si Papa grauare intendit in translatione, vel reseruatione pensionis de stylo Datariæ, additur semper verbum, distributionibus quotidianis. num.30.pag.325
Distributiones absentium applicantur intereſſentibus, & qui sint. num.33.pag.309
Distributiones absentium illis accrescunt, qui sunt interessentes verè, non fictè. num.26.ibid.
Distributiones quotidianæ non veniunt sub nomine prouentuum. num.28.pag.325

Diuidua.

Diuidua vel indiuidua, quæ dicantur in iure. n.7. pag.268

Diuisio.

Diuisio facta per sortem rescinditur per læsionem. num.3.pag.233
Diuisio ad quid sit ordinata sui natura. num.4.ibid.
Diuisio est species permutationis. num.5.ibid.
Diuisio partis, est magis damnosa quàm ablatio totius. num.6.ibid.
Diuisio est apertissima permutatio. num.7.ibid.
Diuisio inter fratres quando præsumatur & quæ requirantur. num.38.pag.237
Diuisio facta per Iudicem cum errore rescinditur & quando. num.39.ibid.
Diuisio inter plures socios qualiter facienda. n.40. ibidem.
Diuisio erronea rescinditur, detecto errore. num.29. pag.236
Diuisio facta per arbitros cum errore non valet. num.57.pag.239.
Diuisio non potest præscribi & quare. n.58.ibid.
Diuisio cum enormissima læsione est ipso iure nulla & quando. num.21.pag.235
Diuisio quando sit reuidenda, vt emendetur damnum passum. num.22.ibid.
Diuisionis damnum datum qualiter rescindendum. num.23.ibid.
Diuisio dat nouum titulum, quando præcedens est nullus. num.10.pag.234
Diuisio fraudulenter facta non valet. num.11.ibid.
Diuisio qualiter præsumatur, & quanto temporis spatio. num.62.pag.239
Diuisio potest per patrem prohiberi in testamento. num.63.ibid.
Diuisio census à domino potest fieri. num.38.p.271
Diuisionis multi modi, & quales. num.35.p.237
Diuisio Territorij qualiter sit facienda. num.54 pag.239
Diuisio in fraudem mutandi iudicij quando præsumatur. num.55.ibid.
Diuisio bonorum fideicommisso subiectorum an operetur euictionem. num.72.pag.240
Diuisionis signa quæ sint, & qualia. n.60.p.239
Diuisio bonorum contemplatione matrimonij donatorum qualiter fiat. num.47.pag.238
Diuisio quid sit, & qualiter facienda. num.48. ibidem.
Diuisio præsumitur facta inter fratres prouocante fratre minore. num.70.pag.240

Diuiſio per ſortem qualiter reſcindatur, & quomodo poſita læſione. num. 18.pag.235
Diuiſio tertiarum, quando inter duos correos cenſeatur inducta. num.7.pag.300
Diuiſio bonorum diuerſarum matrum qualiter fiat inter fratres. num.45.pag.238
Diuiſionis modi multi ſunt ſunt & quales. num.15. pag.234
Diuiſio per ſortem reſcinditur ob læſionem, fraudem vel dolum. num.16.ibidem.
Diuiſio præſumitur poſita partuum æqualitate. num.65.pag.240
Diuiſio facta per Patrem inter filios cum iuramento & patris conſenſu quam habeat conditionem. num.66.pag.240
Diuiſio ſi contineat fraudem qualiter facienda. num. 67.ibid.

Doctiſſimus Gerardus Maynardus.

Doctiſſimi Gerardi Maynardi deciſio affertur, quod remedium *l.* 2. tranſeat ad hæredem læſi, & quod poſſit à creditoribus læſi proponi. num.23.p.52

Doctor.

Doctores agentes de demanio adducuntur. num.17. pag.174
Doctori atteſtanti de conſuetudine credendum eſt. num.35.pag.115
Doctoris opinio, ſcientia, & bonitate prædicti, tribuit in conſcientia ſecuritatem. n.36.p.115
Doctorum auctoritates adducuntur ad propoſitum. num.9.ibid.

Doctrina.

Doctrina modernorum in materia Simoniæ vt periculoſa reiicitur. num.30.pag.122

Dohana.

Dohana Apuleæ, an & qualiter cognoſcat ſuos, contra Neapolitanos. num.63.pag.102

Dohonati.

Dohonati Regiæ Dohanæ menepecudum, in quibus cauſis gaudeant. num.69.pag.103

Domicilium.

Dominum tribuit Epiſcopo facultatem ordinandi Domiciliarium. num.23.pag.208
Domicilium quando dicatur quæſitum. num.24. ibidem.
Domicilium vt mutetur, an requiratur Epiſcopi licentia. num.25.ibid.

Dominium.

Dominium penes plures inſolidum an, & quando ſaleat. num.23.pag.269

Dominus.

Dominus famulum clericum ſi percutiat, non eſt excommunicatus ſi ad correctionem. num.27. pag.88
D. Regens de Marinis, & Conſiliarius D. Staibanus de hoc articulo non dubitarunt. num.43. pag.54.
S.P.eſt Dominus bonorum cuiuſcunque Eccleſiæ, iure Monarchico. num.7.pag.160

Donatio.

Donatio facta Monacho cum pacto, quod nihil habeat Monaſterium, qualiter fuerit interpretata per Sacram Rotam Romanam. num.6.pag.70
Donatione facta Monacho eſt reuocabilis, quouſque ſequatur ratificatio Superioris, & vt iterum conſentiat donans. num.12.pag.71
Donatio omnium bonorum mobilium, & ſtabilium præſentium, & futurorum valet, quia non continet nomina debitorum. num.7.pag.63
Donatio omnium bonorum continet ius patronatus. num.31.pag.31
Donatio particularis iurium, & actionum non continet ius patronatus num.32.ibid.
Donatio facta compatrono non indiget aſſenſu Epiſcopi, ſecus ſi fiat extraneo. num.35.ibid.
Donatio facta abſenti poſt acceptationem reuocari non poteſt. num.30.pag.256
Donatio facta filiis, & filiis naſcituris ex eis, quid competat fœminis. num.31.pag.100

Dos.

Dos vnius filiæ an poſſit, & quando regulari à dote data alteri. num.29.pag.195
Dos monialis qualiter conſumenda.num.42.pag.22
Dos congrua, decens quæ dicatur. num.23. pag.194
Dos congrua dicitur quando datur provt à patre aliis, data fuit. num.24.ibid.
Dotis reſtitutio vigore ſtatuti Lucenſis fieri non poteſt, niſi cum ſolemnitatibus ſtatuti.num.41. pag.249
Dotis cauſa venit ſub regulis generalibus Iuris. num.37.pag.248

Duardus.

Duardi locus adducitur, in præſenti. num.7.ibid.

Dubietas.

Dubietas facti, & iuris qualiter differat. num.14. pag.283

Dubium, Dubitans.

Dubij facti probabilitas quid operetur ex Patre de Comitibus. num.15.pag.283
Dubium facti homicidij cur cauſet ab Eccleſia irregularitatem. num.16.ibid.
Dubitans, an ſit inhabilis ad vocem, admittitur cum proteſtatione. num.18.pag.142
Dubium quale fuerit in præſenti diſcuſſum.num.8. pag.330

Duciſſa.

Duciſſa Montis Ragonis vti vidua, & Marchioniſſa Vaſti, ad exemptionem fuerunt admiſſæ. num.78.pag.104

Dueña.

Dueñæ auctoritas cum aliis adducitur.num.12.ibid.

Duo.

Duo ſi ſint nominati à teſtatore in Cappellaniis vter præferatur? num.7.pag.169
Duobus creditoribus concurrentibus vno cum credito confeſſato tantùm, alius cum credito verè probato, hic præfertur. num.9.pag.167

Dux.

Illuſtriſſimus Dux Diani adducitur, & laudatur. num.18.pag.227

E

Eccleſia.

Eccleſia ſi per centum annos annuam præſtationem ſibi debitam non exigat, ſibi non præiudicat in futurum. num.17.pag.64
Eccleſia habet reſtitutionem in integrum, etiam contra præſcriptionem centenariam.num.18.ibid.
Eccleſia non tenetur ex mutuo niſi probata verſione. num.11.pag.8
Eccleſia habens Epiſcopum inutilem dicitur viduata. num.18.pag.120
Eccleſia Monialium vel Monacharum, an ſit ſub clauſura? num.8.pag.340
Eccleſia Monialium cur ſit clauſura, non illa Monacharum. num.9.ibid.
Eccleſia an poſſit agere contra bona alienantis, pro mala adminiſtratione. num.38.pag.163
Eccleſiæ damnum ex conceſſione facta in præſenti, quale fuerit. num.16.pag.161
Eccleſiæ competit manutentio ob alienationem factam ſine aſſenſu. num.17.ibid.

Eccleſia non perdit poſſeſſionem ex alienatione nulliter facta. num.18.ibid.
Res Eccleſiæ quando dicatur ſolita concedi. num.17.pag.21
Res Eccleſiæ deuoluta atque incorperata non poteſt alienari ſine ſolemnitate. num.18.ibid.
Res Eccleſiæ, an poſſit detineri vſquequo non veniat aſſenſus. num.28.pag.21
Eccleſiæ bona qualiter diuidenda num.49.pag.238

Eccleſiaſticus.

Eccleſiaſtica bona poſſunt alteri reſtitui ex præcepto Teſtatoris ſine ſolemnitatibus Iuris. n.3. pag.229
Eccleſiaſtici, vt furta inueniantur, ſi ſuperſtitione vtantur: ſuſpenduntur per annum. num.4. pag.140
Quod ſi dolo malo id fecerint, deponuntur, & priuantur Beneficiis. num.5.ibidem.

Egreſſus.

Egreſſus nocturnus, & ingreſſus in conuentum reſeruatus eſt caſus, vel reſeruabilis, infamiam cauſans. num.6.pag.33

Electio.

Electio competit, & variatio Beneficiato habenti plura Beneficia. num.12.pag.207
Electio ſuperioris luſoris, eſt ipſo iure nulla. num.5.pag.33
Electio facta ab Electoribus putatiuis valida eſt. num.34.pag.16

Electus.

Electus in Epiſcopum quando poſſit iuri ſuo renunciare, & coram quo. num.14.pag.187

Eluetij.

Eluetij, & alij ad arcendam turbam ſi clericum percutiunt non ſunt excommunicati, & quando. num.7.pag.85

Emens.

Emens ab Eccleſia non tenetur probare verſionem. num.9. pag.8
Emens ab Eccleſia non tenetur eſſe ſollicitus de pretij conuerſione. num.9.ibid.
Emens pro perſona nominanda, dum nominat, tenetur ad fructus reſtituendos nominato. num.30. pag.52
Emens nulliter ab Eccleſia, vel à minore, an differat. num.35.pag.162

Emphyteuta.

Emphyteuta an poſſit ſyluam extirpare, & ad vineam reducere. num.48.pag.164

Emphytheuticus.

Emphytheutica bona qualiter diuidantur. num.52. pag.239

Emptio.

Emptio pro perſona nominanda ſi facta ſit, dicitur conditionalis. num.26.pag.52
Emptio pro perſona nominanda retrotrahitur ad tempus contractus. num27.ibid.
Emptione ſic celebrata, nihil poſſunt prætendere creditores emptoris. num.28.ibid.
Emptione ſic celebrata nulla onera capit ab emente. num.29.ibid.

Enunciatiua.

Enunciatiuæ Bullarum Summorum Pontificum probant exemptionem, & quando. num.5. pag.272

Epiſcopatus, Epiſcopus.

Epiſcopatus an vacet per aſſecutionem aliorum Beneficiorum. num.18. pag.92
Epiſcopus ſi habet tenuem Epiſcopatum, an poſſit habere Beneficia ſimplicia. num.19.ibid.
Epiſcopatus qualiter 24. prouidentur in Regno Neapolitano ad Regiam præſentationem. n.37. pag.190
Epiſcopus diſpenſat in irregularitatibus occultis, non deductis ad forum contentioſum. num.33. pag.289
Epiſcopum diſpenſat, qui habet ſubditos, & etiam extra diœceſim, & cum exemptis ſi ſubiiciant ſe eidem. num.34.ibid.
Epiſcopus diſpenſat cum Homicida occulto deducto ad forum, ſi abſolutus ſit, ſi non fuerat conuictus. num.35.ibid.
Epiſcopus an diſpenſet in irregularitate, quando Reus punitus fuit. num.36.ibid.
Epiſcopus facultatem diſpenſandi ab irregularitate poteſt alteri committere, vt ſecum diſpenſet. num.37.ibid.
Epiſcopus an diſpenſet in irregularitate orta ex defectu lenitatis. num.38.ibid.
Epiſcopus an diſpenſet in irregularitate orta ex mutilatione voluntaria, & quid ſi ſit occulta. n.39. ibid.
Epiſcopus an diſpenſet in irregularitate orta ex homicidio caſuali occulto. num.40.ibid.
Epiſcopo an diſpenſet ſuper irregularitate ex homicidio caſuali publico. num.4.pag.290
Epiſcopus an diſpenſet in irregularitate ex homicidio rixoſo, & quando. num.42.ibid.
Epiſcopus an diſpenſet ſuper irregularitate ex homicidio defenſiuo cum exceſſu, modo ſit occultum. num.43.ibid.
Epiſcopus an diſpenſet in irregularitate ex homicidio voluntario directè, ſed omnino occulto. n.44. ibid.
Epiſcopus poſita neceſſitate an diſpenſet in homicidio voluntario, quoad vſum ordinum ſuſceptorum. num.45.ibid.
Epiſcopus neque pro ordinibus minoribus, neque pro beneficio ſimplici diſpenſat cum homicidio voluntario. num.46.ibid.
Epiſcopus ſi alicui dimiſſoriam concedat, & ante literarum expeditionem, ſiue ſignationem moriatur, ſiue ad alium Epiſcopatum tranſeat, huiuſmodi conceſſio non euaneſcit. num.19.pag.263
Epiſcopo capto à Turcis, vel ab Hæreticis, Capitulum facit Vicarium. num.10.pag.119
Epiſcopus poteſt ordinare Nouitium, infra annum probationis. num.68.pag.211
Epiſcopus promotus teneretur in conſcientia dimittere Beneficia, niſi adeſſet retentio. num.38. pag.94
Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt quis ordinetur ante ætatem. num.87.pag.212
Epiſcopus in irregularitate ex defectu lenitatis qualiter diſpenſet. num.2.pag.286
Epiſcopus loci, in quo quis natus eſt, dicitur proprius Epiſcopus. num.4.pag.206
Epiſcopus originis paternæ, dicitur proprius Epiſcopus. num.5.pag.207
Epiſcopus originis matris, non eſt proprius Epiſcopus filij niſi ſit filius vulgò quæſitus. num.6. ibid.
Epiſcopus ratione Beneficij dicitur proprius. n.7. ibidem.
Epiſcopus quando teneatur conferre Beneficium. num.32.pag.208
Epiſcopus an poſſit ordinare familiarem ad titulum Patrimonij, & quando. num.33.ibid.
Epiſcopus an poſſit diſpenſare ſuper interſtitiis cum familiari ſuo. num.34.ibid.
Epiſcopus cum Clerico facto ſibi ſubdito ratione familiaritatis, poteſt diſpenſare. num.35.ibid.

Episcopi iurisdictio qualiter sit de iure diuino. num.21.pag.188
Episcopus cum Ecclesia ligatur vinculo indissolubili iure humano. num.22.ibidem.
Episcopus si non impetret dispensationem, vt consecretur post tres menses, Beneficia pro tali tempore non vacarent. num.44.pag.95
Episcopus an possit ordinare Clericum in fraudem proprij Episcopi. num..47.pag.209
Episcopus potest ordinare Laïcum ex primæua erectione Beneficij. num.48.ibid.
Episcoporum frinolæ querelæ in non soluendis pensionibus referuntur remissiuè, & alibi reseruatur. num.75.pag.223
Episcopus absoluit excommunicationem Papalem occultam. num.25.pag.341
Episcopi consensus quando requiritur in alienatione bonorum Regularium. num. 15. pag.129
Episcopus iure antiquo si delinquebat in aliena Diœcesi poterat puniri ab Ordinario loci; nunc vero minimè. num.23.pag.274
Episcopus potest præcipere ne fiat mercatus in die festiuo. num.6.pag.116
Episcopi ordinare potest suum familiarem. n.26. pag.108
Episcopus excommunicatus sed non declaratus validè confert beneficia. num.31.pag.15. & 16
Episcopus si conferat iure deuoluto, vel iure præsentationis, quos actus facere debeat. n.53. pag.43
Episcopus non potest dismembrare fructus collegij, & quando. num.2.pag.184
Episcopus non potest Collegium facere, neque destruere. num.6.pag.185
Episcopus non potest imponere nouum onus Collegio, Beneficio, &c. num.10.ibid.
Episcopus Regularis si repudiet hæreditatem sibi delatam, an valeat repudiatio. num.14. pag.147
Episcopo asserenti familiaritatem, an credatur. num.30.pag.108
Episcopus non potest dispensare cum Laïco ad Beneficium. num.43.pag.209
Episcopi possunt prohibere nundinas, & mercatus diebus festiuis. num.2.pag.316
Episcopus instituit transacto tempore dato ad præsentandum patronis. num.19.pag.39
Episcopo ius patronatus donatum, quando fiat Ecclesiasticum. num.41.pag.42
Episcopus quando absoluit à Papalibus excommunicationibus. num.58.pag.343
Episcopus si concedat Cæio Sacerdoti licentiam audiendi confessiones, licentia huiusmodi haud expirat morte Episcopi, siue sit translatus ad alium Episcopatum. num.10. pag.262
Episcopus habita notitia absolutionis vinculi tenetur se abstinere, & Ecclesia vacat, & intrat Capitulum. num.23.pag.15
Episcopus dispensat solum in delictis occultis, excepto homicidio. num.27.pag.288
Episcopus quid agat sine Capitulo & quid cum eo. num.31.pag.131
Episcopus commutare poterit conditiones appositas in fundatione beneficij, quando sumus in limine fundationis. num.10.pag.182
Episcopus, vel eius Vicarius, non potest derogare legi, &c. num.11.ibid.
Episcopus si ordinet non subditum, quam pœnam incurrat. num.37.pag.208
Episcopus si ex ignorantia ordinet non subditum, qualiter puniatur. num.38.ibid.
Episcopus vltramontanos ordinando, quid seruare debeat. num.39.pag.209
Episcopus non potest Laïcum non subditum ordinare, conferendo statim Beneficium. num.40. ibidem.
Episcopus dispensat cum illiteratis, cum illegitimis ad minores, & beneficia simplicia, & Canonicatum Collegiatæ, & in irregularitate orta ex Bigamia. num.48.pag.290
Episcopus non dispensat cum illegitimis ad sacros Ordines, vel Canonicatum Cathedralis. num.49. ibid.
Episcopus an dispenset in irregularitate orta ex iteratione Baptismi. num.50.ibid.
Episcopus potest vti delegatus S. Apostolicæ, ex iusta causa defunctorum voluntates commutare, transigere, &c. num.7.pag.182
Episcopus Nuscanus in præsenti turbat capitulum Terræ Montellæ. num.8.pag.185
Episcopus dispensat cum illegitimo ad ordines minores; & ad Beneficia simplicia. num.93. pag.213
Episcopo non faciente mentionem de dispensatione, quid agendum. num.94.ibid.
Episcopo nominante Clericum dispensatum an ei credendum. num.95.ibid.
Episcopus translatus an possit secum portare argentea vasa, &c. num.39.pag.190
Episcopus cui acquirat bona donata à consanguineis, & quid in Episcopo Regulari. num.40. ibidem.
Episcopus facta renunciatione simplici si incumbat detentationi non facit fructus suos, & qualiter amittat iura sua. num.5.pag.13
Episcopus Litterensis vti Delegatus articulum committit PP. Iesuitis. num.1.pag.281
Episcopus in irregularitate ex homicidio voluntario non dispensat. num.23.pag.288
Episcopus vsque ad septennium poterit causa studij pro Theologia, & quinquennium pro sacris legibus, dare licentiam. num.73. pag.312
Episcopus an teneatur dare licentiam Canonico volenti studere. num.71.ibid.
Episcopus translatus quos fructus percipiat, & quos Camera. num.29.pag.189
Episcopus translatus de æquitate quot fructus lucretur: num.30.ibid.

Equites.

Equites Militenses an succedant in feudis. num.6. pag.293
Equites Militenses admittuntur in hoc Reg ad officia secularia. num.7.ibid.
Equites Sancti Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ quando introducti & à quibus. num.4. pag.292
Equitum Militarium plures sunt ordines. num.27. pag.295

Error.

Errori iuris, an, & quando malam fidem inducat. num.33.pag.162
Errori in iure qualiter ad fructus restituendos obliget. num.34.ibid.
Error iuris, quando lex non assistit, nec resistit, an eodem modo operetur. num.36.pag.163

Escobar.

Escobar locus *de horis Canonicis*, *num.*212. adducitur. num.36.pag.310

Euentum.

Euentum de qua ob violatam clauſuram à quo abſoluitur. num.57.pag.343

Euictio.

Euictio datur in diuiſione & non pro miſta. num.8. pag.233

Euictio venit ex natura cuiuſcunque contractus. num.9.ibid.

Exactor.

Exactoris remiſſio, an Fiſco præiudicet. n.14.p.99

Excommunicatus.

Excommunicatus occultus & toleratus validè agit. num.39.pag.16

Excommunicantur cogentes ad matrimonia contrahenda. num.11.pag.155

Excommunicatus an, & quando poſſit abſoluere ab excommunicatione, num.19.pag.87

Excuſſio.

Excuſſio an ceſſet, vbi agitur de bono, & æquo. num.22.pag.303

Executor.

Executor mandati Rotalis non poteſt ſuperſeſſorias concedere. num.11.pag.322

Exemptio.

Exemptio duplex vna realis, altera perſonalis, & quomodo differant inter ſe. num.15.p.273

Exemptio acquiritur per præſcriptionem. num.16. ibidem.

Exemptus.

Exemptus in vno, quando cenſetur exemptus in omnibus. num.19.pag.273

Exempti ſunt ſpeciales filij Eccleſiæ Romanæ, eiuſque iuriſdictioni ſpecialiter ſubiecti. num.20. pag.274

Exemptus perſonaliter delinquens in aliena Diœceſi, puniri non poterit ab Ordinario illius. num.21.ibid.

Exemptus excommunicari non poteſt ab Ordinario loci. num.24.pag.274

Exemptus ſi permittat tractari ſe vt non exemptum ſibi præiudicat. num.37.pag.296

Exequutor.

Exequutores in præſenti non mixti ſunt; ſed meri. num.5.pag.28

Exequutores, de quibus hic quid agere debeant. num.6.ibid.

Expectatiua.

Expectatiua in commendis non datur in ordines Mauritij & Lazari. num.32.pag.296

Exploratio.

Exploratio voluntatis quando facienda ſit. num.7. pag.335

Exul.

Exules, & proſcripti, an gaudeant nundinarum fauore. num.8.pag108

Expreſſum.

Expreſſum in iure etiam dicitur, quod cum alio expreſſo eſt æquiparatum. num.19.pag.120

F

Faber.

FAbri ſententia in rationalibus *in d.l. vnde quæritur* improbatur. num.21.pag.302

Faciendum.

Faciendum de proximo habetur pro facto, & de proximo liquidandum habetur pro liquidato. num.79.pag.211.

Factum.

Factum quod communiter fit legitimè cenſetur factum. num.55.pag.298

Facultas.

Facultas conceſſa alicui ab Epiſcopo ſine quouis alio Prælato morte concedentis non expirat etiam re integra. num.12.pag.263

Facultas eligendi Confeſſarium, ſiue concedatur per Sanctiſſimum, ſiue per alium Prælatum, de Confeſſario approbato ſemper intelligitur n.13. ibidem.

Facultas teſtandi Monachis, Epiſcopis, aliiſque conceſſa, morte concedentis, an pereat. num.16. pag.263

Facultas delegata audiendi confeſſiones mortuo Epiſcopo delegante minime expirat. num.8. pag.262

Facultas diſpenſandi à votis, vel à caſibus reſeruatis abſoluendi, Regularibus conceſſa, vtrum hodie ſit ſublata, & vbi? num.25.pag.264

Facultas eligendi tranſit ad hæredes, & quando. num.17.pag.51

Facultas nominandi non tranſit ad hæredem emptoris cum poteſtate nominandi alium. num.7.p.50

Facultas reuocandi donationem, & emphyteuſim non tranſit ad hæredem. num.8.ibid.

D. Fagnanus.

D. Fagnani authoritas affertur ad propoſitum quæſtionis. num.59.pag.221

D. Fagnanus *in cap. de multa, de præb.* affertur ad materiam. num.27.pag.93

Familiaris.

Familiaris qualiter debeat ſeruire per triennium. num.29.pag.208

Familiaris quis dicatur, vt poſſint ordinari. num.27. ibidem.

Famulus.

Famuli Familiarium an poſſint ordinari ab Epiſcopo, ratione familiaritatis. num.28.ibid.

Fatua.

Fatuas introducens in clauſuram an pœnam incurrat. num.36.pag.342

Fauorabile.

Fauorabilia Ciuitatis extenduntur ad caſalia etiam diuiſa quoad iuriſdictionem. num.19.pag.259

Fermoſinus.

Fermoſini authoritas *in d. c. cum in cunctis* adducitur. num.47.pag.96

Feudatarius.

Feudum.

Feuda habente ſucceſſorem, & debito contrahente cum aſſenſu ſolui debent à fiſco. num.5.pag.225

Feudatarius quo tempore ſucceſſorem habere debeat, an tempore contractus, an mortis tempore. num.6.ibid.

Feudo deuoluto ad Romanam curiam hypothecariæ actiones actiuæ, & paſſiuæ extingui debent. num.2.pag.224

Feudo deuoluto ob lineam finitam, an poſſit fiſcus petere à creditoribus vt cedant actiones ſuper allodiis. num.10.pag.225

Feudi onera hæreditaria à quibus hæredibus ſoluuntur. num.11.ibid.

In feudo paterno proximitas reſpectu vltimo loco admiſſi attenditur. num.24.pag.172

Feudo deuoluto ad fiſcum extincta ſunt credita ſine aſſenſu contracta. num.8.pag.225

Fictio.

Fictio idem operatur in caſu ficto, quod verius in caſu vero, & quando. num.27.pag.260

Fictio legis non niſi in caſibus expreſſis locum habet. num.21.pag.323

Fictio legis eſt ius quoddam ſingulare. num.22. ibidem.

Fictio legis tendens in diminutionem Cultus diuini,

ni, & præiudicium Eccleſiæ non extenditur vltra caſus expreſſos. num.23.ibid.
Fictio legis non extenditur ad caſum, in quo militat ratio diuerſa ab ea, quæ viget in caſu ficto. num.24.ibid.

Fideicommiſſum.

Fideicommiſſum particulare quando cedi, & transferri poſſit in alium. num.21.pag.51
Fideicommiſſum vniuerſale quando cedi, & transferri poſſit, & quæ perſona attendatur. num.22. pag.51
In fideicommiſſo Teſtatori ſucceditur, non vero grauato; & dilucidatur textus *in l. cohæredi §. cum filiæ, ff. de vulgari.* num.25.pag.172

Fideiuſſor.

Fideiuſſor an cenſeatur liberatus ex vi taciti pacti, quando creditor agit per plures annos contra Principalem. num.1.pag.300
Fideiuſſor dicitur etiam obligatus cum clauſula principali, & inſolidum, quando nullam habuit ex contractu vtilitatem. num.25.pag.246
Fideiuſſor in contractu principali nullo an agat contra nulliter obligatum pro ſuo intereſſe. num.26.ibidem.
Fideiuſſor quando remaneat obligatus ex contractu nullo reſpectu Principalis. num.21.pag.245
Fideiuſſoris priuilegia plura ſunt, & quæ. num.10. pag.301
Fideiuſſor, qui renunciauit excuſſioni, poteſt illam petere ſuis ſumptibus faciendam. num.11.ibid.

Fides.

Fides ſuppoſita Baptiſmatis, licet non impediat Nouitiatum, obligat tamen ad reſtituendum. num.11.pag.335
Fides mala præſumitur ex actu facto contra ius commune, vel municipale. num.37.pag.163

Filia.

Filia dotata à patre qualiter procedat: vt non poſſit aliud petere. num.27.pag.195
Filia enormiſſimè læſa in legitima an agat ad incongruitatem dotis. num.28.pag.195
Filia dotata à patre, minus quàm alia agit ad ſupplementum. num.21.pag.194
Filia, quæ habuit minus quam alia ſoror nupta quid poſſit prætendere. num.22.ibid.

Filius.

Filius ſecundò genitus habet hypothecam ſuper feudo pro dicta militia. num.21.pag.65
Filius, qui hæreditatem Paternam adiecit, quando poſſit repudiare. num.23.pag.255
Filij ex diuerſis vxoribus procreati ſi ſint à patre inſtituti, ac ad inuicem ſubſtituti ad partem repudiantis quomodo admittantur. num.26. pag.172

Fiſcalis.

Fiſcalium, & collectarum exactio, habet viam exequutiuam. num.79.pag.104
Fiſcalium executio, non habet viam exequutiuam dato aliquo impedimento. num.80.ibid.

Fiſcus.

Fiſcus non agit contra Burgenſatica in caſu deuolutionis ſine ceſſione. num.19.pag.227
Fiſcus in dubio nullum habet priuilegium. num.20. ibidem.
Fiſcus ſoluens non ſuccedit in eis iura ſine ceſſione. num.21.ibid.
Fiſcus quando agat contra debitorem ſui debitoris, & qua actione. num.22.pag.228
Fiſci nomine quilibet agere poteſt, ſed ipſe minime ſine ceſſione num.23.ibid.
Fiſcus non cedit facta ſolutione ex interuallo, nec ipſe agit facta ceſſione ex interuallo. n.24. ibidem.
Fiſcus pro ſuis creditis agit etiam tempore nundinarum. num.14.pag.109
Fiſcus creditori agenti cum aſſenſu in caſu deuolutionis, an poſſit opponere, vt agat contra Burgenſatica. num.7.pag.225
Fiſcus tenetur in caſu deuolutionis ſoluere onera contracta cum aſſenſu. num.4.pag.224

Fœmina.

Fœminæ qualiter excommunicantur ob clauſuram violatam. num.56.pag.343
Fœminarum conſortium quantum euitandum. num.12.pag.34
Fœminæ ingrediuntur clauſuram ad aſſociandam Euchariſtiam infirmis. num.54.pag.343
Fœminæ vt Baiulæ an ingredi poſſint clauſuram Monachorum. num.45.ibid.
Fœmina habet electionem in diuiſione. num.69. pag.240

Forenſis.

Forenſis pro ſalario ligatur ſtatuto vrbis. num.45. pag.220

Forum.

Fori electio; & variatio non datur pro contractibus geſtis in nundinis. num.19.pag.109
Fori electio, an locum habeant contra Neapolitanos. num.70.pag.103
Fori variatio, & electio, an detur in nundinis, & coram Magiſtratibus ipſarum. num.15.pag.109

Formula.

Formula legandi ad excludendum aſſenſum Apoſtolicum. num.9.pag.230
Formula alia legandi ad eundem effectum. num.10. ibidem.

Franchitia

Franchitiæ clericorum regulantur à foro ſpirituali. num.33.pag.201
Franciſci Ciccoperij locum *lib.2.num.168.* adducitur ad propoſitum. num.29.pag.309

Fratres Minores.

Fratres Minores Sancti Franciſci, neque in communi; neque in particulari proprietatem aliquam habere debent. num.36.pag.265
Et vtrum poſſent habere vſum ſimplicem? ibid.
Fratribus Sancti Franciſci de Obſeruantia vſus arctus eſt permiſſus, nec vltra ipſum quicquam facere poſſunt. num.38.ibid.

Fructus.

Fructus non veniunt in remedio *l.2.* ſecus in nullitate contractus. num.4.pag.49
Limitatur interdum, & quando. num.5.pag.50

Fructus.

Fructus quæſiti à Monacho, & bona non transferuntur cum Monacho tranſlato ad aliud Monaſterium. num.24.pag.189
Fructus naturales percepti transferuntur cum tranſlato ad aliam Eccleſiam. num.25.ibid.
Fructus ciuiles quorum ſolutionis dies non venerat pertinet ad ſucceſſorem tranſlati. num.33.p.190
Fructus percepti, & à ſolo ſeparati pertinent ad reſignantem ſeu pendentes. num.34.ibid.
Fructus debentur, quando contractus eſt ipſo iure nullus. num.31.pag.162
Fructus veniunt ſub nomine damni, & intereſſe. num.25.pag.236
Fructus à die alienationis veniunt re nulliter alienata Eccleſiæ. num.29.pag.162
Fructus Beneficij illi propriè dicuntur, qui deductis oneribus percipi poſſunt in abſentia non reſidendo. num.5.pag.325
Fructus Eccleſiarum Regiarum qualiter diuidantur, num.38.pag.190

Fugiens.

Fugiens à carceribus Baronis animo veniendi ad magnam Curiam Vicariæ non dicitur fugitiuus. num.16.pag.125

Fugitiuus.

Fugitiuus non ſemper eſt Apoſtata. num.14.p.124

Fugitiuus non dicitur, qui vadit ad Superiorem. num.15. pag.125

Fundatrix.

Fundatrices Monaſteriorum non poſſunt ingredi clauſuram exceptis fundatricibus Monaſteriorum Sancti Franciſci de Paula. num.37.pag.342

Fundus.

Fundum emens cum pacto retrouendendi, non poteſt cogi pro parte. num.14.pag.268

Funus.

Funus mulieris manentis in clauſtro Monialium, quæ ſepulturam elegit qualiter, & à quibus fiat. num.69.pag.344

Fur.

Fures confeſſi, & conuicti, qualiter puniantur. num.2.pag.81

Furtum.

Furtum domeſticum qualiter puniatur. num.9.p.83

Furti pœna qualis inter Eccleſiaſticos, & Regulares. num.10.pag.84

Furtum qualiter puniatur pœna ordinaria. n.5.p.81

Furtum qualiter puniatur pœna extraordinaria. num.6.pag.81

Furtum, & delicta in nundinis commiſſa, nullam habent impunitatem. num.12.pag.108

Furtum in Monaſterio N. commiſſum aſſeritur, & & caſtigandum. num.1.pag.80

Furtum quando criminaliter agitur qualiter probandum. num.7.pag.83

Furta ſortilegiis quærentes, puniuntur. n.3.p.140

G

Gabella.

GAbellarum cauſæ ſunt odioſæ, & earum acceptio fauorabilis. num 40.pag.203

Gabella impoſita ob publicam vtilitatem, latè eſt interpretanda. num.41.ibid.

Gabella in dubio præſumitur odioſa,& contra eam pronunciandum. num.59.pag.203

Garzię locus,*p.3.c.2.n.*465.adducitur.n.34.p.309

P. Girunda.

P. Girunda, *tom.2.lib.8.diſp.5.c.2.* affertur ad materiam noſtram. num.20.pag.92

Gizzarellus.

Gizzarellus *deciſ.*57.commendatur. num.37.p.237

Graffij Conſilium 1.*de ſent.excommunic.*adducitur ad propoſitum. num.35.pag.89

Granaffeus.

Granaffei conceſſio qualiter facta. num.14.p.160

Gratia.

Gratia Apoſtolica inſtificata, eſt ſtatim exequenda. num.7.pag.28

Gratia Apoſtolica habet clauſulam, ſi preces veritati nitantur. num.8.ibid.

Gratia Apoſtolica eſt conditionalis, donec fuerit iuſtificata. num.9.ibidem.

Gratia quando dicatur facta, & quando facienda? num.5.pag.262

Gratia facienda ſub nomine dignitatis conceſſa, morte concedentis non expirat, nec poteſtas data ad gratiam exequendam à Sede Apoſtolica conceſſam. num.6.ibid.

Gratia ſubreptitia nullum meretur effectum. num.27.pag.333

Grammatici.

Grammatici deciſio in conſilio criminali 48.adducitur & explicatur. num.14.pag.258

Gratia facta abſque limitatione conceſſa, morte concedentis non expirat etiam re integra. num.2. pag.261

Gratianus.

Gratianus *cap.*297.adducitur, & declaratur. n.10. pag.243

Greges.

Greges, armenta &c. non alienantur. n.38.p.22

Grauatus.

Grauato ſemel admiſſo Proximior eius præſumitur magis à teſtatore dilectus. num.23.pag.172

H

Habitus.

HAbitus S. Benniti, qui datur abiurantibus qualis ſit. num.10.pag.135

Hæres.

Hæredis inſtitutio quando poſſit conferri in alterius arbitrium. num.64.pag.74

Hæredis filius, poſt repudiatam hæreditatem poteſt iterum adire, & quando? num.9.pag.3

Hæres Patris ſi filius ſit, & inuenerit bona aduentitia alienata non poterit agere, ſi ſit hæres Patris. num.40.pag.54

Hæres, qui facit inuentarium admittitur contra factum defuncti. num.41.ibid.

Hæres per inuentarium habetur pro non hærede. num.42.ibid.

Hæres ex dolo defuncti agit ſi in contractibus commiſſus ſit, & verſa vice ex eodem dolo conuenitur. num.12.pag.50

Hæredes ex cauſa poſſunt contrauenire teſtatoris præcepto de non diuidendo. num.64.p.240

Hæreditas vel legatum quando poſſunt repudiari ſine aſſenſu. num.48.pag.23

Hæreditas regulari relicta poteſt adiri à Monaſterio inuito Monacho, *num.*1. Idem in legato, quod poteſt agnoſci Monacho inuito.num.1.pag.144

Hæreditas relicta Monacho in ſui libera facultate diſponendi per ſacram Rotam fuit approbata. num.7.pag.70

Hæreditatis diuiſio qualiter ſit facienda.n.50.p.238

Hæreſis, Hæreticus.

Hæreſis eſt dicere à ſententia Papæ poſſe appellari ad Chriſtum Dominum. num.15.pag.188

Hæreticorũ fautores qualiter abiurent. n.27.p.136

Hodie.

Hodie quæ requirantur ad exeundum pro tali cauſa. num.19.pag.340

Homicidium.

Homicidium qualiter dicatur deductum ad forum contentioſum. num.32.pag.289

Homicidium aliud ex priuata, aliud ex publica authoritate fit. num.1.pag.286

Homicidium voluntarium multiplex,& ſemper cauſat irregularitatem. num.24.pag.88

Homicidium rixoſum quando irregularitatem cauſet, & an illud, de quo agitur ſit rixoſum. n.25. ibidem.

Homicidium voluntarium quoad irregularitatem, differt ab eodem quoad diſpenſationem, & pœnam. num.26.ibid.

Homicidium, vel vulnus qualiter illicitum. n.20. pag.284

Homicidium caſuale qualiter irregularitatem cauſet. num.21. ibid.

Homicidium ex priuata authoritate quotuplex ſit. num.7. pag.286

Homicidium ob defenſionem propriam, innocentis, vel Reipublicæ quale. num.8.pag.286
Homicidium ob defenſionem bonorum,vel honores an permittatur,& quando. num.9.ibid.
Homicicium omnino caſuale an inducat irregularitatem, & quando. num.10.ibidem.
Homicidium caſuale duplex eſt, & quando faciat irregularem. num.11.ibidem.
Homicidium caſuale cum culpa Theologica, & legali quale ſit. num.12.ibid.
Homicidum caſuale cum qua culpa irregularitatem cauſet. num.13.pag.287
Homicidium priuatum voluntarium culpabile cauſat irregularitatem. num.14.ibid.

Homo.

Hominum coadunationes, quæ non ſunt mercatus fieri poſſunt, ſine licentia, & datur exemplum. num.11. pag.114

Hortus.

Hortus an ſit clauſura, & quando. num.38. pag.342

Hoſpes.

Hoſpites in nouitiatu exiſtentes quando gaudeant priuilegio Canonis. num.45.pag.89

Hoſpitium.

Hoſpitia, infirmariæ, & ſimilia an ſint ſub clauſura. num.10.pag.340

Hypotheca.

Hypotheca contracta cum aſſenſu in praxi non extinguitur per deuolutionem feudi. num.3. pag.224
Hypotheca tacita datur pro collectis. num.45. pag.101

I

Ieſuitæ.

Ieſuitæ conſulunt non eſſe irregularem clericum, de quo hic. num.1.pag.281
Ieſuitæ conſulunt poſſe Epiſcopum diſpenſare ſi ſit irregularis. num.5.pag.282
Ieſuitæ qui poterant & alij Regulares abſoluere an pluribus nunc, non habet facultatem. n.59. pag.343

Ignorantia.

Ignorantia craſſa excuſat à clauſuræ violatione. num.29.pag.342
Ignorantia culpabilis excuſat à pœna clauſuræ violatæ. num.30.ibidem.

Illicitum.

Illicitum quibus modis poſſit aliquid eſſe.num.19. pag.284

Imago.

Imagines conſpurcantes qualiter abiurent.num.24. pag.136

Immunitas.

Immunitas conceſſa ciuibus an,& quando extendatur ad eos, qui ſuſtinent onera. num.46. pag.203
Immunitas ex cauſa concedi poteſt, & quando. num.10.pag.99.
Immunitatis conceſſio facta ab Vniuerſitate,an Fiſco præiudicet. num.11.ibid.
Immunitas pluribus caſibus ab Vniuerſitate conceditur. num.12.ibidem.
Immunitas conceſſa Titio, & ſuis ſucceſſoribus, quid ſi filij diuidantur. num.32.pag.100
Immunitas conceſſa Titio, & ſucceſſoribus, an comprehendat ſucceſſores particulares.n.38.ibid.
Immunitas non ſoluendi vectigalia,qualiter acquiratur per præſcriptionem. num.33.ibid.
Immunitas conceſſa generaliter, an comprehendat neceſſaria. num.35.pag.101
Immunitas non ſoluendi Vniuerſitati conceſſa, an fiat præiudicium ciuibus ſoluentibus. num.28. pag.101
Immunitas Ciuitatis Gaetæ fauorabilior eſt, & quare. num.29.ibid.
Immunitas conceſſa Titio, & hæredibus, an comprehendat deſcendentes ex filia. num.30.ibid.
Immunitas quibus modis poſſit concedi. n.4.p.98
Immunitas eſt odioſa. num.5.ibid.
Immunitas conceditur ab Vniuerſitate tribus concurrentibus. num.16.pag.99
Immunitas conceſſa ex vi Priuilegij localis, qualiter intelligatur. num.50 pag.204
Immunitas Eccleſiaſticorum non eſt diminuenda, & qualiter. num.51.ibidem.
Immunitatis conceſſio eſt ſtricti Iuris. n.24.p.100
Immunitas conceſſa Baroni, an comprehendat fructuum collectores. num.25.ibid.
Immunitas Fiſcalium à Principe conceſſa, quid comprehendat. num.26.ibid.
Immunitas patris onuſti, quid comprehendat. num.37. pag.101
Immunitatis conceſſio quando ſit contra publicam vtilitatem. num.8.pag.98
Immunitates Neapolitanorum quæ ſint.n.61.p.102

Impeditus.

Impeditus iuſtè fingitur præſens, vt admittatur ad portionem ſibi debitam. num.19.pag.323
Impeditus iuſtè,licet reputetur præſens, vt admittatur ad portionem ipſi debitam, non tamen lucratur portiones abſentiam. num.20.ibid.

Imperium.

Imperium duo conſeruant iuriſdictio, & priuilegium. num.17.pag.114

Incapaces.

Incapaces alienant ſine aſſenſu. num.52.pag.23

Incommoditas.

Incommoditas Domini cenſus, an faciat cenſum indiuiduum. num.13.pag.268

Indicium.

Indicio ad torturam qualiter probanda. n.1.p.82
Indicia plura remota,quæ ſint in præſenti.n.4.p.83
Indicia corruunt non probato delicto in genere. num.5.ibid.
Indicia inſufficientia de per ſe qualiter vniantur, ad probandum. num.2.ibid.
Indicium an oriatur ex ſupellectilium ſcilicet tranſlatione de loco ad locum. num.13.pag.82
Indicium remotum quale ſit in furto. n.15.ibid.

Indulgentia.

Indulgentiarum materia quantum ſcrupuloſa ſit,& quæ non admittat? num.21.pag.332
Indulgentiæ triplicis ſpeciei ſunt, ſicut, & priuilegia. num.27.pag.264

Indultus.

Indultus de fructibus conſequendis per obitum non comprehendit per tranſlationem. num.27. pag.189
Indultus Cameræ Apoſtolicæ ſuper fructibus non comprehendit reſignationem. num.28.ibid.

Inquilinus.

Inquilinus nullam tenetur Neapol.facere denunciationem Domino domus. num.2.pag.128

Inquiſiti.

Inquiſiti in Tribunali ſancti Officij, pendente accuſatione, an poſſint habere vocem actiuam, & paſſiuam in electione Canonica Superiores. num.13.pag.141

Inquiſitor.

Inquiſitores in abiuratione aduertunt qualitates cauſæ

causarum, & personarum. num.14.pag.135

Instituere.

Institui debet, quæ præsentatur ab existentibus in quasi possessione præsentandi. num.22.p.30

Instrumentum.

Instrumentum stipulatum de non soluendis fiscalibus affertur. num.3.pag.98

Instrumentum potest liquidari in Curiis nundinarum. num.21.pag.109

Interesse.

Interesse particularium quando considerandum sit necnè, respectu publici interesse. n.19.p.111

Interesse, præsentem esse, & absentem qualiter differant in iure. num.20.pag.308

Interesse is verè dicitur Officiis diuinis, qui illis præsens est, & ministerium exhibet. num. 27. pag.323

Interpretatio.

Interpretatio in contractibus qualiter sit facienda. num.27.pag.236

Irregularitas.

Irregularitas ex homicidio, vel mutilatione qualis sit. num.3.pag.286

Irregularitas ab assessore, & iudice quando contrahatur. num.4.ibid.

Irregularitas ex vulnere an sit, si post vulnus sequatur mors casualiter. num.19.pag.287

Irregularitas ex occulta hæresi, vel ex homicidio casuali occulto, vel sit fiat in bello, sed non volito per se, vel in fœtus animati occulti dispensatur, & quando ab Episcopo. num.47. pag.290

Irregularitas an ex vulnere causetur, posita conualescentia, & deinde sequuta morte. num.22. pag.288

Irregularitas ex defectu lenitatis qualis sit, & quando contrahatur. num.6.pag.286

Irregularitas in dubio iuris non contrahitur. n.12. pag.283

Irregularitas ex vulnere ob opus illicitum, vel licitum an differat. num.18.pag.284

Iudex.

Iudex cognoscens de criminibus commissis in Ciuitate, cognoscit etiam de commissis in casalibus. num.16.pag.258

Iudex qualiter contrahat irregularitatem ex sententia, & quid ex 2agellatione, & quid si non Christianum condemnet, & quid de mandante occidi Bannitum. num.5.pag.286

Iudex Ecclesiasticus an cogat laïcum ad standum contractui. num.27.pag.21

Iudex nundinarum, an iudicare debeat solus, ac cum mercatoribus. num.18.pag.109

Iudex via confirmatiua procedit in tutore dato ab extraneo. num.9.pag.277

Iudex an possit metum carceris inferre vt contrahatur Matrimonium? num.10.pag.155

Iudices inferiores iudicare debent ad exempla maiorum. num.15.pag.14

Iudicium sortis qualiter per legem sit approbatum. num.71.pag.240

Iura.

Iura generaliter loquentia qualiter intelligenda. num.18. pag.46

Iura personalissima transeunt ad Monasterium ex Monachi persona. num.22.pag.150

Iura negantia doli actionem transire ad hæredem, qualiter intelligantur, & quomodo procedant. num.13. pag.50

Iura, & actiones non circumscribuntur loco, & constituunt tertiam speciem inter mobilia, & stabilia. num.9.pag.63

Iuramentum.

Iuramentum quo alienantur bona Ecclesiæ est periurium. num.22.pag.161

Iuramentum non obligat posita læsione. num.32. pag.256

Iuramentum appositum in contractu ligat successores iurantium. num.31.pag.334

Iureconsultus.

Iureconsulti respondere debent de iure, non de facto. num.27.pag.285

Iurisdictio.

Iurisdictio nundinarum est tempore peritura, & acta currunt per horas. num.22.pag.109

Iurisdictio casalium non potest separari à ciuitate ad libitum, sed à Rege. num.20.pag.199

Iurisdictio Episcopi, mortuo eodem infra octo dies est penes totum capitulum, non penes primam dignitatem. num.21.pag.120

Iurisdictio delegata, si sit contentiosa re integra perit morte delegantis. num.9.pag.262

Iurisdictio duplex, Spiritualis & Temporalis. num.37.pag.202

Iurisdictio cognoscendi extra territorium datur per consuetudinem. num.18.pag.114

Iurisdictio Episcopi infra illos octo dies non est penes Archidiaconum. num.26.pag.121

Iurisdictio concessa pro Ciuitate comprehendit etiam casalia. num.18.pag.259

Iurisdictio Ciuitatis comprehendit comitenses. num.13. pag.199

Ius.

Ius præsentandi si daretur Ecclesiæ non efficitur iuspatronatus Ecclesiasticum. num.48. pag.42

Ius præsentandi potest vni donari, & alteri iuspatronatus. num.49.ibidem.

Ius nominandi si vnus habeat, & alius ius præsentandi an ius patronatus specificetur à nominante, vel à præsentante. num.50. pag.43

Ius querelandi testamentum, vel dispositionem Patris contra formam *l. hac edictali, de secundis nuptiis*, non transit ad extraneos. num.20.pag.51

Ius reuocandi emphyteutam, vel ius reuocandi donationem ob ingratitudinem non transit ad hæredes, sed ex aliis causis transit num.44. pag.54

Iuspatronatus.

Iuspatronatus triplex Ecclesiasticum, Laïcale, & mixtum. num.6. pag.38

Iuspatronatus Ecclesiasticum potest esse quod habuerit originem à laïcis. num.7.pag.38

Iuspatronatus fundatum à clerico, si ignoretur de quibus bonis, qualiter iudicandum sit. num.8.pag.39

Iuspatronatus ex bonis Ecclesiæ fundatum, & in laïcum translatum authoritate Apostolica, an fiat laïcale. num.9.pag.39

Iuspatronatus ex pacto, & prouidentia quodnam sit. num.17.pag.29

Iuspatronatus per Promotum possessum nullum recipit præiudicium, data per Papam retentione. num.13.pag.92

Iuspatronatus mixtum non continetur sub regula 8. Cancellariæ. num.25.pag.40

Iuspatronatus, de quo in præsenti est origine, & translatione laïcale. num.40.pag.41

Iuspatronatus laïcale translatum ad Ecclesiam; quando fiat Ecclesiasticum. num.30. ibidem.

Ius patronatus pro certo genere personarum passiuè

uè fundatum non per hoc quod fiat Eccleſiaſticum poterit aliis dari. num.31.pag.41
Ius patronatus Eccleſiaſticum factum per tranſlationem cadit ſub regula de menſibus. n.32.ibid.
Ius patronatus quando tranſire debet ad alium cum licentia Epiſcopi. num.33.ibid.
Ius patronatus originariè laïcale tranſlatum ad Eccleſiam, quando ſtet ſub regula. n.34.p.41
Ius patronatus ſpectans ad confraternitates laïcales, laïcale dici debet. num.36.ibid.
Præſentatus à maiori parte inſtituendus eſt in Iure patronatus. num.2.pag.2
Donatarius Iuris patronatus habet vocem in præſentatione diſtinctam ab illa, quæ ſibi competit, ex quaſi-poſſeſſione præſentandi. num.8.pag.3
Deſcendentia, in Iure patronatus, qualiter probanda. num.10.pag.3
Iuris patronatus inſtitutio dari debet habenti maiora ſuffragia. num.1.pag.5
Ius patronatus in dubio præſumitur hæreditarium. num.2.ibid.
Ius patronatus tranſit in vniuerſitate bonorum. num.30.pag.31
Ius patronatus triplicis eſt generis. num.10.p.29
Ius patronatus cur ab Eccleſia permittitur. n.11. ibidem.
Ius patronatus qualiter requiratur. num.12.ibid.
Succeſſio in iure patronatus qualis ſit.n.13.p.29
Ius patronatus in dubio, ſi non conſtet de fundatione, vel dotatione, vel conſtructione præſumitur hæreditarium. num.3.pag.2
Ius patronatus ſui natura, tranſit ad hæredes extraneos, licet ſit fundatum pro familia, dummodo non ſit fundatum taxatiuè pro familia. num.4. ibidem.
Ius patronatus fundatum pro ſe, & familia, donari poteſt alteri, & acquiritur per donationem. num.5.ibid.
Ius patronatus laïcale ſi detur Eccleſiæ cum qualitate laïcali, remanet laïcale. num.44.pag.42
Ius patronatus Eccleſiaſticum continetur ſub regula 8. Cancellariæ. num.21.pag.40
Ius patronatus quando ſit ſub regula 8. Cancellariæ. num.22.ibid.
Ius patronatus Eccleſiaſticum non continetur ſub regula. 8. apud Hiſpanos. num.23.ibid.
Ius patronatus relictum confratribus, cui cenſeatur relictum. num.51.pag.43
Ius patronatus relictum Ciuibus, an cenſeatur Ciuitati relictum. num.52.ibid.
Ius patronatus Eccleſiaſticum eſſe fundatum de bonis Eccleſiæ qualiter requiratur. n.12.pag.39
Ius patronatus mixtum quando ſtet ſub regula 8. num.27.pag.40
Ius patronatus Eccleſiaſticum non ſemper cadit ſub regula, & quando. num.28.ibid.
Iuris patronatus tranſlatio qualiter in dubio facta cenſeatur in Eccleſiam. num.46.pag.42
Præſentatus in Iure patronatus licet ſit de familia teſtatoris, non poterit præferri niſi poſita paritate ſuffragiorum cum altero præſentato.n.4.p.5
Iuris patronatus præſentatio illa admittitur cum quo concurrunt maiores voces compatronorum. num.5.ibid.
In Iure patronatus vocatus à primis fundatotibus in prima erectione dicitur nominatus per eoſdem, & non indiget præſentatione. num.6. pag.6
Pater poteſt filium præſentare in iure patronatus. num.7.pag.3
Fœmina, quæ renunciauit hæreditati non admittitur ad præſentationem Iuris patronatus hæreditarij. num.6.pag.3

Iuſtitia.

Iuſtitia nulla maior, quam propriam patriam defen- num.49.pag.178

L

Læſio.

Læſio in venditione ſub haſta quid operetur. num.34.pag.53
Læſionis actio eſt in patrimonio læſi contra D. Hodiernam. num.35.pag.53
Læſio enormiſſima dat cauſam reſcindendi diuiſionem etiam per ſortem. num.37.pag.237
Læſio quæ requiratur pro diuiſione reſcindenda, quanta eſſe debeat. num.17.pag.234

Laicus.

Laïcus an poſſit præſentari ad Iuſpatronatus, qui de proximo eſt clericandus. num.81.pag.212
Laïcus, & clericus ſimul obligati coram quo conueniantur, & quid in delictis. num.36.pag.202
Laïci poſſunt interdum compelli per Epiſcopum ad ordines ſuſcipiendos. num.55.pag.296
Laïcus de proximo clericandus an poſſit præſentari ad Beneficium Iuriſpatronatus. num.78. pag.211
Laïci, & Religioſi audientes confeſſiones cum non ſint Confeſſarij, qualiter abiurent.num.20. pag.155
Laïcus acquirens bona Eccleſiæ quando illa mutent conditionem? num.11.pag.89
Laïcus cuſtos clauſuræ quam pœnam incurrat ingredi permittens. num.26.pag.341

Lampas.

Lampades argenteæ, & ſimilia quando alienentur ſine aſſenſu. num.45.pag.22

Lanfranchus.

Lanfrancus Zachias de ſalario, q.7. adducitur contra Cameram. num.6.pag.216

Laudemium.

Laudemium an debentur ex diuiſione. num.53. pag.239

Legatum.

Legatum ſi ſit factum conſanguineis pro dote, & concurrat conſanguinea innupta proximior, & conſanguinea nupta remotior, quænam præferatur? num.15.pag.170
Legatum relictum pro puellis maritandis in Ciuitate debetur illis de caſalibus. num.22. pag.259
Lagatum pro maritandis puellis quando ſit pium. num.23.ibid.
Legatum pro maritaggiis an ſit fauorabile.num.24. ibidem.
Legata relicta cognatis intelliguntur relicta cognatis teſtatoris, & vtrum hoc ſit in feudo. num.22.pag.171.& 172
Legatum pro conſanguineis pauperibus, an ſit pium. num.14.pag.182
Legatum relictum pro meritis, vel vigore tranſactionis non eſt Fabricæ ſubiectum num.15 ibidem.
Legatum relictum Monacho, cum pacto ne ſe intromittat Monaſterium, ſi aliter fiat remanet penes hæredem. num.9.pag.70
Legatum Monacho relictum ſub conditione, ſi pendente conditione ſit factus Epiſcopus, ſi poſtea conditio impleatur, acquiritur Eccleſiæ, non Monaſterio. num.9.pag.146
Legatum cenſus factum domui Profeſſæ Societatis Iesv qualiter fuerit in Rota interpretatum. num.4.pag.70

Legatum certo modo præſtandum, ſi aliter detur, obligatur ad reſtituendum qui accipit. num. 10. pag. 335
Legatum factum pro maritandis puellis Ciuitatis, poteſt dari pro puellis caſalium. num. 9 pag. 258
Legatum relictum pro neceſſitatibus Regularis poteſt Superior Monaſterij ad libitum in vſus communes diſpenſare. num. 21. pag. 149
Legatum omnium bonorum mobilium, & immobilium, an contineat iura, & actiones. num. 8. pag. 63
Legatum pro dote relictum non debetur puellæ contrahenti matrimonium contra formam conſilij. num. 5. pag. 335
Legatum annum limitatur, vel Eccleſiæ factum eſt vnicum, ſecùs ſi particularibus, quia quot ſunt anni, tot ſunt legata. num. 14. pag. 64
Legatum pro maritandis puellis ciuitatis, poteſt dari illis de caſalibus. num. 4. pag. 198
Legatum non petitum per plures annos à Regulari, an peti poſſit. num. 25. pag. 151
Legatum modale relictum Eccleſiæ, modo non impleto non reuocatur. num. 26. ibid.
Legatum annuum tot requirit præſcriptiones, quot ſunt anni. num. 27. ibid.
Legatum de quo ſuprà per Sacram Rotam iterum fuit admiſſum ad fauorem Monachi. num. 5. pag. 70
Legati, & Vicelegati circa collationes Beneficiorum maximam habent auctoritatem, & quomodo. num. 28. pag. 121
Legatum relictum cum pacto vt non acquiratur Monaſterio, eidem acquiritur. num. 15. pag. 147

Legitima.

Legitima debetur filio à die mortis patris unà cum fructibus, ſiue intereſſe, etiam ſine petitione, ſecus intereſſe paragij. num. 10. pag. 193
Legitima eſt quota bonorum non hæreditatis, & præſtari debet ſuper ſingulis corporibus, poteritque liquidari in pecunia, paragium verò ſufficit dari in pecunia. num. 14. pag. 193
Legitima, dos, congrua, ſiue paragium, & virilis quid ſint. num. 2. pag. 192
Legitima qualiter debeatur deducto ære alieno. num. 28. pag. 256

Lex.

Lex generaliter loquens caſus ſpeciales qualiter non comprehendat. num. 30. pag. 47
Lex numquam trahitur ad præterita jam deciſa, & qualiter dicantur deciſa. num. 5. p. 61
Lex antiqui Juris declaratoria, an trahatur ad præterita. num. 7. pag. 62
Lex loquens generaliter comprehendit omnes caſus, quamuis videatur maior ratio in vno, quàm in alio. num. 36. pag. 248
Legis anima, eſt ratio prooemialis. num. 31. pag. 65
Legis ratione ceſſante, ceſſat lex. num. 32. pag. 66
Legis verba qualiter interpretanda. num. 18. pag. 77
Leges politicæ præjudiciales ſtatui Clericorum non ligant Clericos. num. 39. pag. 176
Leges politicæ qualiter ligent Clericos vi coactiua, an vi directiua. num. 40. ibid.
Leges nouæ correctoriæ qualiter ſint interpretandæ. num. 13. pag. 45
Legem mutari, & abrogari rationabile eſt, aliquando. num. 33. pag. 115
Leges ad præterita non extenduntur; ſed futura reſpiciunt. num. 2. pag. 61
Leges Regiæ approbantur per Pontifices ſi fiant per Principes ſuperiores. num. 34. pag. 176

Libertas.

Libertas maximè exiſtimatur in iure. num. 23. pag. 175

Liber.

Libros hæreticorum retinentes, vel legentes qualiter abiurent. num. 23. pag. 136

Licentia.

Licentia circa exercitium voti paupertatis ex parte modi iuſta, & ſine dolo, & fraude debet eſſe. num. 32. pag. 265.
Licentia à Monaſterio exeundi, vel ad illud impediendi ſine ſcriptis dari poteſt. num. 21. pag. 263
Licentia non reſidendi Clericis beneficiatis ab Epiſcopo conceſſa ob cauſam ſtudij, morte Epiſcopi concedentis non euaneſcit. num. 22. ibid.
Licentia alienandi ſine aſſenſu contra legem Canonicam, & Ciuilem. num. 11. pag. 230
Licentia alienandi ſine aſſenſu, quod tempus reſpiciat. num. 12. ibid.
Licentia ſimpliciter alienandi non tollit aſſenſum. num. 16. pag. 230
Licentia in Religione ſancti Franciſci data ab vno Generali ſiue Prouinciali, eo decedente, ſiue ab Officio remoto extinguitur, & de qua licentia hoc ſit intelligendum? num. 29. pag. 264
Licentia ſubdito conceſſa per Prælatum per modum diſpenſationis, ob aliquam tamen cauſam, durante cauſa non poteſt per Prælatum reuocari. num. 30. ibidem.
Licentia celebrandi in priuato oratorio à ſola Sede Apoſtolica hodie conceditur. num. 23. ibidem.
Licentia audiendi confeſſionem alicuius determinatæ perſonæ re integra morte concedentis expirat. num. 11. pag. 262
Licentia Superioris debet eſſe expreſſa, vel tacita, & quomodo hæc exemplificetur. num. 3. pag. 73
Licentia Superioris conceſſa pro exequutione, an poſſit reuocari. num. 4. ibidem.
Licentia data ſubdito per Superiorem, vt aliquid accipiat, vel det, per mortem ipſius Superioris, ſiue eius finito officio non extinguitur; niſi Religionis ſtatuta ſecus diſponant. num. 28. pag. 264
Licentia facta Religioſo à ſuo Prælato vt cum coniugatis ad petendum debitum impeditis diſpenſare poſſit, mortuo Prouinciali, vel remoto non expirat. num. 24. pag. 264
Licentia data Moniali per Abbatiſſam de dando vel recipiendo rem aliquam quomodolibet, finito Officio Abbatiſſæ adhuc durat. num. 7 pag. 262

Licitatio.

Licitatio quando in diuiſione eſt neceſſaria. n. 56. p. 239

Lis.

Lite ſuper exemptione inter Epiſcopum, & Abbatem nequit judicare Epiſcopus. n. 9. p. 273

Litteræ.

Litteræ Apoſtolicæ ſunt omni reuerentia ſeruandæ n. 3. p. 184
Litteræ dimiſſoriales ad ordines ſuſcipiendos, morte Epiſcopi expedientis non expirant. num. 17. pag. 263
Et vtrum ſi fuerint conceſſæ à Capitulo Sede vacante an expirent expirata Capituli poteſtate? num. 18. ibidem.

Liuellus.

Liuelli cauſa quod ius habeant Monachi in bonis debitoris. num. 22. pag. 65

Liuelli qui sint, & qui Doctores de eis tractent. num.1.pag 63
Liuelli sub decreto Sanctissimi N. Papæ, de quo *suprà* non comprehenduntur. num.2.ibid.
Liuelli sunt nomina debitorum, & non sunt neque stabiles, neque mobiles, neque census, seu annui redditus. num.3.ibid.
Liuellorum vsus apud Benedictinos semper fuit. num.7.pag.60

Locatio.

Locatio vltra triennium valet. num.29.p.22
Locatio tribus à principio facta per nouem annos non valet. num.30.ibid.
Locatio rerum Ecclesiæ per annos sex non valet, etiam cum pacto renouandi. num.31.ibid.
Locatio per triennium non poterit prorogari. num.32.ibid.
Locatio excedit triennium quando fructus non percipitur quolibet anno. num.33.ibid.
Locatio si fiat nomine Ecclesiæ, Pupilli, vel Ciuitatis tenetur successor ei stare. num.35. pag.22
Locatio sine consensu Conuentus nullis subiicitur pœnis, licet requiratur consensus prædictus. num.30.pag.130
Locatio ad longum tempus qualiter olim fiebat & qualiter ad breue tempus. num.12. pag.129

Locus.

Locus non potest mutari, vbi solitæ sunt functiones exerceri. num.18.pag..111
Locum designare pro mercatu, ad quem spectet, ad Baronem, an ad Vniuersitatem. num.20. ibidem.

Ludus.

Ludum frequentantes possunt officiis priuari Ecclesiasticis. num.3.pag.33

M

Magalius.

MAgalij pulchra affertur doctrina. num.31. pag 88.

Magna C. V.

Magna C. V. cognoscit de delictis commissis in Ciuitate Neapolitana, & suis casalibus. num.10. pag.198
Magna C. V. non potest procedere ex processu informatiuo contra Neapolitanos, neque poterit contra homines casalium. num.15. pag.199

Magis.

Magis dignum qualiter tradat minus dignum. num.34.pag.201

Magister, Magistratus.

Magister nundinarum per quem eligi debeat.n.12. pag.111
Magistri, Laici, Clerici, & Nouitiorum percutientes Discipulos non sunt excommunicati. num.25.pag.88
Magistri Nouitiorum etiamsi percutiant contra Ordinem regulæ, vel Superioris præceptum non sunt excommunicati. num.26.ibid.
Magistratus quando possint præiudicare Ciuitatibus in contrahendo. num.16.pag.9
Magistratus perpetui cur habeant ampliorem facultatem in contractibus quam temporales. num.18.ibidem.

Maiora.

Maiora damna sequi possent ex hoc decreto, quàm ex permissione Liuellorum. num.20.pag.199

Maioratus.

Maioratus constitutus priuilegio Principis potest reuocari ab eodem. num.25.pag.183

Mala fides.

Mala fides resultat posita resistentia iuris. n.30. pag.162

Manutentio.

Manutentio datur Beneficiato, & Pensionario, non obstante exceptione quod sit malè promotus quod non deferat habitum, & quod matrimonium contraxerit. num.9.pag.58
Manutentio exemptionis non datur ex quasi-possessione, sine priuilegio exemptionis, & facit vt neque Episcopo manutentio iurisdictionis detur. num.7.pag.272

Maritus.

Maritus, & vxor si Cappellaniam fundantes de bonis vtriusque suas vocent consanguineas proximiores, concurrentibus deinde consanguineis mariti, & consanguineis vxoris, quisnam præferendus sit? num.4.pag.168

Masculi.

Masculi canebant antiquitus in Choro cum fœminis. num.4.pag.83

Mater.

Mater, Auia, Patruus, & extraneus possunt tutorem dare pupillis eos faciendo hæredes. n.4.p.276

Matrimonium.

Matrimonium nulliter factum non ratificatur per copulam, litteras, & simil. num.21. pag.157
Matrimonium metu cadente in constantem virum factum nullum est: declaratio nil ponit in esse; sed id quod est manifestat. num.7.pag.154
Matrimonium ratum quod per professionem soluitur non soluitur per susceptionem Militaris Ordinis. num.15.pag.294
Matrimonium nullitet contractum, vt denuo validetur, an requiratur Parœci præsentia, vel sufficiat solus consensus? tres referuntur opiniones. num.15.16.& 17. pag.156.& 157
Matrimonium factum coram Parœco putatiuo valet. num.35.pag.16
Matrimonium coram Parœco putatiuo qui non erat Sacerdos valet. num.36.ibid.
Matrimonium an valeat si pater puellæ cogit iuuenem repertum cum illa in lecto ad contrahendum? num.9.pag.155
Matrimonium carnale, & spirituale non comparantur vniuocè. num.20.pag.188
Matrimonium contrahentes in sacris Ordinati, & Religiosi abiurant de leui. num.19.pag.135

Matthæus.

Matthæi dict. *quos Deus coniunxit homo non separet*, qualiter intelligatur. num.19.pag.188

Medicus.

Medico debetur salarium non conuentum.num.34. pag.219
Medicum constituere in vniuersitate tangit singulos vt singulos. num.27.pag.175

Melioramentum, Melioratio.

Melioramenta in re Ecclesiæ, quando dent retentionem. num.42.pag.163
Meliorationes probari debent, & qualiter vt detur retentio possessori. num.44.pag.164
Meliorationes quando impediant exequutionem sententiæ, & præstita cautione, &c. num.45. ibidem.
Meliorationes, vt debeantur, non sufficit probare aliquod esse impensum, sed requiritur, vt res sit facta pretiosior. num.46.ibidem.
Melioramenta qualiter, & secundum quam sum-

mam debeantur. num.47.ibidem.
Meliorationes debentur, si fuerint vtiles in perpetuum, non solum de præsenti. num.49. ibid.
Meliorationes in præsenti non sunt probatæ. num.50.ibid.

Memoriale.

Memoriale porrectum, factum narrans Ill. Episcopo Gallipolitano. num.2.pag.281

Mercatus,

Mercatus fieri nequit in diebus festis. num.1. pag.116
Mercatus quodnam priuilegium afferat loco, vbi sunt nundinæ. num.2.pag.113
Mercatus sunt de iure gentium, neque in illis licentia magis requiritur secundum aliquos. num.5.ibid.
Mercatus licet de iure gentium, tamen requiritur Principis licentia, vt in nundinis. num.10. ibidem.
Mercatus qualiter instituatur. num.14.pag.105

Metropolitanus.

Metropolitanus quando deiicit Episcopum ab Ecclesia. num.11.pag.187

Metus.

Metus cadens in constantem virum est quando malum, quod infertur est magnum, vt amittendi libertatem, & simil. num.8.pag.155
Metus quomodo probatur, & si domestici & alij admittantur? num.12.ibid.
Ad annullandum actum, in specie probandus. num.13.pag.156
Reddit nullum Matrimonium. num.14.ibid.
Metus semper durare præsumitur, dum non conceditur plenaria libertas. num.20.pag.157

Militaris.

Militarium ordines qualiter ex Bullis SS. Pontificum sunt Regulares. num.13.pag.294

Milites.

Milites Ordinum Militarium pensiones retinent authoritate Apostolica. num.39.pag.297
Milites Sancti Ioannis, Sancti Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ, nec ex consuetudine tenentur ad officium diuinum recitandum. num.40.ibid.
Militum Sancti Iacobi professio quando fieri dicatur, & sub qua regula, & quid de Militibus Alcantaræ & Calatrauæ. num.41.ibid.
Milites Sancti Stephani, Calatrauæ, Alcantaræ, &c.ac Sancti Iacobi possunt fori Priuilegio renuntiare. num.9. pag.298
Milites prædicti ad Gabellas soluendas tenentur. num.5.pag.293
Milites ordinum non gaudent Siciliæ, Sardiniæ nec Neapolitani. num.31.pag.296
Miles conuentus ab Iudice incompetente si non declinat forum sibi præiudicat. num.36.ibid.
Milites Alcantaræ, Calatrauæ, S. Iacobi, S. Stephani, & in Regno Neapolitano non gaudent, & quare. num.46.pag.297
Milites S. Iacobi non possunt transire ad secunda vota. num.47.p.298
Milites isti faciunt testamentum & eorum filij non sunt sacrilegi. num.17pag.294
Milite Calatrauæ effecto contumace in Regno Neapolitano fuit consultum à iudice ordinario cognoscendum. num.18.ibidem.
Nullus horum militum fuit adhuc adscriptus catalogo Sanctorum. num.19.ibid.
Milites Sancti Stephani quando, & à quo sint fundati. num.2 pag.292
Milites Templarij qui fuerint & quando eorum nomen extinctum. num.3.ibid.
Milites talium ordinum potius laicis euadunt, quam Ecclesiasticis. num.21.pag.294
Sacra Rota Romana hos milites æquiparat laicis. num.22.ibid.
D. Pamphilij votum affertur, quod non sint Religiosi tales milites. num.23.ibid.
Diana in hoc articulo canit Palinodiam, & nobiscum sentit. num.24.ibid.
Milites Ordinum Sancti Iacobi, Calatrauæ, Sancti Stephani, &c. subiiciuntur laicis Iudicibus ordinariis. num.25.pag.295
Milites Hierosolymitani in plateis & congressibus sæcularium pro officiis publicis possunt priuari voce actiua, & passiua, à Dominis de Ciuitate. num.26.ibid.
Milites Hierosolymitani non admittuntur in Regno Neapolitan. ad officia sæcularia, & si ibi delinquunt remittuntur ad suos Iudices. num.8. pag.293
Milites Hierosolymitani, quibus iuribus sint incapaces officiorum sæcularium in Regno Neapolitano. num.9.ibid.
Milites Hierosolymitani non possunt testari, nec ad collectas tenentur etiam in Gallia. num.10. ibidem.
Milites Hierosolymitani largo modo sunt Religiosi, cæteri vero minimè. num.11.ibid.
Milites prædicti non habent priuilegia in locis, vbi illa non fuerunt recepta. num.43.pag.297
Milites S.Stephani, neque largè, neque strictè sunt Religiosi. num.44.ibid.
Milites S.Iacobi de Spada sunt capaces Beneficiorum Regularium. num.71.pag.211
Milites S. Stephani qualiter possunt ad Ecclesias præsentari? num.72.ibid.
Milites ordinum non gaudent vbi Bullæ Pontificiæ ad eorum fauorem receptæ; non fuerunt exequutæ. num.28.pag.295
Milites veterani quando excusentur, & à quibus muneribus. num.118.pag.316

Minor.

Minor an restituatur aduersus diuisionem factam per sortem. num.19.pag.235
Minor restitutionem habet in integrum pro non adimpleto præcepto testatoris. num.12.pag.253
Minoris contractus requirit solennitates in actu contractus. num.43.pag.249
Minoris obligatio absque Curatore an & qualiter valeat. num.46.ibid.
Minor qualiter bona recuperet alienata sine solemnitate. num.47.pag.250
Minori competit quadriennium post quam factus est à vigintiquinque annis, nonobstante statuto limitante maiorem ætatem in 18. anno, vt in Regno nostro. num.24.pag.255
Minor restituitur in integrum aduersus aditam hæreditatem, quamvis maior factus aliquod exegerit à creditoribus hæreditariis. n.25.ibid.
Minori competit restitutio ad repudiandam hæreditatem paternam pro suis creditis consequendis. num.20.255

Missa.

Missam dicentes, cum non sint Sacerdotes, qualiter abiurent. num.21.pag.135

Mobilia.

Mobilium appellatione quæ contineantur, & in quo differant à se mouentibus. num.23.pag.65
Mobilium diuisio qualiter fit facienda. num.41. pag.237

Modicum.

Modicum in iure nostro qualiter, & quomodo non consideretur. num.52.pag.250

Molfesij

Molfesius.

Molfesij locus, *part. 4. ad consuetudines, q. 47. n. 16.* explicatur. num. 34. pag. 48

Monachus.

Monachus qualiter disponat de talibus bonis, posito pacto, vt Monasterium non se intromittat. num. 8. pag. 70

Monachus, quod acquirit tempore, quo est Episcopus, acquirit suæ Cathedrali. Et quid attentis Bullis Pontificiis de spoliis faciendis. num. 13. pag. 147

Monachus potest cum licentia Superioris recipere hæreditatem in confidentiam, vt exequutor testamentarius. num. 1. pag. 73

Quod procedit siue exequutio sola Monacho commissa sit, siue distributio. num. 2. ibid.

Monachus interdum comparatur militi. num. 16. pag. 147

Monachi, & cæteri Regulares sunt ciues ciuitatis, & qualiter. num. 32. pag. 101

Monachi Benedictini qualiter debeant Decreto per repugnantiam continenti obedire. num. 1. pag. 75

Caput vltimum decreti est Palea. num. 2. ibidem.

Monachus licet Cappucinus non patitur, nisi minimam capitis diminutionem. num. 13. pag. 71

Monachi Benedictini possunt habere legatum cum pacto, quod nihil acquiratur Monasterio. num. 2. pag. 69

Monachi possunt dicere de nullitate professionis, si Regulæ alterentur. num. 16. pag. 71

Monachi se se percutientes à quo sint absoluendi. num. 17. pag. 87

Monachus, vel Procurator Monasterij cum licentia Superioris comparere poterit ad tale legatum consequendum. num. 10. pag. 70

Monachus fraudulenter delinquens in depositi punitur à superiore Monasterij. num. 36. pag. 11

Monachorum Superior an possit locare fundum suo subdito. num. 41. pag. 132

Monachi cogi non possunt ad obseruantiam reformationis Regulæ propter maiorem perfectionem. num. 20. pag. 72

Monarchia.

Monarchia, Siciliæ non est ex consuetudine, sed ex Priuilegio. num. 58. pag. 298

Monarchia Siciliæ quid significet. num. 57. pag. 299

Monarchia Siciliæ non fuit reuocata per Bullam Cœnæ Domini. num. 59. ibid.

Monarchia Siciliæ à quibus defendatur & illustretur. num. 60. ibidem.

Monarchia Siciliæ qualiter vigore concordiarum procedat. num. 61. ibid.

Monasterium.

Monasterium obligatur ex contractu Monachi existentis in scholis. num. 31. pag. 10

Monasterium non tenetur alere coniugem remanentem in sæculo. num. 32. ibid.

Monasterium subministrat necessaria Monacho litiganti cum Abbate, & quando. num. 33. pag. 11

Monasterium non alit Monachum fugitiuum, neque apostatam. num. 34. pag. 11

Monasterium non tenetur de depositi apud Monachum, si sit furatum, neque agit pro furto. num. 35. ibidem.

Monasterium interitat remedium, *leg. fin. C. de edicto Diu. Adrian. toll.* pro hæreditate relicta Regulari. num. 2. pag. 144

Monasterium an edit libros coram iudice seculari, & quid agatur tali casu. num. 44. pag. 11

Monasterium non tenetur pro fideiussione Monachi: & an Superior possit fideiubere; & quid de Monacho & sæculari simul se obligantibus pro alio. num. 26. pag. 10

Monasterium non obligatur ex mutuo facto per particularem, nisi probata versione. num. 27. ibidem.

Monasterium ingredientes fœminæ vbi Monachi recesserant cum animo redeundi, incurrunt in excommunicationem Pontifici reseruatam. num. 23. pag. 341

Monasterium, an, & qualiter teneatur ad debita contracta. num. 39. pag. 11

Monasterium non obligatur ex contractu sui professi, nisi tacitam, vel expressam habeat ordinationem. num. 40. ibidem.

Monasterium, an succedat repræsentando personam Monachi, patruo, vel auo. num. 17. pag. 147

Monasterium non tenetur ad debita contracta per Sacristam pro necessitatibus Ecclesiæ. num. 37. pag. 11

Monasterium non tenetur ad debita contracta per Monachum sine licentia Superioris. num. 24. pag. 10

Monasteria dum fiunt, clausuram non habent. num. 46. pag. 343

Monasterio competit mandatum de manutenendo pro bonis possessis à Monacho professo. num. 11. pag. 70

Moniales.

Moniales relaxant tertias sine assensu Apostolico. num. 36. pag. 131

Monialis an possit cedere, & renunciare vitalitium, & quando. num. 37. ibidem.

Monialium Abbatissa, an possit vendere domum Laico, & ille iterum donare Monasterio sine vlla pœna censurarum. num. 38. pag. 131

Moniales an possint expendere pecuniam censualem in fabricam nouæ domus. num. 30. pag. 132

Moniales se se percutientes à quibus absoluantur. num. 24. pag. 88

Moniales an possint habere vasa aurea, argentea, & similia. num. 13. pag. 68

Moniales possunt puniri quando admittunt puellas ad nouitiatum non explorata voluntate. num. 8. pag. 335

Moniales an possint reparare domum ex pecunia census sibi restituta. num. 40. pag. 132

Monialibus quo iure sit interdicta alienatio bonorum Ecclesiæ. num. 33. pag. 131

Moniales censum sibi assignatum pro credito, an possint alienare. num. 34. ibidem.

Moniales tempore S. Augustini clausuram non seruabant. num. 12. pag. 340

Monialium Abbatissa, an possit pecunia de vno banco in alium transferre. num. 42. pag. 132

Monialis iuxta de causa exit à clausura. num. 41. pag. 342

Monialium Superior an alienare possit domum dirutam prope Monasterium. num. 25. pag. 130

Mortuus.

Mortuus, & absens æquiparantur in iure nostro. num. 16. pag. 119

Mulier.

Mulier non obligatur sine consensu propinqui, & de Iudicis decreto ex statuto Lucensi. num. 5. pag. 242

Mulier vigore statuti Lucensis, neque potest facere distractum, vel solutionem sine requisitis statuti. num. 6. ibidem.

Mulier ex tali statuto non potest facere quietationem

nem, ne dilationem concedere debitori, nec remittere. num.7. ibid.
Mulier vidua in Republica Lucensi non potest recipere dotem sine requisitis à statuto, quod fallit in tribus casibus. num.8.pag.243
Mulier vigore statuti Lucensis 70. *lib.* 2. non potest obligare suas dotes, nisi cum certis solemnitatibus. num.9.ibidem.
Mulier potens ingredi clausuram, cum familia etiam poterit. num.33.pag.342
Mulier Neapolitani gaudet illius priuilegiis. n.48. pag.101
Mulieres ingredientes clausuram in noua processione erecta non peccant. num.53.pag.343
Mulieris obligatio, de qua hic, est contra formam statuti, & nulla, & quid in accessoria Pauli? num.16.pag.244
Mulierum sexum fauorabilem, & cur dicatur mulieres non esse ad Dei imaginem creatas, remissiuè. num.1.pag.98
Mulieres interuenisse in recreationibus extra Conuentum à Regularibus factis, qualiter puniatur. num.12.pag.54
Mulieres ob percussiones clericorum absoluuntur ab Episcopis. num.22.pag.87
Mulier se obligans ex falsa causa tenetur fideiussor & quare. num.27.pag.246
Mulier an sit specialiter priuilegiata, vt dotem alienet sine alio requisito. num.31.pag.247
Mulieribus quibusdam conceditur ingredi clausuram à Papa. num.63.pag.344
Mulier licèt non possit esse tutrix, tamen poterit petere dare etiam vitricum. num.21. pag.178
Mulieris obligatio ei vtilis non valet sine solennitatibus statuti Lucensis. num.12.pag.243
Mulier medica an possit ingredi clausuram. n.40. pag.342
Mulieres ingrediuntur clausuram in processionibus. num.47.pag.343
Mulieres ingrediuntur clausuram in Officiis diuinis. num.48.ibidem.
Mulieres ingrediuntur clausuram si fiat concio in claustris. num.49.ibid.

Mutuum.

Mutuum Prælato & Monasterio factum non requirit versionis probationem. Sed poterit de læsione dici. num.30.pag.10
Mutuanti ad feudum emendum quam habeat actionem contra feudi successorem. num.16. pag.227.

N

Narratiua.

Narratiua decreti S. P. ponderatur. num.28 pag.95

Nauarrus.

Nauarri opinio qualis in hac quæstione. num.146. ibidem.

Neapolitanus.

Neapolitanus qualiter conueniatur in ciuilibus, & criminalibus si alibi habitet. num.66. pag.103
Neapolitanus habitans in regno, si foro renunciet: vbi conuenitur. num.67.pag.103
Neapolitanus in causis delegatis vbi conuenitur. num.68.ibid.
Neapolitana nupta extero, non trahit exteras. num.56.pag.102
Neapolitana nupta extero, non habet immunitatem à gabellis. num.57.ibid.
Neapolitana nupta extero, an patiatur publicationem bonorum. num.58.ibidem.
Neapolitanus an gaudeat in negotiis Regiæ Dohanæ. num.72.pag.105
Neapolitanus per allectionem, vel per incolatum, an gaudeat. num.73.ibid.
Neapolitanus qualiter pro reditibus, & annuis introïtibus gaudeat. num.75.ibid.
Neapolitanis ad alia Regna accedere pro nundinis non licet. num.25.pag.112
Neapolitani habitantes in diuersis partibus Regni, habent suum forum. num.64.103
Neapolitani soluunt bonatenentia in Regno. n.46. pag.101
Neapolitanus habitans in parte Regni animo non permanendi ibi, vbi sit conueniendus. num.62. pag.102
Neapolitana per habitationem fit ciuis, & capax omnium beneficiorum Neapolitanorum. n.25. pag.260

Negligentia.

Negligentia procuratoris nocet principali. n.81. pag.104

Nomina.

Nomina debitorum veniunt sub appellatione bonorum. num.4.pag.63
Nomina debitorum veniunt sub obligatione generali bonorum, & ad propositas leges, Andriolus, *tom.*3. *cons.* 208. num.5.ibid.
Nomina debitorum non veniunt appellatione bonorum, si specificè distinguantur mobilia, & stabilia. num.6.ibid.
Nomina debitorum nec legato mobilium cedunt, nec stabilium. num.10.pag.63
Nomina debitorum, quoad effectum exactionis tantum dicuntur de loco creditoris. num.11. pag.64

Nominatio.

Nominatio fieri non potest post emptoris mortem. num.32.pag.52

Nominatus.

Nominatus à fundatore non indiget præsentatione. num.25.pag.50

Nouitas.

Nouitas qualiter prohibeatur, & adducuntur plures authoritates, quibus damnatus. num.11. pag.76
Nouitas etiam in melius damnatur. num.12.ibid.
Nouitates à SS. Pontificibus, à Canonibus, à SS. Patribus, & à Philosophis, & à Politicis damnantur. num.14.pag.76
Nouitates fugiendi causa ius naturale, & diuinum non obligat, & adducitur exemplum. num.15.pag.77

Nundinæ.

Nundinæ in Ecclesiis fieri nequeunt. n.7.p.117
Acta facta per Officiales tempore nundinarum in die festiuo, valent. ibid.
Nundinis prorogatis, an censeatur prorogata iurisdictio Magistri nundinarum. num.15. pag.106
Nundinarum causæ in curia non expeditæ, an remaneant in Curia Baronis. num.16.ibid.
Nundinarum fauore compelluntur non habitantes ad merces deferendas in Nundinis. n.17.p.107
Nundinæ censentur etiam concessæ fauore vassallorum, & ipsis petentibus. num.18.ibid.
Nundinarum priuilegium intelligitur sine præiudicio vicinorum, & quando. num.19.ibid.
Nundinarum priuilegium posse acquiri præscripitone immemorabili certum est. num.10. pag.106

Nundinarum priuilegium, & præſcriptio dependet à Principe non reuocante. num.11. ibidem.
Nundinarum priuilegium conceſſum per viam contractus à Principe, vel titulo oneroſo non poteſt reuocari. num.12.ibid.
Nundinæ, quare dicantur feriæ. num.13.ibid.
Nundinarum tempore conueniri poteſt quis ſtatuto contrarium diſponente. num.13.pag.109
Nundinarum tempore quis, ſuſpicione poſita aufugiendi, capi poteſt. num.4.pag.108
Nundinarum renunciatione poſita capi poteſt quis eo tempore, ſecundum aliquos, ſed contrarium verius. num.5.ibid.
Nundinarum tempore, poteſt quis capi ob debitum iuratum. num.6.ibidem.
Pro debitis contractis in nundinis, capi poteſt quis nundinarum tempore. num.7.ibid.
Nundinarum ius concedere ad quem ſpectabat antiquitus, & ad quem nunc. num.5.pag.106
Nundinarum non indictio eſt de Regalibus. n.6. ibidem.
Nundinas vtiles eſſe Reipublicæ. num.7.ibid.
Nundinarum Regalia non eſt de maioribus, ideò conceſſibilis, & diſpenſabilis. num.8.ibid.
Nundinis prorogatis, an prorogetur officium, & franchitiæ. num.15.pag.111
Nundinarum locus an poſſit mutari. num.16.ibid.
Nullus in nundinis conueniri poteſt prætextu priuati debiti. num.1.pag.107
Nundinæ ſolemnes quæ dicuntur. num.2.ibid.
Nundinantes tam in acceſſu, quàm in receſſu, & mora ſunt ſecuri. num.3.pag.108
Nundinæ, & Mercatus quid ſint, & an ſint ſynonyma. num.1.pag.105
Nundinæ cur ita dicantur. num.2.ibid.
Nundinæ ſpecificè acceptæ quid ſint, & earum vtilitas. num.3.ibid.
Nundinarum tempore nihil ſolui debet pro gabella, vel alia cauſa. num.1.pag.113
Nundinæ, & mercatus à pari procedunt. num.9. pag.113
Nundinarum tempus an poſſit mutari ſine Principis licentia. num.21.pag.112
Nundinas, vel mercatum exercens ſine priuilegio qualiter puniatur. num.24.ibid.
Nuntius Illuſtriſſimus Apoſtolicus eſt conſeruator priuilegiorum omnium exemptorum, ſed non Iudex exemptorum. num.10.pag.275

O

Oblatio.

OBlationes factæ in aliquo Altari debentur Parœciæ, ſub cuius finibus ſtat Altare. num.12.pag.56
Oblationes factæ alicui Imagini depictæ in pariete domus alicuius priuatæ perſonæ acquiruntur Parœco, intra cuius fines ſtat illa Cappella: quod limitatur. num.13.ibid.
Oblationes deberi Parœciæ, cum certum ſit, limitatur, quando Cappella eſſet extra omnem Parœciam. num.14.pag.57
Oblationes deſtinatæ ad certum vſum ſemper ſpectant ad Parœcum: quod limitatur. num.15. ibidem.
Oblationum adminiſtratio ad ſolum Parœcum ſpectat. num.16.ibid.
Oblationis nomen quid importat, in quod differat à Primitiis, & decimis. num.2. pag.56
Oblationis nomine, & appellatione quid contineatur. num.3.ibid.
Oblationis ſpecies triplex eſt, & qualis. num.4. ibidem.
Oblationum vſus fuit antiquiſſimus. num.5. ibidem.
Oblationes non fiunt à clericis laïcis. num.6. ibidem.
Oblationes factæ alicui imagini, ſeu Cappellæ debentur Parœco, intra cuius fines eſt Parœcia. num.9.pag.56
Oblationes, quæ fiunt tempore Iubilæi, vel Anni ſancti in Eccleſia Cathedrali debentur Archipresbytero, curam Animarum habenti, & ita affertur deciſio. num.10.ibid.
Oblationes factæ Eccleſiæ an, & quando alienentur. num.43.pag.22

Obligatio.

Obligatio dotis vigore ſtatuti Lucenſis qualiter facienda. num.53.pag.250
Obligatio fideiuſſoria quando corruit, Principali corruente. num.24.pag.245

Obreptio.

Obteptio decreti eſt cauſa reſcribendi Superiori. num.3.pag.75

Obſeruantia.

Obſeruantia in iuriſdictionalibus quantum operetur. num.50.pag.298
Obſeruantia de illicito facit licitum. num.51. ibidem.
Obſeruantia publica facit actum licitum & permiſſum. num.52.ibid.
Obſeruantia qualiter canonizet actum. num.58. pag.31
Obſeruantia in beneficialibus quid operetur. num.36.ibid.

Officialis, Officium.

Officina diuina turbantes ſi expellant, in Canonem non incidunt expellentes. num.3.pag.85
Officiales ciuitatis illam non obligant niſi probata verſione. num.6.pag.7
Officialis conſtitutus in caſu abſentiæ alterius, cenſetur electus in caſu etiam mortis illius num.20.pag.120
Officij diuini nomine quid contineatur. num.50. pag.343

Onus.

Onus ſoluendi reſiduum pretij feudi de quo in præſenti quodnam ſit, & à quo ſoluendum feudo deuoluto. num.17.pag.227
Onera pro ciuibus, quando contineant caſalia. num 9.pag.198
Onera feudi triplicis generis, qualitatis adducuntur. num.15.pag.226

Operarius.

Operarius dignus eſt mercede ſua, & opus pretium meretur. num.49.pag.220

Ordinare, Ordinatus.

Ordinari quilibet debet à proprio Epiſcopo. num.3.pag.26
Ordinatus cum litteris dimiſſoriis datis à Vicario poſt mortem Epiſcopi validè ordinatur. num.32.pag.106
Ordinatus à Papa, non poteſt ab alio ordinari. num.22.pag.274
Ordinatus infrà annum, cum dimiſſoriis Capitularis quam pœnam incurrat. num.53. pag.210
Ordinandus ſede Epiſcopali vacante quid agere debeat. num.54.ibidem.

Ordo.

Ordo verborum in ambigua teſtatoris voluntate

ordinem intellectus, voluntatis, dilectionis, ac charitatis designat. num.2.pag.168
Ordo affectionis ex honoris ordine colligitur ordoque scripturæ in dispositione an semper attendatur. num.3.pag.168
Ordo scripturæ non releuat, quoties de disponentis mente liquet. num.5.pag.169
Ab ordine litteræ an validum sit argumentum? num.6.pag.169
Ordo Cassinensis in quot Congregationes diuisus, & quomodo sint, & quando fundatæ. num.4. pag.60
Sacer ordo Prædicatorum Rosarij promulgatur. num.2.pag.329

P

Pactum.

PActum, vt census retroematur in totum, & soluto toto pretio an valeat.num.15.pag.269
Pactum de quo *suprà*, qualiter limitetur.num.16. ibidem.
Pactorum omnium æqualitas seruari debet. n.28. pag.236
Pactum retroemendi, transit contra singularem successorem. num.3.pag.267
Pactum retroemendi de quo hic quale fuerit. num.5.pag.267
Pactum, vt in retrouenditione soluatur integrum pretium vnica vice valet, & qualiter. num.31. pag.270

Papa.

Papa potest concedere Priuilegium exemptionis secularibus, & quid inuitis principibus laïcis. num.3.pag.296
Papa potest soluere matrimonium carnale consummatum secundum aliquos. num.17.pag.188
Papa non posse dispensare in matrimonio consummato ostenditur. num.18.ibid.
Papæ Symmaci authoritas celebris adducitur contra nouitates. num.15.pag.77

Paragium.

Paragium interdum liquidatur pro integra virili in muliere maritanda, secus in nupta. num.11. pag.193
Paragium est legitima filiæ. num.12.pag.193
Paragij, & legitimæ extimatio tempore mortis fieri debet. num.13.ibid.
Paragium respectu Burgensaticorum, & feudalium qualiter soluatur. num.15.pag.193
Paragium ingressarum quodnam sit, & quale. num.16 ibid.
Paragium ingressarum potest esse minus legitimæ. num.17.ibid.
Paragium ingressarum potest esse minus legitima si filia fit monialis viuente patre, secus si post mortem patris. num.18.pag.194
Paragium aufert filiæ ius succedendi contra testamentum, vel ab intestato. num.19.ibid.
Paragium puellæ viuentis in statu cælibatus quantum esse debeat. num.20.ibidem.
Paragium cur ita dicatur, & qualiter debeatur. num.6.pag.192
Paragium in nupta non est minùs legitima, quod fallit in moniali. num.7.ibidem.
Paragium succedit loco legitimæ. num.8.ibid.
Paragium & legitimæ differunt secundum aliquos, & in quo. num.9.ibid.

Parietes.

Parietes in sint clausuræ termini. num.7.pag.340

Parœcus.

Parœcus de iure communi fundatam habet intentionem in omnibus oblationibus, quæ fiunt intra limites Parœciæ. num.11.pag.56
Parœcus poterit eligi Vicarius à Capitulo, quando curam habet in eadem Ecclesia Cathedrali. num.7.pag.118
Parœcus non satisfacit suæ obligationi alium substituendo pro Officio. num.23.pag.308
Parœci absentia permittitur per bimestrem cum licentia Episcopi. num.24.pag.309
Parœcus missus ad limina non lucratur distributiones. num.82.pag.313
Parœcus quid facere debeat de istis oblationibus. num.17.pag.57
Parœcus non potest abesse causa studij. num.72 pag.312
Parœci concessio an validet contractum. num.12. pag.20
Parœcus legens in aliqua vniuersitate facit fructus suos. num.64.pag.312

Pars.

Partes vnius stipitis maioris, si ad alium accedat, non destruunt illud, si maior pars remaneat. num.28. pag.30
Partis appellatione venit dimidia; fallit si dicatur, aliqua, vel quædam pars; sed qualiter hoc procedat. num.5.pag.165

Passerinus.

Passerinus dicens abiurationem esse pœnam quoad solemnitates reprobatur. num.51.pag.150
Passerini sententia in aliquo casu approbatur, sed non in abiuratione de leui. num.52.ibid.

Pater.

Pater dotando an possit dare minus legitima. n.3. pag.192
Pater in dubio bonum consilium præsumitur sumere pro filia. num.4.ibid.
Pater filium in sacris an possit percutere sine excommunicationis pœna. num.29.pag.88
Pater non potest in suo testamento, infantes obligare ad negotiandum. num.3.pag.252

Patria.

Patria propria quæ, & qualis sit. num.2.pag.257
Patriam deserere maximum vitium est. num.47. pag.177

Patronus.

Patronus laïcus potest variare, non sic Ecclesiasticus. num.15.pag.39
Patronorum scientia vacationis debet esse certa. num.20.pag.40

Paulus.

Paulus, de quo agimus, tempore obligationis per sex dies excedebat maiorem ætatem, vnde iudicatur, vt minor. num.51.pag.250
D.Paulus intercessisse, seu fideiussisse videtur in obligatione, de qua hic? num.17.pag.244
Pauli obligatio, de qua in præsenti fuit mera fideiussio, & quare. num.23.pag.245

Paupertas.

Paupertas vnde dicatur, & qui sint pauperes? Et quid sit Religiosa paupertas. num.33.pag.265
Paupertas vsus quid sit, & quid paupertas, affectionis? num.34.ibidem.
Paupertas in Religiosis diuersimode seruatur. num.35.ibid.

Pecunia.

Pecunia quando numeretur inter res pretiosas. num.39.pag.22.
Pecunia an possit dari ad Cambium vel ad lucrum cessans à Regularibus. num.40.ibid.
Pecunia pro emenda re stabili, vel mobili præsumta non alienatur. num.41.ibid.
Pecunia dest inata ad emptionem stabilium, venit apella

appellatione ſtabilium. num.25.pag.65
Pecunia an veniat appellatione mobilium.num.24. ibidem.
Pecuniam poſſidens deſtinatam pro immobili non tenetur ſatiſdare. num.27.ibid.
Pecuniam detinere apud ſe Regularem, inſcio Superiore, non eſt contra votum paupertatis, ſi illam expendat de licentia Superioris. num.14. pag.68
Pecuniam verſam in vtilitatem contrahentis Eccleſiæ tribus in caſibus requiritur ſcilicet in mutuo depoſito & contractus pro debitis. num.2. pag.7

Pellizzarius.

Pellizzarius agit de paupertate multorum Religioſorum. num.39.pag.265

Penſio.

Penſio an extinguatur per promotionem ad Epiſcopatum. num.25.pag.93
Penſio an extinguatur, ſi Epiſcopus ad illam Eccleſiam promoueatur, vbi penſionem habebat. num.26.pag.93
Penſio vt remaneat congrua, fructus conſiderantur deductis oneribus. num.71.pag.223
Penſio imponitur ſuper fructibus certis beneficij, ex ſtilo curiæ. num.16.pag.325
Penſiones etiam vacant per promotionem, niſi detur retentio. num.48.pag.96
Penſiones non vacant per ingreſſum in ordinem Militarem. num.33.pag.296
Penſionis tranſlatio ex Bulla Vrbani VIII. non poteſt fieri niſi excedat medietatem valoris, pro quo attenditur tempus decennij ad fructuum valorem. num.69.pag.222

Penſionarius.

Penſionarius gaudet foro ſine habitu, & Tonſura. num.8.pag.58
Penſionarius non tenetur contribuere ad expenſas prædicatoris Epiſcopi. num.72.ibid.
Penſionarius non contribuit ad expenſas Organiſtæ, Factoris, vel Exactoris Eccleſiæ, ſed contribuit ad expenſas Candeloræ, &c. num.73. ibidem.
Penſionarius contribuit ad expenſas reparationis Eccleſiæ neceſſariæ. num.74.ibid.

Percuſſio.

Percuſſio ex correctione, quando principaliter dicitur facta. num.11.pag.86
Percuſſio ex odio principaliter facta non excuſat ab excommunicatione. num.12.pag.86
Percuſſio qualis eſſe debeat ad correctionem.n.33. pag.88
Percuſſio ad correctionem quando, & quo tempore fieri debeat. num.34.pag.89
Percuſſio leuis quando dicatur. num.37.ibidem.
Percuſſio grauis quando dicatur in Præceptore caſtigante diſcipulum. num.41.ibidem.

Percutiens.

Percutientes ad correctionem ſi modum excedant an ſint excommunicati. num.40.ibidem.

Peregrini.

Peregrini quomodo, & qualiter æquiparentur condemnatis ad mortem. num.28.pag.47

Permutatio.

Permutatio rerum Eccleſiæ non requirit aſſenſum. num.54.pag.25

Petitio.

Petitio actoris refertur, & cauſarum numerus per eundem defenſarum. num.1.pag.215

Peyrinius.

Peyrinius, & Rodriguez opinio approbatur in præſenti. num.53.pag.156

Pœna.

Pœna falſi punitur, qui ſupponit vnum po alio; etſi alteri non noceat punitur pœna extraordinaria. num.12.pag.336
Pœnæ ſeruum nullum hodie fieri per condemnationem quomodo intelligatur. num.12.pag.45
Pœnæ pro ciuitate, quando comprehendunt caſalia. num.8.pag.198

Pœnitentia.

Pœnitentia ſalutaris quæ ſit. num.42.pag.137

Pœnitentiarius.

Pœnitentiarius ſi extra Eccleſiam audiat Confeſſiones, non lucrabitur diſtributiones. num.56. pag.311

Poſſeſſio.

Poſſeſſio de facto in Beneficio vacato de iure, an & quando impediat collationem. num.31. pag.94
Poſſeſſio penitus incolorata, & incolorata; ſed non penitus, quæ ſit. num.32.ibidem.
Poſſeſſionis diſtinctio, de qua ſupra, an ſit admittenda. num.33.ibidem.
Poſſeſſio, de qua in præſenti eſt colorata, & titulata in Beneficio vacante de iure, non de facto. num.34.ibidem.
Poſſeſſio nulliter capta, quando ratificetur. n.14. pag.80

Poſſeſſor.

Poſſeſſor rei Eccleſiæ nulliter alienatæ an teneatur in foro conſcientiæ ad fructus perceptos. num.32.pag.162
Poſſeſſor quilibet quando, & qualiter conueniatur pro toto credito. num.29.pag.270

Poſſeſſorium.

Poſſeſſorium Capituli Terræ Montellæ eſt manutenendum in cura animarum, & electione ex ipſis Canonicis in tali cura Parœciarum. num.5 pag.185

Poſſibilitas.

Poſſibilitas faciendi actum regulatur ex præſenti tempore licito. num.3.pag.61

Poteſtas.

Poteſtas imponendis gabellas eſt fauorabilis.n.42 pag.203
Poteſtas alia Eccleſiaſtica, alia ſæcularis.n.36.p.176
Poteſtas alienandi quid operetur. num.11.pag.20

Pragmatica.

Pragmatica 3. & 4. de Nundinis, declaratur.num.22. pag.112
Prag.8. de adminiſt. Vniuerſit. reſoluitur.n.23.p.100

Præambulum.

Præambuli decreta plura adducuntur facta per M. C.V. vigore teſtamentorum factorum per condemnatos ad mortem. num.26.pag.47

Præceptum.

Præceptum, ne quis pecuniam apud ſe detineat, quid operetur, & quando. num.15.pag.68

Prælatus.

Prælatus ſucceſſor, quando, & qualiter agere poſſit, contra bona anteceſſoris alienantis, vel contra poſſeſſorem. num.39.pag.163
Prælatus Regularis, qui dedit hanc licentiam non poterit amplius ſe intromittere. num.5.pag.73
Prælati Regulares licèt ſint Generales, non poſſunt cogere ſubditos ad id, quod eſt contra Regulam. num.17.pag.71
Prælatus Iuriſdictionem Epiſcopalem non habens non poteſt eligere Confeſſarium ab Ordinario non approbatum & vtrum ſi habeat Iuriſdictionem Epiſcopalem. num.14.pag.263
Prælatus Religionis an poſſit concedere ſubditis vſum ſuperfluorum. num.12.pag.68

Prælatus an possit clausuram arctiorem Monachis imponere & quid in Papa. n.13.p.340
Prælati promissio obligat successorem Prælatum n.32.p.334.
Prælati Regulares percutientes subditos causa correctionis non sunt excommunicati.n.10.p.86
Prælatus vt teneatur, non requiritur probatio versionis. n.13.pag.8
Prælatus Regularis an det licentiam manendi extra claustrum. n.15.p.340
Prælatus habens Capitulum non alienat sine illius consensu, secus si non habeat. num. 11. pag.128

Præscriptio.

Præscriptio contra Ecclesiam quamcunque centenaria hodie debet esse. n.20.p.332

Præses.

Præses Merlinus *Controuersiarum Forens. tom.* 1. *cap.69.n.15.*impugnatur. n.29.p.274

Præsens.

Præsens per fictionem non subit maiorem laborem propter absentiam aliorum. n.25.p.323

Præsentare. Præsentatio.

Præsentatio à Patronis laïcis fit intra quatrimestre, sed ab Ecclesiasticis intra semestre. n.17.p.39
Præsentandi tempus currit etiam diebus feriatis, & qualiter. n.18.ibid.
Præsentatio facta à Patrono putatiuó valida est. n.33.p.16.
Præsentatio, an acquiratur ius in re, an ad rem. n.13.p.39.
Pluribus præsentantibus quando acquiratur ius ad rem. n.14.p.39
Præsentandi quasi-possessio qualiter acquiratur. n.15.p.29.
Præsentatio facta ab vno conseruat ius in aliis. n.16.p.29.
Præsentandi quasi possessio per vnicum actum acquiritur. n.23.p.30
Præsentantis persona qualiter sit attendenda. n.10. pap.39.
Præsentatus à maiori parte qualiter debeat institui. n.29.p.30.

Præstimonium.

Præstimonium tribuit forum ordinando.n.10.p.207

Præsumptio.

Præsumptio pro Aduocato semper est pro salario. n.51.p.221.

Pretium.

Pretium census an possit solui in re stabili ab hærede. n.34p.270.
Pretia rerum quando, & qualiter considerentur. n.70.p.223.

Primò.

Primò nominatus censetur magis dilectus. n.8. p.169.

Princeps.

Princeps supremus an vltimas voluntates possit, sine causa commutare. n.20.p.183
Princeps potest mutare diem nundinarum. num.6. pag.113.
Princeps potest reuocare priuilegium nundinarum, etiamsi per longissimum tempus concessum fuerit; sed contrarium verius. n.6.p.110
Princeps ex vi supremæ potestatis an possit priuilegia concessa auferre. n.7.ibid.
Princeps derogat iuri quæsito, & quærendo multo magis ex causa. n.22.p.183
Princeps supremus Ecclesiasticus, vel sæcularis, potest commutare vltimas voluntates ex causa, n.17.p.182.
Princeps sæcularis in beneficio vacante nihil potest, sed à consuetudine vires potest accipere. num.28.pag.115
Principes obtinentes regalias nunquam sub generalibus Pontificum Constitutionibus præiudicantur. n.58.p.299
Principes seculares non possunt violare clausuram. n.62.p.343.
Principis sæcularis duplex potestas, vna contentiosa, altera politica. n.37.p.176
Principis beneficium circa ciuitatem, locum habet etiam in casalibus. n.17.p.258

Principalis.

Principalis conuenitur vbi contraxit institor tum generalis, tum particularis. n.20.p.109

Prior.

Prior dans licentiam exeundi extra claustra, quam pœnam incurrat. n.7.p.33

Priuilegium.

Priuilegium nundinarum quando possit à Principe auferri. n.13.pag.111.
Priuilegium Principis alteri concessum, ex causa potest reuocari. num.26.p.183
Priuilegium ingrediendi clausuram pro tribus vicibus qualiter explicetur. num.65.p.44
Priuilegium si dicat pro tribus vicibus quatuor Monasteria qualiter explicetur. n.66.ibid.
Priuilegium pro tribus vicibus ad duo Monasteria qualiter explicetur. num.67.ibid.
Priuilegium ingrediendi clausuram cum tribus matronis an adimpleatur cum duabus. num.68. ibidem.
Priuilegium nundinas faciendi, qualiter per non vsum amittatur. num.1.pag.110
Priuilegium per non vsum quando amittatur celebris distinctio. num.2.ibid.
Priuilegium per non vsum non amittitur, quando per eum non stetit qui illud habet. num.3 ibidem.
Priuilegium per non vsum non amittitur, quando concessum est Ecclesiæ. num.4.ibid.
Priuilegium non semper amittitur, per non vsum. num.5. ibid.
Priuilegia Regum Neap. qualia teneatur obseruare Rex Catholicus. num.38.p.101
Priuilegium immunitatis concessum laicis, est stricti iuris, & quando. n.49.p.204
Priuilegia non extenduntur ad alias personas, vel casus præter expressos. num.35.p.248
Priuilegium Demanij an possit reuocari à Rege remissiuè. num.18.p.174
Priuilegia viuæ vocis Oraculo concessa sunt reuocata per Vrbanum VIII. num.13.p.124
Priuilegium contra ius commune est stricti iuris. num.24.p.333.
Priuilegia siue concessa ciuibus, siue ciuitati comprehendit comitenses. num.6.p.198
Priuilegia ciuitatis extenduntur ad villas de nouo additas. num.14.p.199
Priuilegia horum Militum sunt localia secundum Villadiego. num.42.p.297
Priuilegia ciuitatis continent casalia. n.11.p.198

Procurator.

Procurator excedens mandati fines nulliter agit. num.15. pag.160.

Potestatio.

Potestatio non est necessaria ad effectum lucrandi distributiones quotidianas, vbi Canonicus impeditur seruire facto Capituli. num.15.p.323

Probabilior.

Probabilior est opinio, quod tale statutum, & dispositio vniuersalis dotem cõprehendat quando non est in particulari casu priuilegiata. n.29.p.247
Probabilius est actionem petendi legitimam non differre

differre ab actione petendi supplementum. n. 26. pag. 195.

Processus.

Processus formatus pro alienatione bonorum Ecclesiæ non valet, non citata Ecclesia. n. 27. p. 162

Procurator.

Procurator de quo in alia præsentatione qualiter se gesserit, &c. num. 40. p. 31

Procuratori post biennium à die finiti officij salarium non debetur. num. 35. p. 219

Promissio.

Promissio de obligando non est obligatio, & quando, quod latè discutitur. num. 13. p. 243

Promissio dotis constituendæ, an, & quando sit dotis constitutio. num. 14. ibid.

Promissio de renunciando posita læsione nullum effectum producit, neque contra maritum neque contra vxorem. num. 30. p. 195

Promissio dotis, de qua hic facta ab Angela fuit inefficax. num. 11. p. 243

Promotus.

Promotus ad Episcopatum non potest renunciare Beneficia. num. 36. p. 94.

Proœmium.

Proœmium legis declarat voluntatem legis latoris, & finem legis. num. 29. pag. 65

Propinqui.

Propinqui percutientes clericum ad correctionem non sunt excommunicati. num. 28. p. 88

Propinquorum consensus à statuto requisitus qualiter esse debeat. num. 50. p. 230

Prouincia.

Prouinciæ rector, an potuerit remittere exactiones. n. 13. pag. 99.

Proximiores.

Proximiores respectu vltimi Capellani, nõ respectu fundatoris censentur vocati. n. 18. p. 171. & 172

In fideicommissis, ac maioratibus succedit consanguineus vltimo possessori proximior, prout in successionibus ab intestato. num. 19. ibid.

Proximior si sit inhabilis iudicandus est, ac si non esset. num. 20. ibid.

Publicatio.

Publicatio bonorum qualiter fiebat olim, & qualiter nunc. num. 5. p. 45.

Puella.

Puella non recipitur vt nouitia nisi in anno 15. per annum ante professionem. n. 6. p. 335

Puellæ, vel paruuli carentes vsu rationis ingrediuntur clausuram sine vllo scrupulo. n. 35. p. 342

Pueri.

Pueri excommunicati ob percussionem Puberes facti à quo absoluantur. num. 42. pag. 89

Pupillus.

Pupillus etiam cum iussu Patris non contrahit, nec continuat societatem. num. 8. p. 253

Pupilli non prouocant ad diuisionem, & prouocati quid agant. n. 68. p. 240

Pupilli bona alienantur sine decreto, quando Testator concessit alienari. num. 5. p. 229

Pupilli, & minoris bona alienata inutilitatem eiusdem sine decreto an benè alienata. num. 48. pag. 250.

Pupillo vtilius est bona administrari per vnum, quam per plures. num. 29. p. 279

Pupillorum educatio, qualiter sit arbitraria. n. 23. pag. 278.

Pupillus non est educandus apud substitutum, etiamsi consentiat. n. 24. ibid.

Pupillus non debet educari apud substitutum, etiam particularem. num. 25. ibid.

Q

Quasi-Possessio.

Quasi possessio præsentandi per vnum actum acquiritur. num. 21. pag. 4.

Stante quasi-possessione exemptionis Rota suspenso iudicio possessorio dat manus ad petitorium. num. 8. pag. 272. Vide *Possessio.*

Quadriennium.

Quadriennium quod competit aduersus minorem quando incipiat, & quid quando competit Ecclesiæ, vel vniuersitati. num. 22. p. 255

Quietantia.

Quietantia & declaratio, facta non principali debitori, præsumitur fraudulenter. num. 6. pag. 166

R

Ratificatio.

Ratificatio actus, quando intelligatur, & quæ requirat. num. 18. p. 332.

Ratificatio debet esse coniuncta cum solemnitate requisita in primo actu. num. 19. ibid.

Ratificatio qualiter retrotrahatur ad tempus contractus. num. 3. p. 78

Ratificatio non retrotrahitur stante nullitate contractus ob consensum deficientem. num. 4. ibid.

Ratificatio qualiter contractum nullum confirmet. num. 10. pag. 79.

Ratificatio, & mandatum an confundantur. n. 12. ibidem.

Ratificatio inducitur re, verbis & consensu. num. 17. pag. 80.

Ratificatio, vt inducatur an requiratur scientia actus. num. 18. ibid.

Ratificatio quando validet contractum. num. 13. pag. 79.

Ratificatio an possit probari per Testes. num. 15. pag. 80.

Ratio differentiæ inter primum conductorem Ecclesiæ & Priuatum quæ sit. num. 8. pag. 128

Recognitio.

Recognitio scripturæ factæ à decocto non præiudicat creditoribus. num. 4. pag. 165

Redditus.

Redditus nomẽ proprie loquendo, non valet cõprehendere distributiones quotidianas. n. 27. p. 325

Redditum appellatione non veniunt distributiones quotidianæ. num. 12. pag. 307

Vox, *redditus* latius patet, quam vox, *fructus.* num. 19. pag. 325.

Redditus dicitur eo quod redeat singulis annis. num. 20. pag. 325.

Regens.

Regens de Marinis, *tom. 1. c. 332.* reprobatur, & aliter intelliguntur exempla, quæ refert. n. 32. p. 47

Rex.

Rex Regis Catholici præcedentia remissiue. n. 46. p. 177

Regula.

Regula cancellariæ quo sensu Beneficia reseruauerit. num. 16. pag. 92.

Regula est forma substantialis Religionis, & in quo differat à constitutionibus. num. 14. pag. 71.

Regula secunda Cancellariæ adducitur & explicatur. num. 16. pag. 14.

Regulæ sunt quasi ossa, & nerus Religionis num. 19. pag. 72.

Regularis.

Regularis proprietarius qualiter puniẽdus. n. 16. p. 35

Infirmorum cura Regularibus præcepta. n. 17. ibidem.
Regularium Superiores, regulam non obseruantes qualiter puniantur. num. 18. ibidem.
Regulares officiales tenentur facere inuentarium de bonis, quæ administrant. num. 19. ibidem.
Regularium Superiores alienantes, & conuertentes ad malum vsum vel non necessarium qualiter puniantur. num. 20. pag. 36
Regulares non possunt iuri quæsito cedere, sine assensu Apostolico. num. 21. ibid.
Regularis exequutor relictus in testamento, potest cogi ad declarandum quid sit facturus, nisi sit Sigillum Sacramentale, vel naturale intermedium. num. 7. pag. 74
Regularis Superior non potest cogere subditum exequutorem, vt applicet bona Monasterio suo, nisi postquam declarauit. num. 8. ibid.
Regulares hodie absoluunt ab omnibus percussionibus respectu suorum subditorum. num. 20. pag. 87
Regularis vnius Religionis si percutiat alium alterius religionis à quo absolui debeat, & quid si alterius Monasterij, sed eiusdem Religionis. num. 21. ibid.
Regulares, & Superiores Ecclesiastici an debeant subditos per laïcos verberare, torquere, &c. an per seipsos. num. 14. pag. 86
Consuetudo qualis sit in hoc recepta. num 15. ibidem.
Regulares infamiam facti incurrunt, eorum deferentes, & peccant mortaliter. num. 1. pag. 32
Regulares ludum exercentes incurrunt infamiam. num. 2. pag. 33
Regulares sunt incapaces Beneficiorum etiamsi sint Canonici Regulares. num. 70. pag. 211
Regularium priuilegia habendi pro apostata fugitiuum afferuntur. num. 12. pag. 124
Regulares posse peculium habere post Trid. clarissimè probatur. num. 6. pag. 67
Regularis Prælatus an possit dare licentiam manendi extra claustra. num. 20. pag. 340
Regulares post decretum Vrbani VIII. an eligi possint. num. 49. pag. 137
Regulares ex Decreto Sacræ Congregationis qualiter inhabilitentur. num. 16. pag. 141
Regulares an possint promittere indemnitatem Laïcis in casu de quo agitur. num. 35. pag. 131
Regularis abiurans de leui secundum plures non potest eligi. num. 45. pag. 137
Regularis vnius Religionis non est capax Beneficij alterius Religionis. num. 73. pag. 211
Regularium voluntas, & consensus non est sublata in alienatione bonorum. num. 20. pag. 129
Regulares Confessarium ab Ordinario non approbatum eligere non possunt. num. 15. pag. 263
Regularis pœnitentiatus à S. Officio non potest eligi in Prælatum. num. 41. pag. 137

Relapsus.

Relapsus quando dicatur post abiurationem. n. 37. pag. 136
Relapsus qualiter puniatur. num. 38. ibid.
Relapsus quando dicatur qui abiurauit. num. 13. pag. 135

Relatum.

Relatum qualiter, & quomodo sit in referente. num. 7. pag. 166.

Religio, Religiosus.

Religiosus, cum quo est per Generalem, vel Prouincialem dispensatum vt possit dare, vel accipere quando, & in quo loco potest ea dispensatione vti, &c. num. 41. pag. 265
Religiosus subtrahens res à Monasterio; sed paratus dare Superiori non violat paupertatis votum. num. 2. pag. 336
Religiosus habens licentiam retinendi peculium, potest dare illud ad custodiam sine alia licentia. num. 3. pag. 337
Religiosus habens licentiam retinendi, dandi, vel accipiendi, potest emere, vel vendere. n. 4. ibid.
Religiosus habens licentiam peculij potest sine alia licentia illud commodare., &c. num. 5. ibidem.
Religiosus, vt transferat in alium sufficit tacita licentia Superioris. num. 6. ibid.
Religiosus Superior si sit in inuitus quoad substantiam, non peccet subditus, & quid si sit inuitus quoad modum. num. 7. ibid.
Religiosus non peccat contra votum paupertatis, si pecuniam, quam habet cum licentia Superioris conuenit in emptionem faciendam per sæculares, & qualiter. num. 8. ibid.
Religiosus proprietarius tempore mortis sepelitur cum pecunia in sterquilinio, & quibus aliis pœnis. num. 9. ibid.
Religiosus proprietarius non dicitur qui alienat sine licenti, sed qui possidet sine illa. num. 10. ibidem.
Religiosus an possit suo peculio fundare Missam perpetuam. num. 11. ibid.
Religioso transeunte de vna ad aliam Religionem, bona remanent penes primam. num. 5. pag. 45.
Religiosi successio in bonis parentum posset prohiberi per statutum, vel per priuilegium, loquendo de illis Monachis, qui fiunt tales post mortem parentum. num. 6. pag. 145
Religioso instituto, & repudiante, hæreditatem, acquiritur Monasterio, non substituto. num. 7. pag. 145.
Religiosus rem habens cum meretrice in clausura, sed ab alio introducta an incurrat pœnam clausuræ violatæ. num. 60. pag. 343
Religiosus meretricem in claustrum existentem ab alio introductam, si in cellam introducat peccat violando clausuram. num. 61. ibid.
Religioso non petente legatum, nihil officit Monasterio. num. 10. pag. 146
Religioso recusante legata, siue hæreditates sibi relictas, contra charitatem peccat interdum, & interdum contra iustitiam. num. 11. ibidem.
Religiosus factus Episcopus, an reuocet bona renunciata tempore ingressus. num. 12. pag. 147
Religionem ingrediens incapacem tempore ingressus transfert personam, sed non bona, sed capacem tum persona, tum bona transeunt. num 4. pag. 145
Religiosi non reformati an possint habere vsum superfluorum num. 10. pag. 67
Religiosum habere superflua non est contra votum paupertatis, sed contra eius accidentalia. n. 11. ibidem.
Religiosus associans vel alloquens mulierem ab alio introductam in claustrum pœnam non incurrit. num. 34. pag. 342
Religiosi quicumque vitam communem obseruare debent, num. 1. pag. 66
Religiosus suspectus de Hæresi, qualiter puniatur. num. 17. pag. 142
Religiosus emens domum, vel censum suis pecuniis an possit pretium recipere. n. 42. p. 11
Religiosus agens cum mandato quid recuperet, & qualiter. num. 38. ibidem.

Religiosus si contrahat matrimonium cum licentia Papæ non est amplius Religiosus. num.12. pag.294
Religiosus an possit esse Vicarius Episcopi sine licentia Prælati. num.16.pag.340
Religiosi introducen tes mulieres in clausuram qualiter puniantur. num.55.pag.343
Religiosus partim seruo, partim filio æquiparatur quoad acquirendum. num.3.pag.144
Religio Illustrissima S. Benedicti quando fundata fuerit, & vbi. num.1.pag.60
Religiosus eligens seipsum poterit ei à Superiore auferri talis facultas eligendi. num.9.pag.74
Religiosus violans clausuram peccat mortaliter. num.14.pag.340

Reliquiæ.

Reliquiæ an possint alienari sine assensu. num.45. pag.153

Rpmedium.

Remedium *l.2. C. de rescindenda venditione*, locum habet in contractu etiam geminato, posita læsione. num.32.pag.53
Remedium *l.2.* habet locum etiam in venditione sub hasta. num.33.ibid.
Remedium *l.2.* est cessibile, & an requiratur cessio, vt proponatur per Creditorem læsi. num.39. pag.54
Remedium. *l.2. C. de rescindenda venditione*, non transit ad hæredes secundum D. Hodiernam. num.6.pag.50
Remedium *l.2.* continet dolum ex proposito, & in rem. num.14.pag.51
Remedium *l.2. C. de rescind. vendit.* contra tertium proponitur, posito dolo. num.15.ibid.
Remedium restitutionis in integrum fundatur in æquitate, transit ad hætedem. num.25.pag.52

Remotus.

In Remotis existens aliquis quando dicatur. num.13.pag.119
Defenditur opinio opinio à Beroo *cons.* 23.vol.1. num.14.ibid.
Beroi Consilium procedit, & bene refragante Episcopo, sicuti loquitur etiam Sbrozzius.n.15. ibidem.

Renunciatio.

Renunciatio non cadit vbi ignorantia concurrit, licèt sit iurata renunciatio. num.8.pag.145

Res.

Res mobilis Ecclesiæ poterit alienari, & quando. num.36.pag.22
Res mobilis pretiosa non alienatur. num.37.ibid.
Res difficilis diuidi qualiter sit assignanda. num.59. pag.239
Res Deo dicatas interdum Monachi ad vsus profanos conuerterunt. num.23.pag.72

Reiuendicatio.

Reiuendicatio non potest in causis nundinarum intentari. num.23.pag.109

Rescriptum.

Rescriptum est subreptitium si non verificetur tempore datæ. num.12.pag.25
Rescripti habilitas an tempore executionis? an tempore datæ attendatur? num.13.ibidem.
Rescriptum grave si non referatur ad eum in cuius fauorem gratia fit mortuo concedente expirat, si res integra fuerit. num.4.pag.262

Reseruatio.

Raseruatio qualiter colligatur ex regula. num.24. ibidem.

Residentia.

Residentia Episcopi Vulturariæ quomodo translata fuerit, ad Terram Sancti Bartholomæi in Galdo, & quare. num.13.pag.275
Residentia Parœci differt à residentia Canonici. num.21.pag.308
Residentia Parœci est de iure diuino, à qua nulla consuetudo contraria excusat. num.22.ibid.

Resignatio.

Resignatio beneficij acceptata per Vicarium reuocatum valet si illius reuocationem ignorabant Commissarij: idem de morte Episcopi etiam Vicario sciente. num.30.pag.13

Restituere, Restitutio.

Restitutio in integrum competit post præscriptionem èx capite ignorantiæ. num.28.pag.151
Restitutio concessa minori aduersus hæreditatem aditam quæ soluit, quando repetat. num.26. pag.255
Restitutio de qua suprà, competit aduersus omnes contractus factos à minore. num.21. pag.255
Restitutio in integrum datur contra negligentiam procuratoris. num.82.pag.104
Restituere tenetur, qui accipit vltra legem, & modum accipiendi. num.2.pag.334
Restituere tenetur, qui accipit emolumentum sine requisitis necessariis. num.3.pag.335

Retentio.

Retentio ob melioratione poteſt opponi etiam in executione sententiæ. num.43.pag.164
Retentio ob melioramenta, quando permittatur possessori rerum Ecclesiæ. num.40.pag.163

Retrouenditio.

Retrouenditio fit sine assensu. num.50.pag.23

Reuocatio.

Reuocatio priuilegij, non solum à concedente potest fieri, sed ab eius successore. num.14.p.111

Riccius.

Riccius *part.3.decis.*327.improbatur. num.14. pag.141

Roma.

Romæ nundinæ qualiter fiebant, & quæ habebant priuilegia. num.9.pag.106
Romanorum plura fora antiquitùs, pro Nundinis. num.4.pag.105

Rosarium.

Rosarium in vno loco constructum cessat, statim adueniente Monasterio S.Dominici in eo loco. num.10.pag.331
Sanctissimi Rosarij Societas, & homini Dei, qualiter erigendæ sint. num.13.ibid.
Rosarij Confraternitatas qualiter fundetur, quis præscripserit. num.14.ibidem.
Protestatio, qua mediante fundatur Confraternitas Rosarij, qualis fuerit. num.15.ibid.
Sanctissimi Rosarij fundatio, & plantatio qualis, & à quo præscripta. num.16.pag.332
Rosarij forma, & modus erigendi, an sit priuilegium, an beneficium. num.22.ibid.

Rota.

Rota Romana nouissimè decidit esse attendendam proximitatem vltimi possessoris, non fundatoris, &c. num.29.pag.172
Rota Romana semper tenuit censum esse sui natura diuisibilem. num.8.pag.268
Rota Romana quid sentiat de fructibus translati. num.32.pag.189
Rotæ Decisio Burgensis Canonicatus de an.1583. adducitur reuocata. num.17.pag.14
Rota & Tribunal Superius cur soleat mutare sententias in iudicando. num.14.ibid.
Rotæ *decis.* 351.apud Duardum de censibus adducitur. num.5.pag.78

Rotæ

Rotæ *decis.* 350. apud Duardum adducitur. num.6. pag.79
Rota Romana quid intendat pro Apostasia in Religione. num.10.pag.124
Sacra Rota Romana approbauit legatum factum Monacho cum pacto, vt Monasterium nihil prætendere posset. num.3.pag.69

S

Sacerdos.

SAcerdotem in facie cum pugno percutere quando sit leuis percussio. num.39.pag 89

Sacristia.

Sacristia an sit clausura, & quando. n.39.p.342
Sacrum Consilium quid fuerit solitum practicare circa educationem pupillorum. num.26.p.279

Sæcularis.

Expellentes licet Sæculares sint non incurrunt in censuram. num.6.pag.85

Salarium.

Salarium Aduocati habet dotis priuilegia, & viam exequutiuam. num.38.pag.219

Salarium.

Salarium aduocati, quod in ducatis centum à lege taxatur pro vna causa tamen ij centum aurei, quid significat, & aureus quid importet. n.39. pag.219
Salarium an debeatur seruienti per plures annos, & non petenti. num.40.pag 220
Salarij nomine aliquod datum in contemplationem eiusdem censetur, & residuum petitur. num.41. ibidem.
Salarium anteceſſoris censetur proximum succeſſori. num.42.ibidem.
Salarium præscribitur spatio 30.annorum Neapoli, licet alias præscribitur Romæ, & Siciliæ. n.43. ibidem.
Salarium non conuentum Aduocato debetur. n.17. pag.217
Salarium Aduocato, vt debeatur si non sit conuentum, quod probare debeat. num.18.ibid.
Salarium non conuentum quando, & qualiter debeatur. num.28.pag.218
Salarium an sufficiat in genere promissum esse. num.29.pag.219
Salaria operariorum debent esse conuenta, non Aduocatorum. num.30.ibidem.
Salaria debentur operariis solitis locare operas, licet non sit conuentum. num.31.ibid.
Salarij probatio Iudicis officio subiicitur. num.32. ibidem.
Salarium Procuratoris de iure non debetur, nisi conuentum, fallit de consuetudine. num.33. ibidem.
Salarium Procuratoris qualiter à Iudice taxandum. num.53 pag.221
Salarium Procuratoris quomodo dici soleat non posse excedere centum aureos. num.54.ibid.
Salarium augetur aucto labore, & quando. num.56. pag.221
Salarium non conuentum, an debeatur sollicitori. num.57.ibid.
Salarij materia est fauorabilis; vt alimenta. n.47. pag.220
Salarium qua actione petatur. num.48.ibid.
Salarium Aduocati esse debitum præ necessitate Ecclesiæ probatur. num.21.pag.217
Salarium quando dicatur debitum necessarium, & quando dicatur præscriptum in famulis Prælatorum. num.9.pag.216

Sanctum.

Sanctum Officium impedientes qualiter abiurent. num.15.pag.136
Sanctissimi Rosarij Encomia recensentur à Summis Pontificibus publicata. num.1 pag.329
Sanctissimum Rosarium solis Prædicatoribus concessum. num.3.pag.ibid.

Scayni.

Scayni *decisio* 85. reprobatur in præsenti. num.17. pag. 302

Scientia.

Scientiæ defectus in beneficiato magis detestandus est, quam homicidium. num.13.pag.170

Scriptura.

Scriptura siue Sigillum ad substantiam priuilegij, & gratiæ non requiritur. num.20.pag.263

Sedes.

Sedes vacat vsquequo litteræ non sint ostensæ Capitulo. num.12.pag.14
Sedes Episcopalis qualiter desinat vacare iure communi, & quid hodie. num.13 ibid.
S. C. sequutum alias fuit opinionem quam defendimus. num.23.pag.203

Senes.

Senes quando excusantur à ieiunio. num.117. pag.316

Sententia.

Sententia Prouincialis refertur. num.1.p.123
Sententiæ impugnatio adducitur. num.2.ibid.
Sententia, de qua hic non habet requisita sententiæ. num.3.ibid.
Sententia, de qua hic, potius est libellus famosus, quam sententia. num.4.ibid.
Sententia, de qua hic, cum liuore processit. n.5. ibidem.
Sententia in contumaciam qualiter facienda sit.n.6. pag.224
Sententia Apostasiæ non fertur in contumaciam. num.7.ibid.
Sententia sine processu non probat, & qualiter intelligatur. num.10.pag.167
Sententia facta à iudice reuocato quando valeat. num.20.pag.14

Sepes.

Sepes, & hortus an sub clausura constituantur. n.6 pag.340

Sepulturæ.

Sepulturæ ius non tollit in Monialibus ius Paroeco & quando. num.73.pag.344

Sub.

Sub clausura Monialium existentes, sed non ligatæ ad illam qualiter eligant sepulturam. num.72. ibidem.

Seruire.

Seruire est sub Barone stare, num.45.pag.177

Seruitus.

Seruitus aquæ haustus qualiter diuidatur. num.51. pag.239

Signatura.

Signatura iustitiæ, poterit Commissarios subrogare. num.28.pag.162

Silentium.

Silentij transgressio à sacris Canonibus prohibita, & qualiter. num.14.pag.135

Societas.

Societas non transit ad hæredes, nec vigore pacti. num.4.pag.252
Societas casu quo transierit ad hæredes, finiretur vno ex eis mortuo. num 5.pag. 253
Societas contrahi non potest inter minores, vel reuocari sine solemnitatibus, de rebus minoris loquentibus. num.6.ibid.

Societas ſemper præſumitur in lucro quouſque adminiſtratores computa non reddiderunt. n. 7. ibidem.
Societas tacita, vt dicatur continuata, quæ requirantur. num. 10. p. 253.
Societas non intelligitur reuocata niſi adimpletis conditionibus requiſitis in principio ipſius. num. 11. ibid.

Socius.

Socius quando præferatur in diuiſione ſuper re cognita. num. 46. p. 238.
Socij qui ſunt inhabiles ad ſocietatem obligantur quando probatur pecuniam conuerſam eſſe in vtilitatem ſociorum. num. 18. p. 254.
Sociorum bona communia qualiter diuidantur. n. 61. p. 239.
Sociorum perſonæ ſemper videntur approbatæ inter ſe, quando poſſunt approbari. num. 9. p. 253.

Solitum.

Solitum omnino attendendum, in qualibet materia. num. 20. p. 114.
Solitum, & conſuetum ſemper intelligitur, & quando tale dicatur. num. 17. p. 332.

Solutio.

Solutio Gabellarum, tanquam conſuetudinem attendi debet. num. 44. p. 205.
Solutio facta Monacho quando liberat ſoluentem. num. 25. pag. 10.

Sors.

Sorte diuiſionem fieri debere qualiter affirment Doctores. num. 33. p. 237.

Sortilegium.

Sortilegium quid propriè, quid impropriè ſit. n. 6. p. 140.
Sortilegia hæreticalia quando ſint. num. 8. ibidem.
Sortilegij judex quis ſit, oſtenditur. num. 9. p. 140.
Sortilegium hæreticale qualiter puniatur. num. 9. p. 140.
Sortilegium hæreticale qualiter puniatur. num. 10. p. 141.
Sortilegium non hæreticale qualiter plectatur. num. 11. ibid.
Sortilegi quando abiurent, & qua abiuratione. num. 17. p. 135.

Specialia.

Specialia ſimul concurrere non poſſunt. num. 49. p. 310.

Speculatiuè.

Speculatiuè dubitans de facto poteſt operari contrarium. num. 40. p. 316.

Spontaneè.

Spontaneè comparentes ſunt omnino liberandi. num. 12. p. 141.

Stabilia.

Stabilia qualiter diuidantur. num. 44. p. 238.

Status.

Status vltimus attenditur in præſentationibus. num. 12. p. 4.

Status.

Status vltimus Capituli Terræ Montellæ ſeruari debet. num. 7. p. 185.
Statutum prohibens fœminam, vel minorem obligari quando extenditur ad acceſſorium, & fideiuſſorem. num. 18. p. 244.
Statutum Lucenſe *lib. 2. cap. 39.* an reſpiciat fauorem publicum, & qualiter. num. 19. ibidem.
Statutum de quo hic annullat contractum ſi mulier declaret ſe velle nullum eſſe, ſcilicet & ſtatum Mantuanum, &c. num. 20. ibid.
Statutum loquens de ratificatione non habet locum in mandato. num. 16. p. 80.
Statuta laïcalia, diſponentia ſuper illis, quæ competunt Clericis non vt Clericis; ſed vt omnibus de populo, ligant Clericos. num. 32. p. 176.
Statutum excludens Clericos, vel Monachos à collegio Doctorum valet. num. 33. p. 176.
Statutum Lucenſe prohibens mulieribus alienationem loquitur per verba vniuerſalia geminata, & enixa. num. 30. p. 247.
Statutum, vel alia diſpoſitio loquens vniuerſaliter non comprehendit dotem ſecundùm vnam opinionem, quam erroneam alij iudicarunt. n. 28. p. 246.
Statutum Lucenſe *39. lib. 2.* explicatur. num. 3. p. 242.
Statutum Lucenſe *40. lib. 2.* explicatur. num. 4. ibidem.
Statuta facta pro ciuitate quando comprehendunt caſalia. num. 7. p. 193.
Statuto diſponente, vt in dote ſtetur arbitrio patris dotantis, dato magno exceſſu non nocet. num. 5. p. 192.

Stipulatio.

Stipulatio facta per Patrem pro ſe & filiis, cenſetur ſtipulaſſe pro filiis vti hæredibus. n. 3. p. 5.

Subhaſtatio.

Subhaſtatio non requiritur in alienatione rerum Eccleſiæ. num. 19. p. 21.

Subreptio.

Subreptio, falſitas, & obreptio, quando dicatur, & præſumatur. num. 25. p. 333.

Subſcriptio.

Subſcriptio quid operetur. num. 55. p. 251.
Subſcribens quando videatur non obligatus, & ad alium finem facta ſubſtitutio. n. 56. p. 251.
Subſcriptiones PP. ſocietatis Ieſu digniſſimorum virorum adducuntur. n. 7. pag. 282.
Per vulgarem ſubſtitutionem immediatè teſtatori ſucceditur, per fideicommiſſariam verò mediatè. num. 27. p. 172.

Succeſſio.

Succeſſio qualiter in ſtirpes, vel in capita fiat in iurepatronatus. num. 21. p. 29. & 30.

Succeſſor.

Succeſſor Prælati in fructibus tenetur ſoluere debita menſæ, non ad hæredem, etiamſi Prælatus habeat patrimonium. num. 19. p. 217.
Succeſſor in fructibus tenetur ad debita laudabilia, & neceſſaria, non alia Prælati. n. 20. p. 217.
Succeſſor defuncti tenetur ſtare locationi anteceſſoris, & quando. num. 11. p. 216.
Succeſſor Maioratus, quomodo teneatur ad debita anteceſſoris. num. 12. ibid.
Succeſſor feudi ex pacto, & prouidentia an teneatur ad debita contracta per anteceſſorem. n. 13. pag. 217.
Succeſſores feudi ex pacto; & prouidentia an agant in caſu deuolutionis contra Burgenſatica. num. 14. p. 226.
Succeſſor in beneficio tenetur ad penſionem anteceſſoris. num. 60. p. 221.
Succeſſor in beneficio tenetur ad penſionem factis diligentiis contra hæredem. num. 61. p. 221.
Succeſſor Prælati an teneatur ſtare locationi. num. 34. p. 22.
Succeſſores, qui conſuetudinem introductam inueniunt, non debent inueſtigare, an licitè, vel illicitè fuerit introducta. num. 39. p. 316.

Superior.

Superior ordinans proceſſionem inſolitam ad finem

nem ingrediendi mulieres in clauſuram punitur. num.52.p.343.
Superior tenetur regulas ſeruare vi coactiua, & aliter faciens infamiam incurrit canonicam. num.8.p.33.
Superiores Regularium quale ius & cum quibus habeant in clauſura. num.71.p.344.
Superiores Regularium poſſunt Monachis ſenibus, vel infirmis concedere bona aliqua adminiſtranda. num.8.p.67.
Superiores Religionis poſſunt ſibi ſubditos verberare, & quando. num.13.p.86.
Superiores conuentus non procurando fieri inuentaria per ſuos officiales, quam pœnam incurrant. num.15.p.35.
Superioris Præceptum in dubio qualiter, & quando præſumatur iuſtum. num.10.p.76.
Superioris declaratio incorporandi Eccleſias qualiter fiat. num.14.p.230.
Superioris declaratio per quos actus fiat. num.15. ibidem.

Superſtitio.

Superſtitionem facientes omni iure puniuntur. num.2.p.139.

Suſpicio.

Suſpicio ſucceſſionis quando impediat educationem. num.27.p.279.

Synodus.

Synodus Auerſana illa Vrſini *fol.* 157. adducitur. num.31.p.309.

T

Tempus.

TEmpus ad præſentandum quantum ſit, & quale. num.18.p.29.
Tempus ad præſentandum quale ſit, ſi ius patronatus tranſeat de vno ad alium. num.29.p.40.
Tempus ad profitendum poteſt prorogari, ſed non coarctari. num.9.p.335.

Teſtamentum.

Teſtamentum fieri poteſt à condemnato ad mortem ſecundum Theologos. num.9.pag.45.
Teſtamentum an facere poſſit ille, cuius bona ſunt confiſcata. num.6.p.45.
Teſtamenti factio non impeditur per defectum bonorum. num.31.p.47.
Teſtamentum fieri poteſt per condemnatum ad perpetuos Carceres, vel ad Triremes. num.11. p.45.
Teſtamentum factum à contumace, vtrum & quando valeat. num.33.p.48.

Teſtator.

Teſtator poteſt præcipere, vt bona, quæ relinquit Eccleſiæ, alienentur, quo caſu non requiritur ſolemnitas. num.2.p.229.
Teſtator ſi in fundatione dicat vt admittatur proximior ſuus: tunc ipſius teſtatoris proximior vocatus cenſetur. num.28.p.172.
Teſtator proximiores ſuos diligere, eoſque cæteris præferre præſumitur. num.21.p.171.
Teſtatoris voluntas ſeruanda eſt, licet recedatur à verbis. num.9.p.169.
Ad teſtatoris voluntatem interpretandam eius opinione vtendum eſt. num.10.ibid.
Teſtatoris præceptum ne hæredes bona diuidant poteſt triplici modo reſpui. num.13.p.234.

Teſtis.

Teſtis de auditu alieno qualiter probet. n.12.p.82.
Teſtes mortui maiorem fidem in iudicio faciunt. num.31.p.256.
Teſtis depoſitio facta in articulo mortis quando, & qualiter probetur. num.32.ibid.

Textus.

Textus *in cap. ſi quando de reſcriptis*, adducitur. num.5.p.76.
Textus *in cap. cum teneamur 6. de præb.* adducitur. num.6.p.76.
Textus *in Auth. de mandatis, Principium*, §. *deinde*, adducitur. num.7.p.76.
Textus *in Auth. vt nulli iudicum*, §. *& hoc vero*, adducitur. num.8.p.76.
Textus *in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam*, adducitur. num.9.p.76.
Tex. *in l. vnde quæritur, ff. commodati*, explicatur. num.13.p.301.
Textus in extrauaganti *Ambitioſè de rebus Eccleſ. non alienandis* requirit dolum, & malam fidem pro incurſu cenſurarum. num.7.p.230.
Textus in cap. ſi Ciuitas de ſententia excommunicationis, in 6. explicatur. num.7.p.257.
Textus *in cap. vnico verſ. ſtatuimus de Clericis, non reſid. in 6.* explicatur. num.27.p.309.
Trid. *ſeſſ. 21. de reform. cap. 3.* qualiter procedat, *ſeſſ. 24. cap. 12.* num.28.p.309.
Tex. in cap. ſæpè, de elect. in 6. adducitur ad materiam. num.14.pag.217.
Text. *in c. tua nos de homicid.* explicatur à Patre de Comitibus. num.17.p.283.
Text. *in cap. 1. de ſolution.* adducitur pro concluſione probanda. num.10.p.216.
Tex. *in l. ſi creditores, Cod. de pactis*, adducitur. num.3.p.300.
Tex. *in l. reos Cod. de fideiuſſoribus*, adduditur. num.4.p.300.
Tex. *in l. an in duo, ff. de duobus reis* adducitur. num.5.p.300.
Text. *in l. vnic. C. de nundinis*, ſic loquitur de mercatu, ſicut de nundinis. num.8.p.113.
Textus *in c. Monachi de ſent. excommunic.* declaratur. num.18.p.87.
Text. *in cap. præſenti de offic. ordin. in 6.* adducitur pro concluſione. num.7.p.216.
Textus *in cap. conſuetudinem de Clericis non reſidentibus in 6.* ponderatur. num.38.p.310.
Textus *in l. fin. Cod.* qui bonis cedere poſſunt in dote procedit ex Franco d. 219. n.33.p.248.
Text. *in l. 2. C. de reſcind. vendit. an procedat in diuiſione.* num.31.p.236.
Textus *in Capit. vniuerſitatis vigeſimoquarto de ſententia excommunicationis*, explicatur. n.16.p.86.
Textus *in extrauaganti iniuncta de electione adducitur, & explicatur.* num.10.p.13.
Textus *in l. Barbarius ff. de Officio Prætoris* poſito impedimento iuris poſitiui procedit; ſecus ſi adſit impedimentum iuris naturalis vel diuini. num.29.p.15.
Text. *in Clementina 1. de rebus Eccleſiæ non alienandis*, explicatur. num.19.p.130.
Text. in l. Ciuitas 27. ff. ſi certum petatur extenditur. num.7.pag.8.
Textus *in l. Barbarius* procedit non ſolum poſito communi errore, ſed etiam probabili opinione. num.40.p.16.
Textus *in l. Barbarius* procedit poſito errore communi etiam ſi populus dubitet. num.40.p.16.
Textus *in l. Barbarius ff. de Officio Prætoris*, non procedit quando alius habet pro ſe veritatem qui concurrat cum errore communi. num.42. ibidem.
Textus *in c. inter corporalia, de tranſlat. Epiſcopi*, explicatur. num.23.p.188.
Text. *in cap. licet de electione in 6. & cap. commiſſa*; non

non procedunt quoad pœnas in Canonicatibus. num.16.p.59.
Textus *in cap.* 1. *de priuilegiis, in sexto, declaratur.* num.30.p.274.
Textus *in l.* 1.*ff.solut. matrimon.* explicatur. n.38. pag.148.
Textus *in cap.licet de electione in 6.* qualiter procedat. num.92.p.213.
Textus *in cap.decretum,& cap.si quidam* 10.*quæst.*1. explicatur. num.13.p.230.
Text. *in cap.* 1. *de feriis*, an consuetudine possit abrogari. num.3.p.116.
Textus *in l. si dotare, Cod. ad Velleianum* explicatur. num.40.p.249.
Textus *in cap.Rodulphus* 33.*de rescriptis*, explicatur. num.2.p.24.
Textus *in d. l.* 2. *id clarè disponit*, vt transeat ad hæredem. num.10.p.50.
Textus *in c. Ego Berengarius, de consecratione, distinct.* 2.explicatur. num.3.p.134.
Text. *in l. quod Principi* 56.*ff.de legat.*2. explicatur. num.43.p.42
Text.*in Auth.Minoris, Cod. quando tutelæ offic. fungi potest*, non procedit in tutore testamentario. num.20.p.278.
Textus *in l.*2.*ff.si liber ingenuus esse dicatur*, declaratur. num.3.p.173.
Textus *in l.* 2.*C. de patribus, qui filios distraxerunt*, declarantur. num.4.p.174.
Textus *in cap.* 1. §. *ex eadem lege de lege corradi*, declaratur. num.5.ibidem.
Textus *in capite* 1. §. *præterea ducatus de prob. feudi alien. per Federicum*, declaratur. num.5. ibidem.
Textus *in l.cum & postliminij, Cod. de captiuis*, declaratur. num.7.ibidem.
Textus *in l. seruum ff. de acquir. hæred.* declaratur. num.8.ibid.
Textus *in l. domino à familia ff. ad Macedon.* declaratur. num.9.ibidem.
Textus *in c. significasti l.* 2. *de homicid.* explicatur à Patre de Comitibus. num.9. pag.282.
Text. *in l. vnica, C. de mulieribus, &c. lib.* 10. explicatur. num.76.p.103.
Text. *in l. maioribus* 3. *C. commun. vtriusque iudicij* qualiter procedit. num.20.p.235.
Textus *extrauagantis* 1. *&* 2. *de emptione,& vendit.* an per Bullam Pij V. sint reuocati. num.11. pap.268.
Textus *in l.Tutor,* §. *Lucius, ff. de vsuris*, explicatur. num.12.ibidem.
Textus *in l. qui vltimo, ff. de pœnis*, vtrum corrigatur per text. *in Auth. sed. hodie, C. de donat. inter virum.* num.23.p.46.
Textus *in l. Barbarius* non procedit in causis de quibus suprà proposito errore communi, & titulo colorato. num.45.p.16.
Textus *in l. Præses, Cod. de transact.* explicatur. num.15.p.99.
Textus *in cap. peruenit* 17. *de sententia excommunicationis*, adducitur. num.36pag.89.
Text. *in cap. nulla num.* 18. *quæst.* 2. explicatur num.16.p.129.
Textus *in cap. accessissent, ff. de constituto*, explicatur. num.38.p.297.
Textus *in cap. cum in cunctis*, §. *cum verò de electione* adducitur, & explicatur. num.22. pag.93.
Textus *in Auth. sed hodie, Cod. de donat. inter virum, & vxorem* adducitur, & explicatur. n.7. pag.45.
Textus *in l. si stipulatus fuero* 76. *ff. de verb.* explicatur remissiuè. num.18.p.51.
Textus *in l. ad Instructiones C. de sacros. Ecclesiis*, an sit correctus. num.53.p.178.
Text. *in l. obseruare,* §. *ingressus, ff. de off. Proconsulis*, qualiter procedat. num.17.p.111.
Textus *in Auth. sed hodie*, de quibus damnatis loquatur. num.29.p.47.
Text. *in c. ad audientiam de homicid.* explicatur à Patre de Comitibus. num.13.p.285.
Textus *in cap. fin.* §. *sanè de testamentis in* 6. exornatur. num.12.p.119.
Textus *in l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* quid disponat esse in obligatione. num.3.p.49.
Textus *in cap. Porrò, & cap. Cùm Capella de priuilegiis*, declaratur. num.25.p.274.

Theologus.

Theologus poterit eligi Vicarius à Capitulo etiam existente Canonista. num.5.p.118.

Tolerantia.

Tolerantia Superioris, inducit dispensationem, & consensum. num.22.p.114.

Tortura.

Tortura contra Ecclesiasticos qualiter inferatur, & quibus indiciis. num.3.p.83.

Tractatus.

Tractatus inter quos fiat & qui vocatur in alienatione bonorum Ecclesiæ. num.18.p.120.

Transactio.

Transactio si fiat inter hæredem scriptum, & hæredem ab intestato, quis teneatur ad legata, & credita. num.19.p.182.
Transactio fieri debet, ob difficultatem adimplementi. num.12.p.182.
Transactio de bonis alienari prohibitis potest interdum fieri. num.16.ibidem.
Transactio quando fit ex certa scientia, sacrilegium est disputare, de potestate Principis transigentis. num.23.p.183

Translatio.

Translatio pensionis est materia odiosa. num.12. pag.325.
Translatio pensionis dicitur odiosissima, cum proroget seruitutem Beneficij. num.13.ibid.
Translatio iuris patronatus de laïco in Clericum quando fiat cum qualitate laïcali. num.47. pag.42.
Translatio contra voluntatem an fieri possint. num.12.p.187
Translatus de vno ad aliam Ecclesiam authoritate propria qualiter puniatur. num.13 pag.187
Translatio Prælati quid sit definitur. num.2 pag.186
Translatio de qua hic duplex est, & assignantur. num.3.ibid.
Translationis Prælati causæ quæ sint. n.4.p.187
Translatio personæ, & Monasterij quæ sint. n.5 ibidem.
Translatio voluntaria, & inuita in quo differant. num.6.ibid.
Translationes necessariæ interdum. num.7. ibidem.
Translatione facta statim vacat Ecclesia, & qualis sit differentia inter voluntariam, & coactam. num.8.ibid.
Translatione facta extinguitur omne ius circa fructus. num.9.ibid.
Translatio Episcopi non fit nisi per Papam. n.10 ibidem.
Translatione facta in alium locum non afficit, nec præiudicat exemptioni. num.14.p.273

Translatio vnius ad aliam Ecclesiam quando facta censeatur. num.46.p.96

Trentacinq.

Trentacinq. authoritas adducitur, ad propositum, & declaratur à Cencio. num.28.p.270.

Trident.

Trident. decretum *sess.* 25. *de regul.c.*4. explicatur, vnà cum Bullis Pontificum, & decretum sacræ Congregationis. num.17.p.125

Trid *sess.*25.*de Regularib. cap.* 15. non comprehendit milites Regulares. num.16.p.294

Trid. decretum *sess.* 22. *cap.*3. *de reform.* quid disponat? num.144.p.318

Trid. decret. *de quo suprà* qualiter intelligatur. num.145.ibid.

Tridentini Decretum *sess.* 24.*cap.* 16. expenditur. num.3.p.118

Trid. decretum de quibus distributionibus intelligatur. num.147.pag.318

Trid. Decretum, *sess.*25.*de Regularibus, cap.*2. non inducit nouum ius. num.17.p.68

Trid. *sess.* 25. *de Regularibus, cap.*2. an prohibeat, & quomodo, habere peculium. num.4 pag.67

Post Trid. Regulares possunt habere peculium ad nutum amouibile Superiorum. num.5.p.67

Triennium.

Triennium pro familiaritate, quando incipere debeat. num.31.p.208

Turificatio.

Turificatio arguit præeminentiam, ac præcedentiam graduum. num.12.p.273

Tutela.

Tutela non debet deferri affectanti. num.14 pag.277

Tutela non debet deferri debitori, vel creditori, vel habenti rem communem cum minore. num.15.ibid.

Tutela relicta à matre, vel auia, vt valeat, an requiratur institutio in sola legitima, an in tota hæreditate. num.10.p.277

Tutela non remouetur ob modicum delictum, vel creditum tutoris. num.19 p.278

Tutela in hac ciuitate est difficultas an procedat seruata distinctione bonorum. num.22.p.278

Tutor.

Tutor quamvis suspectus, si offerat propriis expensis educare pupillum, debet dari educatio, nisi sit substitutus. num.28.p.279

Tutor, vel administrator non potest conueniri, nisi in loco administrationis, fallit si soluatur interesse, & alibi conueniatur. num.21.p.269

Tutor à Iudice dari debet eiusdem domicilij, vbi pupillus extat. num.12.p.277

Tutor testamentarius potest dari alterius territorij. num.13.ibid.

Tutor testamentarius præfertur omnibus num.2 pag.276

Tutoris datio dependet à potestate. num.3.p.276

Tutor quando remanet obligatus fideiubens pro Pupillo si contractus sit inualidus. n.22p.245

Tutores dati ab extraneis indigent confirmatione Iudicis. num.5.p.276

Tutor datus ab extraneo, & confirmatus à iudice præfertur omnibus legitimis etiam matri. n.6 pag.276

Tutor datus ab extraneo confirmatur sine inquisitione secundum vnam opinionem, licèt probabilius sit contrarium. num.7.ibid.

Tutor datus ab extraneo est tutor in omnibus, sed non habet administrationem in omnibus. n.8 ibidem.

Tutor debet facere interponi decretum Iudicis pro continuanda societate à testatore imposita in bonis minoris. num.13.p.254

Tutoris authoritas non conualidat contractum ex post facto. num.12.p.79

Tutori, & actori, non debetur salarium non conuentum, nec procuratori, quod fallit de consuetudine. num.50.p.221

Plus requiritur ad remouendum tutorem, quam ad non dandum. num.17.p.278

Tutor non potest esse pupilli, qui habet rem communem cum eodem pupillo, & qualiter hoc procedat. num.18.p.278.

V

Vacatio.

VAcatio Beneficiorum Promoti quando fiat verbaliter, & quando cum effectu. n.4 pag.92

Vacatio per obitum, & per translatum qualiter differant. num.26.p.189

Valor.

Valor bonorum Episcopatus pro validitate pensionis probatur tempore impositionis. n.68 pag.222

Variatio.

Variatio qualiter permittatur cumulatiua an priuatiua Patronis laïcis. num.16.p.39

Vasa.

Vasa argentea & similia qualiter alienentur. n.46 pag.133

Vassalli.

Vassalli quando alienantur in Baronem efficiuntur deterioris conditionis. num.21.p.174

Vassalli Baronum sub seruitute. num.25 pag.175.& 177

Vassalli Baronum in Regno sunt peioris conditionis à demanialibus. num.10.p.174

Venditio.

Venditio cum pacto de retrouendendo, requirit assensum. num.51.p.23

Venditis pluribus terris peti poterit per vnam demanium, nisi vendantur sub vna Baronia, vel statu, & qualiter procedat. num.13.p.174

Venientes.

Venientes ad nundinas hodie possunt molestari, & contra eos instrumenta liquidari. num.12. pag.114

Verbum.

Verbum Prouentus, comprehendit fructus naturales, artificiales, & industriales. num.11 pag.325

Verbum (præsumant) significat dolum. num.28 pag.341

Verba testamenti secundum opinionem testatoris intelliguntur. num.11.pag.169.

Versionis.

Visionis probatio an veris probationibus, an per coniecturas probari possit: & quæ sint coniecturæ? num.28.pag.10

Versionis causa perpetuò debet esse duratura. num.4.p.7

Versionis vtilitas debet esse à principio non ex post facto. num.5.ibid.

Versionis probatio qualiter facienda ab Ecclesia. num.12.p.8

Vestes.

Vestes quotidianæ qualiter diuidantur. num.42 pag.237

Vicariatus, Vicarius.

Vicariatus Officium qualiter expiret ex prouisione dignitatis. num. 18. pag. 14

Vicariatus Officium an haberi, obtinerique possis mediante pecunia sine labe Simoniæ. n. 29. pag. 121

Vicarius exercens Officium Episcopo remoto, deposito, vel translato an validè agat & quando. num. 25. pag. 15

Vicarius Episcopo mortuo, absente nulliter gerit Officium, etiamsi illius mortem ignoret. n. 26. ibidem.

Vicarius mortuo Episcopo in remotis validè agit Officium vigore *l. Barbarius ff. de officio Prætoris.* num. 27. ibid.

Vicarius Episcopi cui sunt directæ dispensationes matrimoniales, an possit eas exequi mortuo Episcopo, sed à Vicario ignorata morte. n. 28. ibidem.

Vicarius cessat per renunciationem Episcopatus. num. 2. pag. 13

Vicariatus Officium quibus modis expiret. num. 3. ibidem.

Vicariatus Officium expirat sequuta renunciatione libera, sed non si fiat ad fauorem alicuius num. 4. ibid.

Vicarij gesta valent non obstante renunciatione libera facta per Episcopum sed ab eo ignorata. n. 6. ibidem.

Vicarij Officium sicuti per mortem, ita per translationem cessat. num. 7. ibid.

Vicarius Episcopi si sit Canonicus non lucratur distributiones quotidianas. num. 86. pag. 313

Vicarius Capitularis non est necesse vt sit in sacris. num. 8. pag. 18

Vicarius bene agit etiam mortuo Episcopo cuius ignorat mortem. num. 19. pag. 14

Vicarius durat, vsque quo capta non fuerit possessio per Episcopum prouisum. num. 11. pag. 13

Vicarius Capitularis non datur posita renunciatione ad fauorem. num. 21. pag. 14

Vicarius à capitulo electus debet esse Doctor, alias nulla erit electio, si fiat de non Doctore, existente Doctore in capitulo. num. 4. p. 118

Vicarius Capitularis non dat infra annum dimissorias. num. 51. pag. 209

Vicarius Capitularis quam pœnam incurrat concedendo dimissorias infra annum, & quid si eis non vtatur quis. num. 52. pag. 210

Vicarius non cessat, resignatario prouiso & consecrato. num. 9. pag. 13

Vicarius Capitularis non est de necessitate vt sit de gremio; sed congruum est vt talis sit. num. 6. pag. 118

Vicarius Capitularis an possit exequi Commissiones Apostolicas directas Episcopo. num. 55. pag. 210

Vicarius Papæ, an concedat dimissorias Sede vacante. num. 56. ibid.

Vicarius Capitularis potest concedere dimissorias post annum. num. 57. ibid.

Vicarius Capitularis dispensat cum arctatis ad Beneficium. num. 60. pag. 210

Vicarius capitularis concedit infra annum dimissorias arctatis ad Iuspatronatus. num. 61. ibid.

Vicarius Capitularis concedit licentiam Episcopo alieno, vt infra annum ordinet Regulares. num. 62. ibid.

Vicarius Capitularis concedit, infra annum litteras testimoniales Episcopo viciniori. num 63. ibidem.

Vicarius Capitularis, infra annum concedit licentia exercendi Pontificalia. num. 64. ibidem.

Vicario Episcopi debetur salarium non conuentum. num. 36. pag. 219

Vicario quando non debeatur salarium. num. 37. ibidem.

Vicarius Episcopi, eo in remotis existente, multa facere poterit; sic & Capitulum, eodem existente in remotis. num. 27. pag. 121

Vicarius Capitularis Nolanus, quàm malè se gesserit in oblationibus, de quibus in præsenti, quod idem in Episcopo dicimus. num. 18. pag. 57

Vicarius Capitularis non potest exequi dispensationes transmissas Episcopo, vel Vicario Generali. num. 43. pag. 16

Vicarius Capitularis non cognoscit causas immunitatis & extractoris Ecclesiæ secundùm veram opinionem, num. 44. ibid.

Vicus.

Illi qui ex vico sunt, sunt oriundi illius loci, cui vicus subiicitur. num. 12. pag. 198

Victualia.

Victualia qualiter diuidantur. num. 43. pag. 237

Vidua.

Vidua dicitur mulier, & habet electionem fori, quando virum habet absentem. num. 11. pag. 110

Vidua Neapolitani gaudet eiusdem viri prærogatiuis. num. 77. pag. 103

Vir.

Viri domicilium est vxoris. num. 52. pag. 102

Vitricus.

Vitricus etiam nominatus à matre potest dari tutor per Iudicem. num. 11. pag. 277

Vniuersitas.

Vniuersitas cum Principis assensu, potest immunitatem concedere suo ciui. num. 7. pag. 98

Vniuersitas habens immunitatem si soluat, an sibi præiudicet. num. 27. pag. 100

Vniuersitas quando immunes suos Ciues possit facere. num. 9. pag. 98

Vniuersitatis Concilium sufficit ad eam obligandam. num. 19. pag. 99

Vniuersitatis consilium ad donandum non sufficit. num. 20. ibidem.

Vniuersitatis contractus non requirit nomina contrahentium, vt exprimantur. num. 21. ibid.

Vniuersitas admittitur ad Demanium, etiamsi tempore captæ possessionis per Baronem non protestetur. num. 15. pag. 174

Vniuersitati petenti Demanium incumbit onus soluendi pretium vna cum interesse. num. 16. ibidem.

Vniuersitatis congregatio qualiter facienda. n. 17. pag. 99

Vniuersitatis petunt Demanium infra annum à die captæ possessionis per Baronem, nec competit restitutio in integrum. num. 11. pag. 174

Vniuersitas immunis à fiscalibus, non comprehendit casum vrgentissimæ necessitatis. n. 36. pag. 101

Vocari.

Vocari qui debent in Congregationibus Regularium

larium pro alienatione bonorum. num.19. pag.129

Voluntas.

Voluntas, & desideria ambigua morientium, ex arbitrio desumuntur viuentium num.14. pag.179

Vltima.

Vltima voluntas declaranda committi potest in arbitrium tertij. num.24.pag.151

Votum.

Vota emissa per tales milites non sunt substantialia Religionis, nec habitus est Religiosorum. num. 20.pag.294

Voti paupertatis essentia in quo consistat. n.16. pag.68

Vota quando alienentur. num.44.pag.22

Vouens.

Vouens ingredi Religionem non satisfacit voto si ingrediatur ordinem Militum qui contrahunt matrimonium. num.14.pag.294

Vox.

Vox vnius absorbetur ab aliis. num.27.pag.30

Maior pars vocum trahit ad se minorem.num.26. ibidem.

Vsus.

Vsus quotuplex sit. num.37.pag.265

Vsus superfluorum à Monasteriis, vbi votum paupertatis rigorosè obseruatur, abesse debet. num.9.pag.67

Vulnera.

Vulnerans quando, & qualiter teneatur de homicidio. num.17.pag.287

Vulnerans facilius tenetur de homicidio quoad irregularitatem quam quoad pœnam. num.18. pag.287

Vulneratus vulnere non lethali an si conualuerit, & postea moriatur, sit irregularis vulnerans. num.21.ibidem.

Vulnus.

Vulnus, de quo agitur fuisse lethale qualiter probetur. num.15.ibidem.

Vulnus lethale iudicio Medicorum iudicatur, non Barbitonsoris. num.16.ibidem.

Vulnus graue, vel leue, qualiter irregularitatem. num.22.pag.284

Vulnus lethale iudicio Peritorum dicitur. n.28. pag.285

Vulnus graue an causet irrregularitatem posito malo regimine. num.20.pag.287

Vulneris punitio qualiter in foro externo, & qualiter in foro conscientiæ fiat. num.23.ibid.

Vulneris distinctio in præsenti qualiter facienda ex Patre de Comitibus. num.24.ibidem.

Vulnus ad mortem qualiter considerandum explicat P. de Comitibus. num.25.pag.285

Vulneris grauitas qualiter consideretur, & vnde possit fieri grauitas. num.26.ibidem.

Vxor.

Vxor à viro vindicatur. num.51.pag.102

Vxor gaudet omnibus honoribus viri. num.53. ibidem.

Vxor mutat domicilium proprium, & transit in illud viri. num.54.ibidem.

Vxor Clerici coniugati qualiter gaudeat priuilegio fori viri. num.60.ibidem.

Vxor Neapolitani est Ciuis loci mariti. num.49. pag.101

Vxor dicitur de familia viri, & de eius casata, & non de casata patris. num.50.pag.101. & 102

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

FINIS.

CA[illegible]
nio
Disce[illegible]
tation[illegible]

2.

A 2332
10